11ª = 1001

Digitized by Google

45.a 6.

342.36
R 26 j

FZC
19684

Digitized by Google

Digitized by Google

REGNERI SIXTINI

TRACTATVS

De

REGALIBVS,

AB AVCTORE RECOGNITVS, DEnuo ampliſſimè auctus & politus, ac in duos libros diſtinctus, ita vt nouus haud abſimilis eſſe videatur.

IN QVORVM PRIMO GENERALITER de Regalibus agitur, altero vero ſingularis & ampliſſimus commentarius ad conſtitutionem Friderici I. in cap. unic. Quæ ſint regal. *extantem de omnibus ibi enumeratis & multis affinibus aliiſque maioribus & minoribus Regalibus continetur*

Cum Elencho & Indice rerum ac verborum locupletiſſimo.

Cum gratia & priuilegio ad decennium.

Della Libr.a dell ... de Very



Co Licen.a ... de la Cong.e de ...

FRANCOFVRTI

Typis EGENOLPHI EMMELII, Impenſis PETRI KOPFII.

M. DC. XVII.

Ex bibliotheca D. Ildefonsi Santos de ... Auditor ...

Digitized by Google

Digitized by Google

ILLVSTRISSIMO ET POTENTISSIMO PRINCIPI AC DOMINO MAVRITIO, HASSIÆ LANDGRAVIO,

Comiti in Catzenelnbogen, Dietz, Ziegenhain & Nidda &c. Domino ſuo clementiſſimo.

QVemadmodum non pauci literati, Illuſtriſsime Princeps, Domine Clemētiſsime, de iis, quæ aliquando publice in Academiis docuerunt, conqueſti ſunt, abſque vllo ſuo conſenſu, & quidem etiam ſe omnino inſciis, ea in lucem emiſſa eſſe, etiamſi non ſolum vitioſiſsime id fieret, ſed & ipſimet vel omnino non, vel poſt longam demum moram & accuratam recognitionem publica facere voluiſſent, ſic & ego merito iuſtam de ea re conquerendi cauſam habeo. Etenim cum ante annos multos in Illuſtri Celſitudinis Tuæ Academia poſt Nouellarum Juſtiniani interpretationem in gratiam & ad petitionem Studioſorum Juris nobiliſsimam conſtitutionem Friderici Primi quæ in cap. vnic. Quæ ſint regal. extat, publice explicandam ſumpſiſſem, ita id feci, vt animum & propoſitum aliquod in lucem edendi, quæ docueram,

cueram, non habuerim, nec iis etiam, qui, vt id fieret, rogarint, gratificari voluerim. Et licet ex multorum relatu poſtea intellexiſſem aliis ea adeo placuiſſe, vt à quamplurimis deſcriberentur, & inde in aliis etiam Academiis theſes conficerentur, publiceque diſputarentur, tamen mihi perſuadere non potui, fore, vt ab aliquo ſub ſuo vel etiam meo nomine ea, tanquam tractatus de Regalibus publici iuris fierent, cum præſertim, vt ex iis ſatis liquere potuit, eo, quo propoſui, ordine ob impedimenta operam meam interrumpentia, & me ad aliam avocantia, non fuerint ad finem perducta, nec capita, quæ vlterius adiici debuerunt, inter ea reperta, eoq́; magis alius ab eorum editione omnino deterreri, & eam mihi, vt auctori & à quo recognoſci, abſolui, & auctior reddi potuiſſet, liberã relinquere debuiſſet. Præter omnem opinionem meam tandem quidã temerario auſu, me omnino inſcio, ea excudenda curauit, atq; hoc ita fecit, vt ea editio non ſolũ mutila & imperfecta eſſet, ſed & infinitis mendis ſcateret, idque non tantum in verbis, ſed & ex parte in rebus ipſis commiſſum eſſet. Quare cum quod factũ eſt, infectum fieri non poſſet, & tum res ipſa flagitaret, meaque ob tam vitioſam & inſulſam editionem intereſſet, tum à permultis etiam rogarer, vt liber ille à mendis repurgaretur, & auctior redderetur, ſuſpensâ manu ſub incudem eum reuocaui,

& non

& non ſolum menda ſuſtuli, &, quæ mutila erant, ſuppleui, ſed etiam in prioribus capitibus, & per aliquot noua capita multo ampliorem feci, idq; prius præſtitiſſem, niſi præter rei difficultatem variæ & multiplices occupationes ab hac materia omninò alienæ, aliæque cauſæ obſtitiſſent. Vt autem quæ tractantur, eò magis illuſtrentur, & ſimul appareat, quæ affinitas, & quales differentiæ ſint inter regalia jura & eas res, quæ regalem dignitatem annexam habent, & cùm in feudum recognoſcuntur (vt plerunque fit) regalia feuda appellari ſolent, (cuiusmodi ſunt non ſolum regna, ſed & alij Principatus, nec non Comitatus & Baronatus) non pauca de eiusmodi etiam rebus diuerſis locis adieci, operamque dedi, vt ea, quæ traderentur, ad vſum & hodiernum Reipubl. ſtatum accommodarentur. Cæterum cum moris ſit, & hactenus à plerisque omnibus, qui rem literariam publicis lucubrationibus promouere ſtuduerunt, obſeruatum, vt Principem aliquem, vel alium auctoritate præditum adſciſcant, ſub cuius auſpicio tutelaque ea in lucem prodeant, & contra illorum hominum, qui ad carpendum procliues ſunt, nihilque, niſi quod ipſi fecerint, rectè factum putant, cauillationes & calumnias defendantur, eundem morem & ego meritò ſequor, nec tamen in dubium vllo modo vocare vel deliberare volui, cuius patrocinium per

Digitized by Google

dedicationem huius operæ meæ implorarem, ſed ſtatim, atque de hac editione aliquid certi ſtatui, de nullo prorſus alio patrono, quàm de Celſitudine tua abſque vlla hæſitatione ac dubitatione cogitaui, vel cogitare me debere putaui. Nam vt primum de rei, quæ tractatur, præſtantia dicam, ea talis eſt, vt nullo Principe magis quam Celſitudine tua digna ſit. Quanta enim & quam varia habeat regalia, non ſolum ipſe Principatus arguit, ſed & inueſtituræ Cæſareæ, per quas vnà cum reliquis Illuſtriſſimis Haſſiæ Principibus agnatis ſuis inueſtita eſt, ſpecialiter & generaliter eorum regalium mentionem facientes, locupletes ſunt teſtes. Et ſane ob Principatum de eiusmodi regalibus eo minus ambigēdum eſt, quod ampliſſimus ſit, bonaq; etiam ac territoria ampliſſima, adeoq; aliquot integri Comitatus in feudum ab ea per alios recognoſcantur. Illud in C. T. ſingulare omninò eſt, nec cum alijs Principibus æquè cōmune, quod de bonis regalem dignitatem annexam habentibus, ac de regalibus etiam juribus eò rectius judicare poſſis, quod præter cognitionem rerum vſu abs te comparatam literatiſſimus ſis, adeo vt non ſolum Haſſi ſed & extra Haſſiam alij viri docti te in lucubrationibus ſuis literatorum potentiſſimum & potentiſſimorum literatiſſimum appellare non dubitarint. Etſi vero hæc dedicationis cauſa eiusmodi eſt, vt vel ſola ſufficiat,

tamen

tamen & aliæ ſunt, ex quibus eſt, quod hęc opera in C. T. Academia ſit inchoata, ac in hac vrbe, vbi aulam habere ſolet, aucta, & quemadmodum C. T. Illuſtriſſimus Parens magnus ille Guilhelmus laudatiſſimæ memoriæ me Juris in ea Academia Profeſſorem primarium agentem ſimul etiam ſibi à conſilijs eſſe voluit, ſic poſt eius mortem C. T. placuerit, vt in hanc vrbem vocatus inter ſuos Conſiliarios, & quidem cum peculiari libertate, idem munus continuarem. Nequid interim de alijs beneficijs in me collatis dicam, quæ meritò magna grati animi ſubmiſſione & memori mente ſemper recolo. Quare ſubmiſsè etiam atque etiam C. T. rogo vt hoc quicquid quantumque eſt, lucrabrationis in ſuam tutelam, & patrocinium benignè & ſereno animo ſuſcipiat. Deus optimus Maxim. C. T. cum tota Illuſtriſſima familia Eccleſiæ & Reipubl. quam diutiſſimè florentem & incolumem conſeruet. Caſſellis è Muſæo meo 26. Martij anno ſalutis humanæ 1617.

Illuſtriſſ. Celſitudinis Tuæ

Obſequentiſſimus

Regnerus Sixtinus IC.

Digitized by Google

ELENCHVS LIBRORVM ET CAPITVM, IN TRACTATVM D. REGNERI Sixtini IC. de Regalibus.

LIBER I.

1. *PRoœmium.* *fol.3.*
CAP. I. *Vnde regalia dicantur, & quæ ſint?* *fol.8.*
2. *De diuiſione Regalium.* 21.
3. *De differentijs inter regalia eaque bona, quæ regalem dignitatem annexam habent, & cum in feudum recognoſcuntur, regalia feuda appellari ſolent.* 35.
4. *Quibus regalia competant.* 51.
5. *Quibus modis regalia acquirantur.* 107.
6. *Quibus modis regalia amittantur.* 165.
7. *De actionibus.* 189.
8. *De iudice competenti & proceſſu iudiciario.* 208.

LIBER II.

CAP. 1. *De armadijs.* 235.
2. *De via publica.* 251.
3. *De fluminibus nauigalibus, & ex quibus alia fiunt nauigabilia.* 267.
4. *De Portu.* 298.
5. *De ripaticis.* 302.
6. *De vectigalibus.* 307.
7. *De monetis.* 357.
8. *De mulctarum pœnarumque compendijs.* 412.
9. *De bonis vacantibus.* 438.
10. *De bonis, quæ indignis auferuntur.* 453.
11. *De bonis contrahentium inceſtas nuptias.* 478.
12. *De bonis damnatorum & proſcriptorum.* 500.
13. *De angarijs & parangarijs & plauſtrorum nauiumque præſtationibus.* 531.
14. *De extraordinaria ad expeditionem Imperatoris collatione.* 555.
15. *De poteſtate creandorum magiſtratuum ad iuſtitiam expediendam.* 609.
16. *De argentarijs.* 625.
17. *De palatijs in ciuitatibus conſtitutis.* 653.
18. *De piſcationum reditu.* 661.
19. *De ſalinarum reditu.* 683.
20. *De bonis committentium crimen læſæ maieſtatis.* 690.
21. *De theſauris.* 726

REGNE-

Digitized by Google

REGNERI SIXTINI
IVRISCONSVLTI
De Regalibus
Liber I.

SVMMARIA.

1. *REgalium materia vt auguſtiſſima & intricata, ſic & neceſſaria ac frequens eſt, experientia teſte.*

2. *Imperatorem Germania habet præſentem, & nu. libi illuſtriores & nobiliores familiæ reperiuntur quam in ea.*

3. *Regales dignitates nonnullas eſſe in Germania, quæ non ſunt in alijs regionibus & regnis.*

4. *Regalia non ſolum ſeculares, ſed & omnes Archiepiſcopi ac Epiſcopi al'æque non pauca Eccleſiaſtica perſonæ in Germania habent.*

5. *De regalibus nulla lex vel conſtitutio illuſtrior & plura hanc materiam concernentia complectens extat, quam conſtitutio Friderici I.* in c. vn. Quæ ſint regal. egalia

6. *Regalia olim in Italia longo tempore perier* regalia peri *denegata fuerant; ideoque Friderici Conſtitutio eo magis* ncernentia c

7. c. vnic. Quæ ſint regal. *author non eſt Fri* imo pro *vt quidam volunt, ſed Primus.*

8. c. vnic. Quæ ſint regal. *Conſtitutio quando ſit ed* ant

9. *Regalia omnia Imperatori Friderico I. fuerunt com* *omnium Iuriſperitorum, vt & Principum tum Eccleſiaſticorum tum ſecularium concordi ſententia in Italia adjudicata.*

10. *Fridericus I. quibus leges ac Conſtitutiones de regalibus per Italiam promulgandas commiſerit.*

 11. *Iuriſpe-*

11. Iuriſperiti ex quibus Imperator Fridericus I. quid iuris in ciuitatibus Italiæ haberet, quæſiuit, quinam fuerint.

12. Friderico I. regalia iure iam olim à Carolo Magno tradito ſunt adjudicata.

13. Ottho I. multo ante Friderici I. tempora habuit eiuſmodi regalia, qualia Friderico adjudicata ſunt.

14. c. vnic. Quæ ſint regal. *conſtitutio, quare ſit promulgata.*

15. In d. c. vn. *ex ipſa Conſtitutione Friderici rectius & multo plura in ſpecie enumerantur regalia, quam à Friſingenſi Radeuico, Mutio, Gunthero & Sigonio.*

16. Regalia in d. c. vn. *expreſſa non ſunt numero 25. vt Afflictus putat, ſed tantum 21.*

17. Regalia in d. c. vn. *non recenſentur omnia.*

18 Vſu ac conſuetudine induci poteſt, vt quæ olim regalia non fuerunt pro regalibus habeantur.

19. Reperiuntur nonnulla, quæ ex vſu de regalibus ſunt, & inter eiuſmodi iura ſæpe tanquam regalia Cæſareis Inueſtituris adduntur.

20. Interpretes nonnulli nimis multa congerunt & enumerant tanquam ſupremi Principis regalia & reſeruata, inter quæ etiam ſunt, quæ pro eiuſmodi reſeruatis non ſunt habenda.

21. Pro regalibus & reſeruatis Imperatoris non omnia ſunt habenda quæ ipſe poteſt.

22. Author tantum vult ſecundum ſuum inſtitutum de regalibus in Conſtitutione Frid[illegible]ici enumeratis & ijs affinibus tractare, & infra c. 2. *ex reliquis pr[illegible] [illegible] maiora pertinentia enumerare.*

23. [illegible] Friderici Primi in d. c. vn. *non eſſe ius mere locale Ita[illegible] [illegible] Iacobum Aurelianenſem defenditur.*

24. [illegible]ijs & [illegible] Conſtitutio paſſim fiat, teſtatum faciunt non ſolum Italiæ ſed plurium aliarum regionum ſcripta publica.

25. In Camera Imperiali eadem tanquam commune Imperij ius obſeruatur & attenditur.

26. De regalibus admodum frequentes ſunt in Camera lites & inter ipſos qui regalia habent atque etiam ex parte cum fiſcali.

27. Quo ordine & methodo author in hoc tractatu vſurus ſit.

Proœ-

Procœmium.

REGALIVM † materia vt eſt auguſtiſſima & intri- 1
cata, ſic & neceſſaria adeo vt reſpublica ſine ijs con-
ſiſtere nequeat & ſalus eius ex his dependeat, eſt et-
iam ea materia admodum frequens, idque maxime
in Germania ita ſe habere ipſa experientia rerum magiſtra ab-
unde teſtatum facit. Atque † hoc eo verius eſt, quod ea Impera- 2
torem, qui inter ſuperiorem non recognoſcentes & regalia ſine
vlla ſibi facta conceſſione habentes præcipuus eſt, præſentem
habeat, & quantum ad eos attinet, quibus ex conceſſione gene-
rali vel ſpeciali vel etiam ex legitima præſcriptione aut conſue-
tudine, regalia competunt, nullibi illuſtriores & nobiliores fa-
miliæ ſint *aſſerente* Iacobo Wimpheling. *in epitome rerum German.*
cap. 70. & agnoſcente Ænea Syluio *in deſcriptione Germaniæ, c. 30.* &
† non tantum Comitatus, Baronatus & nobiles ſolum Impera- 3
torem ſuperiorem agnoſcentes, ſed & Archiducatus, Comita-
tus Palatini, Ducatus, Landgrauiatus, Marchionatus, Burggra-
uiatus, Principales Comitatus, Gefürſtete Graffſchafften/ & eiuſ-
modi etiam regales dignitates, quæ, *vt infra cap. 4.* pluribus dice-
tur, ſimpliciter Principatus dicuntur, in ea reperiantur, ex iiſque
dignitatibus regalibus nonnullæ non ſint in alijs regionibus &
regnis, & † præter ſeculares Principes & alios, Archiepiſcopi et- 4
iam ac Epiſcopi omnes, aliæque plures Eccleſiaſticæ perſonæ, &
inter has etiam multi Abbates & Abbatiſſæ regalia habeant. In-
ter † eas vero leges & Conſtitutiones, quæ ad regalia pertinent, 5
nulla eſt illuſtrior & plura hanc materiam concernentia conti-
nens, quam quæ ab Imperatore Friderico Primo promulgata
eſt, & in ius feudale per peculiarem titulum: *Quæ ſint regalia, &c.*
vnicum eo comprehenſum relata. Nam hæc Conſtitutio Fride-
rici iura illa, de quibus agit, diſerte regalia appellat, & quam plu-
rima ex ijs enumerat ac quaſi in tabella ob oculos ponit. Fuitque
† hæc Conſtitutio eo magis neceſſaria, quod regalia in ea enu- 6
merata longo tempore in Italia perijſſent, & Imperatori eſſent
denegata, vt Hiſtorici teſtantur. Sunt † qui hanc Conſtitutio- 7

Digitized by Google

nem tribuant Friderico Tertio, ſed verius eſſe exiſtimauerim
8 Fridericum I. eſſe eius authorem, cum † ſit edita anno quinquageſimo quinto ſupra milleſimum centeſimum, & quam plurimi Imperatores Fridericum I. ſecuti ſunt antequam Fridericus III. rerum potiretur, id quod factum eſt anno quadrageſimo ſupra annum milleſimum quadringenteſimum. Confirmatur hæc ſententia per ea, quæ ab ijs memoriæ prodita ſunt, qui res geſtas Friderici I. deſcripſerunt, inter quos præter alios ſunt Radeuicus Guntherus quorum hic *lib. 8.* ille *lib. 2. cap. 5.* ita de ijs regalibus, quæ ad prædictam Conſtitutionem pertinent, loquitur, vt inde ſatis appareat, eam eſſe Friderici I. Atque his accedit quod Otto Friſingenſis eiuſdem iuris meminerit, & eodem tempore quo Fridericus I. vixerit, vt ait Mutius *Chronic lib. 18.* vbi de hoc Friderici Primi iure ex Friſingenſi ita loquitur: Scribitur à Friſingenſi (qui eo tempore vixit, & quem præſentem in Italia apud Fridericum fuiſſe eſt probabile) Imperatorem magna diligentia à Iuriſperitis quæſiuiſſe, quid iuris in ciuitates Italiæ haberet Imperator. Nam contra ius & æquum nihil voluit prudens ſciensque facere, perſuaſus nihil iniuſtum durabile eſſe poſſe. Omnes
9 † Iuriſperiti & Principes Eccleſiaſtici ſeculareſque, qui aderant vna concordi ſententia adiudicarunt Imperatori omnia regalia, quæ ſunt Monetæ, Telonia, Vectigalia, Nauigia, officiorum dignitatumque confirmationes, iudicum, conſulum omniumque magiſtratuum creationes, exactiones, portoria, quocunque tempore, & quotieſcunque neceſſaria ſunt ad Imperium de-
10 fendendum tuendum aut augendum. Has † leges & Conſtitutiones per Italiam promulgandas commiſit Imperator Cancellario & Otthoni Palatino & quibuſdam alijs, qui comitati forti militum manu hæc per ciuitates ſingulas ordine denunciant &
11 ſeruanda imperant. Hæc Mutius. Iuriſperitos † quorum meminit, Bulgarum, Martinum, Iacobum & Hugonem fuiſſe ſcribit Carol. Sigonius *de regno Italiæ lib. 12.* & Radeuicus *d. c. 5.* qui ſubdit viros fuiſſe diſertos, religioſos, & in lege doctiſſimos, legumque in ciuitate Bononienſi Dd. & multorum auditorum præceptores.

Obſer-

Obſeruandum † vero eſt, iudicatum fuiſſe Imperatori iu- 12
re iam olim à Carolo Magno tradito regalia deberi vt ait Sigon.
d. lib. 12. qui † etiam *lib. 7. de Regno Italiæ* ſcribit, multo ante Fride- 13
rici I. tempora, Otthonem Primum, quem multi Imperatores
ante eum ſecuti ſunt, habuiſſe eiuſmodi regalia, qualia ei adiudi-
cata eſſe diximus. Vt † autem eo maior in poſterum de ijs regali- 14
bus, quæ perierant, extaret certitudo quænam Imperatori com-
peterent, Fridericus hac de re prædictam conſtitutionem pro-
mulgare voluit, quæ † ex parte rectius de ijs loquitur & multo 15
plura in ſpecie enumerat, quam à Friſingenſi, Radeuico, Mutio,
Gunthero & Sigonio *ſupra citatis locis* recenſentur, licet † non 16
tantus ſit numerus eorum, quæ à Friderico nominantur, quan-
tum Matth. de Affl. *&. in d. c. vnic. in princ. Quæ ſint Regalia* eſſe di-
cit, dum 25. eſſe aſſerit. Sunt enim tantum vnum & viginti *in d. c.*
vnic. nominatim expreſſa. Neque † tamen hæc omnia, quæ ita 17
ſpeciatim à Friderico recenſentur, ſunt quæ Regalium materia
continentur, ſed plura in iure reperiuntur alia regalia Cuiac. *in*
d. c. vnic. Vult. *de feud. c. 5. nu 7.* Roſenth. *de feud c. 5. concluſ. 94. nu. 1.*
Heig. *quæſt 15. nu. 45. part. 1.* addens valde infirmum ideo eſſe ar-
gumentum quod ab enumeratione eorum quæ *in d. c. vn.* refe-
runtur, *ducitur, quaſi reliqua ibi non connumerata non ſint de regali-*
bus. Atque inter ea quidem alia quæ ita extra *d c. vn.* in iure repe-
riuntur ſunt tam minora quam maiora. Vſu † etiam ac Cõſuetu- 18
dine induci poteſt, vt iura quæ olim regalia non fuerunt, pro re-
galibus hodie habeantur Roſenth. *d. loc.* nonnullaque † ſunt, 19
quæ hodie ex tali vſu de regalibus eſſe cenſentur, & ex parte in-
ter alia huiuſmodi iura tanquam regalia Inueſtituris Cæſareis ſę-
pe adduntur. Sunt † autem quidam ex Dd. qui nimis ſunt effuſi 20
in cumulandis ijs, quæ ſupremo Principi tanquam reſeruata &
regalia competunt, inter quos præter Caſtaldum *in tractat. de*
Imperator. quæſt. 110. num. 1. Chaſſanæum *de glor. mund. part. 5.*
conſiderat. 24. Lucam Parmenſem *in tractat. de fiſco.* & plures alios
allegatos à Knichen *de ſublim. & regio iure territ. c. 1. nu. 341.* cum-
primis eſt Petra *de iur. quæſit. non tollend. cap. 21. verſ. vltimi poſſunt,*
qui 413, regalia in ſpecie adducit. Neque † enim omnia, quæ 21

 Prin-

Princeps poteſt inter ipſa regalia & reſeruata eius referenda ſunt Knich. *dict. loco*, Valaſc. *de iur. emphyteut. quæſt. 8. num. 34.* vbi etiam inconcinnum eſſe cenſet conglomerare omnia, quæ Princeps poteſt, quaſi regalia ſint, nec immerito cum Bodino *lib. 1. de republ. cap. 10* Lucam Parmenſem quaſi nimis multa regalia in dicto *tractatu de fiſco* enumerantem reprehendente dici poteſt, eiuſmodi inueſtigationem & enumerationem nimis curioſa ſub-
22 tilitate fieri & vnum regale in decem diſtrahi. De † ſingulis vero etiam ijs, quæ reuera regalia & reſeruata Imperatoris vel alterius Principis ſuperiorem non recognoſcentis eſſe dici poſſet, in ſpecie tractare infinitum quodammodo eſſet, nec eſt noſtri inſtituti extra limites regalium in prædicta Conſtitutione Friderici I. expreſſe enumeratorum & eorum, quæ ijs affinia ſunt, euagari, niſi quod *infra cap. 2.* occaſione diuiſionis, qua omnia regalia in maiora & minora diſtribuuntur, præcipua ex prædictis alijs regalibus ad maiora pertinentia adducturi & de ijs ex minoribus Regalibus etiam locis dicturi ſimus.

23 Etſi † vero Petrus Iacobus Aurelian *in ſua Practic. Rubr. 12. num. 93. verſ. item in titulo*, quaſi per contemptum aſſerat, nobiliſſimam illam Friderici conſtitutionem eſſe ius locale, quaſi ad certum ſpecialem locum adſtricta ſit, & multa in ea contineri, de quibus truffatorium ſit dicere, quod de iure pertineant ad aliquem Regem, niſi in illo regno de quo loquitur, tamen res ſe longe aliter habet. Nam licet ea occaſione hæc conſtitutio promulgata ſit, quod regalia deperijſſent in Italia, & hæc ei ibidem reſtituta fuerint, tamen ea non per hanc conſtitutionem recuperauit, ſed ei, vt ſupra dictum eſt, adiudicata fuerunt, & vt eo certius conſtaret quæ eſſent regalia Imperatoris, idque non ſolum Italiæ, ſed & toti imperio notum redderetur, conſtitutionem hanc ita, vt in pluribus alijs eius & aliorum Imperatorum Conſtitutionibus factum eſt, publice extare & promulgari voluit, & quanti ea ideo, quod generalis eſſet & eius vſus ad eos etiam Principes, qui extra Imperium regalia haberent, accommodari poſſet paſſim facta ſit, ſatis teſtatum faciunt variorum Iuriſperitorum non ſolum Italiæ ſed & Germaniæ & plurium

aliarum

aliarum regionum ſcripta publica. Cumprimis † vero in Camera Imperiali tanquam ſupremo totius Imperij tribunali hæc Cõſtitutio tanquam commune Imperij ius obſeruatur & attenditur, idque ex varijs controuerſijs regalia concernentibus, quæ eo deuoluuntur, & earum deciſionibus liquet, & † eo frequentiores ſunt eiuſmodi lites, quod præter Imperatorem alij etiam tum ſeculares tum Eccleſiaſtici per totum Imperium regalia ex conceſſione vel præſcriptione conſuetudineve ita habeant, vt de ijs & inter ipſos & cum fiſcali ſæpiſſime lites ſint, & quidem non ſolum ad ordinarium ſed & extraordinarium & ſummarium proceſſum pertinentes, ideoque non immerito Rulanr. *in tractat. de Commiſſar. part. 4. lib. 2. cap. 2. num. 3. & 5.* ait totam Cameram Imperialem, eiuſque acta iudiciaria ſcatere materia regali, & quia Germania plurimis ac diuerſis inuicem vicinis regalia habentibus abundat, ad nullos alios magis quam ad Germanos ſpectare tractatum regalium. Conſtitui † igitur hanc conſtitutionem explicare, idque in omnibus ac in ſingulis ita fiet, vt occaſione eorum præter ea quæ hoc *libr. 1.* dicturi ſumus ſimul de ijs tractetur, quæ his affinia ſunt & de quibus ex parte à Dd. in dubium vocatur, an pro regalibus haberi debeant, quorum omnium tam multa & varia ſunt *vt infra lib. 2. cap. 1.* occaſione ad idem caput pertinentis & *in d. Conſtitut.* initio expreſſe nominati Iuris Regalis ſimul de quinque alijs quæ ei affinia ſunt acturi ſimus, Vt autem res tota eo magis perſpicua ſit, & eo plenius † de hac regalium moteria agatur, operæ precium eſſe duxi, priuſquam ad ſpecialem explicationem ſingulorum hac conſtitutione comprehenſorum & affinium regalium deueniatur, præmittere generalia aliquot capita, nimirum de definitione nominis & rei, de diuiſione regalium, de differentijs inter regalia & ea bona, quæ regalem dignitatem annexam habere dicuntur, & cum in feudum recognoſcuntur, feuda regalia appellantur, de perſonis Regalia habentibus, de modis acquirendi vt & amittendi regalia, de actionibus & remedijs eorum, & deniq; de eorum iudice competẽti & proceſſu iudiciario. His capitibus generalibus ſubijciẽtur de ſingulis prædictis regalibus eo ordine quo in

24 25 26 27

quo *in d. c. vn.* enumerantur ſingula capita, & diſtinguetur hic tractatus in duos libros, quorum prior generalia, poſterior ſpecialia capita continebit, eritq; hic poſterior liber ſpecialis commentarius in prædictam Conſtitutionem Friderici I. quæ extat *in d. c. vn.*

CAPVT I.

Vnde regalia dicantur & quid ſint?

SVMMARIA.

1. Regalium appellatio à voce Regis deſcendit.

2. Imperatoris nomen licet nonnunquam in libris feudorum vſurpetur, ſæpe tamen etiam ea appellationes, quæ Regibus competunt, Imperatori tribuuntur.

3. Imperatorum tanquam Regum nonnunquam etiam in iure communi ſit mentio.

4. Imperatores ante coronationem papalem non Imperatores ſed Reges Romanorum plerumque appellati ſunt.

5. Regalium appellatio in toto iure ciuili, quod ius feudale anteceſſit, non reperitur.

6. Regalia ab eodem, à quo regalia feuda nomen habent.

7. In regalibus feudis id amplius eſt quam in regalibus, quod in ijs regalis dignitas ſpectetur, & regalia feuda non ſint nec appellari poſſint niſi & regalem dignitatem annexam habeant.

8. Feuda etiam talia ab Imperatore conferuntur, quæ pro regalibus feudis non habentur.

9. Franciſcus Hotoman. refutatur quod affirmet ea, quæ iura regalia ſunt, paſſim præciſe pro feuda regalia dici.

10. Friderici Conſtitutio de pac. Conſtant. in qua etiam regalium ſit mentio, eſt à libris feudorum ſeparata & poſt eos poſita.

11. Per Ducatus, Marchias & Comitatus in Imperatoris perſona nihil aliud, quam ius faciendi Ducem, Marchionem & Comitem vel concedendi in feudum eiuſmodi regales dignitates intelligendum eſſe ex hiſtoricis ſcriptoribus oſtenditur.

12. Feuda regalia qui accipiunt quomodo appellentur.

13. Regali-

Digitized by Google

13. Regalibus annumeratur non ipſe Ducatus ſed jus concedendi Ducatum aliaque feuda regalia.

14. Regalia quid ſint?

15. In regalium definitione an genus in voce Res conſtituendum ſit, & quales res regalia ſint.

16. Sigonius reprehenditur.

17. Regalia non poſſunt regales dignitates dici vel pro ijs haberi.

18. Regalia & jus ſuperioritatis hodie ſæpe permiſcentur & confunduntur, revera tamen & proprie differunt, ſeparataque ſunt, & licet quis ſuperioritatis jus non habeat, tamen regalia ex conceſſione vel præſcriptione conſuetudineve habere poteſt.

19. Regalia an hodie in Germania per verbum Herrligkeit *deſignentur, & hoc idem quod verbum* regalia *importet?*

20. In definitione regalium, quare nõ ſolius Imperatoris ſed generaliter ſuperiorem non recognoſcentium mentio facta ſit.

21. In definitione regalium feudorum etiam non ſtricte ſolius Imperatoris ſed & aliorum ſuperiorem non agnoſcentium à Dd. mentio fieri ſolet.

22. In regalium definitione quare adiecta ſint hæc verba: vel cui conceſſione per eum facta aut præſcriptione conſuetudineve acquiſita ſunt.

23. Quare in eandem adjecta ſint verba: Ad ſalutem & decus reipubl. tuendum?

24. Juramentum quod Imperatores hodie præſtant, ad hoc poſtremum membrum definitionis pertinet.

25. Regalia ad ſalutem & dignitatem Imperij pertinere Conſtitutionibus etiam Imperij oſtenditur.

26. Imperatoribus qualia epitheta olim fuerint attributa.

27. Regalia ſunt conſtituta, ut Princeps juſtitiam ſubditis adminiſtret.

28. Inter regalia ipſa & patrimonium Principis, cui ea debentur, magna eſt differentia.

29. Patrimonium Imperator ideo habet, ut ſtatum Reipubl. tueatur, ſed illud ex bonis ipſius profectum & propria ejus ſubſtantia vocatur.

30. Patrimonium Imperatoris, quomodo in jure appelletur.

Digitized by Google

31. Imperatoris res licet reſpectu perſonæ & dignitatis eiuſdem patrimonium ſacrum appellentur, ſunt tamen proprium & priuatum eius patrimonium.

32. Comes rerum priuatarum quis olim dictus fuerit? Patrimonium Imperatoris in dubio præſumitur potius ad publicum, quam ad priuatum pertinere, & quæ in ſpecie ſint res ad illud pertinentes. ibid.

33. Regalia à patrimonio Imperatoris ſeparantur, & vocantur etiam patrimonium populi, res in patrimonio fiſci exiſtentes patrimonium Principatus & quaſi ſtipendia laboris conceſſa Principi, patrimonium fiſcale, Imperij bona, Publicum patrimonium, res ſtatum Imperij vel ſuperioritatem concernentes, domanialia.

34. Res Imperatoris priuatæ pro libitu alienari poſſunt, & ad hæredes etiam in principatu non ſuccedentes transferuntur.

35. Regalia poſt mortem Imperatoris penes Imperium manent, eique duntaxat qui in Imperio ſuccedit, debentur, & regulariter alienando in alium transferri non poſſunt, exceptis nonnullis caſibus, quorum duo hic adduntur.

36. Res fiſcales & res Imperatoris priuatæ quomodo differant; remiſſiuè.

37. L.2.§ interdum.ff ne quid in loc.publ. *declaratur.*

38. Regalia quo ſenſu Principi deberi & propria eius eſſe dicantur.

VT autem primo loco diſpiciamus, vnde regalia nomen habeant, & deinceps ad definitionem rei tranſeamus, ſcien-
1 dum eſt appellationem † regalium à voce Regis deſcendere, ideoque Guntherus *lib. 8.* ea regia iura nuncupat, & Ferrarius Montanus *in tractat. de feud. lib. 5. tit. 7.* βασιλικὰ Græcis dici ait. Nec mirum regalia potius quam Imperialia vel Imperatoria
2 nominari. Nam † licet nonnunquam in libris feudorum Imperatoris nomen vſurpetur *c.1. de feud. March c.1. in princ. Apud quem vel quos controuerſ. feud. c.1. in princ. de pac. tenend.* & idem princeps etiam dicatur *in cap. 1. in princ. de natur. feud. & in c. 1. Quis dicat. Dux.* tamen ſæpe eæ appellationes, quæ Regibus competunt, Imperatoribus etiam tribuuntur *c. 1. in princ. & §. notandum. Qui feud. dar. poſſ. cap. 1. §. quibus. de conſuetud. recti feud. cap. 1. de lege*

Contra-

Digitized by Google

Conradi & d. c. 1. de pac. tenenda. vbi Fridericus I. initio quidem ſe Imperatorem vocat, ſed in illis, quæ ſubijciuntur & quibus ipſum ius ab eodem ibi conſtitutum exprimitur, ſuum ſolium nuncupat Regiæ maieſtatis ſolium, ſuum imperium nominat Regnum & regiam ditionem, authoritatem etiam & ius ſuum vocat regium & *in* § *ſi vero temerarius* diſerte ſe appellat Regem. Sic idem Fridericus *in cap. vnic. Quæ ſint regal.* & ſic in eadem illa conſtitutione, quam de regalibus edidit, Imperiale numen vocat regale numen, & ea iura, quæ ſibi tanquam Imperatori deberi putauit & in Italia recuperauit, regalia dici voluit, eamque appellationem ibi & rubrica & textus habet. Eadem appellatione vtuntur hiſtorici, dum de ijſdem iuribus Friderico reſtitutis loquuntur. Nec † eſt à reliquo iure alienum vt Imperatorum tanquam Regum hac mentio. Sic enim Iuſtinianus *in l. fin. C. de legib.* cenſum Imperialem vocat Regalem cenſum. Sic *in l. vnic. Cod. de Adſeſſorib. & in l. bene à Zenone. Cod de quadrien. præſcript.* culmen Imperiale nominat Regale culmen. Sic à pontifice *in c. inter dilectos.* § *tertio quia falſum, de fid. inſtrument.* ſceptrum Cæſaris appellatur ſceptrum Regiæ maieſtatis & *in c. ſolitæ.* § *præterea noſſe debueras. de maiorit. & obedient.* Imperialis poteſtas dicitur Regalis poteſtas. Eo † vero facilius factum eſt vt imperialia iura ſint regalia dicta, quod poſterioribus temporibus eo res deuenerit, vt Imperatores ante coronationem papalem plerumque Reges Romanorum appellati ſint. Cæterum † licet hæc iura in libris iuris feudalis ita regalia dicantur, tamen in reliquo toto iure ciuili quod ius feudale anteceſſit, ea appellatio non reperitur, in pontificio autem iure non minus quam feudali illud vocabulum vſurpatur.

Atque † hæc quidem cum ita ſe habeant, perſpicuum inde fit ea, quæ ſimpliciter regalia dicuntur, nomen ſuum ab eodem habere, à quo & regalia feuda appellationem ſortiuntur. Eoque de feudis ſpectat text. *in c. 1 de feud. March. vel Ducat. & in d. c. 1. Quis dicat. Dux.* quibus locis proditum eſt hæc & ſimilia feuda maiora ab Imperatore alijs concedi, & tamen non Imperiales aut Imperatoriæ, ſed Regales dignitates nominantur *in d. cap. 1.*

de feud. March. vel Ducat. Eademque ratione & beneficium regale vocantur *in c. 1. de lege Conrad.* & paſſim ab interpretibus vno ore feuda regalia appellantur, communiſque eſt eorum ſententia, hæc regalia iura, quæ ſimpliciter regalia dicuntur, inde nomen habere, quod Imperator etiam Rex in libris feudorum appellari ſoleat.

7 In † feudis regalibus tamen id amplius eſt, quod in ijs etiam regalis dignitas ſpectetur, & regalia feuda eſſe non cenſeantur nec appellari poſſint, niſi & regalem dignitatem annexam habeant. Paris de put. *de feudor. redintegrat. cap. 1. nu.* 2. Guerrin. Piſo *in prælud feudor. quæſt.* 3. *in verb. à qualitate. verſ. Secundo in prædicamento qualitatis.* Schneiduu *de feud. part.* 1 *nu.* 30. Rebuff. in *declarat. feud nu.* 4. Iul. Clar *in § Feudum quæſt. 10.* Duaren. *de feud. cap.* 4. *nu.* 7. & tam multi alij vt hæc ſententia communis dicatur à Julio Claro *jam citato loco.* Eoque facit textus *in d c 1. Quis dicat.*
8 *Dux.* cum † & alia ſint feuda quæ pro feudis regalibus non habentur, & tamen ab imperatore in feudum conferuntur *d c. 1. Quis dicat. Dux.* Alvarot. & Dd. *in d. c.* 1. *Qui feud. dar. poſſ.* Præpoſ. *in prælud. feudor. nu.* 3. Rebuff. *in declarat. feud nu.* 84. Schneiduu. *d. part.* 1 *nu.* 31.

9 Etſi † vero Franciſcus Hotoman. *in ſuo Comment. de feud. cap.* 6. affirmet paſſim ea, quæ iura regalia ſunt præciſè dici pro *feuda regalia*, tamen tantum abeſt vt id verum ſit, vt in locis ex feudalibus libris ab eo citatis nulla omnino regalium ſimpliciter fiat mentio, nec vllus alius locus, qui præciſè regalium meminerit, in toto iure feudorum reperiatur excepto *d. c. vnic. Quæ ſint regal.* vbi ſimul & ipſe contextus & in eo facta enumeratio re-
10 galium abunde oſtendit, regalia non dici pro *feuda regalia.* Fit † quidem etiam regalium mentio in Friderici primi Conſtitutione *de pace conſtantiæ. §. Nos Romanorum. §. Vaſalli noſtri. § ſententiæ quoque* & *§. Nobis autem*, ſed ea conſtitutio eſt ſeparata à jure feudali & poſt libros feudales poſita, nec etiam ibi innuitur regalia
11 pro feudis regalibus eſſe accipienda. pro inde † Radevicus *lib. 2. cap. 5*, Guntherus *lib. 8.* & poſt eum Sigonius *lib. 12. de regno Italiæ*

de his

de his ipſis regalibus à Friderico I. in Italia reſtitutis ita loquuntur, vt non ſolum Ducatuum, Marchiarum & Comitatuum, ſed & monetarum, teloniorum ac vectigalium & id genus aliorum regalium, quæ non ſunt ipſa feuda Regalia, nominatim meminerint, atque ideo quemadmodum per monetas, vectigalia & ſimilia ius cudendi monetam, item ius vectigalia inſtituendi & id genus alia faciendi denotatur: ſic per Ducatus, Marchias & Comitatus in Imperatoris perſona nihil aliud intelligendum eſt, quam ius faciendi Ducem, Marchionem & Comitem, vel concedendi in feudum eiuſmodi & ſimiles regales dignitates.

Atque † hinc qui eiuſmodi feuda accipiunt Capitanei Re- 12
gni dicuntur *c. 1. in princ. Qui feud. dar poſſ. c. 1. Quis dicat. Dux* item Duces, Marchiones, Comites appellãtur, aliove regali dignitati convenienti nomine inſigniuntur. *d. c. 1. Qui feud dar. poſſ. d c. 1. Quis dicat Dux d c. 1. de feud. March. vel ducat.* Ab ipſo autem imperatore, quatenus ſupremus Princeps & Imperator eſt, eiuſmodi appellationes ſunt alienæ, ſed is eſt ſupremum caput &
Princeps Imperij ſui, quo fit † vt recte Borcholten *in c. vn. quæ ſint* 13
regal. nu. 4. non ipſum Ducatum, ſed conceſſionem ſiue ius concedendi eiuſmodi feuda, regalibus annumeret.

Ut autem † ad ipſam definitionem regalium accedamus, 14
eam conſtitui poſſe exiſtimo, vt dicamus regalia eſſe iura ei, qui ſuperiorem non recognoſcit, vel cui conceſſione aut præſcriptione conſuetudineve quæſita ſunt, competentia ad ſalutem
& decus Reipublicæ tuendum. Minus † recte nonnulli genera- 15
li appellatione regalia ita dicunt eſſe res, quaſi inde genus ſit conſtituendum in definitione. Nam regalia ad eas res ſpectant, quæ incorporales ſunt & iura nuncupantur, ideoque *iura* proximum genus ſunt, & ſic inde merito genus in definitione deſu-
mitur. Atque † hinc fallitur etiam Sigonius, dum *lib. 7. De regno* 16
Italiæ vectigalia, telonia, monetas & ſimilia à Ducatu, Marchionatu, & Comitatu tanquam dignitatib. ſeparans, regalia appellat prædia. Non † poſſunt quoque regalia dici dignitates regales vel pro ijs haberi, licet hoc quidam velint, ex quibus ſunt

Digitized by Google

Cont'us *in tract. de feud. cap. 3. verſ. Tertia diuiſio* & Bartolus *conſ. 72. nu, 3. lib.* 1. De hac *re* pluribus agetur infra *cap. 4. in quarta differẽtia re-*
18 *galium & bonorum regalem dignitatem annexam habentium* Etſi † vero regal a & ius ſuperioritatis hodie ſæpe permiſceantur & confundantur, tamen revera & proprie differunt ſeparataque ſunt, & licet ius ſuperioritatis, quæ in Principib. inferioribus in Receſſu Imper j *de anno 1584.* §. Wiewol auch Landfürſtliche Obrigkeit appellatur, quis non habeat; tamen regalia ex conceſſione vel præſcript one conſuetudineve habere poteſt Cravett *conſ. 673.* incip. *Intentio nu. 15. verſ. Tertio reſpondetur* Thom. Michael *in diſputat. De iuriſdict. cõcluſ. 46 ſub lit. a.* Borcholt. *in d. c. vni: nu. 20.* experientiaq; teſtatum facit hodie non paucos eſſe qui regalia habent, etiamſi ſuperioritate ſive vniverſali iuriſdictione deſtitu-
19 antur. Deſignari † vero hodie regalia in Germania per verbum Herrligkeit / & hoc idem importare quod verbum *regalia* ſcribit Schraderus inter conſilia Borcholt. *part. 2. conſ. 18. verſ. Similiter quoque*, vbi id pluribus confirmat, & omni dubio carere addit.

20 Dixit † autem hæc jura competere ei qui ſuperiorem non agnoſcit. Qua in re fateor poſſe vel potius debere hoc ipſum ad ſolum Imperatorem coarctari ſi ſtricte ad ſolum Imperium reſpiciatur, & ejus tantum intuitu regalia definiẽda eſſent. Sed cũ Imperatori vt Principi ſuperiorem non recognoſcenti & Imperij capiti regalia ſua competant, alijque hodie reperiantur, & p multa ſecula reperti ſint, & quidem inter eos potentiſſimi, qui nec Imperatori nec vlli alij ſint ſubiecti, ac in ſuo Principatu ac Repub. non minus quam Imperator in Imperio ſuo caput ſint nec vlla Imperatoris vel alterius generali vel ſpeciali conceſſione, ſed jure ſupremæ poteſtatis, dignitatis & præeminentiæ regalia habeant, volui non tantum Imperatorem, ſed & illos generaliter definitione comprehendere, cum præſertim Imperij fines. vt Afflictus *ad rubr. Quæ ſint regal. in verb. Regalia nu. 5.* ait hodie anguſti ſint, & non ſolum vſu, ſed & communi ſententia Dd. Italiæ, Regni Neapolitani, Siciliæ, Galliæ, Germaniæ & aliarum regionum receptum ſit, quod de illis alijs ſuperiorem non reco-
gnoſ-

gnoſcentibus dixi. Et in ipſa definitione regalium hoc comprobant & non ſolius imperatoris ſed generaliter nullum ſuperiorem recognoſcentium meminerunt Boſſius *De regalibus num. 2.* Pruckman. *ad rubr. Quæ ſint regal. c. 2. nu. 1.* Schneidvvin. *in Epit. feud part. 2. nu. 94.* Roſenthal. *De feud. c. 5. concluſ. 1. nu. 2. in verb. Seu ſupremo Principi.* eoque pertinet, quod idem *concluſ. 2. nu. 2.* in deſcriptione maiorum regalium per Imperatorem dicit omnem ſuperiorem non recognoſcentem intelligi oportere. Accedit † his quod & in definitione feudorum regalium, quæ ab eodem 21
Principe, à quo & iura regalia nomen ſortiuntur, vt ſupra dictum eſt, non ſolum ad Imperatorem, ſed & ad alios ſuperiorem non recognoſcentes reſpiciatur, nec ſpeciatim ſolius Imperatoris fiat mentio. Schrader. *de feud part 2. nu. 5.* Rebuff. *in declar. feud. nu. 3.* Mozzius *tit. de feud. diuiſ. nu. 42.* Roſenth. *de feud. c. 2. concluſ. 1. nu. 3.* Curt. *part. 1. cap. 9. nu. 4.* Vulteius *de feud. cap. 8. nu. 10.* Duaren. *cap. 4. nu. 7.* Goedd. *diſputat. feud. 2. theſ. 5* Nicol. Intrigiol. *quæſt. 32. num. 1.* Obrecht. *in feud. diſputat. 2. theſ. 49.* Quia † vero reperiuntur etiam Principes, Comites, Barones, ciuitates & plures alij qui ſuperiorem recognoſcunt, Jureque ſupremæ poteſtatis, dignitatis & præeminentiæ non vtuntur, & tamen ex conceſſione per privilegium aut Inveſtituram facta, vel præſcriptione conſuetudineve regalia habēt, vt infra *c. 5.* oſtēdetur, definitioni adiicere volui & hæc verba: *Vel cui conceſſione per eum facta aut præſcriptione conſuetudineve acquiſita ſunt.* Cuiuſmodi ſimiliaque verba definitioni addunt etiam Pruck. *d. c. 2. nu. 1.* Vulteius *de feud. c. 5. nu. 7.* & poſt eum Gœddæus *in diſput. feud. 5. theſ. 9. lit. b.* & licet Borcholten *in d. cap. vn. nu. 2.* & Roſenthal. *d. cap. 5. nu. 2.* talium verborum adiectionem in definitione omittant, tamen rem ipſam quod nimirum etiam ex conceſſione vel præſcriptione conſuetudineve regalia competant, alijs locis tradunt. 22

Addita † vero definitioni ſunt & hæc verba: *Ad ſalutem & decus Reipublicæ tuendum.* Quia quemadmodum omne Regnū eſt poſſeſſio Reipubl. & non Reſpublica poſſeſſio Regni eſt, vt graviter & eleganter ait Suidas ac poſt eum Renatus Choppin. 23

De doman regn. Franc lib. 1. tit. 9. nu 5. ſic & ad gubernacula Reipu-
blicæ ſedentes ac Imperantes regalia ita habent, vt eorundem
poſſeſſio ſit apud Rempublicam, & illi his iuribus ad Reipubli-
cæ tum dignitatem & poteſtatem, tum etiam ſalutem vti debe-
ant. Atque ita vtrumque decus nimirum & ſalutem ſimul hîc
attendendum eſſe ac requiri Fridericus I. ſatis aperte aſſerit in
ea graui oratione, quam habuit ad Epiſcopos & Proceres Im-
perij de regalibus ſuis, quæ ſibi in Italia reddi voluit. Quoniam
Deo, inquit, placitũ eſt, nos Imperij gubernacula adminiſtrare
ob eam rem, quia ad dignitatem & ſalutem eius pertinere vidẽ-
tur, curare ac moliri omnia ſingulari ſtudio ac vigilantia con-
gruit. Quæ & alia verba quibus reſpectu regalium vſus eſt, ad-
24 ducuntur à Sigonio *lib. 12. de regn. Ital.* Atque † huc pertinet iu-
ramentum quod hodie Imperatores præſtant, vt manifeſtum ſit
ex Capitulatione inter Carolum V. Imperatorem & Electores
facta & à Succeſſoribus eius repetita de qua Sleidan. *in Commẽ-
tar. l. 1.* Et ſane dum Deus *Samuel lib. 1. c. 8.* Samueli, quem popu-
lus ſpreverat, *Non te*, inquit, *ſed me ipſum ſpreverunt*, ſatis innuit,
quanta ſit poteſtas & dignitas eorum, qui ſuperiorem non re-
25 cognoſcunt. Accedit † his quod de iure vectigalium tanquam
Regali in conſtitutione Imperij anno 76. promulgata. §. Dar-
durch dann ꝛc. conſtituitur in verbis: zu noch höherm auffſchlag/
werth vnd theurung/ auch leichtlich vrſach zur vngedult vnd ſonderlich
zu empörung geben möge/ & in verbis Zu vnſerer Keyſerlicher ſon-
derer Hoheit vnd *reuerſaten &c.* & de iure Monetæ in conſtitutione
de anno 1579. §. Alßdann auch ꝛc. vbi ſancitur, vt ij qui ius mone-
tæ habent, eo ad ſalutem & decus Imperij vtantur, nec ad quæ-
ſtum aliquem per pacta prohibita aliave ratione eo abutantur,
ſimulq; de ſe ipſo etiam ab Imperatore additur, quod hoc regali
26 ad ſalutem & decus Imperij vti teneatur. Sane † ad ſalutẽ & ho-
norem Reip. Principibus regalia competere adeo verum eſt,
vt hinc paſtores populi appellentur, & hinc Imperatores olim
dicti bono Reip. nati, & ampliatores ciuium, aſſertores liberta-
tis publ., locupletatores orbis terrarum nominati ſint. De quib.
& ſi-

Digitized by Google

& ſimilibus epithetis videre licet præter alios cumprimis & Hubert. Golz. *in ſuo theſaur. rei antiquar. c. 5.* Atque † huc etiam 27
referendnm eſt, quod tradunt Molin. *in Conſuetud. Pariſienſ. tit. 1. §. 1. glo. 64.* Gail. *obſ. 64. n. 3. lib. 2.* Mynſing. *obſ. 70. n. 9 cent. 5.* Matth. de Afflict. *ad Rubr. Quæ ſint Regalia n. 7.* vbi ait Regalia conſtituta eſſe, vt Princeps iuſtitiam faciat ſubditis ſuis, & principem operam ſuam ſubditis videri addixiſſe. Idem tradit Præpoſ. *ibidem nu. 1.* & Ferrar. Montanus *in tract. de feud. lib. 7. cap. 7.* vbi ſimul de Principibus conqueritur, quam male hoc obſeruent & expendant cur regalia habeant. Et ſane quemadmodum ſalus populi ſuprema lex eſſe dicitur & ad eam legitima Iuſtitiæ adminiſtratio pertinet, ſic regna ſublata Iuſtitia nihil aliud eſſe cenſentur quam magna latrocinia vt ait ex Auguſtin. *de Ciu. Dei lib. 4. c. 4.* Arius Pinell. *in rubr. C. de reſc. vendit. p. 1. c. 2. nu. 25.* & Alciat. *in l. bona ciuitatis nu. 7. ff. de verb. ſignif.* Atque † hæc quidem quæ ha- 28
ctenus dicta ſunt, cum ita ſe habeant, ex hoc poſtremo membro definitionis, quod de tuenda ſalute & dignitate Reipubl. adieci, facile colligere licet quanta ſit differentia inter eius, cui regalia debentur, proprium patrimonium & ipſa regalia. Nam † patri- 29
monium non ideo habet, vt ſtatum Reipubl. tueatur, ſed eſt hoc proprium eius patrimonium ex ipſius bonis profectum, & propria eius ſubſtantia vocatur *in l. 3. §. 1. C. de quadr. præſcript.* Molin. *ad Conſuetud. Pariſienſ. titulo 1. de feud. §. 30. numer. 170.* Peregr. *de iur. fiſc. lib. 1. tit. 1. numer. 6. & 7.* Choppin. *de Doman. regn. Franc. lib. 1. tit. 1. in princ.* Gail. *obſ. 21. nu. 17. lib. 1.* Mynſing. *reſponſ. 4. nu. 8. decad. 12.* & Iuſtin. *§. vlt. Inſtit. de vſucap.* ex domo eius accipi ait. Atque hæc ſunt illa bona Imperatoris, quæ in formam patrimonij redacta dicuntur ab Vlpiano *in l. cum ſeruus. §. vlt. de legat. 1.* 30
appellantur † etiam res Dominicæ *in l. ſuper creandis C. de iur. fiſc. lib. 10. l. penult. & vlt. C. de commod. rei priuat. lib. 11.* priuatum patrimonium *in l. 2. C. de offi. Comit. rer. priuat. l. vlt. C. de agric. & mancip. dom. lib. 11.* item res priuatæ *l. 1. C. de offic. Comit. rer. priuat. l. 2. 3. & 4. C. de fund. rei priuat. l. 1. & 2. C. de agric. & municip. dom. eod. lib.* res patrimoniales *in l. 2. & tot. tit. C. de fund. patrim. lib. eod.* pertinentque *eodem tit. de municip. & col. patr. & tit. de fugit. col. patr. eod. lib.*

 & præ-

& prædia Cæſaris *l. apud Iulianum. §. conſtat. ff. de legat.* 1. Eoque pertinet etiam quod ab Vlpian. ratio Cæſaris opponatur rationi fiſci *in l. fiſcus. 6. in fin. ff. de iure fiſc.* his verbis: *Quodcunque priuilegij coſſi competit hoc idem & Cæſarii & Auguſtæ ratio habere ſolet:* Quatenus etiam *in l. 3. §. penult. ff. de iure fiſc.* in Cæſaris poſſeſſione repertus theſaurus pro parte dimidia ad fiſcum pertinere dicitur, per fiſcum intelligitur non publicum ſed priuatum Cęſaris ęrarium.
31 Etſi † vero hæ res ſacrum patrimonium etiam nuncupentur *in l. vlt. de vectig. & commiſſ. & in l. 1. C. de indict. lib.* 11. tamen hoc fit tantum reſpectu perſonæ & dignitatis Principis, ideoque illud non obſtat, quo minus cenſeantur eius proprium & priuatum eſſe patrimonium, cum res etiam priuatæ ad Imperatores pertinentes ſacræ vocentur & ſic ſacræ domus, ſacræ largitiones, ſacra ſcrinia, ſacrum ſtabulum, ſacer Comitatus in Imperatorum Conſtitutionibus appellantur Briſſon. *in ſuo lexico lib. 17. in verb.*
32 *ſacras etiam.* Et † qui patrimonium & res priuatas Cæſaris curabat Comes rerum priuatarum vocatur *l. 1. Cod. de aduocat. diuerſ. iudic. l. vlt. C. de Aſſeſſor. l. ſi quis. C. vbi cauſa Fiſcal. l. 3 C. de bonis vacantibus cum ſimilibus.* In dubio vero præſumuntur omnia potius ad patrimonium publicum quam ad priuatum pertinere. Vaſq. *illuſtr. quæſt. cap. 105. num. 28.* Alexand. *conſ. 6. nu. 5. lib. 4.* Schrader. *conſ. 3. nu. 392. lib. 1.* Pruckman. *conſ. 13. n. 159. l. 1.* Et pertinent ad huiuſmodi patrimonium omnes fructus omnesq; reditus Imperij, necnon omnia ratione fructuum & redituum eorum percepta ſiue in pecunia numerata ſiue in nominibus debitorum ſiue in alijs mobilibus ac allodialibus conſiſtant Franc. Lucan. *in tract. de fiſc. p. 1. num. 6.* Corſet. *in ſingul. in verb. Fiſcus.* Barth. *ad rubric. num. 13.* & Iohan. de Plat. *num. 8. Cod. de iur. fiſci lib. 10.* Bald. *ad rubr. & ibid.* Salycet. *num. 1. Cod. de priuileg. fiſc.* Pruckman. *conſil. 13. numer. 157. lib. 1.* Schrader. *conſil. 3. numer. 389.* & quidem etiam ea quæ aliunde contemplatione & intuitu Imperij ad Cæſarem deuoluuntur ad Fiſcum ſiue publicum patrimonium Cæſaris ſpectant. Vaſq. *illuſtr. quæſt. cap. 105. numer. 28.* Phil. Franc. *ad rubr. numer. 62. de teſtament. in 6.* Pruckman. *d. conſil. 13. numer. 158.* Schrader. *dict. conſil. 3. numer. 390. & ſequent.* Atque hinc apparet
proprie-

Digitized by Google

proprie pro re & patrimonio Cæſaris priuato habenda eſſe pecuniam & ea bona mobilia allodialia & nomina debitorum quæ à parentibus vel ſanguine iunctis titulo hæreditario vel etiam ab alijs titulo vniuerſali vel ſingulari non Imperij ſiue dignitatis contemplatione ſed intuitu perſonæ tantum acquiſiuit Iaſ. *in l. Procurator. numer. 1. Cod. de edend. & in l. 1. numer. 1 Digeſt. de offic. Procurator. Cæſaris.* Chaſſan. *in conſuetud. Burgund. in rubric. 2. in princip. numer. 8. & 9.* Molin. *in conſuetud. Pariſ. tit. 1. §. 30. num. 170.* Vaſq. *de ſucceſſ. proceſſ. lib. 3. §. 26. de teſtam. in 6.* Schrader. *d. conſil. 3. num. 399.*

Ab eiuſmodi vero patrimonio & rebus omnino priuatis ſeparantur non ſolum ea quæ ſupra ad patrimonium publicum pertinere dixi, ſed & cumprimis regalia, vt quæ ideo imperanti competunt, vt ſtatum Reipubl. defendit, ſiue decus & dignitas ſiue ſalus eius ſpectetur, & † vocantur à Neratio in text. *l. quod in* 33 *littore 14. in princ. ff. de acquir. rer. domin.* Patrimonium populi à Papiniano in text. *l. pacta conuenta in fin ff. de contrahend. empt. & l. 2. §. hoc interdictum, 2. Digeſt. ne quid in loc. publ. velit in.* fiat res in patrimonio fiſci exiſtentes Peregrino *dict. tit. 1. numer. 8.* Patrimonium Principatus, & quaſi ſtipendia laboris conceſſa Principi, à Molineo *d. numer. 170.* patrimonium fiſcale, à Schradero *de feud. part. 4. cap. 1. numer. 7.* Imperij bona, à Mynſingero *dict. reſponſ. 4. numer. 6.* publicum patrimonium, à Gailio *d. obſeru. 21. numer. 16.* res ſtatum Imperij vel ſuperioritatem concernentes, à Choppino *de doman. regn. Franc. lib. 1. tit. 2. n. 2.* Bruno *inter conſil. feud. conſil. 12. num. 84.* Rolando à Valle *conſ. 1. num. 126. lib. 2.* & à multis alijs domanialia. Atque ad his res pertinent etiam Tit. *de iure fiſci.* Tit. *vbi cauſ. fiſcal.* & Tit. *de Aduocat. fiſc.* Quare † li- 34 cet priuatæ res Imperatoris pro libitu alienari poſſint *l. apud Iulianum. §. conſtat. Digeſt. de legat. 1. l. 2. Cod. de quadr. præſcript.* & ad hæredes tranſmittantur, vtcunque in Principatu non ſuccedant. *l. quod Principi. Digeſt. de legat. 2.* tamen † rega- 35 lia manent poſt mortem Imperatoris penes imperium, & ei duntaxat debentur, qui in imperio ſuccedit, & regulariter alienanda in alium transferri non poſſunt *cap. ad apoſtolicæ. de donat.*

cap. mouemus 12. q. 2. l. multi. & ibi Dd. *C. de nau. non excuſ. lib. 11.* Mynſing. *d. reſponſ. 4. num. 8.* Roland. à Vall. *conſ. 1. num. 124. 125. 169. lib. 2.* Burſat. *conſ. 160. num. 18.* Lucas de Penna *in l. quicunque 7. num. 2. & 7. C. de omn. agr. deſert. lib. 11.* Iaſ. *in prælud. feud. num. 80.* Felin. *in cap. 1. num. 5. verſ. quarto declara.* & *ibid.* Dec. *num. 32. verſ. ſic etiamſi contractus. de probat.* Anto. Rub. *conſ. 50. nu. 7.* Cacheran. *conſ. 3. num. 12.* dixi Regulariter eo quod certis caſibus regalium alienatio permiſſa ſit è quibus præter alios eſt, ſi ea non vergat in aliquod graue Imperij præiudicium, ſed tantum modica inde ſequatur Imperij læſio Andr. de Iſern. *ad rubr. quæ ſint Regal. num 3. verſ. ſed quomodo poteſt.* Afflict. *ad eand. rubric. num. 60. & 61.* Cephal. *conſ. 155. num. 28. & 34.* Mandell. *conſ. 67. num. 5.* Peregrin. *de iur. fiſc. lib. 1. tit. 3. num. 74.* Pruckm. *ad rubr. quæ ſint Regal. cap. 5. num. 5.* Item ſi non principaliter & propter ſe, ſed in conſequentiam alienentur Cephal. *d. conſ. 115. num. 32. verſ. vltimo poteſt,* Pruckman. *d. c. 5. num. 7.*

36 Quemadmodum † igitur inter res fiſcales & res priuatas noſtro iure magnum paſſim conſtituitur diſcrimen, vt videre eſt in *l. fiſcus. ff de iure fiſc. l. vlt. qui pot. in pignor. l. exceptis. & l. vlt C. de vectig. l. 3. §. 1. C. de quadr. præſ. & multis alijs locis,* ſic & hoc ipſum diſcrimen pertinet etiam ad regalia & priuatas res Principis. Et
37 † quemadmodum *in l. 2. §. interdum. ff. ne quid in loc. public.* res fiſcales non ſimpliciter, ſed addito verbo *quaſi* dicuntur propriæ
38 & priuatæ ipſius Cæſaris, ſic † & regalia dici poſſunt ita Principi deberi, vt reuera ad priuatum eius patrimonium non pertineant, nec propriæ eius ſint, ſed quaſi priuatæ & propriæ res eius exiſtant. Eoque ſenſu accipiendum eſt, quod regalia dici ſoleant competere Principi, item propria eius eſſe habito videlicet reſpectu ad ipſum Principatum ſiue Rempublicam. Peregrin. *d. tit. 1. cap. 8.*

CAPVT

Capvt II.

De diuiſione regalium.

Svmmaria.

1. Regalia alia ſunt maiora, alia minora.

2. *Regalia maiora ſunt in quibus potiſſimum ſuprema poteſtas & dignitas Principis relucet.*

3. *Appellantur etiam à nonnullis Dd. potentiora, merè regalia, perſonæ Principis cohærentia, coronæ annexa, perſonaliſſima, extra commercium exiſtentia, ſacra ſacrorum.*

4. *Sæpe etiam à Dd.* κατ' ἐξοχὴν *reſeruata Principis nuncupantur, licet aliâs & minora regalia appellatione reſeruatorum Principis comprehendantur & deſignentur.*

5. *A Ioanne Bodino maiora vocantur iura maieſtatis propria.*

6. *Error eorum qui maiora regalia ſcribunt priuilegia appellari.*

7. *Ex regalibus maioribus varia & præcipua in ſpecie enumerantur, ex quibus ſunt ſequentia ad* nu 38.

8. *Vti clauſula plenitudinis poteſtatis & ex ea aliquid ſtatuere.*

9. *Leges generales condere & eaſdem interpretari, Armandias habere, Iure muniendi ciuitates & erigendi fortilitia eaque cuſtodiendi vti.*

10. *Bella indicere & belli indicendi licentiam alij dare.*

11. *Pacem à bello recedendi cum hoſte inire, fœdera & ligas contrahere, & confirmare.*

12. *Repraſalias concedere.*

13. *Principem Imperij à iurisdictione Cameræ Imperialis eximere.*

14. *Vti iure extremæ prouocationis ſiue pronunciare ita vt à ſententia appellari non poſſit.*

15. *Cauſam cum clauſula* appellatione remota *delegare, vel alia ratione appellationem tollere.* n. 16.

17. *Veniam ac gratiam criminis vel damnationis capitalis alicui dare, vel extendere.*

18. *De crimine læſæ maieſtatis cognoſcere, vel bona ob hoc crimẽ damnatorũ ſibi arrogare, Bannum Imperij irrogare & ab eo abſoluere, ibid.*

Saluum conductum & ſaluo gardiam plenum concedere.

19. In adoptione quæ fit per arrogationem authoritatem interponere. Infantem vel abſentem emancipare.

20. Legitimare eos per reſcriptum, qui extra legitimum thorum nati ſunt.

21. Famæ, honoribus & natalibus reſtituere. abſoluere Iuramento.

22. Veniam ætatis dar, ius ciuitatis tribuere, collectas generales indicere.

23. Creare Duces, Marchiones, Comites, aliaſue regales dignitates conferre.

24. Idque ad regna & regum creationem etiam pertinere, item ad Baronatum n.25.

26. Erigere & priuilegijs munire Academias.

27. Creare doctorem, cujusmodi creatio ab Imperatore etiam vnico verbo fieri poſſe dicitur. n.28.

29. Inſignire gradu Licentiæ & magiſterij liberalium artium n.32.

30. Laurea poetica aliquem donare. Quod adeo eſt de maioribus regalibus vt in Academijs etiam, quæ ex conceſſione Imperatoria erectæ ſunt, Poetæ creari non poſſint, ſed creatio plerumque ab ipſo imperatore fiat, vel à Comitibus Palatinis, qui abuſiue ita appellantur, quando ſpeciatim ijs de ea re facultas data eſt n.31.

33. Comites Palatinos prædictos creare.

34. Magiſtratus conſtituere.

35. Tabelliones ſiue Notarios creare.

36. Conferre in aliquem inſignia nobilitatis, de cuius priuilegijs & prærogatiuis remiſſiue.

37. Nundinas ſiue mercatum publicum inſtituere.

38. Monetam cudere, vel eandem reprobare ac tollere. n 39.

40. Vectigalia noua inſtituere & ea tollere, immunitatem que ſiue exemptionem largiri. n.41.

42. Vectigalia antea inſtituta augere.

43. In vectigalibus nouis inſtituendis vel inſtitutis augendis, Electorum etiam conſenſus hodie requiritur, & tamen id ius de Imperatoris reſeruatis eſſe non deſinit. n.44.

45. Re-

45. Regalia minora ſunt, quæ potius ad fiſcale jus & prouentus, quam ad ipſam ſupremam authoritatem, dignitatem ſiue poteſtatem ſpectant.

46. Regalia minora à nonnullis appellantur etiam regalia communia, item facile & communiter concedi ſolita.

47. Regalia in c. vn. Quæ ſint regal. *enumerata omnia ſunt minora, ſed quædam etiam maiora, & quænam illa.*

48. Ad regalia maiora minus recte referuntur mineræ ſeu fodinæ à Zaſio, confiſcationes bonorum à Paride de Puteo n. *49. & theſauri ab eodem* n. *50.*

51. Ad regalia minora minus recte etiam refertur jus cudendi monetam à VVeſenbecio.

52. Regale vnum idemque nonunquã diverſo reſpectu & majus & minus dici poteſt.

53. Regalia quædam in iure noſtro expreſſe nominantur, quædam non, & inter hæc ſunt multo plura, quæ maiora dici poſſunt, quam inter illa, item horum ſparſim in jure mentio fit, illorum non æque.

54. Regale etiam apud Gallos appellatur illud jus, quo Rex Galliæ vacante ſede beneficiorum Eccleſiaſticorum fructus percipit & ea conferendi poteſtatem habet.

55. Idem regale etiam regi Angliæ in Eccleſiis Cathedralibus regni ſui competit.

56. Imperator quoque hoc jus habet vt in qualibet Germaniæ Eccleſia vnum recipi iubeat, appellanturque collationes illæ primariæ preces.

57. Ius quod rex Galliæ & Angliæ ſede vacante in Eccleſiis regni ſui habent, antiquius eſt iure Pontificio & maius quam Imperatoris.

58. Regale regi Galliæ & Angliæ ſede vacante in Eccleſiis competens librorum feudalium authores non agnoſcunt & à reliquo etiam iure civili alienum eſt licet diverſi authores hic enumerati de eo integros tractatus conſcripſerint.

EX poſita definitione proximum eſt, vt ad diviſionem accedamus. Sunt, a. regalia † alia maiora alia minora. Hæc di- 1
uiſio, vt ex illis, quæ textibus iuris noſtri prodita ſunt, & hanc regalium materiam ſpectant, elici haud difficulter poteſt, ſic & à pleriſque Interpretibus comprobatur, ex quibus ſunt Claud. Seyſell. *in ſuo ſpec. feud. ad tit. Qui feud. dar. poſſ. verſ. Nam quædam ſunt*

ſunt Ferrar. Montan. *de feud. libr. 5. c. 7. verſ. Regalia. & lib. 2. c. 1. verſ. Quandocunque.* Camerar. *in c. 1. de prohib feud. alien. per Fridermum pag 641. verſ. Septima concluſio* Borcholt *. ad d. c. vnic. num. 3.* Peregrin. *de iur. fiſc. lib 1. tit. 1. nu 9.* Vult. *de feud. lib. 1. cap. 5. num. 7.* Sonsbec. *in comment feudal part. 8. nu. 19.* Roſenth. *de feud. c. 5. concluſ. 2. nu. 1.*

2 Maiora † regalia ſunt in quibus potiſſimum ſuprema pote-
3 ſtas & dignitas Principis relucet, ideoque † appellantur à nonnullis Dd. etiam potentiora Mozzius *de feud. tit. de naturalib. feud nu. 15. verſ. Quarto ſi illuſtri.* mere regalia Paris de Puteo *in ſuo tract de Syndicat in verb. de exceſſ. Baron. erga ſubdit. cap. 1. nu. 12.* Tapia *in L. fin. ff. De conſtit. Princip. cap. 2. nu. 59.* Zaſ. *conſ. 16. nu 46. lib. 2.* Perſonæ Principis adhærentia Paris de Puteo. *d. c. 1. num. 13.* Pruckm. *ad rubric. Quæ ſint regal. c. 5. nu. 98.* Oſſibus Principis cohærentia Camerar. *d verſ. Septima concluſio pag. 641.* Weſenbec. *conſ. 61. nu. 31.* Hieron. de Cævallozin *ſpec. cõm opin. quæſt. 46. nu. 7.* ipſi coronæ annexa Molin. *ad conſuetudi. Pariſ. tit. §. 1. in verb. Le fief. nu 54.* perſonaliſſima Molin. *in d. verb. fief. nu 53.* Bellug. *in ſpec. Principum. Rubr. 9. num. 31.* Menoch. *conſ. 604. nu. 15.* extra commercium exiſtentia Molin. *iam citato loco* per text *in L. Apud Iulianum §. Conſtat. ff. De leg 1. & l. fin. ff Vt in poſſeſ legat.* ſacra ſacrorum Nicol. Euerh. *in loc. legal. à plenitud. poteſtat. nu. 9.* poſt Bald. *in c. Intellecto. De iureiur.* Felin. *in c. Audientiam col. 2. de præſcript.* Lancellot. *in Templo iudic. lib. 1. cap. 1. §. 4. in verb. Dignitatis iura non alienat.*
4 *nu. 5.* Et † licet omnia regalia, vt quæ proprie ſoli ſupremo Principi competunt, de eius reſeruatis eſſe cenſeantur, tamen hæc maiora ſæpe à Dd. κατ' ἐξοχὴν ſimpliciter etiam principis reſeruata nominantur. Schneiduu. *de feud part. 2. nu. 108.* Pruckm. *ad rubr. Quæ ſint regal. cap. 3. nu 2. & c. 5. n. 98.* Schrader. inter cõſilia Io. Borcholt. *conſ. 18. pag. 116. verſ. Quinimo* Roland. à Vall. *conſ. 42. nu. 32. & 34. lib 2.* Surd. *cõſ. 23 nu 18. & 20. cſ 0152. nu. 34. & cõſ. 210 nu. 59.* Peregrin. *De iur. fiſc. lib. 1. tit. 2. nu. 98. & 100.* Cacheran. *deciſ. 29. nu. 5.*
5 Molin. *ad conſuetud Pariſ. tit. 1. §. 1. gloſſ. 5. verb. Le fief. nu. 55.* Atque † hæc etiam illa ſunt regalia, quæ iura maieſtatis propria nuncupantur

pantur à Ioanne Bodino *de repub. lib. 1. cap. 10.* Non † deſunt, qui 6
hæc maiora regalia etiam priuilegia dici ſcribunt, verum per alios Dd. paſſim & communi ſententia priuilegia à regalibus ſeparantur, & reuera longe aliud ſunt regalia, aliud priuilegia, cum regalia, & quidem non ſolum maiora ſed & minora per priuilegia, nec per ea ſola, ſed & per inueſtituram concedantur, & per præſcriptionem vel conſuetudinem etiam acquirantur (vt infra *cap. 5.* oſtendetur) neque etiam priuilegia tantum de regalibus ſed & de alijs iuribus dari ſoleant, vt vſus teſtatur.

Vt autem † eo magis perſpicuum euadat quæ regalia huc 7
pertineant, nominatim libet hic ex ijs varia & quidem præcipua pro illuſtratione huius membri primi ſupra poſitæ diuiſionis adducere: idque eo magis ex re fuerit, quod in iure noſtro de his vel illis Regalibus expreſſe non aſſeratur, quæ ſint maiora vel minora & ſæpe res ita ferat, vt ſcire interſit, vtrum aliquod regale ex maioribus vel minoribus ſit.

Maiora † igitur Regalia ſunt: vti clauſula plenitudinis po- 8
teſtatis & ex ea aliquid ſtatuere, Zaſ. *conſ. 16. nu. 12. lib. 2.* Reſtaur. Caſtald. *in tract. de Imperat. quæſt. 110. n. 7.* Matth. de Afflict. ad hoc *c. vnic. quæ ſint Regal. in verb. Regalia, num. 78.* Iacob. de S. Georg. *de feud. in verb. Princeps pedemontium. verſ. ſed an Princ ps, nu. 13.* Leges
† generaliter condere & eas omnibus ac ſingulis dare *l. fin. C. de* 9
de legib. Camerar. ſupra *citato loco.* Bodin. *d. c. 10.* Matth. de Afflict. *in d. verb. Regalia. nu. 103.* Caſtald. *d. quæſt. 110. nu. 2.* Pet. Gregor. *de republ. lib. 9. c. 1. nu. 39.* Vult. *de feud. c. 5. num. 7.* Roſenth. *de feud. c. 5. concl. 2. nu. 4.* Molin. *d. gloſſ. 5. in verb. le fief. num. 56.* eaſdemque interpretari, *l. & ideo. ff. de legib. l. 1. l. ſacratiſſimæ. & l. vlt. C. eod.* Armandias habere, hoc *c. vnic. quæ ſint Regalia.* Clapmar. *l. 1. c. 20. de arcan. Rerumpublic.* Iure muniendi ciuitates & erigendi fortilitia eaque cuſtodiendi vti Clapmar. *eod. lib. c. 21. in verb. Item iura muniendi.* Kirchner. *diſput. polit. 211. th. 2. lit. C.* Boer. *de cuſtod. clau. port. nu. 56.* per text. *in l. ſacra. §. pen. ff. de rer. diuiſ. & arg. l. ſi quando & l. nemo iudicum. C. de operib. public. l. officium. § fin. de re milit.* Conſtit. Frider. I. *verſ. nos Imperat. in verb. in munitionibus & §. ciuitates de pace Conſtant.* Bellum † indicere vel licentiam mouendi belli alij 10

dare *l.3. ff. ad l. Iul. Maieſt. l. vnic. C. vt arm. ſine iuſſ. Princip. lib. 11. c. quid culpatur. 23. q. 1.* Caſtald. *d. q. 110. nu. 112.* Choppin. *de doman. regni Franc. lib. 3. c. 26. n. 19.* Bodin. *d. c. 10.* Ferald. *de priuileg. Regis Gal-*
11 *liæ priuileg 19.* Matth. de Affl ct. *in d. verb. Regal. nu. 101.* Pacem † à bello recedendi cum hoſte inire Bodin. & Choppin. *d. locis.* Fœdera, & ligas contrahere & confirmare Franc. Marc *dec. 364. n. 3. & 4. p. 1.* allegans Innoc. Panor. Bart. & Bald. Ruland. *de commiſſa. p. 4. lib. 2. c. 3. n. 1.* Choppin. *d. c. 26 nu. 19.* Warem. de Ehrenberg *de Fœder. c. 12. n. 28.* Delectum militum habere & arma ijs imponere *l. lex 12. Tabul. § eadem. ff. ad l. Iul. Maieſt.* Choppin. *de doman. regni Franc. lib. 3. tit. 26. n. 19* Knichen. *de territor. iur. c. 3 nu. 352.* Item ſequela Knichen. *de Saxon. non prouocand iur. in verb. Ducum Saxon. c. 15. n. 310. & de territor. iur. d. n. 352.* Ruland. *de commiſſar. p. 4. l. 2. c.*
12 *4. n. 4. & c. 3. n. 9.* Repreſſalias † concedere Weſemb. *conſ. 46. n. 7.* Coler. *de proceſſib. execut. p. 1. c. 2. n. 269. verſ conceduntur & nu. 280.* Knichen. *de Saxon non prouoc. iur. in verb. Ducum Saxon. c. 5. n. 448. & 449.* affirmantes, ne quidem Electoribus Repreſſalias concedendi facultatem competere Gail. *de pign. c. 1. n. 5 & c. 2. n. 2. & 3.* Heig. *q. 12. n. 5. part. 1.* Choppin. *de doman. Reg Franc. lib. 4. tit. 25. n. 5. verſ. vtut ſit, cum ſpeciem belli referant,* Gail. *obſ 28. n. 9. lib. 1. & d. c.*
13 *2. n 2.* Heig. *d. q. 12 n. 25. & ſeqq.* Knichen. *ad c. 5 n. 451.* Ex mere † Principem Imperij à Iuriſdictione Cameræ Imperialis Gylman. *rer. iudicat. Camer. Imper. lib. 2. deciſ. 54.* vbi id votando adducitur *in cauſa* Wirtenbergk *contra* Oeſterreich. Vti iure extremæ prouoca-
14 tionis ſiue pronunciare, ita † vt à ſententia appellari non poſſit *l. 1. in princ. ff. à quib. appellat. non licet.* Borcholt. *ad d. c. vnic. quæ ſint Regal n. 20.* Roland. à Vall. *conſ. 1. n. 134. lib. 2.* Gylman. *d. deciſ. 54.*
15 *n 32.* Bodin. *d. c. 10.* Caſtald. *d. q. 10. nu. 67.* Committere † ſiue delegare cauſam cum clauſula *appellatione remota* & *l. 1. in fin. ff. à quibus appellari non licet* Matth. de Afflict. *in d. verb. Regalia. nu 87.* Vel alia ratione appellationem tollere Caſtald. *in d. tract. de Imperat. q. 103. caſ. 5. per d. l. 1. §. interdum. ff. à quibus appellari nõ licet.* & poſt Caſtal. Gilman. *d. deciſ. 54 n. 32. in prædicta cauſa* Wirtembergk *contra* Oeſter-
16 reich. Mynſing. *1. obſ. 3. n. 4.* Veniam † ac gratiam criminis vel damnationis capitalis dare *l. relegati in fin. l. moris. § ſed enim l. ad beſt as ff.*

ſtias. ff. de pœn. l. 1. §. fin. ff. de quaeſt. Cacheran. deciſ. 101. num. 1. 2. & 3.
Bodin. d. c. 10. Choppin. de legib. And. lib. 1. c. 48. num. 15. Cephal.
conſ. 484. nu. 37. lib. 4. Clar. §. fin. quaeſt. 59. num. 2. Molin. in d. verb. le
fief. nu. 55. Extendere pœnam † vltra iuriſdictionem iudicis, qui 17
reum in cuſtodia habet l. Diuus. de Falſ. l. Diuus. poſt princ. ff. de offic.
præſid. Iaſon. in §. ex maleficio 3. col. 3. in princ. Inſtit. de action. Cogno-
ſcere † de crimine læſæ Maieſtatis vel bona ob hoc crimen da- 18
mnatorum ſibi arrogare Paris de Puteo in tr. de ſyndic. in verb. de
exceſſ. Baron. erga ſubd. c. 1. num. 10. & nu. 13. Camerar. ad d. c. Imperia-
lem p. 641. verſ. ſeptima concluſio. Bannum Imperij irrogare & ab eo
abſoluere Ord. Camer. pag. 2. tit. 8. §. So auch in fin. Gail. lib. 2. de
pac. publ. c. 18. Saluogardiam ſiue ſaluum conductum & ſecurita-
tem plenam & abſolutam concedere poſt Ioh. à Plat. Chaſſan.
Iaſ. Cagn. & Neuizan. Menoch. conſ. 29. num. 23. & lib. 2. de arbitr.
iudic. quaeſt. caſ. 336. num. 23. verſ. cum ſolus Princeps. Franc. Marc.
deciſ. Delphin. 68. num. 6. par. 1. Franciſ. Hercul in tr. de non offenden-
do cap. 37. Rubr. de ſaluo conduct. num. 18. Bald in cap. 1. §. Sacramenta
de pace iuramen. firmand. In adoptione † quæ fit per arrogationem 19
authoritatem interponere, Roman in l. 1. C. de iur. aur. annul. & in
l. reſcripta. C. de prec. Imperat. offerend. & poſt eum Baldumque &
Albericum de Roſat. à ſe allegatos Aldobrandin. ad princ. Inſtit.
de adopt. nu. 14. & Angel. Aretin. ad §. adoptio. nu. 4. eod. tit. Infan-
tem vel abſentem emancipare l. iubemus. C. de emancip. liber. Legi-
timare † per reſcriptum eos, qui extra legitimum thorum nati 20
ſunt, Nouel. 89. quibus mod. natur. effic. ſui. §. illud tamen Ferrar.
Montan. de Feud. lib. 2. c. 1. verſ. quandocunque & lib. 5. cap. 7. verſ.
Regalia Zaſ. d. conſ. 16. num. 64. lib. 2. Borcholt. ad d. c. . num. 4.
Matth. de Afflict. d. loc. num. 1. Iohan. Schneid. de feud. in 2. part.
num. 102. Iacob. de S. Georg. ſupr. citat. loc. num. 6. Caſtald. d. quaeſt.
110. num. 14. Famæ † & honoribus reſtituere l. 1. §. de qua re. ff. de 21
poſtul. l. 1. C. de ſentent. paſſ. Borch. ad d. c. 1. nu. 4. Matth. de Afflict.
iam citat. loc. num. 2. & 3. Iacob. de S. Georg. in d. verſ. ſed an Prin-
ceps num. 63. Vult. d. c. 5. num. 7. & Roſenth. de Feud. c. 5. concl. 2. nu. 4.
Abſoluere à iuramento Borch. ad tit. 56. de Regal. nu. 4. lib. 2. feud.
Roſenth. ſynopſ. iur. feud. c. 5. concl. 3. Vult. de feud. lib. 1. c. 5. num. 7.
l. vlt.

Digitized by Google

l. vlt. in princ. ff. ad municip. l. adigere. §. vlt. ff. de iur. patron. Ord.
22 Camer. *tit. 24. p. 2.* Veniam † ætatis dare *l. 1. & 2. C. de his qui ven.*
ætat. Caſtald. *d. quæſt. 100.* Matth. de Afflict. *in d. c. 1. verb. Regalia*
num. 10. Iacob. de S. Georg. *in d. verſ. ſed an princeps num. 6.* Vult.
d. c. 5. num. 7. Roſenth. *d. c. 5. concl. 2. num. 3.* Ius ciuitatis tribuere
arg. l. 1. C. de Metropol. Beryt. lib. 11. Valaſc. *in l. Imperium de iuriſdict.*
num. 73. Innocent. *in c. Eccleſiarum num. 1. de offic. ordin.* Natt. *conſ.*
636. num. 100. Clapmar. *de arcan. Rerumpubl. l. 1. c. 21. in fin.* Alciat. *in*
l. pupillus. §. vrbi num. 43. ff. de verb. ſignif. Lancellot. *in templ. omn.*
iudic. l. 1. c. 1. §. 1. verb. ciuitat. concedit Collectas generales indice-
re, *l. 1.* & ibi Rebuff. *C. de ſuperind. lib. 10.* Schneidewin. *de feud. p. 5.*
num. 119. Kopp *deciſ. 37. num. 8.* Gail. *2. obſeru. 53.* Immunitates ab
ijs dare *l. 1. & tot. tit. D. de cenſib. tot. tit. Cod. de immunit. nemin.*
concedend. l. vnic. Cod. de his qui à princ. vacat. accip. l. immunitates. vbi
Dd. *C. de agric. & cenſit.* Lancellot. *in templ. omn. Iudic. lib. 1. c. 1. §. 4.*
verb. immunitates. Carol. Tap. *ad rubr. ff. de Conſtitut. Princip. c. 4.*
num. 30. Ferd. Vaſq. *de ſucceſſ. creat. §. 26. num. 21.* Priuilegia conce-
dere *l. 1. §. vlt. l. 3. ff. de Conſtitut. Princip. §. ſed & quod principi verſ.*
plane Inſtit. de iur. nat. gent. & ciuil. Lancellot. *in templ. omn. Iud. l. 1.*
c. 1. §. 4. verb. priuilegium poteſt concedere. Raph. Cuman. *conſ. 167.*
Barbat. *in c. per translationem. de offic. delegati.* Zaſ. *de feud. p. 1. nu. 4.*
Scheidewin. *de feud. tit. qui feudum dare poſſit p. 4.* Sonsbec. *de*
23 *feud. p. 8. nu. 109.* Creare † Duces, Marchiones, Comites aliasque
Regales dignitates conferre Borcholt. *ſupra citat. loco & in tract.*
de feud. c. 4. num. 12. Iacob. de S. Georg. *in d. verſ. Sed an Princeps.*
num. 6. Vult. *d. cap. 5. num. 7.* Roſenth. *d. cap. 5. concluſ. 2. num. 3.* Eo-
que pertinet, quod de quaternatis feudis tradit Matthæus de
Afflictis *ibid. in verb. Regalia num. 110.* Etſi vero libri feudorum de
dignitatibus regalibus, quæ in feudum conceduntur, ita loquan-
tur, vt nominatim duntaxat Ducatus, Marchiæ & Comitatus
meminerint: tamen quemadmodum id trahendum eſt ad quas-
libet alias regales dignitates ob verba generalia, quæ adduntur
in cap. 1. de feud. March. & ob plura alia, de quibus capite ſe-
24 quenti dicetur, ſic † & ad regnum porrigi debet, idque eo verius
eſt, quod regalis dignitas à dictione regis vel regni nomen ha-
beat,

beat, ideoque nulla dignitas magis proprie regalis appelletur quam regnum. Atque ita olim Daniæ regnum fuit Imperij feudum Heluod. *in Hiſtor. Slauonicæ c 50.* Otto Friſing. *Chronic. lib 7. c.* 19. regnumque Bohemiæ vt eſt Imperij Electoratus ſic & eiuſdem feudum eſt *Trithem. c. 50.* Abbas Vrſperg. *in vita Friderici primi* & alia etiam regna reperiri, quæ & olim feuda extiterint, & ex parte hodie adhuc feuda manent ex hiſtoriis liquet, de qua re præter alios videre licet. Bodinum *de reipubl. lib. 1. cap. 9.* & Hotoman. *de feud. cap. 9.* ex Cranzio, Ammonio, Sigeberto & aliis id probantes. Quamvis † vero Baronum etiam in libris feudorum nominatim non fiat mentio, cum de regalibus dignitatibus loquuntur, tamen & horum creationem de regalibus eſſe dicendum eſt, ſi præſertim ad vſum etiam optimum legum interpretem in Imperio reſpiciamus, quo Barones hodie in Imperio Comitibus æquiparari ſolent, de qua æquiparatione, & quod Baronatus inter regales dignitates etiam referendus ſit, plenius contra eos, qui contrarium ſentiunt, infra *cap.* 4. dicetur. 25

Sed † vt ad alia maiora regalia progrediamur, ad hanc claſſem referendum etiam eſt ius erigendi & priuilegiis muniendi eiuſmodi ſcholam, quæ hodie Vniuerſitas vel Academia appellatur Ferrar. Montan. *de feud. lib. 2. cap. 1. verſ. Quandocunque. & lib. 5. cap. 7. verſ. Regalia adhuc* Zaſ. *in epit. feud. par. 5. nu.* 14. Claud. Seyſell *in ſuo ſpec feud. tit. Qui feud. dar poſſ. pag.* 114. Caſtald. *d. quaſt.* 110. *caſ.* 180. Vult. *d. c. 5. nu. 7.* Pruck. *ad rubric. Quæ ſint regal. cap. 3. nu.* 2. Mozz. *de feud. tit. de natur feud num.* 24. *verſ Quarto , ſi illuſtri.* Schneiduuin. *de feud part. 2 nu. 98.* idque vſus paſſim & maxime in Germania abunde teſtatur. Ad † hæc regalia pertinet etiam creare Doctores Ferrar. Montan. *cap. 7. verſ. Regalia adhuc* Caſtald. *d quaſt. 100. caſ. 179.* Peregrin. *de iure fiſc. lib. 1. tit. 1. nu. 27.* Lancellot. *in templo omnium iudic. lib. 1. §. 4. in verb. dignitates confert. nu.* 1. vbi poſt Laudenſem *in tract. de princip. quaſt.* 207. ait id † in Imperatore adeo verum eſſe, vt vno etiam verbo Doctorem creare poſſit, vt & Afflictus ait *in d. c. vn. in verb. Regalia.* Huiuſmodi † regale etiam eſt ius inſigniendi aliquem gradu Licentiæ & creandi 26 27 28 29

30 di magiſtros liberalium artium, quod † ita de magiſtris Ferrarius Montanus *d. cap. 7.* non addit, ſed quoad artes liberales ſpeciatim de Laurea Poëtica loquitur, & ſic dubitantem relinquit lectorem, an idem ad quoslibet magiſtros liberalium artium per-
31 tineat, cum peculiare quiddam ſit in Laurea Poetica adeo † vt ipſe vſus teſtatum faciat, hanc in Academijs non dari, ſed plerumq; ab ipſo Imperatore vel Comitibus Palatinis, qui abuſiue ſic appellantur, ſic ſpeciatim de ea re facultas ijs conceſſa ſit, e-
32 juſmodi Lauream conferri. Sed † hoc non obſtat, quo minus dicamus in vniuerſum creationem magiſtrorum liberalium artium ſpectare ad regalia majora, quia nulla ſchola præter Academias authoritate & conceſſione ſummi & Principis inſtitutas, habet facultatem aliquem inſigniendi titulo magiſterij, & ſic par eſt in eo cum Dd & Licentiatis ratio, q. Dd. ſunt in Theologia, Iuriſprudentia & Medicina, hoc ſint magiſtri in Philoſophia, cujus ſupremus gradus eſt Magiſterium..

33 Quia † vero prædicti Comites Palatini facultatem habent ſæpe id dandi, quod ad regalia & quidem etiam majora ſpectat (vt infra *cap. 4.* pluribus explicabitur) dicendum eſt ipſam etiam creationem Comitum Palatinorum (cujuſmodi fuit Bartolus authoritate Caroli Quarti, & hodie multi ſunt) pertinere ad majora regalia Ferrar. Montan. *d. cap. 1. & cap 7.* Iac. de S. Georg *in d verſ. Sed an Principes n. 11.* Vult *de feud. c. 5. n 7.* Roſenth. *de feud. c. 5. concluſ 2. n. 4.* Peregrin. *d. tit. 1. nu. 27.* idq; ita ſe habet, licet nulla dignitate regali ſint decorati, vt ait Chaſſanæus *De gloria*
34 *mūdi part. 5. cōſid. 50.* Accedit † his creatio magiſtratuum Bodin. *d. cap. 10.* Sōſbec. *d. part. 8. nu. 19.* Caſtald *d quæſt 110. caſ. 71.* Zaſ. *in epitom feud part. 5. n. 14.* Ferrar. Montan. *d. cap. 1. & d. c. 7. verſ. Regalia adhuc* Roſenth. *d. cap. 5. concluſ. 3. nu. 2.* Vult. *d. c. 5. nu. 7.* Mozzius *tit.*
35 *de natural. feudor. nu. 25. verſ. Quarto ſi Illuſtri.* Item † creatio Tabellonium ſiue Notariorum Paris de Puteo *in tract. de Syndic. in verb de exceſſ. Baronum erga ſubditos c. 1. nu. 9. & 13.* Camerar. *ad cap. Imperialem de prohib. feud alienat. per Frideric. pag. 641. verſ. Septima concluſio.* Borcholdt. *ad d. c. 1. nu 4.* Zaſ. *d. part. 5. num. 14. & conſ. 16. nu. 64.*

Digitized by Google

nu.64.lib.2 Ferrar.Montan.in d c.1. & d.c.7. Pruckman. ad rubric. Quæ ſint regal.c.3 nu.2.Mozzius d.nu.25.verſ.Quarto ſi Illuſtri. Atque † hæc cum ita ſe habeant, merito his maioribus regalibus 36
annumeratur etiam jus dandi inſignia nobilitatis ſiue nobiles creandi.Ferrar.Mont.n.d.c.1.& d.c 7.Vult.d c.5.nu.7.Caſtald.d. quæſt.1:0 pag.23 Roſenth.d concluſ.2.nu.4.Nobilitas enim magna eſt dignitas,& varia præclaraque ſunt ejus priuilegia & prærogatiuæ,vt prolixe oſtendit Tiraquellus in tract. de Nobilitate.cap. 20.

Ex † horum maiorum regalium numero etiam eſt ius nũ- 37
dinarum ſiue mercatus publici tribuendi Bodin.De repub. lib.1.c. 10.Gail.obſerv.69.nu.24.& 25,lib.2. Hotoman.in hoc c vn.in verb. Palatia Theſſaur.dec.264 n.2.Menoch.conſ.302.n 31.Clapmar. de arcan.Rerũpubl lib.1 c.2.Knich.de Saxon non prouocand iure in verb. Ducum Saxoniæ c.5 num 437 Raudenſ.reſponſ.23.nume. 10. lib. 2. per text.in l. 1.ff. De nundin. & l. vnic C. Eod.& monetæ † cudendæ 38
Zaſ.in d.part.5 nu.14.Bodin.d.c.10.Seyſell.in ſuo ſpecul. feud. ad tit. Qui feud.dar poſſ.verſ.Nam quædam.Par.de Put.de Syndicat.in verb. De exceſſu Baron.c.1.num. 10. & 13. Camerar ad d. c. Imperialem pag. 641.verſ.Septima concluſio.Sonsbec.d.part.5.num.19. Matth. de Afflict.in d c.vn ad verb.regalia nu.131. Iacob.de S. Gegor. in d. verſ. Sed an Princeps nu.19.Roſenth.d c.5.concluſ 3.n.7.Mozz.tit.de natur. 39
feud d. nu.25. verſ Quarto ſi Illuſtri. reprobandique † & tollendi eam Zaſ.conſ.16 nu.25.lib.2.Weſenbec.conſ.16. nu 31. Alexand. in L.Eleganter §.Reprobos ff.de pignor act (cum contrariorum eadem 40
ſit diſciplina)Item † ius noua vectigalia inſtituendi L 3.Cod.Nou. vect inſt.non poſſ c.Innouamus.De cenſib.Roland.à Vall.conſ.1. num. 147.lib.1.& conſ.42.nume.33. eod lib. Renat. Choppin. De doman. Franc.lib.3.cap 9 nu.6.Seyſell.ad d. tit. Qui feud.dar.poſſ. verſ. Nam quædam.Bod n.d.c.10.Matth.de Afflict. in d. c. vnic. verb. Regalia. nu.82.Conſtitut.Imper.de anno1576.§.Weiter ſeind.§.Darдurch dann.& §.Derhalben damit.&c.& † ea tollendi immunitatemq; ſi- 41
ue exemptionem largiendi tot.tit. C.de immunit. nemin. conceden. lib.10. L.vn. C. De his qui à princip.vacat.acceper. Bodin.De republ. lib. 1.

lib 1. cap. 10. Sichard. *in rubric C. Noua vectig. inſtit. non poſſ.* Peregrin. *De iur. fiſc lib. 6. tit. 5. num. 2.* Tapia *in rubr. ff. De conſtit. Princip.*
42 *cap 4. num. 30* Apparet † autem ſimul ex d. §. Weiter ſeind. §. Dardurch dann / & §. Derhalben damit. huc etiam ſpectare ius iam inſtituta vectigalia augendi, eodemque facit textus *in L. vectigalia ff.*
43 *De publican.* ac † quemadmodum in capitulatione Cæſarea & Electorum in inſtituendis nouis vectigalibus conſenſus etiam Electorum requiritur, ſic idem dictæ conſtitutioni eſt conſentaneum, & in ea illud amplius ſtatuitur, quod in augendis etiam veteribus vectigalibus conſenſus Electorum intervenire debeat, ita tamen vt licet ibidem de vtroque illo genere vectigalium reputationis Electorum æque ac Imperatoris fiat mentio *in d. §.* Dardurch dann / *in verb. Reputation.* tamen præeminentia, & reſeruata ſiue regalia ad quæ iſtud ius vectigalium ſpectat, ſoli Imperatori non autem etiam Electoribus tribuantur, & videlicet in ſingularis præeminentiæ & reſeruatorum eius contemptum & diminutionem fieri d catur, ſi priuata aliaqua authoritate ab aliquo noua vectigalia inſtituantur vel vetera augeantur, vt apparet ex *d. §* Dardurch dann. *in verbis.* Zu vnſer Keyſerlichen ſonder
44 Hoheit vnd reſervaten veracht / ſchmelerung vnd abbruch / atque † ideo eo minus dubitandum eſt, ius vectigalium, præſertim de nouo inſtituendorum & veterum augendorum hodie etiam ad præeminentiam & ſupremam poteſtatem regaliaque eius ſpectare, idque ea conſtitutione confirmari.

45 Atque † hæc quidem de quibus hactenus dixi, ſunt præcipua maiora regalia, ex quibus & ſimilibus tanto facilius colligere licet, quænam ſint minora, vt quæ potius ad fiſcale ius & prouentus, quam ad ipſam ſupremam authoritatem, dignitatem & poteſtatem ſpectant, Luc. de Penn. *in L. Quæcunque C. De omn. agr. deſert. lib. 11. & L. in Prouincijs C. de numerar. & actuar. lib. 12.* Peregrin. *de iur fiſc. lib. 1. tit. nu. 9. &* 28. Borcholt. *in d. c. vnic. nu. 7.*

46 Atque † hæc á nonnullis appellantur etiam regalia communia Zaſ. *in d. part. 5. nu. 13.* & Mozz. *tit. de natural. feud. d. num. 25. verſ Quarto ſi illuſtri.* & facile communiterque concedi ſolita

Seyſell.

Seyſſell. *de feud rubr. qui feud. dar poſſ. verſ. Nã quadam.* Weſenbec. *conſ. 45. nu. 40. lib. 1.* Mozz. *d. nu. 25. verſ. quarto ſi illuſtri.* Schneidw. *de feud. part. 2. num. 97.* Huiuſmodi regalia recenſentur in ſpecie quam plurima *in d. c. vnic. Quæ ſint regal.*

Nec † deſunt doctiſſimi viri, qui exiſtimant omnia eo loco 47
enumerata eſſe minora regalia, nec vlla ex ijs ad maiora referri poſſe. Cui ſententiæ accedere non poſſum, cum nonnulla ex ijs regalibus ſint maiora. Huiuſmodi regalia ſunt, cognoſcere de crimine læſæ maieſtatis vel bona ob hoc crimen damnatorum ſibi attrogare, magiſtratum conſtituere, vectigalia noua inſtituere, vel iam inſtituta augere, eaue tollere & exemptionem ab ijs concedere, monetam cudere vel reprobare, vt ſupra, vbi ea in maiorum regalium claſſem retulimus, dictum eſt, ijſque addi poteſt ea collatio extraordinaria, quæ *in d. c. vnic. Quæ ſint regal.* ad feliciſſimam regalis numinis expeditionem fieri dicitur Roſenth. *de feud. l b. 1. c. 5. concluſ. 3. nu. 2.*

Etſi vero non omnia *in d. c. vnic.* enumerata regalia ſint minora, tamen certum eſt pleraque ex illis eiuſmodi eſſe regalia, vt ad poſterius diuiſionis poſitæ membrum referri & minora dici poſſint, nec † recte ad maiora referuntur mineræ ſiue fodinæ 48
à Zaſio *conſ. 16. nu. 64. lib. 2.* & † confiſcationes bonorum (quæ *in* 49
d. c. vnic. vocantur bona damnatorum & proſcriptorum) à Paride de Put. *De Syndicatu in verb. de exceſſib. Baron. erg. ſubdit. num. 8.* ac † theſauri (quorum etiam mentio fit in eo *c. vnic.*) ab eodem *ibidem num. 13.* Econtra † vero non recte ad minora refertur ius 50
cudendi monetam à Weſenbecio *conſ. 45. num. 39.* idque ipſe ſibi contrarius fatetur *conſ. 60. num. 31.* dum dicit, ex auro & argento monetam cudere eiuſmodi eſſe regale, quod oſſibus Principis cohæret, quod de maioribus regalibus ſupra dictum eſt. Obſeruandum † etiam eſt idem regale nonnunquam & maius & mi- 51
nus regale diuerſo reſpectu dici poſſe. Sic ius vectigalia habendi, ſi noua inſtituantur, vel vetera augeantur, maius regale eſt, vt ſupra eſt oſtenſum. Quando vero vectigalia antea inſtituta fuerunt, illud ius vectigalium ad minora regalia pertinet Zaſ. *in epit. feudal. part. 5. num 13.* Seyſſell. *ad tit. qui feud. dar. poſſ. verſ. quadam*

vero. Mozz.*tit.de natur.feud.n.25.verſ. Quarto ſi Illuſtri*. Schrader. inter conſilia Borcholten.*conſ.18.pag.116.ver. Quinimo*. Roſenth. *d.c.5.conc'uſ.3.nu.1*. Schneidw.*de feud part.2.num.97*. nec aliud dicendum eſt velle Zaſium *conſ.16.nu.64.lib.2*. dum ſimpliciter vectigalia annumerat minoribus regalibus.

Cæterum quemadmodum regalia alia ſunt minora, alia
53 maiora, ſic † & ita diuiſio regalium conſtitui poteſt, vt dicamus, alia in iure noſtro expreſſe regalia nominari, alia non, atque hæc eſſe eiuſmodi, vt tamen facile ex textibus & rationibus iuris colligi poſſit, ea etiam eſſe regalia, atque horum maior eſt numerus, quam illorum, inter hæc ſunt multo plura quæ maiora dici poſſunt, quam inter illa, horum denique ſparſim in iure noſtro fit mentio, illorum non æque, ſed de illis agitur peculiariter in conſtitutione Friderici I. quæ extat *in d.c.vnic*. vbi in ſpecie enumerantur, & in ipſo limine diſerte regalia nuncupantur, vt & in Rubrica fit.

54 Apud † Gallos regale etiam vocatur illud ius, quo Rex Galliç vacante ſede beneficiorum Eccleſiaſticorum fructus percipit, & ea conferendi facultatem habet. Molin. *ad conſuetud. Pariſ.de feud.tit.1.§.27.num.10.11*. Petr.Gregor.*in ſuo Syntag.iur.lib.17.part.2.cap.7.& 8*. Ferrald.*de priuil.Reg. Gall nu.18.& 21* Dd *in cap.generaliter.de elect.in 6.& c.præterea 2.de iur.patron*. Choppin. *de doman.Franciæ lib.2.tit.9.num.10*. Coſta *in l.de quibus.ff.de legib*. Boer.*deciſion.32.num.8*. vbi *num.9*. dicit hoc ius expreſſe ius regaliæ vocari à Pontifice *in d.cap.generaliter.& d.c.præterea*. In concilio Baſilienſi etiam ſic appellari planum fit ex his eius concilij verbis: *Exceptis beneficijs, quorum ius patronatus, præſentatio, collatio, inſtitutio vel prouiſio ad regem iure regaliæ vel alias pertinet*. Quem-
55 admodum † autem Rex Galliæ hoc regale habet, ſic & Regi Angliæ in Eccleſijs cathedralibus regni ſui idem competere ait Ioann.Andr.ad Spec.*tit.de præbend.§.reſtat.verſ.Item nota*. Boer. *in d.deciſ.32.nu.8*. & Petr.Gregor.*d.part.2.c.7.nu.19*.

56 Imperator † quoque hoc ius habet, vt in qualibet Germaniæ Eccleſia iubeat, vnum recipi, appellanturque collationes illæ primariæ preces, Specul.*d.tit.de præbend.§.reſtat.nu.7*. Boer. *d. deciſ.32*.

deciſ.32.num.8. Petr. Gregor.*d.cap.7.num.21.* Burſat.*conſ.126. cum nihil ſit aptius. num.39. & 40.* Gail. *obſeru.155.num.7.lib.2.* Sed † ius 57
quod diximus regibus Galliæ & Angliæ competere maius eſt, quam illud ius Imperatoris, cum illi non ſolum conferant beneficia Eccleſiaſtica, ſed etiam omnes fructus ſede vacante percipiant, atq; hoc ius antiquius eſſe iure Pontificio oſtendit Molin. *ad conſuetud. Pariſ. d. tit. 1. § 27. num. 11.* Verum † authores libro- 58
rum feudalium illud regale non agnoſcunt, & eſt hoc ſimiliter à reliquo iure ciuili alienum. Reperiuntur autem diuerſi authores, qui de eo regali integros tractatus ſcripſerunt. Hi ſunt *Arnoldus Ruſeus, AEgidius magiſter equit. Philippus Probus.*

CAPVT III.

De differentijs inter regalia eaque bona, quæ regalem dignitatem annexam habent, &, cum in feudum recognoſcuntur, regalia feuda appellari ſolent.

SVMMARIA.

1. *Quanta ſit affinitas inter regalia & bona regalem dignitatem annexam habentia.*

2. *Variæ & notabiles etiam ſunt inter ea differentiæ.*

3. *Quibus locis in libris feudorum agatur de bonis regalem dignitatem annexam habentibus?*

4. *De regalibus in libris feudorum tantum agitur ſub titulo*: Quæ ſint regalia.

5. *Regalia multo plura ſpeciatim in iure feudali enumerantur, quam eiuſmodi res, quæ dignitatem regalem annexam habent, &, cum in feudum data ſunt, regalia feuda plerumque appellari ſolent.*

6. *Regalia ſiue allodialia ſint, ſiue per infeudationem in aliquem collata, ſimpliciter & nulla voce addita ſic vocantur.*

7. *Feuda regalia quam varijs appellationibus deſignentur?* nu.11.

8. *Regalia iura & feuda regalia licet ab eadem voce,* Regis *videlicet, nomen habeant, hæc tamen ſimul etiam nomen & appellationem ſortiuntur ab ipſa dignitate regia.*

9. Regalia ſunt mera iura, bona autem regalem dignitatem annexam habentia non ſunt iura, ſed res corporales, quibus dignitas adhæret.

10. Regalia non eſſe dignitates, nec habere annexam dignitatem regalem, contra Contium & Bartolum defenditur.

12. Ex regalibus quis, ſiue vnum ſiue plura regalia habeat, regalis dignitatis vel aliud peculiare nomen non ſortitur, ſecus vero in bonis regalem dignitatem annexam habentibus, idque non ſolum in Ducatu, Marchionatu & Comitatu, ſed & in alijs regalibus dignitatibus locum habet, num. 13.

14. Ratio eadem vbi militat, ibi idem ius ſtatuendum eſt.

15. Verba qualibet in dubio ita accipienda ſunt, ne effectu careant, ſed vt aliquid operentur.

16. Bona regalem dignitatem annexam habentia poſſidere deſinentes retinent dignitatem & nomen quod inde habuerunt, licet ab alio detineantur.

17. Filij etiam licet pater adhuc nihil ex bonis regalem dignitatem annexam habentibus poſſideat, tamen nomen illius dignitatis conſequuntur.

18. Bona regalem dignitatem annexam habentia poſſidentes, etiamſi non ſint Reges, tamen voce nos Dei gratia vti ſolent, atque Illuſtriſſimi & etiam in Italia & nonnunquam in Germania & diuerſis alijs locis Sereniſſimi vocantur, ſi Principes ſint; Illuſtres vero & Generoſi, ſi Comites vel Barones: Secus ſe res habet in ijs, qui regali dignitate carentes, ſola regalia iura habent. Filij vero Principum, Comitum & Baronum, Imperij etiam ſtatus Imperij, tam viuo, quam defuncto patre vocantur & ſunt.

19. De feudis regalibus in quæſtionem vocatur: an & quatenus, ſi vnum ex ijs in feudum conferatur, regalia etiam conceſſa cenſeantur, ſed non æque econtra quæri ſolet, an conceſſione regalium ſimul Ducatus vel aliud ex ijs bonis, quæ regalem dignitatem annexam habent, ſub ea comprehendatur?

20. Regalia non conferuntur in feudum per ſolennem inueſtituram vexillo interueniente, ſed hoc tantum fit in feudis regalibus, vnde feuda vexilli *ſiue* Fahnlehen *vocantur.*

21. Clau-

Digitized by Google

21. *Clauſula* motus proprii *vel* ex certa ſcientia *requiritur in inveſtitura de regalibus facta.*

22. *Clauſula ea non requiritur in inveſtitura bonorum regalem dignitatem annexam habentium, nec etiam in inveſtitura jurium regalium, ſi non ſeparatim in feudum concedantur, ſed bonis illis cohæreant & annexa ſint.*

23. *Per inveſtituram abuſivam nulla poſſeſſio rerum corporalium, & ſic etiam bonorum regalem dignitatem annexam habentium, transfertur.*

24. *In regalibus tamen & aliis juribus incorporalibus per talem inveſtituram quaſi poſſeſſio acquiritur.*

25. *Primogenitus in feudis regalibus iure feudali ſuccedit: In regalibus vero ſe res ſecus habet.*

26. *Iura ſunt indiuidua, atque ea quæ indiuidua ſunt, in ſolidum heredibus debentur, ideoque in regalibus, quatenus iura ſunt idem dicendum eſt.*

27. *Iurisdictio per ſe eſt indiuidua, & ad plures ſucceſſores in ſolidum tranſit.*

28. *Indiuidua licet res ſit, non tamen ſequitur in ea ſolum primogenitum ſuccedere, cum pro indiuiſo à pluribus recte poſſideatur.*

29. *In bonis allodialibus ſucceditur in collaterali linea tantum vſque ad decimum gradum, idque etiam de regalibus iuribus, quæ allodialia ſunt, dicendum videtur.*

30. *In bonis tamen allodialibus regalem dignitatem annexam habentibus in infinitum per eos, qui de ſanguine defuncti ſunt, ſucceditur ex communi Dd. ſententia.*

31. *In bonis huiusmodi etiam cum feuda ſunt illud locum habere, & inter ea aliaque feuda (quibus regalia etiam in feudum conceſſa comprehenduntur) hac in re differentiam eſſe nonnulli Dd. tenent, ſed verius eſt indiſtincte in omnibus feudis idem dicendum eſſe. ſi feudum initio ſemel ad deſcendentes tranſierit, & non ex pacto aliaue etiam ex cauſa ad collaterales peruenerit.* nu. *32.*

33. *Eaque ſententia communior, conſuetudineque Germaniæ, & in Camera recepta eſt.*

34. *Legitimatus generaliter ad feuda per reſcriptum Principis ſuccedit*

cedit in iis, nec eſt neceſſe vt ea feuda expreſſe nominentur, ad quæ talis legitimatio ſit, non tamen ſuccedit in feudis regalibus, nec ad ea huiuſmodi generalis legitimatio extendenda eſt n. 35.

36. Legitimatus generaliter ad feuda an cenſeatur legitimatus ad regalia infeudum conceſſa?

37. Confeſſoria & negatoria competunt de regalibus & aliis iuribus incorporalibus, non autem de bonis regalem dignitatem annexam habentibus.

38. Innocentius & Afflictus, tradentes officium iudicis non autem rei vendicationem ratione bonorum regalem dignitatem annexam habentium competere, refelluntur.

39. Confeſſoria & negatoria dantur etiam poſſidenti.

40. Rei vindicatio de rebus corporalibus poſſidenti non datur, ſed neceſſe eſt vt aduerſarius poſſideat.

41. Imperator ſolus de bonis regalem dignitatem annexam habentibus, & à ſe in feudum datis iudex eſt, nec Camera de iis cognoſcere poteſt, ſi totaliter & definitiue de tali feudo pronunciandum ſit.

42. Camera Imperialis cognoſcere poteſt de regalibus ab Imperatore in feudum conceſſis.

43. c. 1. §. fin. verſ. Si autem dixerit. Quo tempor. miles &c. *declaratur.*

DIuiſioni regalium & iis, quę pro eius explicatione & illuſtratione adducta ſunt, operę pretium fuerit, priuſquam ad alia capita tranſeatur, ſubiicere differentias inter hæc regalia & ea bona, quæ regalem dignitatem annexam habent, &, cum per infeudationem conceſſa ſunt, regalia feuda nominantur.
1 Nam † præter alia, in quibus inter ea magna eſt affinitas, in vtriſque quidem, quoad appellationem eorum, *Regis* nomen conſideratur (vt *cap.* 1. expoſitum eſt) maieſtasque & dignitas Imperij relucet, & quemadmodum bona dignitatem regalem annexam habentia per inueſtituram & conceſſionem in feudũ haberi poſſunt, *c.1. de feud. March. c.1. Quis dicat. Dux cum ſimil.* & ſine infeudatione etiam per ſolum priuilegiũ effici poteſt, vt quis Dux aut alius Princeps vel etiam Comes Baroue creetur, eaque ratione

Digitized by Google

ratione bona ejus allodialia, quorum reſpectu ita euehitur, regalem dignitatem annexam habeant (de qua re etiam cap. ſeq. dicetur) ſic & regalia vtroq; modo, nimirum per inueſtituram ſiue infeudationem & per ſolum priuilegium acquiri poſſunt, vt infra *c.* 5. explicabitur. Variæ † tamen & quidem notabiles ſunt inter ea differentię, quarum diſcuſſione regalium materia tanto illuſtrior & magis perſpicua redditur. 2

Primum † igitur tenendum eſt, in libris feudorum de bonis regalem dignitatem annexam habentibus, & vaſallis ea in feudum recognoſcentibus, agi ſub multis diuerſis titulis & locis, cuiuſmodi ſunt *c. 1. in princ. Qui feud. dar. poſſ. c. fin. de feud. alienat. c. 1. de feud. March. & c. 1. conſtitut. feudal. Domini Lothar. c. 1. Quis dicat. Dux c. 1 de leg. Conrad. c. 1 in fin. de alienat. feud. & c. 1 § Præterea Ducatus de prohibit. feud. alienat. per Frideric.* Ad † regalia vero pertinet ſolus titulus *Quæ ſint regalia.* 3 4

Deinde licet multo pluribus titulis in iure feudali agatur de bonis regalem dignitatem annexam habentibus, vt feudis regalibus, quam de regalibus iuribus, tamen † econtra in eodem iure multo plura in ſpecie enumerantur regalia, quam eæ res, quæ regalem dignitatem annexam habent, &, cum in feudum data ſunt, feuda regalia plerunq; appellantur. Nam *in c. vn. Quæ ſint regal.* recenſentur vnum & viginti regalia, & ſunt prætere a multa alia, quæ inter regalia referri poſſunt, & tamen ibi non attinguntur, vt ſuperiori capite oſtenſum eſt. Regalia vero feuda tantum tria ſunt, quorum expreſſe in iure feudali mentio fit. Hæc ſunt Ducatus, Marchionatus & Comitatus vt videre eſt *in d. c. 1. in princ. qui feud. dar. poſſ. c. 1. de feud. March. cap. 1. quis dicat. Dux c. 1. § præterea Ducatus. de prohibit. feud. alienat. per Frideric.* Et licet præter ea plura etiam alia ſint regalem dignitatem annexam habentia, vt infra in ſeptima differentia explicabitur, tamē hæc admodum pauca ſunt comparatione eorum iurium, quæ ſimpliciter regalia appellantur. 5

Tertio † regalia, ſiue allodialia ſint, ſiue per infeudationem in aliquē collata, ſimpliciter & nulla alia voce addita ſic vocā- 6

tur

tur vt apparet ex *c.vn.& Rubr Quæ ſint regal & ibidem aliiſque locis*
7 ita à Dd.appellantur. Ea † vero bona, quæ regalem dignitatem annexam habent, ſi in feudum conceſſa ſint non ſimpliciter ſed ita regalia nominantur, vt aliud verbum addatur, eiuſmodi eſt verbum *Feudum* & *in c.1.De lege Conrad.* additur verbum *Beneficium*, & à Dd.alijs etiam nominibus deſignantur, cuiuſmodi eſt, quod appellentur feuda nominata Iacobin de S.Georg. *De feud. in verb. Dux. verſ. Quid ſi Rex num. 10.* feuda titulata Afflict. *in d.c. vnic.nu.6 & deciſ.265.nu* 12.18.20. Camerar. *in c.1.§ Præterea Ducatus in princ. De prohib.feud.alienat per Frideric.* Capyc. *deciſ.32.nu.11.* Freccias *De feud.lib.2.tit. De different. inter feud titulat.* feuda maiora Goden *conſ.20.nu.3.4.8.17.& 18.* Gail. *obſeru.15.nu.1.lib 2.* Cravett. *conſ.135.nu.1.* Schneiduu. *in §. Quædam actiones cap. De act. famil.erciſc.nu.37.inſtit. De action.* & feuda vexilli ſiue Fhanlehn Schneiduu. *in epit feudal. part. 1. nu. 20.* Schrader. *De feud part. 2. cap.3.nu.6.* Roſenth. *d.cap 2. concluſ. 1. nu. 4.* Capyc. *deciſ.27.in fin.* Crauett. *conſ.855.nu.2.verſ. Qua ratione.* Vult. *de feud.cap.8.num.10. verſ. Rectius feudum regale lib.1.* Molin. *conſ.22. nu 12. & 20.* Eaque appellatio extat etiam in Caroli Quarti aurea Bulla §. *Quoties inſuper.* & in Conſtitutione Imperij de anno 1521. §. Vnd behalten/ꝛc. & in Speculo Saxonico *lib. 3.artic. 60.* Quibus accedunt aliæ plures appellationes, de quibus infra in ſexta differentia di-
8 cetur.

Quarto † licet regalia & ea bona, quæ, ſi infeudatio interveniat, regalia feuda appellantur, ab eadem voce, *Regis* videlicet, nomen habeant, vt ſupra *cap.1.* oſtenſum eſt, tamen feuda regalia ſimul etiam nomen & appellationem ſortiuntur ab ipſa dignitate regia *c.1.Quis dicat. Dux.* Paris de Put. *De feud. redintegrat.cap.1.nu 2.* Schneiduu. *De feud part.1.nu.30.* & plures alij ſupra *c.1.* allegati, vbi & communem hanc eſſe ſententiam dictum eſt. Hoc vero in regalibus ita ſe non habet, vt contra eos, qui contrarium ſentiunt, pluribus in ſexta differentia explicabitur.

9 Quinto † regalia ſunt mera iura, atque inde genus in definitione ſumendum eſt iuxta ea, quæ ſupra *cap.1.* de hac re dicta

ſunt:

ſunt: Bona vero regalem dignitatem annexam habentia non ſunt iura ſed res corporales quibus dignitas adhæret, ideoque Dd. de definitione regalium feudorum agentes ita eam conſtituere ſolent, vt iuris ſiue rei incorporalis nulla in ea fiat mentio Rebuff *in declarat. feudor. nu. 4.* Paris de Put. *de feudor. redintegrat. cap. 1. num. 2.* Piſon. *in prælud. feudor. quæſt. 3. verſ. Secundo in prædicamento qualitatis.* Duaren. *de feud. cap. 4. num. 3.* Borch. *de feud. cap. 4. num. 12.* Vult. *d. cap. 8. num. 10.* Roſenth. *d. concluſ. 1. num. 3.* Sonsbec. *de feud. part. 3. num. 7.* Intrigliol. *eod. tractat. quæſt. 32. num. 1. & plures alij.*

Sexto † licet Contius *in ſuo tract. de feud. cap. 3. verſ. Tertia diuiſio* monetam cudere, iudicem dare & ſimilia, regales dignitates eſſe tradat, & Bartolus *conſ. 72. nu. 3. lib. 1.* doceat caſtra, in quibus exercentur regalia, abſque collatione regalis dignitatis perinde haberi ac ſi eſſet regalis dignitas in feudum data, verius tamen eſt quod, vt regalia à regali dignitate nomen non ſortiuntur, ſic etiam talem dignitatem annexam non habeant, nec regalibus dignitatibus annumerari poſſint, etiamſi ab Imperatore vel rege aliove ſuperiorem non recognoſcente concedantur. Schneidwin. *de feud. part. 2. num. 95.* Curt. ſen. *conſ. 68. Dominus Ioannes num. 5. verſ. Nec eſt bona conſequentia,* ſimul nominatim prædictam Bartoli ſententiam reprehendens. Weſenbec. *conſ. 27. num. 27.* Pacian. *de probat. cap. 36. nu. 115. lib. 2.* Roſenth. *de feud. cap. 2. concluſ. 1. num. 3. ſub lit. b. & cap. 5. in princ.* qui ſub *d. lit. b.* addit ita ſentire Interpretes *ibidem ſub lit. e. & f.* allegatos. Feuda vero regalia annexam dignitatem habere, & ſine ea non poſſe regalia feuda dici, ex ijs liquet, quæ ſupra *cap. 1. num. 7. & hoc cap. in quarta differentia* dicta ſunt. Atque † huc ſpectat, quod hæc feuda vocentur etiam feuda dignitatis *in c. 1. in fin. de alienat. feud.* item illuſtris dignitatis in Spec. Saxon. *lib. 3. art. 60.* & abſolutæ prærogatæque nobilitatis à Zaſ. *de feud. part. 5. nu. 25.* & à Molin. *in conſuetud. Pariſ. tit. 1. §. 9. gloſſ. 3. item noblement num. 2.* 10 11

Septimo † illi, qui regalia habent, vel regalis dignitatis, vel aliud peculiare nomen ab hoc vel illo regali, vel etiam à multis ſimul non ſortiuntur. Secus vero eſt in ijs bonis quæ regalem digni- 12

gnitatem annexam habent, cum hi nomen inde acquirant, & ſic à Ducatu Duces, à Marchionatu Marchiones, à Comitatu Comites vocentur *cap.1. §.Dux Marchio. qui feud.dar.poſſ. c.vnic.*
13 *quis dicat. Dux.* atque idem † in alijs dignitatem regalem annexam habentibus locum habet Iacobin. de S. Georg. *citato loco.* Schrader *de feud.part.2. cap.3. num.3.* Zaſ. *in ſua epit. feudal. part.2. n.1.* Idque non ſolum vſu comprobatur, verum etiam eo confir-
14 matur, quod † ob eandem iuris rationem in his alijs etiam feudis regalibus militantem idem ius ſtatuendum eſſe dicendum ſit *l. illud. ff. ad l. Aquil. & l. Aurel. Titio. ff. de verb. obligat.* & quod in textu *d. c. 1 in princ. de feud. March. vel Ducat.* adijciantur hæc verba: *Vel aliqua regali dignitate.* quæ nihil operarentur, niſi præter Ducatum, Marchiam & Comitatum aliæ etiam dicerentur eſſe
15 dignitates regales, ob quas feudum fiat regale. In † dubio vero verba quælibet ita accipienda ſunt, ne effectu careant, ſed vt aliquid operentur *l.1. §.1. ff quod quiſque iur. l. ſi quando. ff. de leg. 1. cap. Si Papa. de priuileg. in 6.* Accedit textus *in d cap. 1. de feud. alienat.* vbi Ducatus, Marchionatus & Comitatus ita fit mentio, vt ſubijciantur hæc verba: *Vel aliarum dignitatum* In aurea Bulla etiam Caroli Quarti §. *quoties inſuper* dum generaliter de feudis regalibus agitur, non ſolum Ducatus, Marchionatus & Comitatus, ſed & alia bona dignitatem regalem annexam habentia ad feu-
16 da regalia pertinere innuitur. Adeo † vero certum eſt eos, qui bona regalem dignitatem annexam habentia conſecuti ſunt & poſſident, peculiare ab ea dignitate nomen adipiſci, vt licet quis talia bona poſſidere deſierit, & ea ab alio detineantur, tamen dignitatem ijs annexam & nomen inde acquiſitum retineant, quemadmodum poſt Baldum, Cardinalem & Alexandum tradit Chaſſanæus *De gloria mundi part. 5. conſiderat. 49.* vbi pro eadem ſententia textus adducit. Idem Iacobinus de S. Georgio *de feud. in verb. Comes de villaris, num. 2.* extantque de ea re varia illuſtria exempla, qualia adducit etiam Affl & *in c. 1 in princ. nu. 12. de feud. March.* vbi eandem ſententiam amplectens addit eſſe ta-
17 lem eſſe Comitem Pollicaſtri & Comitem Bulcanici. Imo † & filij nihil adhuc ex bonis regalem dignitatem annexam habentibus poſ-

bus poſſidentes viuo etiam patre à Ducatu vel alio Principatu, Comitatu & Baronatu nomen ſortiuntur Marin. Frecc. *de feud. lib. 2. in different. 3.* vbi ſimul Andream de Iſern. *in c. 1. Quis dicat. Dux* in Baronis filio id negantem reprehendit, & de eo idem quod in Principum & Comitum filijs dicendum eſſe addit, idque Germaniæ conſuetudine obſeruatur.

Octauo † bona regalem dignitatem annexam habentia poſſidentes, etiamſi non ſint Reges, voce, *Nos Dei gratia*, vti ſolent atq; *Illuſtriſſimi* & etiam Italia & nonnunquam in Germania & diuerſis alijs locis *Sereniſſimi* vocantur, ſi Principes ſint, Illſtres vero & Generoſi appellari ſolent, ſi ſint Comites vel Barones, & licet non deſint qui hoc in Baronibus negent, tamen vſu id in Germania comprobatur, & verum eſſe tradunt Schraderus *conſ. 13. nu. 172. verſ. Tum quia Barones.* Baldus *in c. 1. in princ. nu. 6. de feud. March.* Decius *in l. certum. nu. 9. & ibid.* Ioan. Bologner. *n. 40. C. Vnde legit.* Iaſon. *conſ.* 114. incip. *Ad obiecta nu. 2. vol. 1.* Gozadinus *conſ. 8.* incip. *In cauſa Illuſtriſſimi nu. 3.* de quo mirum eſt quod *conſ. 26. num. 28.* Barones ita euehat, vt eos *Illuſtriſſimos* appellet, quod pugnat cum eo, quod ex alijs de Principibus modo dictum eſt, & ipſe ſibi in eo eſt contrarius. Etſi vero hæc in Principibus, Regibus inferioribus, Comitibus & Baronibus ita ſe habeant, tamen qui dignitate regali carentes ſola regalia iura per infeudationem vel priuilegium vel etiam præſcriptionem habent, ob id non ſolum voce *Nos Dei gratia* vtuntur ſed & nec *Sereniſſimi*, nec *Illuſtriſſimi*, nec etiam *Illuſtres* aut *Generoſi* nominantur, idque vſus de his quoque teſtatur. Ad filij vero Principum, Comitum & Baronum etiam ſtatus Imperij non minus viuo patre quam & defuncto ſunt & nominantur. Et ſane paritas conditionis & Titulorum concordiam inter fratres parit & auertit inuidiam & odium quod ex inæqualitate bonorum proficiſci poſſet. 18

Nono † de feudis regalibus in quæſtionem vocatur & diſputatur à Dd. an & quatenus ſi vnum ex ijs in feudum conferatur, regalia etiam conceſſa cenſeantur? De qua re infra *cap. 5.* agetur, ſed non æque ecōtra quæri ſolet, an regalibus conceſſis ſimul Ducatus vel alia bona regalem dignitatem annexā habentia 19

ſub ea conceſſione comprehendantur. Illud vero quæritur, an & quatenus conceſſio vnius vel plurium regalium per inueſtituram vel priuilegium facta ad alia regalia extendenda ſit, vel etiam, an & quatenus in præſcriptione conſuetudineve eiuſmodi extenſio fieri poſſit? de qua re infra *cap. 5.* diſpiciemus.

20 Decimo † regalia non conferuntur in feudum per ſolennem inueſtituram vexillo interueniente, ſed hoc tantum fit in feudis regalibus, ideoque feuda vexilli ſiue Fahnlehn vocantur, vt ſupra dictum eſt, atque ea ſolennitas tanta eſt, vt ſi quis plures, quam vnam dignitatem regalem in feudum habeat, plura etiam vexilla, & quidem totidem, quot ſunt eiuſmodi dignitates, adhibeantur, ſiue ſint Ducatus, ſiue Marchionatus, ſiue alij Principatus, ſiue Comitatus. Eiuſque rei illuſtre & memorabile exemplum eſt inprimis illud, quod in Mauritij & eius fratris Auguſti Electorum Saxoniæ inueſtitura noſtra ætate debita ſolennitate obſeruatum fuit. Nam vt refert Sleidanus *de ſtatu relig. & Reipubl. lib. 20.* in foro tabernaculum erat extructum, in quod per gradus aſcendebatur, eo Cæſar venit comitatus Electoribus, poſt illinc in vicinam domum tranſijt & veſtem ſolennem induit, tum ipſe, tum Electores, atque inde rurſus prodiens in ſolio conſedit, idem Electores faciebant, ſuo quiſque loco. Ibi primum agmen Mauritij procedebat & incitatis equis tabernaculum petijt, vt fieri conſueuerat, interim Mauritius comitatus turba Procerum cum altero agmine conſiſtebat è regione. Eius nomine tres Imperij Principes Cæſarem adierunt ac inueſtituram petierunt, Cæſar cum Electoribus re communicata per Archiepiſcopum Moguntinum reſpondit, ſibi placere, modo ipſe Mauritius veniret & idem peteret, id quod factum eſt, atque ita quidem vt Mauritio præferrentur vexilla decem cum totidem inſignibus ditionum, vt feudorum regalium, quibus inueſtiendus erat. Vbi conſcendiſſet, in genua procubuit & idem rogauit. Ad eam petitionē Cæſar interuenientibus prædictis vexillis & præſtatione iuramēti fidelitatis, ita eum inueſtiuit, vt enſem ei etiam traderet. Quibus peractis illa vexilla, cum ea Mauritius à Cæſare accepiſſet, deiecta ſunt ex tabernaculo in promiſcuam multitu-

dinem

Digitized by Google

dinem, vti fieri conſueuit: De Auguſto vero Schard. *in Hiſtor. rer. ſub Maximil. II. geſtarum* narrat eum anno 1566. ſimili ſolennitate ſub aperto dio inueſtitum, idque ita factum eſſe vt præter ſupradicta decem vexilla ditionum duo acceſſerint, atque ita duodecim adhibita fuerint. Illuſtrius exemplum eſt in Ferdinando à fratre Carol. V. Imperatore inueſtito de Archiducatu Auſtriæ cuius inueſtituræ ſolennitatem deſcriptam vid. apud Goldaſt. in Reichßhandlung ſub anno 1530. *p.* 126. Nam non ſolum ipſemet iam erat Rex Vngariæ & Bohemiæ ſed etiam tanquam Archidux præ aliis Ducatibus & Principatibus inferioribus eminente, & adhibitis multo pluribus & quidem viginti vexillis qui in ea deſcriptione Lehenfahnen vocantur inueſtitus eſt. Hæc vero ſolennitas, vt ſub dio & in publico conſeſſu adhibitisque vexillis inueſtitura fiat hodie ſtricte non obſeruatur, aſſeritque Knichen *in Comment. ad Saxonic. Iuſ. & priuileg. lit. prouoc. neſcium c.* 4. *pag.* 119. eam per paucos annos in deſuetudinem abiiſſe, de qua re, vt alia exempla omittãtur, extãt duo apud Golcaſt. In Reichßhandtlungen ſub anno 1559. *p.* 190. nimirum in electore Palatino Ottone Heinrico & eius ſucceſſore Frider. III. quorum ille anno 1559. hic anno 1559. ſine tanta ſolennitate & quidem in ipſo palatio Cæſaris inueſtitus eſt.

Vndecimo † quando de Regalibus inueſtitura fit, requiritur clauſula motus proprij vel certæ ſcientiæ. Laudenſ. *in cap.* 1. *in princ. n.* 32. *qui feud. dar. poſſ.* Iaſ. *in prælud. feudor. nu.* 8. *verſ. circa hæc Regalia.* Iacob. de S. Georg. *de feud. in verb. in feud. n.* 3. Lancellot. *in templ. omn. Iud. l.* 1. *c.* 3. §. 4. *n.* 14. Henning. Goden. *conſ.* 2. *nu.* 5. *&* 6. Schrader. *de feud. part.* 4. *c.* 1. *num.* 27. Secus † vero eſt in bonis regalem dignitatem annexam habentibus ſi in feudum recognoſcuntur, adeo vt nec in regalibus quidem iuribus eiuſmodi clauſulæ adiectio ſit neceſſaria, ſi regalia non ſeparatim in feudum concedantur, ſed bonis illis cohæreant & annexa ſint, iuxta ea quæ addit Schrader. *d. loco*, vbi allegat etiam Baldum *in d. c.* 1. *nu.* 4. *Quæ ſint regal.* Præpoſitum *in c.* 1. *in princ. col. fin. De Capitan. qui curiam vendid.* Bartolum & Dd. *in l.* 1. *ff. de iuriſdict.*

[Margin: 21 (beside "Vndecimo"), 22 (beside "Secus")]

iuriſd. omn. iud. Et quod in regalium feudorum inueſtitura non requirantur eiuſmodi cauſulæ, eo etiam confirmatur, quod Dd. ita paſſim de iis feudis loqui ſoleant, vt non faciant mentionem earum clauſularum, & multi ſint, qui, licet eodem loco ſimul de feudis regalibus & iuribus regalibus agant, tamen quatenus de his clauſulis loquuntur, & earum expreſſam adiectionem in inueſtitura faciant, vt videre eſt apud Laudenſem *d. loco n. 30. & 32.* Iaſonem *d. loc. n. 76. 77. 78. 79. & 80. verſ. circa hæc regalia.* Iacobinum de S. Georg. *in d. verb. in feudum nu. 3. 4. & 5.* Claudium de Seyſſel. *de feud. tit. qui feud. dar. poſſ. verſ. Item quod dixi.* Schneidvv. *de feud. part. 2. n. 95. 96. & 97.* Intrigliol. *de feud q. 32. n. 1. 2. 3. & 4.* inter quos Laudenſes ita etiam de illis clauſulis loquitur, vt dicat hoc, quod neceſſaria ſit earum adiectio, tanquam ſingulare in regalibus notandum eſſe, & ſimiliter Iaſon. *d. num. 80. verſ. circa hæc regalia.* hoc ipſum notandum eſſe dicit, & addit Laudenſem illud multum exclamare.

23 Duodecimo † licet per abuſiuam inueſtituram dominium vel poſſeſſio, rerum corporalium, & ſic etiam bonorum regalem dignitatem annexam habentium non transferatur Afflict. *in c. 1. n. 5. & ſeqq. Qui ſucceſſor. teneant* Aluarot. *in c. fin. n. 2. de nou. form. fidelit.* Iaſ. *in l. traditionib. nu. 4. C. de tranſactionib.* Zaſ. *de feud. part. 6. nu. 5. & 12.* Gail *obſeru. 152. n. 14. & ſeqq lib. 2.* Mynſing. *obſeru. 61. nu. 2. cent. 4.* Weſenb. *de feud. cap. 8. n. 18.* communem eſſe dicens, ta-

24 men † in regalibus & aliis iuribus incorporalibus ſe res ſecus habet, cum in iis abuſiua inueſtitura loco traditionis ſit, ideoque per eam dominium & poſſeſſio acquirantur Afflict. *in d. c. 1. num. 17. verſ. an autem habeat locum. qui ſucceſſor. teneant.* Bald. *in l. voluntas nu. 8. C. de fideicommiſſ.* Andr. Iſern. *in c. 1. in princ. nu. 2. verſ. Ideo dictum eſt rei corporalis.* & ibidem Matth. de Afflict. *num. 4. verſ. fallit in iuribus incorporalibus. quid ſit inueſtit.* Schrader. *de feud. part. 5. cap. 2. nu. 15. in fin.*

25 Decimotertio † in feudis regalibus iure feudali ſolus primogenitus ſuccedit, nec vllus alius in minima etiã parte admittitur

c. 1. §.

Digitized by Google

c.1 §.præterea ducatus. & ibi communiter Dd. *ſi de feud. cõtrou. fuerit inter dom. & agn. vaſall.* Valaſc. *in l. Imperium nu* 274. *&* 278. Angel. *conſ.* 287. *n.* 8. *verſ quinimo* Caſtrenſ. *conſ.* 179. *nu.* 3. *lib.* 1. late Tiraq. *de iur primog. in præf n.* 35 & Schrader. *conſ.* 13 *n.* 166. in regalibus iuribus vero id non reperitur iure feudali ca . tum, vel à Dd. traditum Neque † obſtat quod iura ſint ind uidua, & ſic regalia pro 26
indiuiduis haberi debeant, atque ea quæ indiuidua ſunt, in ſolidum heredibus debeantur *l. cum fundus ff. de condit. & demonſtrat. l.* 2. *§. ex his ff de verbor. obligat.* ide o que in ſpecie † etiam de iuriſ- 27
dictione iuri conſonum ſit, quod per ſe ſit indiuidua, & ad p'ures ſucceſſores in ſolidum tranſeat Afflict. *in c* 1. *num.* 23. *verſ. Item eſt indiuiſibile. Quid ſit inueſtit.* Hieron. à Mont. *in tract. finium regund. cap* 11. *nu.* 13. Hartm. Hartmanni *tit.* 1 *obſeru* 15. *nu.* 1. Pacian. *de probat. lib* 2 *cap* 36 *num.* 38. *&* 39. Weſenbec. *in paratit. ff. de iuriſd. n.* 4. *& conſ.* 32. *n.* 1. Nam † ex eo, quod aliquid diuidi non poſſit, 28
non recte infertur, quod primogenitus ſolus in tali re indiuidua ſuccedat, cum ea pro indiuiſo à pluribus recte poſſideatur *l. ſeruus communis* 5. *C de ſtipul. ſeruor.*

Decimoquarto † in bonis al'odial bus regali dignitate carẽ- 29
tibus ſucceditur in collaterali linea tantum vſq; ad decimũ gradum § *fin. Inſt. de ſucceſſ. cogn.* Iaſ. & reliqui Dd. cõmuniter *in l. certum C unde legit.* late Tiraq. *de vtroq retr. part.* 1. §. 1 *gloſſ* 9. *nu.* 23. *&* Forſter *de ſucceſſ. ab inteſt. lib.* 4. *c.* 22. *n.* 41. Gail *de eo non ambigi affirmans obſeruat.* 150 *num.* 1. *lib* 2 Peregr. *de iure fiſc tit.* 3. *num.* 8. Gloſſ. & Dd. communiter *in §. fin. Inſtitut. de ſeruil. cognat.* Baptiſt. à Villalob. *in comm. opin. lit. C num.* 163. nec ea de re a'iquid ſingulare in regalibus iure expreſſe cautum eſt, vel etiam à Dd. quos ego viderim, trad tum reperitur. In bon s vero regalem 30
d gnitatem annexam habentibus non ſolum vſq; ad decimum gradum, ſed & in infin tum ſuccedi per eos, qui de ſanguine defuncti ſunt, tradunt Decius *conſ.* 85. *n.* 3 *v In quo aduertendũ eſt.* Gozadinus *conſ.* 8. *n.* 4. *v. Et loquuntur iſti Dd.* Schrader. *conſ.* 3. *n.* 108. *& conſ.* 13. *nu.* 182. Couarruuias *variar. reſol. lib.* 3. *c.* 5 *n* 4 *verſ. Hinc examinari poterit.* atq; eam ſententiam communẽ eſſe aſſerit Schraderus

Digitized by Google

31 derus *d. conſ. 3. n. 108. verſ. namque Dd. communiter.* Neque † deſunt qui putant idem in eiuſmodi bonis, ſi feuda ſint, ita locum habere, vt in iis etiam id ſpeciale ſit, & ea ab aliis bonis feudalibus hac in re differant Ioan. Bolognet. *in d. l. certum n. 40. verſ. 2. reſtringitur C. vnde legit.* Curt. iun. *de feud part. 3 num. 49.* Schneidevvin. *de feud part. 6 titul. de ſucceſſ. collateral. numer. 14. in fine.*
32 Schrader. *de feudis par. 7. numer. 8. in fine.* Sed † verius eſt in omnibus feudis idem indiſtinčte, ſiue nimirum regalem dignitatem annexam habeant ſiue non, dicendum eſſe, ſi feudum ab initio ſemel ad deſcendentes tranſierit, & non ex pacto vel alia ex cauſa initio ad collaterales peruenerit. Afflict. *in c. 1. §. Hoc quoque nu. 13. verſ. ſexto & vltimo. de ſucceſſ. feud.* Schenck. *in c. 1. §. Hoc quoque nu. 1. & 2. De his qui feud. dar. poſſ.* Intrigliol. *de feud qu. 46. num. 53.* addens ſe ſemper reieciſſe prædictam differentiam. Henning. Goden *conſ. 16. nu. 13.* eamque ſententiam magis communem & in Germania receptam eſſe teſtatur Gail. *d. obſeru. 150. n. 4. & 5.* addens Cameram Imperialem eam ſecutam eſſe, & ſimiliter Mynſingerus *obſeru 95 num 4. cent. 2.* eam conſuetudine Germaniæ & in Camera Imperiali receptam eſſe refert. Inter ragalia igitur etiam & bona regalem dignitatem annexam habentia, ſi in feudum recognoſcantur, nulla eſt in re differentia, ſed tam in illis quam in his in infinitum ſucceditur, ſi initio feudum ad deſcendentes tranſitum fecerit, & non ad collaterales
33 peruenerit.

Decimoquinto † ſi quis per reſcriptum generaliter legitimatus ſit ad feuda, huiuſmodi generalis legitimatio ſufficit, vt in feudo ſuccedatur, nec eſt neceſſe, vt ea feuda expreſſe nominentur, ad quæ talis legitimatio fit. Schneid. *de feud. part. 6. de ſucceſſ. deſcendent. numer. 9.* Mozz. *de naturalib. feudor. numer. 91.* Vulteius *de feudis capit. 9. numer. 93. verſic. dictum eſt in reſcripto lib. 1.* Sonsbec. *de feud part. 9. numer. 70.* vbi communem hanc ſententiam eſſe teſtatur, idemque de ea affirmant Curtius Iunior *de feud. part. principal. 3. mem. 1. in 2. par. n. 39. & conſ. 157. n. 15.* Pariſius *conſ. 1 num 76 lib. 2.* Ruinus *conſ. 36. num. 18. lib. 1.* Vulteius *d. loco*

Digitized by Google

d.loco Roſenth. *de feud. cap.7. concluſ.19. num.11. gloſſ. 11.* Non † ha- 34
bet tamen hoc locum in feudis regalibus, nec ad ea huiuſmodi legitimatio generalis extendenda eſt. Bald. *in l. eam quam nu. 42. C. de fidei commiſſ.* Præpoſit. *in cap.1. §. Naturales num.2. in fin. & ibid.* Laudenſ. *n.8. ſi content. fuer. inter domin. & agnat. vaſall.* Intrigliol. *de feud. qu.46. nu.67.* Anchoran. *conſ.308. n.7.* Molin. *in conſuetudin. Pariſ. tit.1. §.8. gloſſ.1. nu.38. verſ. Aduerte tamen.* Forſter. *de ſucceſſ. ab inteſt. lib.6. cap.39. nu.17.* Hartm. Piſtor. *qu.40. nu.8. lib.2.* Roſenth. *d. concluſ. 19. num. 12.* vbi plures alios pro hac ſententia allegat.
Atque † hinc omnino ſequi videtur, regalia etiam generali illa 35
legitimatione comprehendi. Neque ij Dd. qui exceptionem in feudis dignitatum conſtituunt, regalium meminerunt, quaſi & in illis talis reſtrictio locum habeat, ideoque inter ea & feuda regalia hac in re differentia conſtituenda ſit. Ego tamen exiſtimo regalia etiam prædicta legitimatione non contineri, cum generali conceſſione & oratione non comprehendantur, vt infra *c.5.* oſtendetur. Verius igitur eſt nullum in ea legitimatione generali diſcrimen eſſe inter regalia feuda & regalia iura, idq; eo etiam confirmatur, quod iidem Dd. qui negant regalia feuda ea legitimatione comprehendi, hac ipſa ratione vtantur, quod tales dignitates generali oratione non contineantur.

Decimoſexto † quoad actiones etiam & remedia, quæ de re- 36
galibus & bonis regalem dignitatem annexam habentibus competere poſſunt, magnum inter ea diſcrimen eſt. Confeſſoria & negatoria competunt (vt infra *cap.7.* oſtenditur) de regalibus & aliis iuribus incorporabilibus, non autem de bonis regalem dignitatem annexam habentibus, vt rebus corporalibus, ſiue allodialia ſint ſiue feuda, nec † recte ſentit Innocentius *in c.* 37
Cum venerabilis nu.2. verſ. ſi autem quis petat. de religioſ. domib. & eum ſecutus Afflictus *deciſ.256. nu.21.* officium iudicis non autem rei vindicationem, de illis bonis competere, cum non ſolum ex iure ciuili id non probetur, ſed & ius feudale *in cap.1. §. Rei autem de inueſtitur. de re alien. fact.* indiſtincte quoad quaſi ſiue vtilem rei vindicationem de rebus corporalibus loquatur, nec vllo mo-

 do n-

do innuat in feudis regalibus ſpeciale aliquid obtinere, neque etiam Dd. *in d.§. Rei autem.* officij iudicis meminerint, vel in feudis regalibus rei vindicationem locum habere negent.

Decimoſeptimo ex iam dicta differentia & illa ſequitur, quod de regalibus etiam poſſidens actionem intentare poſſit, licet de bonis regalem dignitatem annexam habentibus, tanquam rebus corporalibus, poſſidenti talis actio non detur, ſed tantum
38 contra poſſidentem locum habeat. Nam † confeſſoria & negatoria actio poſſidenti etiam datur §. *Æque* & ibi Dd. *Inſtit. de act. l. Simili §. Ariſto. ff. ſi ſeru. vindicet. l. vti frui §. fin. ff. ſi vſuſfruct. pet.* De
39 rebus † vero corporalibus rei vindicatio poſſidenti non competit, ſed neceſſe eſt, vt aduerſarius poſſideat *d. §. Æque. verſ. quod genus actionis l. Officium l. Is qui deſtinauit ff. de rei vindicat. l. vn. C. de alienat. iud. mutand. cauſ. fact.*

40 Decimooctauo de bonis regalem dignitatem annexam habentibus & ab Imperatore in feudum datis ipſe Imperator ſolus eſt iudex & cognoſcit, nec Camera Imperialis de iis cognoſcere poteſt, vel aliquam concurrentem iuriſdictionē cum Imperatore in iis habet, ſi totaliter & definitiue de tali aliquo feudo pronunciandum ſit. Conſt. Imper. *de anno 1521. §.* Ob auch ſachen
41 &c. Ordinat. Camer. *part. 2. tit. 7.* De † regalibus vero etiamſi ab Imperatore in feudum conceſſa ſint, aliud dicendum eſt, quod videlicet Camera Imperialis etiam de iis cognoſcere & iudex eſſe poſſit, nec hæc cognitio ſtricte ad ſolum Imperatorem pertineat Schrader. *de feud. part. 1. ſect. 2. num. 70.* & Græuæus *concluſ. 29. num. 11.* De qua re vt & de feudis regalibus, quoad hanc differentiam, pluribus agemus infra *c. 8.*

42 Decimonono † licet nonnulli velint illud, quod de ſex ſeptimanis appellationi Iure feudali præfinitis *in cap. 1. §. fin. verſ. Si autem dixerit, Quo tempore miles.* cautum eſt, generaliter de quibuslibet feudis accipiendum eſſe, tamen in ſolis feudis regalib. non etiam in aliis rebus feudalibus, quibus & iura regalia comprehenduntur, id locum habere, tradunt *in d. §. fin.* Andreas de Iſernia *num. 4. verſ. Hoc ergo ſpeciale* Schenck. *num. 4.* Iacobinus de S. Geor-

S. Georgio *de feud. in verb. Et dicti vaſalli numer. 38. verſ. Non obſtat textus.* Curtius iunior *de feud. part. 7. num. 33. verſ. Item diſpoſitio illius textus.* Freccias *de ſubfeudat. Baron. lib. 2. different. 8. num. 1.* Mozzius *de natural. feud. num. 127. verſ. Amplia vt ordo.* Schonerus *diſputat. feudal. 3. theſ. 124. lib. 2.* addens hanc ſententiam veram eſſe. Accipiendum vero hoc eſt de eo caſu, quoad Imperatorem appellatur à ſententia inferioris, quando hic de feudo regali iudex eſſe poterit, cuiuſmodi eſt, ſi Imperator alij cauſam feudi regalis delegauit, vel feudum regale per ſubinfeudationem alij datum fuit, & infeudans ſiue immediatus dominus iudex eſt, de qua re dicemus infra *cap. 8.*

Capvt IV.

Quibus regalia competant.

Svmmaria.

1. *De ordine qui in hoc capite ſeruabitur.*

2. *Imperatorem inter ſeculares quibus regalia competunt, primũ locum ſibi vendicat, nec in vllo, quantumuis alium ſuperiorem non recognoſcente, magis regalia locum habent aut ſplendidius relucent.*

3. *Fons omnis iuriſdictionis appellatur, omneſq́; dignitates ab eo tanquam à fonte profluunt & ad eundem refluunt* n. 4.

5. *Dignitatum theſauri in eo reconditi eſſe dicuntur.*

6. *Imperator dicitur eſſe terreſtre numen, ac ſtella matutina in medio nebulæ.*

7. *Idem magis quam alij Reges & Principes epithetis decoratur, atq́; inter ea cum primis eſt & illud quod dominus mundi, quoad protectionem & iuriſdictionem, vocetur.*

8. *Bodinus, de maieſtate & poteſtate Imperatoris & regalibus maioribus & minoribus ei competentibus nimis contumelioſe & audacter loquens, & ratione Cameræ etiam nihil omnino præcipui ei tribuens, late refellitur.*

9. *Regi Romanorum non minus quam Imperatori maieſtatis iura ac regalia competunt.*

10. *Rex Romanorum, coronatione etiam Papali necdũ facta, in omnib.*

Digitized by Google

ſe tanquam Imperatorem gerit, & regalia aliaque iura ac priuilegia, omniaque per eum conceſſa, & qualibet alia ab eo geſta perinde valent, ac ſi ab Imperatore conceſſa ac geſta eſſent, & licet quidam nu. *11.* *relati contra ſentiant; tamen prior ſententia eſt crebrioribus Dd. calculis recepta & vſu approbata num.* 12. *& Aurea Bulla Caroli Quarti, Conſtitutioni Ludouici Bauari conſentanea nu.* 13.

14. *Coronationis Papalis ſolennitatem aliquot Imperatores hic in ſpecie nominati ſuperuacaneam eſſe duxerunt. Idque etiam decreto Ludouici Bauari ac Electorum aliorumque Imperij ſtatuum decreto ſancitum eſt.*

15. *Regibus etiam regalia competunt.*

16. *Rex monarcha in ſuo regno eſſe dicitur.*

17. *Rex quatenus dicatur plus poſſe in ſuo regno, quam Imperator in Imperio?*

18. *Regibus etiam ſubditis ac ſuperiorem recognoſcentibus competunt r.galia.*

19. *Regalia an competant etiam Regibus infidelibus & à religione Chriſtiana alienis?*

20. *Regna, & ſic etiam regalia iis annexa, ſunt de iure gent um.*

21. *Duces aliique Principes, Regibus inferiores, habent regalia, licet ſuperiorem recognoſcant. Duces Germaniæ pro Regibus haberi minus rect. aſſerit Ruckerus.*

22. *Comites, qui principali dignitate & gradu decorati ſunt &* Gefürſtete Grauen *appellantur, ſimiliter regalia habent.*

23. *Principis nomen propriè Imperatori competit, isq; ea appellatione in legibus Romanis denotari ſolet.*

24. *Principes appellantur etiam Duces, Marchiones & alij ſimilem regalem dignitatem habentes.*

25. *Ex iis quidam Ducis, Marchionis, Landgrauij vel alterius ſpecialis dignitatis regalis nomen non habent, ſed tantum Principes hodie nuncupantur, & huiuſmodi Principis vel Principatus titulo multi etiam inter Ducatus & aliarum dignitatum titulos vtuntur.* nu. 26.

27. *Principes qui ſimpliciter ita appellantur de conſuetudine nonnullis*

Digitized by Google

nullis locis præcedunt Duces & alios inferiores Principes.

28. Inter Principes Imperij cumprimis etiam Electoribus regalia competunt.

29. Hi ſupremam in Imperio poſt Imperatorem & Regem Romanorum dignitatem, & præ alijs Imperij Principibus quamplurimas inſignes prærogatiuas habent, & quænam ſint illæ partim remiſſiue, partim ſpeciali enumeratione oſtenditur.

30. Archiduces etiam Auſtriæ præ alijs Principibus Imperij nonnullas, & quidem ex parte tantas prærogatiuas habent, quanta Electoribus non competunt.

31. Nullo loco ſunt Duces vel alij Principes, qui Archiduces appellantur, neque ante Auſtriæ Duces tales fuerunt, nec etiam poſtea, qui eam dignitatem ambiuerunt, eam apud Imperatorem impetrare potuerunt.

32. De Archiducibus male Mozzium, Marinum Frecc. & Chaſſanæum dicere, quod in Germania de conſuetudine aliorum etiam quam Auſtriæ Ducum primogeniti filij Archiduces appellentur.

33. Archiduces Auſtriæ ex priuilegio Cæſareo habent etiam ius regale vectigalia noua inſtituendi.

34. Item ius non ſolum nobiles ſed etiam Comites & Barones creandi & plures alias prærogatiuas in regalibus habent nu. 35.

36. Comites etiam ac Barones, quorum inter Status Imperij & regalem dignitatem habentes magnus numerus eſt, regalia habent.

37. Principis appellatione largâ hi etiam comprehenduntur.

38. Comitatus, non autem Baronatus, in iure feudali expreſſe inter feuda regalem digntatem annexam habentia refertur.

39. Barones tamen non minus, quam Comites ſtatus Imperij ſunt & dignitatem regalem hobent, & illis in matricula Imperij priuilegioque & iure Auſtregarum nu. *40. in dignitate munereque iudicis ac præſidium Cameræ Imperialis & alijs æquiparantur* nu. *41.*

42. Barones licet quidam Dd. nu. *49. relati Comitibus non æquiparandos, nec Baronatum inter feuda regalia numerandum eſſe contendant, tamen hic &* nu. *43. 44. 45. 46. 47. & 48. refutantur, & ſimul contrariam ſententiam non ſolum crebrioribus Dd. calculis approbatam, ſed & conſuetudine Germaniæ receptam eſſe* nu. *50. oſtenditur.*

51. Baronatum eſſe maximam dignitatem & generali Baronum appellatio-

Digitized by Google

pellatione Duces, Marchiones & Comites comprehendi, non recte generaliter à Schradero traditur.

52. Comitem in Germania præcedere Marchionem male à Luca de Penna, Martino, Freccia & Chaſſanæo aſſeritur, & iure etiam feudali id non eſt conſentaneum nu 53.

54. Comitum olim in Orientali & Occidentali Imperio tanta fuit prærogatiua, vt Ducibus præponerentur, & hi illis diſciplina militari adiungerentur.

55. Ducum poteſtas & dignitas circa Caroli Magni tempora ita creuit, vt proprie Duces dicerentur, quibus duodecim Comites ſubeſſent, à quo tamen poſtea per ſequentem ætatem receſſum eſt.

56. Comitatus & Baronatus quidam reperiuntur, qui ab inferiori aliquo Principe conferuntur, & tamen regales dignitates ſunt.

57. Comites vel Barones, ſi per ſubinfeudationem ab inferiore Principe inueſtiantur, etiamſi non immediate, tamen mediate ab ipſo ſupremo Principe eiuſmodi regale feudum cum eidem annexis regalibus conſequuntur.

58. Comitatum vel Baronatum in feudum non raro etiam ipſi Principes ab alijs Principibus inferioribus recognoſcunt, ſimulque dignitatem regalem & iura regalia Comitatui vel Baronatui annexa conſequuntur.

59. Comes vel Baro ſi Comitatum vel Baronatum proprium & allodialem ab alio in feudum recognoſcat, priorem dignitatem & ſtatum vna cum regalibus, quæ antea habuit, retinet.

60. Comitatus ac Baronatus in Imperio multi olim extiterunt & adhuc ex parte reperiuntur, qui libera ac allodialia bona Imperioque immediate quidem ſubiecta, ſed tamen non feuda Imperij fuerunt, licet Imperator dignitatis author eſſet.

61. Comitatus ac Baronatus etiam tales reperiuntur, & quibus dignitas regalis & cum ea etiam regalia per ſolam præſcriptionem acquiſita ſunt.

62. Allodialis, non vero feudalis, res in dubio eſſe præſumitur.

63. Hæc præſumptio etiam in quibuslibet bonis regalem dignitatem annexam habentibus, etiamſi Ducatus, Marchionatus vel alius Principatus ſit, locum habet.

64. Comes

Digitized by Google

64. Comes vel Baro ex ſingulari priuilegio ſupremi Principis etiam per inferiorem eo Principe tale priuilegium habentem creari & Comitatu vel Baronatu ſine ſubinfeudatione inueſtiri poteſt.

65. Comitis vel Baronis creatio ab inferiori ex ſingulari priuilegio ſibi à ſupremo Principe conceſſo facta, perinde quoad dignitatem habenda eſt, ac ſi ab ipſo ſupremo Principe profecta ſit.

66. Dignitatem regalem inferior propria authoritate alicui dare non poteſt, ſed priuilegio peculiari ad eam rem opus habet.

67. Comites vel Barones Imperij libertatem, qua immediate Imperio ſubiecti ſunt per infeudationes aut ſubinfeudationes non amittunt, nec domini feudalis iurisdictioni ſubijciuntur.

68. Comites vel Barones, ut maxime velint, tamen non poſſunt per recognitionem feudalem perſonam ſuam & bona immediate Imperio ſubiecta, domino feudali ſubijcere & ab immediata Imperij iurisdictione eximere, & ſi contra fiat, procurator fiſcalis contra eos & ipſos etiam eximentes in Camera Imperiali ſummarie procedere ſolet.

69. Ex Comitibus & Baronibus nonnulli reperiuntur, qui mediate Imperio ſubiecti ſunt, idque vel ob præſcriptionem, vel quod, cum Comites vel Barones ab Imperatore crearentur, alicui Principi fuerint ipſi cum bonis ſuis ſubiecti.

70. Poſſunt tamen ex conceſſione vel præſcriptione regalia habere & retinent ea quæ antea habuerunt, idque fit etiam in nomine, quod à libertate habent, & nihilominus Freyen *ac* Freyherrn *appellantur,* num. 71. *licet ciuitates liberæ, quæ* freye Reichsſtädte *vocantur, illique liberi nobiles, qui* Freye vom Adel *nominantur, libertatis nomen amittant, ſi alicuius inferioris Principis ſubditi fiant* nu. 72

73. Ciuitatibus omnino liberis & ſuperiorem non recognoſcentibus regalia competunt.

74. De ciuitatibus nonnullis, quæ à Dd. Italis pro liberis habentur, in dubium à quibuſdam Dd. & Scriptoribus vocatur & diſputatur, an omnino liberæ ſint.

75. Ciuitates Imperiales liberæ habentur etiamſi Imperatorem ſuperiorem agnoſcant.

76. Ciuitates illæ Imperiales, quæ, cum ſub iugo aliorum Principum ac Statuum Imperij eſſent, per exemptionem ab eo iugo in libertatē priſtinam redie-

nam redierunt, ſimpliciter libera dicta ſunt.

77. *Eiuſmodi ciuitates ex aquila in inſignijs nihil, reliqua Imperiales ciuitates totam aquilam vel partem eius habent.*

78. *Vtraq; in Imperij Conſtitutionibus Catalogoque Statuum ijs annexo & matricula Imperij per copulam ET coniunguntur, ac* Frey vnd Reichsſtädte *vocantur.*

79. *Statibus etiam Imperij annumerantur nec nudum conſilium dandi ſed ſuffragij etiam ius in Comitijs Imperij habent, ac in prædicto catalogo diſtinctis titulis in duo ſubſellia* die Reiniſche vnd Schwäbiſche Banck *diuiduntur.*

80. *Nonnunquam in diplomatis & priuilegijs Cæſareis nobilia Imperij membra appellantur.*

81. *Quatuor præ reliquis primaria olim habita ſunt, & quænam ſint illa?*

82. *Nec hæ quatuor ſolum, ſed & reliqua etiam iura Principis ac regalia habent, libertatem earum negans, & eas eximere volens, exemptionem probare tenetur.*

83. *Eaſdem in ſua republica tantum poſſe, quantum Imperator in Imperio Gailius aſſerit, idque declaratur & reſtringitur.*

84. *Ciuitates aliquot reperiuntur, quæ immediate quidem Imperio ſubiectæ non ſunt, olim tamen tales fuerunt, nec hodie aliter quam certis pactis & conditionibus inferioribus Principibus ſubiectæ ſunt, multaque ex priuilegijs & regalibus, quæ olim tanquam Imperiales ciuitates Statusque Imperij, aut ex peculiari priuilegio Cæſareo vel etiam præſcriptione habuerunt, adhuc retinent.*

85. *Subijcere alijs ſe, quoad quædam, quilibet poteſt, ita vt in reliquis liber maneat.*

86. *Ciuitates, quæ certis pactis & conditionibus alicui ſubiectæ ſunt, tantum quoad illa pacta & expreſſas conditiones ſubditæ cenſentur, in reliquis vero liberæ manent.*

87. *Ciuitates Lombardiæ regalia ex conſtitutione Friderici I. habent, per quam tamen non omnia regalia ſunt nactæ, nec ab Imperij ſuperioritate exemptæ.*

88. *Ciuitates omnes, quantumuis ampliſſimæ, iure Romano priuatorum loco habentur, excepta Roma.*

89. Publica tantum illa iure Romano dicuntur, quæ ſunt populi Romani.

90. Ciuitates omnino liberæ nullumque ſuperiorem recognoſcentes, vt & Imperiales, priuatorum loco non habentur.

91. Certis pactis & conditionibus Principibus inferioribus ſubiectæ, an & quatenus priuatorum loco haberi poſſint?

92. Nobiles an & quatenus regalia habeant? & nu. 93. 97. 98. 99.

94. Nobiles etiam immediate Imperio ſubiecti inter Status Imperij non referuntur, licet non deſint, qui eos Statibus annumerant. Coniunctim tamen conſiderati ſtatus dici poſſunt.

95. Quænam prærogatiua hi præ alijs nobilibus gaudeant? & nu. 96.

100. Priuatas perſonas regalia vel regales dignitates, bonave, quibus eiuſmodi dignitas annexa eſt, habere, indignum eſſe cenſetur.

101. Eiuſmodi tamen etiam perſonæ legitimis modis regalia acquirere poſſunt, & ſunt, qui habent etiam nonnunquam ex ſola locatione aliquod ius in regalibus, vt emolumenta inde percipiant, nu. 102. *Vbi etiam additur, quinam præter eos, qui ex vtroque parente nobili nati ſunt pro nobilibus habeantur.*

103. Priuatæ etiam perſonæ, quæ Comites Palatini vocantur, ex ſingulari conceſſione ſiue delegatione ſibi facta, donec viuunt, eiuſmodi ius, quod ad regalia & quidem maiora etiam pertinet, habent, qualia nonnulla etiam in ſpecie recenſentur nu. 104.

105. Ex his Comitibus nonnulli, & à Cæſare & à Pontifice eandem poteſtatem habent.

106. Palatini nonnunquam plures quam vnus ad actum legitimationis vel ſimilem ad regalia pertinentem pro maiori cautela & confirmatione actis adhibentur.

107. Camera Imperialis poteſtatem legitimandi & confirmandi legitimationem non habet, ideoque confirmationem legitimationis quantumuis à duobus Comitibus Palatinis factæ, aliquando denegauit.

108. Comites hi dicuntur abuſiui & improprij.

109. Delegatus ſummi Principis ſubdelegare poteſt, ſecus tamen eſt in Comite Palatino nec eius poteſtas in hæredes tranſit, niſi id ſpeciatim in diplomate conceſſum ſit nu. 110.

111. Comitibus Palatinis de poteſtate ſua aſſerentibus citra exhibitio-

Digitized by Google

nem conceſſionis ſiue priuilegij credendum non eſt, adeo vt ne quidem Notario in ſuo inſtrumento ſe tale priuilegium ſeu diploma vidiſſe aſſerenti credatur.

112. Authoritas & poteſtas eorum tanta non eſt vt clauſula derogatoria, Non obſtantibus, *&c. vti poſſint.*

113. Legitimare ad feuda non poſſunt, niſi ſpecialis ad ea legitimandi facultas ipſis conceſſa ſit.

114. Legitimandi poteſtas in ijs non extenditur etiam vltra nobiles, ideoq́ Principum, Comitum, & Baronum liberi ea nõ comprehenduntur, neque etiam legitimatio ſine cauſa cognitione fieri poteſt.

115. Poteſtate ſua in ijs quæ de regalibus ſunt ſæpe abutuntur, idq́ maximè fit in Notariorum creatione.

116. Tranſitur à ſecularibus ad Eccleſiaſticas perſonas, quibus regalia competunt, inter quas Pontifex Romanus primas tenet.

117. Idem non ſolum Ducatus aliosque inferiores Principatus cum annexis regalibus, ſed & integra regna, iisq́ annexa regalia in feudũ confert.

118. In regalibus dignitatibus & ijs annexis iuribus regalibus conferendis nonnunquam cum ipſo Imperatore alijsq́ ſuperiorem recognoſcentibus reſpectu eiuſdem vaſalli concurrere, & quæ præterea habeat vel nõ.

119. Eccleſiaſtica perſona territorium propriè non habent.

120. Epiſcopatum dici ampliſſimam & excelſam dignitatem & quomodo hoc accipiendum ſit.

121. Eccleſiaſtici, vt alia temporalia ſic & regalia habere poſſunt.

122. Idem homo diuerſis reſpectibus, diuerſo iure & diuerſis qualitatibus cenſeri & ſic duplicem perſonam repræſentare poteſt.

123. Epiſcopus tanquam Principes Statusq́ Imperij regalia habere.

124. Epiſcopis regalia congruere negantem Arnoldum quendam Brixianum hæreſeos incuſatum & ob eam cauſam in Lateranenſi Concilio mille Antiſtibus præſentibus condemnatum eſſe.

125. Epiſcopos in numerum Principum Imperij à Ludouico Pio Imperatore eſſe cooptatos, poſtque eorum mortem totum ius Epiſcopale cum omnibus regalibus ad capitulum deuolui, & ab eo, donec alius Epiſcopus eligatur, retineri, ſeculari tamen Principe vel alio immediatè Imperio ſubiecto mortuo in ſuis territorijs ius Epiſcopale quod ex conſtit. de pace relig. habet ad ſucceſſorem tranſit.

126. Ijdem

Digitized by Google

126. Iidem non ſolum expreſſe de regalibus inueſtiri ſolent, ſed & eorum Epiſcopatus nonnunquam in inueſtituris Principatus vocatur.

127. Epiſcoporum quidam præter regalia, quæ iis occaſione Epiſcopatus tanquam Principibus competunt, peculiares titulos ſeculares Principatuum & Comitatuum habent, & in ſpecie nominantur, dignitasque Epiſcopalis ſecularium Principum dignitatem antecellit & hæc illi in titulis Epiſcoporum, & quidem etiam ſecularium ad Epiſcopatum euectorum Archiducati dignitate excepta poſtponitur. ibid. Solentque Epiſcopi Academiarum eſſe Cancellarij.

128. Horum dignitas & poteſtas in iis, quæ regalia iura regalesq́ dignitates & alia temporalia concernunt, ita pedetentim creuit, vt non ſolum nobiles ſed & Comites ac Barones ab iis feuda habeant, & à nonnullis eorum etiam Principes de integris Comitatibus ac Baronatibus inueſtiti ſint.

129. Epiſcopos illos qui cum quatuor ſecularibus Principibus in Electorali dignitate concurrunt, inter omnes Epiſcopos dignitate & regalibus excellunt, ſingulariaque iura, priuilegia & prærogatiuas habere, & quæ Moguntinus inter hos præcipua & ſingularia habeat.

130. Magiſtrum Ordinis Theutonici & magiſtrum Ioannitarum inter Eccleſiaſticos ac Status Imperij numerari, bonaque ordinis iis ſubiecti paſſim per totum Imperium ſita eſſe.

131. Ordo Theutonicus & magiſter Ioannitarum an & vbi regalia habeat?

132. Magiſtrum Theutonici ordinis multi pinguiores fortunas & reditus habere, quam alij multi Principes Imperij.

133. Idem duplo potentior eſt & duplo plus in collectis Imperij contribuit, quam magiſter Ioannitarum.

134. Abbates etiam & Præpoſitos Principali dignitate decoratos regalia habere, & quinam ſint illi?

135. Principum ſecularium numerus, quemadmodum initio minor fuit, poſtea vero creuit, ita etiam quidam Abbates & Præpoſiti, qui olim inter Prælatos referebantur & inferioris conditionis quam Principes erant, poſtea Principibus in Comitiis Imperialibus adſcripti & ſinguli ius ſuffragiorum nacti ſunt, licet alij aliis ſerius numero. *137.*

Digitized by Google

136. Prælati omnes tanquam vnius Principis vicem ſuſtinentes vnum tantum ſuffragium in Comitijs Imperij habent.

138. Abbates & Præpoſitos prædictos non ſolum inter Principes referri, ſed & inter eos eſſe, qui Comites & Barones atq; adeo etiam Principes vaſallos habent, & integros etiam Comitatus cum annexis regalibus in feudum recognoſcunt nu. 139.

140. Abbatiſſæ in adminiſtratione rerum ſecularium Abbatibus æquiparantur.

141. Abbatiſſarum quaſdam dignitatem & titulum Principalem habere licet non ſolum in matricula Imperij, ſed & in catalogo Statuum conſtitutionibus Imperij adiuncto à Principibus ſeparentur & inter Prælatos collocentur.

142. De his Abbatiſſis ob principalem dignitatem eo magis dici poſſe, quod regalia habeant, cum & alia Eccleſiaſticæ perſonæ, quæ proprie Prælati ſunt & inter Status referuntur, regalia habeant nu. 143.

144. Abbates & Abbatiſſas inter hos Prælatos eſſe, qui non ſolum nobiles, ſed & Comites Baroneſque vaſallos habent, & à quibus Principes etiam ampliſſima bona cum annexis regalibus in feudum recognoſcant.

145. Status Imperij omnes enumerare volens Gailius prælatorum etiam mentionem inter eos facere debuit.

EOrum quibus regalia competunt, alij ſunt ſeculares alij Ec-
1 cleſiaſtici. Quia † vero hæc materia non Eccleſiaſtica & ſpiritualis, ſed mere ſecularis eſt, eum ordinem hoc capite tenebimus, vt primum de ſecularibus, deinde de Eccleſiaſticis, tractetur.
2 Inter † ſeculares primus occurrit Imperator, qui nobiliſſimæ illius conſtitutionis, quæ *in cap. vnic. Quæ ſint regal.* extat, & de ſolis regalibus edita fuit, author eſt. Atque in nullo quantumuis alium ſuperiorem non recognoſcente magis regalia locum
3 habere & ſplendidius relucere, vel inde liquet, quod † fons omnis iuriſdictionis appelletur Bald. Rauenn. & alij *in c. 1. §. iudices. de pac. iuram. firmand.* Marant. *de ord. iudicior. part. 4. diſt. 5. nu. 3.* Vaſq. *de ſucceſſ. creat. lib. 2. §. 17. num. 88. in fin.* Heig. *quæſt. 9. num. 18. part. 1.* omneſq; dignitates dicantur ab eo tanquam à fonte profluere *l. Sacrilegij C. de diuerſ. reſcript.* Bald *in cap. 1 in princ. numer. 1. verſ.*

Digitized by Google

verſ.Nota omnes dignitates.quis dicat.Dux Marchio &c. Dec.*conſ.408 num.17*.Roland.à vall.*conſ.119.num 4.lib.*4. Decian. *reſponſ.* 19.*nu.* 185.*lib.*3.Henning.Goden.*conſ.3.num.*23.*&* 24. Gail.*obſeruat.* 30. *num.*21.*lib.1.* Schneid. *de feud. part. 2. num. 98.* & † ad eundem re- 4
fluere.Bald.*in c.1.§.adhac.de pac.iuram.firmand.* Curt.Sen.*conſ.* 68. *num.6*.Henning.God *d.conſ.*3. *num.23.* Iacobin. de S. Georgio *de feud.in verb.Perpetuusq; vicarius numer.* 6. Roſenthal. *de feud. cap.* 5. *concluſ.*85 *num.3.*atque ſanctiſſimus nuncupetur *l.Titius.*87.*de leg.* 2.ac † theſauri dignitatem in eo reconditi eſſe cenſeantur,Bald. 5
in d.cap.1.num.1.verſ.Ita in Principe Romano Curt.Sen. *d.conſ.*68.*nu.* 6.*verſ.ſic in Principe Romano* Curt.Iun.*conſ.1.num.*17.Socin.*conſ.*68. *num.*3.& poſt eum Borcholdt. *de feud.cap.4.num.*12. terreſtreque † numen ac ſtella matutina in medio nebulæ eſſe dicatur, Bald. 6
& Laudenſ.*in cap.1.§ fin. de prohibit.feud. alienat.* Cotta *in memorabil.in verb.Imperator.*Borch.*d cap.*24 *num.3.*Schneid.*de feud part.* 3 *num.51.*Petr.de Rauenn.*in orat.anno 1503. ad Duces Saxoniæ habita*, & † magis quam alij Reges ac Principes elogiis & epithetis 7
decoretur Lancellot.Conrad.*in templo iudic.lib.1.cap.2.§ 33. nu.5.* eodemque pertinent etiam quæ de eiuſmodi epithetis prodita ſunt ab Huberto Gotzio *in theſauro rer. antiquar.cap.5.*atque inter hæc epitheta cumprimis eſt & illud, quod in iure Romano expreſſe dominus mundi vocetur *l.deprecatio ff.ad l.Rhod.de iact.* plurimique ex veteribus & recentioribus, & quidem non ſolum Germanis ſed & aliarum nationum Dd.eo elegio eum inſigniant,ita tamen vt hoc ad protectionem & iuriſdictionem reſtringatur, nec ad priuatarum rerum dominium extendatur, idque communiter Dd.tenere teſtatur,Gail.*de pac.public.lib.1.cap.11.nu.* 4. neque huiuſmodi elogium vllis Regibus quantumuis potentiſſimis vel in iure communi, vel à Dd. tribuitur. Mirum † vero 8
Ioannem Bodinum Virum alioqui doctiſſimum & plurimæ lectionis non eſſe veritum *in methodo hiſtor.cap.6.& de republic.lib.2. cap.6.& lib.*4. *cap.*1. in contemptum & ſummam extenuationem maieſtatis ac poteſtatis Imperatoriæ, regaliumque inde dependentium, varia notorie falſa congerere, ex quib. præter alia eſt,

quod iura maieſtatis Imperij, quæ & regalia appellantur, & Imperatori competere diximus, ſint penes Imperij Principes inferiores & ciuitatum legatos, iique non ſolum ſingulis Principibus ac ciuitatibus, ſed & ipſi Imperatori leges ferendi, de pace & bello decernendi, ac iudices Imperialis Curiæ, qui de capite, fama, ac fortunis omnibus Imperatoris, Principum ac ciuitatum ſtatuere poſſint, conſtituendi ius habeant, & à reliquis tanquam ſummam poteſtatem habentibus, Principes, Duces, Marchiones creentur, Imperator vero à Ducibus & Principib. creari ſolet, & huic prouincias obeunti Principes, pro ſua quiſque dignitate, quaſi peregrino Principi occurrant, item quod optimatibus ac populo parere, eorumque Imperio ac iuſſibus acquieſcere debeat, nec magiſtratus creet, neque etiam in Camera aliquid præcipui habeat, & ſit quidem penes eum dignitas & aliquid ex vectigalibus & portoriis, præterea nihil, Duciq; Venetorum vix par dici poſſit, licet de eodem Duce non ſolum, ex Sabellico & Contareno, aliiſque Scriptoribus conſtet, quam exigua eius ſit poteſtas, ſed & ipſe Bodinus *d. lib. 2. cap. 1.* his vtatur verbis, quod ſolus ſit ex omnibus magiſtratibus, qui Imperio vacat, nec vocare quenquam ad ſe, nec prehendere, nec iure rogare, nec plus in vnoquoque collegio, ſiue maximo ſiue minimo poteſt, quam collegarum vnus, præterquam quod poſtremus ſuffragium ferre conſueuit, ac ne Principis quidem vllius aut populi literas reſerare, aut legatos admittere, aut dimittere, niſi pro collegio Septem virorum, aut Decemvirorum, ac ne vrbe quidem iniuſſus exire poteſt, quibus idem Bodinus ibidem addit, eum ne vxorem qui peregrinam ducendi facultatem habere, adeo vt Decemviri Falerium Ducem eo nomine, quod peregrinam vxorem ſibi deſponderat, in crucem egerint.

Sunt autem ea, quæ tam audacter à Bodino in deſpectum Imperatoris, & ei competentium regalium maiorum & minorum ſcribuntur, eo magis à veritate aliena, quod, vt alia ad Imperatoris maieſtatem ſummamque poteſtatem iiſque annexa regalia pertinentia emittantur, omnibus Regibus aliiſque Principibus quan-

quantumuis ſuperiorem nõ recognoſcentibus, hodie etiam dignitate præfulgeat, & non ſolum nobiles, Barones & Comites, ſed & Duces, Marchiones, Landgrauios & alios Principes, imo etiam Reges creandi, & regalibus feudis inueſtiendi, iura regalia per priuilegium vel inueſtituram concedendi, per priuationem ex iuſta cauſa ea adimendi, priuilegia varia dandi, & à prædeceſſorib. data confirmandi, clauſula plenitudinis poteſtatis, proprij motus & certæ ſcientię vtendi facultatẽ habeat, mortuo eo nemo Principũ Imperij, ac ne quidem Elector Palatinus aut Saxo (qui inter regni tempore Imperij vicarij ſunt) aliquẽ de regalib. feudis inueſtire poſſint, ſed ea facultas ſuſpendatur, ac ipſi futuro Imperatori reſeruetur, ex Aurea Bulla Car. IV. *c.5.* & cõſtitutione Imperij *de anno 1521.* §. Vnd behalten vns/ꝛc. omnes Status Imperij, & inter eos etiam principes, Imperatorem verum magiſtratum agnoſcant, iuramentoq; ei obſtricti ſint, in ſubſcriptionibus ſuarum literarum & ſupplicationum, quæ ei exhibẽtur, ſe ſubiectiſſimos nominent, crimen læſæ maieſtatis ex cauſis, iure de eiuſmodi crimine expreſſis, contra eum committant, in bannum etiam ex iuſta cauſa ab eo declarari poſſint, reuiſionique contra ſententias ab eo latas non ſit locus, &, quantum ad Cameram attinet, in qua etiam Imperatorem, vt ſupra dictum eſt, nihil præcipui habere, Bodinus ſcribit, hæc Keyſerlich Cammergericht vocetur, in eaque Imperator non ſolum Aſſeſſores habeat, ſed etiam ipſum caput ac iudicem, quem Principem, Comitem vel Baronem eſſe oportet, & præſides, qui vel Comites vel Barones ſint, ſolus conſtituat, Ordinat. Camer *part.1.tit.1* § 1 fiſci procurationem creet, eique aduocatum fiſci adiungat, *d. part.1.tit.15.* §.1. & §.2. & hi iuramentum iudici Camerę vice eius præſtent, *d.par.1.tit.60.* & *61.* quicquid procurator fiſcalis ex mulctis alijsq; fiſci reditib. conſequitur, & non in cauſas & proceſſus fiſcales, vel alia ratione neceſſario erogat, ei reſeruetur, *d.part.1. tit.16.* §.*fin.* eius nomine ac ſigillo omnia mandata pœnalia & alij proceſſus expediantur, Ord. *par.3.tit.12.* §. Vnd ſolche præfectus Cãcellariæ in eius ſolius, vel vice eius Collegij Cameralis verba

iuret,

iur. t, *d. part. 1. t.* 58. idque etiam ab aliis Officialibus Cancellariæ in eius, vel vice eius iudicis Cameræ verba fiat, *d. part. 1. tit. 59. & 79.* Commiſſiones ad totam cauſam non à Camera, ſed ab eo ſolo ad petitionem partium decernantur, d. Ordinat. *part. 2. tit. 3 & tit.* 4. § Zum vierdten. *& t. 5. §. 1.* ſi executionem Banni, in quod à Camera declaratio facta eſt, Circulus vnus vel plures detrectent, ad eius prouiſionem res tota pertineat, eiq; talis prouiſio deferenda ſit, *d part.* 3. §. 49 §. Vnd wo ſich de Ducatibus aliiſque feudis regalibus, vt & de validitate & interpretatione, menteq; à ſe vel prædeceſſoribus datorum priuilegiorum ipſe ſolus cognoſcat, *vt infra c.* 8. *oſtendetur*, & Camera non poſſit abſque eius conſenſu & mandato de cauſis fiſcalibus Ducatus, Comitatus, territoria, oppida, arces & ſimilia concernentibus iudicare, *d. t.* 16. § Darzu ob ſich ꝛc. nec in fractæ pacis cauſis maioris momenti & periculi ad banni abſolutoriam ſententiam procedere Ord. Cam. *d. part. 2. tit. 18. § fin.* vel Principem in bannum declarare Heig. *part. 1. q. 9. n. 24. & ſeq.* (vbi inter cætera vſum & conſtitutionem Alberti Imperatoris *in ſpeculo Saxonico* extantẽ de hac re allegat) vel contra extraneos Imperioque non ſubiectos proceſſus decernere. Ord. *part. 3. t. 48. §. fin. in fin.* vel etiam ob peſtẽ belliue metum in alium locum transferri, Conſt. Imperij *de anno* 1570. §. Wann vnd wohin. Quibus accedit, q̃ ea famæ & honorib. reſtituere, ætatis veniã dare, ſpurios legitimare, priuilegia dare, vel ab Imperatore data confirmare, conſtitutiones & leges ferre, & pleraq; alia eiuſmodi regalia vſurpare non poſſit, ſed Imperatori ea reſeruata ſint, Thom. Michaël. *in diſp. de iuriſdict. concluſ.* 11. 31. 32. *&* 33. Gylmannus *rerum in eadem Camer. iudicatarum lib. 2. deciſ. 54. numer.* 78. Ideoque errat Menochius dum in Camera obſeruari, vt in legitimationibus naturalium ſemper adiiciatur clauſula: *Sine præiudicio eorum, qui ſucceſſuri ſunt*, refert *conſ. 799. numer. 30* allegans, Gail. *obſeru* 142. *num. 15. lib. 2.* qui hoc non dicit, ſed nulla facta mentione Cameræ, vt quæ ius legitimandi non habet, ait communiter legitimationibus naturalium adiici ſolere clauſulam: *Saluo iure agnatorum vel tertij*. Et licet Friderus

De Ca-

De Camer proceſſ. lib.1.cap.12.num.3. putet leg timationem eiuſmodi in Camera locum habere, tamen adducit ipſe præiudicium, quo anno 1591. ſupplicanti pro confirmatione legi imationis petitio ſimpliciter denegata fuit, licet legitimatio à duob. Comitibus Palatin s, tam à Pontifice quam Cæſare priuilegium ad legitimandum habentibus, eſſet facta. Competunt tamen etiã Cameræ nonnulla, quæ ſunt de regalibus, ita tamen, vt ad iuſtitiæ adminiſtrationem ſpectẽt. Nam tale eſt gene alis banni ius, quo omnes per totum Imperium ex iuſta cauſa in bannum condemnare poteſt, Gail. *de pac. publ. lib. 2.cap. '. nu.27. & de arreſt. Imper.cap.'0.n.1*8. exceptis tamen Principibus, in quibus conſ nſus Imperatoris requiritur, vt ſupra dictum eſt. Eiuſmodi ẽt eſt ius abſoluendi à iuramento ad effectum agendi, Ordinat. Camer. *part.2.tit.24.* & extremæ prouocationis, cum vndequaque ad eam appelletur, ſed ab ea ad ipſum Cæſarem ſolum, vel etiam ſimul ad Status Imperij appellari non poſſit. Ordinat. Camer. *d. part.2. tit.51.* Alia vero pleraque omnia, quæ ad regalia ſpectant, exercendi facultatem non habet, nec in iis concurrentem cum Imperatore poteſtatem ſibi arrogare poteſt, ſed hæc, vt ſupra dictũ eſt, Imperatori reſeruata ſunt, & quoad ea de Cameræ iudicio dici poteſt, quod de Parlamentis & ſupremis iudiciis Galliæ ſcribit Boërius Præſes Parlamenti Burdegalenſis, *in tractat. de auctoritat. magni conſilij nu.* 173. quod nimirum manus ad reſeruata ſiue regalia Regis apponere non poſſit. Eſt enim Camera ideo maxime inſtituta, vt adminiſtrationi iuſtitiæ contentioſæ, litiumque deciſioni præeſſet & vacaret. Gylman *in cauſa* Augſpurg. *& Auguſtanæ confeſſionis conſortum contra eiuſdem ciuitatis ſenatum Pontificiæ religionis ſymphorem. tom.1.part.1.tit.3.vot.9.n.10.* eaque adminiſtratio iuſtitiæ contentioſæ talis eſt, vt per eam de ipſis etiam regalibus, ſuperioritatibus & conſtitutionibus Imperij cognoſcere, & ex iure communi iudicare poſſit, Idem Gylman. *Rer. iudicatar. Camer. Imper. lib.2.deciſ.54.nu.7.* vbi id in *voto Camerali in cauſa* Wirtenberg *contra* Oſterreich additur. De iis vero q̃ de poteſtate & authoritate Imperatoris, regalibusq; iis annexis

 ſupra

ſupra adducta ſunt, in ſpecie plenius ex parte aliis locis dicetur, quemadmodum & illud ſuis locis oſtendetur, quomodo in nonnullis Imperatoris poteſtas coarctata & reſtricta ſit.

9 Proximus † vero ab Imperatore eſt Rex Romanorum, cui etiam non minus quam Imperatori Maieſtatis iura ac regalia cõ-
10 petere, eo minus dubium eſt, quod † poſt electionem tantum, etiamſi approbatio, & coronatio Papalis necdum facta ſit, Rex Romanorum appelletur, ac alioqui in omnibus ſe tanquam Imperatorem gerat, regalia etiam, aliaque iura ac priuilegia per eũ conceſſa, & quælibet alia ab eo geſta, perinde valeant, ac ſi ab ipſo Imperatore conceſſa ac geſta eſſent, gloſſ. *in Clement.* 1. §. *Porro. in verb. Reges. de iureiur.* Cyn. Ang. Bald. & Alber. *in l. Bene à Zenone. C. de quadrien. præſcript.* Bart. *in Extrauag. Ad reprimendum. verſ. Reges.* Dec. *conſ.* 194. *nu.* 1. *& in c. Eam quæ nu.* 19. *de reſcript.* Ca-
11 gnol. poſt alios à ſe allegatos *in proœm ff. in pr. n* 40. & † licet contra ſentiant gloſſ. *in d. l. Bene à Zenone. in verb. Inſulas C. de quadrien. præſcr.* Oldradus *conſ.* 180. *incip. Quæſtio eſt vtrum Imperator.* & alij allegati à Decio *d. conſ.* 194. *n.* 1. & Molinæo in addit ad Dec. *in d. c.*
12 *Eam quæ nu.* 19. *ſub lit. f.* tamen † hæc ſententia crebrioribus Dd. calculis recepta eſt, & communem appellant, Imola *in d. clemen.* 1. *in* 3. *quæſt.* Cagnolus *d. num.* 40. Decius *d. conſ.* 194. *nu.* 1. *&* 2. Syluester Aldobrandin. in addit. ad Dec. *in d. c. Eam quæ num.* 18 *lit. e.* Pacianus *de probat. lib.* 2. *c.* 35. *n.* 35. Mandellus *conſ.* 62. *n.* 31. Curtius iun. *conſ.* 1. *nu.* 27. & Pariſius *conſ.* 1. *nu.* 4. *vol.* 2. vbi addit Hoſtienſẽ etiam dicere ita ſeruari, & ita iudicatum fuiſſe per Principes Alemanniæ. Eaq; ſententia vſu comprobatur, cum Cæſareis confirmationibus tam ea, quæ à Regibus Romanorum, tam quæ ab Imperatoribus antea per priuilegium vel inueſtituram data & conceſſa aliaue ratione acta ſunt, comprobari & confirmari ſoleant, de qua conſuetudine teſtantur, Abbas *in c. Venerabilem. circa fin. de elect.* Decius, Cagnolus & Pacianus *iam citatis locis*, confir-
13 matur † etiam ea ſententia ſatis aperte per auream Bullam *c.* 2. *de electione Regis Romanorum* eamque de eadem re anteceſſit Conſtitutio Ludouici Bauari, cuius Auentinus *lib.* 8. *fol.* 400. Nauclarus

Generat.

Digitized by Google

Generat. 45.*fol.*1001. Albericus de Roſat. in *Dictionario, in verb. Electores.* & plures alij meminerunt. Proinde cum in conuentu legatorum Caroli V. Imperatoris & Galliæ Regis Franciſci Primi *an.* 1521. Caleti habito, Regis legati præcedere vellent, & Carolũ Quintum electum quidem, ſed nondum confirmatum tunc temporis fuiſſe obtenderent, merito huius legati primas ſibi deberi contenderũt, quod ex electione, perinde ac ſi confirmatus eſſet, plenam ac liberam haberet poteſtatem, nec confirmatione opus eſſet. Et † licet idem Carolus aliquot annis poſt papali 14
coronatione vſus ſit, tamen varij alij Imperatores eam ſolẽnitatẽ ſuperuacaneã duxerunt, & ea neglecta Imperium feliciter adminiſtrarũt. Ex quorũ numero fuerunt Rudolphus I. Albertus, Maximilianus I. Ferdinandus, Maximil. II. Rudolphus II. & pſens Imperator Matthias, atq; inter hos Maximilianus I. ille eſt, qui præter alia à ſe præclare geſta Auguſtiſſimum Imperij tribunal quod Camera Imperialis vocatur, anno 1495. inſtituit. Eo vero minus mirum videri debet, tot Impp. Pontificia Coronatione vti noluiſſe, quod iis notum fuerit decretum Ludowici Bauari ac Electorum aliorumque ſtatuum Imperij, in quo multis rationibus, cur Pontificia Coronatione opus non ſit præmiſſis conſtituitur Electum Romanum Regem ex ipſa Electione pro vero Imperatore habendum eſſe, nec alterius alicuius approbatione, confirmatione, authoritate vel conſenſu opus habere, & ſimul adduntur pœnæ, contrafacientes feudis priuandos, & incurrere crimen læſæ Maieſtatis. Decreti huius meminit Henric. Rebdorff *in Annalibus* ſub 1339. apud Freher. *p.* 1 *Scriptor. rer. Germanicar.* Abb. Vrſperg. & Cuſpinian. *in Ludovvico Bauaro*, Spangenb. *in Chron. Mansfeld. c.* 282. & totum extat apud Hieron. Balb. Epiſcopum Gurzenſ. *de Coron. Car. V. Imper. p.* 65. & Alberic. de Roſat. eximium ICtum & in foro exercitatiſſimum (vti eum Iaſon appellat, Forſt. *in tract. iur. ciu. Roman. c.*.. *num.* 18.) *in l.* 3. *nu* 16. *Cod. de quadrienn. præſcript.* vbi decretum hoc domini Ludowici legem appellat, & ſimul vtitur his verbis: *ſe tum*

temporis in Romana curia exiſtentem and uiſſe magnos Prælatos & etiam laicos in vtroque iure peritos in hanc opinionem inclinaſſe, tanquam veriorem, literæ etiam ab omnibus Electoribus tam Eccleſiaſt. quam ſecularibus ad Pontificem datæ ſunt, quibus prædictum Decretum repetunt & de nouo comprobant & confirmant.

15 Poſt † Romanorum vero Regem merito inter ſeculares Principes primas tenent reliqui Reges, quibus etiam regalia competunt *c. Super quibuſdam §. Præterea. de verb. ſignif.* vbi expreſſe non ſolum Imperatorum, ſed & Regum fit mentio, & tam his quam illis tribuitur regalia concedendi facultas, & tradūt illud etiam Lancellottus Conrad. *in templo omn iud lib. 1. c. 2. §. 3. num 1.* Claudius Seyſſel *de feud. tit. qui feud. dar. poſſ. par 1. ampliat. 2.* Pereg. *de iur. fiſc. lib. 1. tit. 2. nu. 76.* Iſernia, Baldus, Petrus Rauennas, Præpoſitus, Laudenſis *in c vn. quæ ſint regalia.* Boſſ. *tit. de regalib. num. 1. 2. & 4.* Chaſſanæus *de glor. mundi part. 5. conſiderat. 64.* poſt Baldum & Iacobinum de S. Georgio aſſerens totum mundum hoc
16 ſeruare. Afflict. *in c. 1. nu. 8. de nou. form. fidelit.* vbi † dicit Regem eſſe monarcham in ſuo regno, idque aſſerunt etiam Chaſſanæus *in proœm. conſuetud Burgund. verb. Duc. num. 3.* Bertachinus *de gabell. part. 1. n. 3.* Claudius Seyſſel. *d. ampliat. 2.* Ioannes Redin. *in tractat. de maieſt. Princip. nu. 8.* Schneidvv. *de feud. part. 3. n. 64.* diciturque
17 † eo nomine, quod non vt Imperator eligatur, ſed per ſucceſſionem Imperium conſequatur, plus poſſe in ſuo regno, quam Imperator in Imperio Claud. Seyſſel. *d. ampl. 2.* Lancel. Conr. *d. §. 3. n 2.* Ioan. Redin. *in d tract. de maieſt. princ. n. 9.* Schneid. *d. part. 3. nu. 66.* Quod tamen in omnibus Regibus non habet locum, cum in nonnullis regnis per electionem creentur Reges.

18 Non ſolum † autem ſuperiorem non recognoſcentibus, ſed & ſubditis Regibus competunt regalia Bald. Andr. de Iſern. Cardinal. Laudenſ. *in d. cap. vnic. Quæ ſint regal.* dum partim in genere de quolibet Rege, partim in ſpecie de Rege ſubdito loquuntur. Idem tradit in ſpecie de Rege ſubdito Roſenthal. *de feudis cap. 5. concluſ. 1. num. 4. in gloſſ. poſt f.* & Claudius Seyſſel. *d. tit.*

Qui

Qui feud. dar. poſſ. part. 1. limit. 1. vbi poſt Bald. & Cardin. *dictis locis* adducit etiam exempla de Regibus ſubditis. Accedit his præter alios Boſſius *d. tit. de regalib. num. 2.* dum generaliter de quolibet Rege loquitur, & generalem rationem addit, quod ſcilicet eo ipſo, quod quis creatur Rex, regalia ei acquirantur.

Atque † hæc quidem omnia etiam in Regibus infidelibus 19 & à Religione Chriſtiana alienis locum ſibi vindicant. Nam licet nonnulli Dd. hoc negent, ex quibus etiam ſunt Afflictus *ad rubr. Quæ ſint regalia. nu. 6.* Olrad. *conſ. 72. nu. 3.* Panor. *in cap. Quod ſuper nu. 10. de vot.* tamen contraria ſententia verior eſt, vt aſſerit Couarru. *in c. peccatum part. 2. §. 10. nu. 2. de reg. iur. in 6.* Atque eandem tenent Baldus *in l. cunctos populos. num. 10. C. de ſumm. trinit.* Innocent. *in d. c. quod ſuper n. 10.* tueturque Vaſq. *Illuſtr. controuerſ. c. 24. per tot.* Couarru. *d. loco.* & Pruckman. *ad rubr. Quæ ſint regalia. cap. 4. n. 23. & ſeqq.* Confirmatur autem eo, quod † regna & ſic et- 20 iam regalia ijs annexa, iuris gentium ſint *l. ex hoc iure. ff. de iuſtit. & iur.* Lancellot. Conrad. *in templo omnium iudicum lib. 1. c. 2. §. 1. n. 1.* Dd. *in d. l. ex hoc iure.* Pruckman. *d. loco.* & Chriſtus ipſe eo tempore, quo Cæſar Ethnicus & idolorum cultor erat, præceperit, vt Cæſari tanquam ſupremo Magiſtratui & regalia habenti, ea quæ Cæſaris eſſent, ſine tergiuerſatione darentur Matth. *cap. 22.* Marc. *12 &* Luc. *20.* Obſeruandum vero de Regibus eſt, quod Rex Bohemiæ præ Regibus hoc præcipuum habeat vt Regem quemcunque alium quacunque etiam dignitatis prærogatiua fulgentem in actibus ad Curiam Imperij ſpectantibus antecedat. ex aur. Bull. Carol. IV. *cap. 6.* decernimus. & Imperatorem proxime ſequatur, adeo vt etiam Imperatrici ſiue Auguſtæ ea in re præferatur. ex ead. aur. Bull. *c. 22.* ad declarandum.

Reges † ſubſequuntur Duces atque alij Principes Regibus 21 inferiores, quibus etiam competunt regalia, etiamſi ſuperiorem recognoſcant, Chaſſanæus *in conſuetud. Burgund. in proœmio text. in verb. Duc. num. 4.* Andr. de Iſern. *d. rubr. Quæ ſint regalia. num. 3.* Aluarottus *in cap. 1. Quis dicat. Dux March. Comes.* Felin. *in c. Quæ in Eccleſiarum. nu. 32. de conſtit.* Iacobin. de S. Georg *in tract. de feud. in verb. Carolus Dux Sabaudiæ verſ. dubitatur etiam. num. 4.* Natta.

 conſ. 661.

conſ.661.in controuerſ.num.18.tom.4. Rolandus à Vall. *conſ.4.nu.42. lib.3.* Pruckman. *d.cap.4.num.34.* Boſſius *d.tit.de regal.nu.5.* Ferrarius Montan. *de feud.lib.5.cap.7. verſ.Igitur.* Vulteius *de feud.l b.1. cap.5.nu.7* Borch. *in d.c.vn. Quæ ſint regal.num.7.* Thom. Michael. *in diſputat. de Iuriſdictione concluſ.46.* Fridericus Schenck. *in d.c.1. Quis dicat. Dux, Marchio, Comes.* Mirum vero Rucker. *conſ 41.q.3. num.4.tom.4.conſ.varior. vniuer. German.* ex Baldo *l.fin.in fin.C.de teſtam. milit.* affirmare Duces Germaniæ pro Regibus haberi, cum non ſolum hoc notorie erroneum ſit, & ne quidem de Archiducibus, cuiuſmodi ſunt Auſtriæ Princ pes, dici poſſit, verumetiam Bald. ita non loquatur ſed propter eminentiam tan-
22 tum eos quaſi Reges appeller. Ijsque † Principibus ob eandem rationem, quæ idem ius conſtituere dicitur, *l.illud.ff.ad l.Aquil.& l.à Titio.ff. de verb.oblig.* annumerandi ſunt & Comites, qui principali dignitate & gradu ſunt decorati, & Gefürſtete Graven appellantur, Principibuſque in Imperio æquiparantur in ſuis Comitatibus, cuiuſmodi ſunt Comitatus Habſpurgenſis, Tyrolenſis, Hennebergenſis, Mompelgardicus, Arnbergenſis & nonnulli alij. Atque hi in Ord.Cam. *par.2.tit.2.3.& 4. in rubr. & text. & tit.5.§.1.in fin.* alijsque locis eius ordinationis verbo Fürſtmeſſige comprehenduntur, & alias quando huius vocis non fit mentio, verbo Fürſten / etiam vna cum alijs Principibus in Conſtitu-
23 tionibus ac Receſſibus Imperij continentur. Etſi † vero proprie Imperatori Principis nomen competat, atque hic ea appellatione denotari ſoleat in legibus Romanis, *l.Princeps.ff de legib.l.1.ff. de conſtit. Princip.§.Sed & quod Principi.Inſtit. de iur.natural.gent.& ciuil.cum ſimilib.* & in libris feudorum *c.1.de natural.feud.c.1. Quis*
24 *dicat. Dux, March. Comes.* tamen † tandem eo deuentum eſt, vt Duces etiam, Marchiones & ſimilem maiorem regalem dignitatem habentes, generaliter vocentur Principes, idq; fit expreſſe à Friderico I.in iure feudali *c.1.in prin.in verb.à Principibus Italicis. de prohibit.feud.alienat.per Fridericum.* & paſſim à Carolo IV. *in au-*
25 *rea Bulla.* Atque † hic ſimul illud obſeruandum eſt, nonnullos ex ipſis Ducis, Marchionis, Landgrauij & alterius ſpecialis dignitatis regalis nomen non habere, ſed tantum Principes hodie nuncupari,

Digitized by Google

cupari. Talis eſt in Imperio Princeps Anhaldinus, qui nec Comes Palatinus, nec Dux, nec Marchio, nec Landgrauius, nec Burggrauius, ſed Germanice Fürſt von Anhalt/ & latine Princeps Anhaldinus appellatur. Sic & plures alij in Imperio ſunt, qui Principatus ſiue Fürſtenthumbs / titulum habent, eoq; etiam inter Ducatus, aliarumve dignitatum regalium titulos vtuntur, vt apparet ex Caroli V. Ferdinandi & Succeſſorum varijs titulis huiuſmodi Principatus & ex titulis Marchionum Brandenburgenſium, Ducum Megapolitanorum & Pomeraniæ, Burggrauiorumque Miſniæ. Huiuſmodi Principem etiam Ducem Sabaudiæ reſpectu Pedemontanæ regionis, & Principem Pedemontium appellari, dicit Iacobin. de S. Georg. *in tract. de feud. in verb. Princeps Pedemontium*, & poſt eum Chaſſan. *de glor. mund. conſidera. 54.* Sic Ducem Ferrariæ etiam habere titulum Principis Carpi ſcribit Decia. *reſponſ. 19. nu. 211. l. 3.* Hic † vero Principatus ſpecia- 27
liter & ſimpliciter ita appellatus, tanti nonnullis locis fit, vt eiuſmodi Principes de conſuetudine talibus locis & præcipue Neapoli præcedant non ſolum Comites, ſed & Duces ac Marchiones, vt teſtatur Fuluius Pacian. *de probat. lib. 2. c. 37. nu. 10.* vbi ſimul addit non deeſſe, qui eos vocauerint Principes abuſiuos, & inter eos eſſe Matth. de Afflict. *in c. 1. n. 9. verſ. Quid dicendum de Princip. Quis dicat. Dux.* Cūprimis † vero etiā Imperij Electoribus rega- 28
lia competere dicendum eſt, cum † horum ſuprema in Imperio 29
poſt Imperatorem & Regem Romanorum ſit dignitas. Ideoq; in aurea Bull. Caroli IV. inter alia Epitheta quibus decorantur, palmites etiam Imperiales, columnę & latera ſolidaq; baſeis Imperij corporisq; Cæſar. Maieſt. pars vocentur, & prę alijs Imperij Principibus quam plurimas habeant inſignes prerogatiuas, vt de regalibus & alijs apparet ex aur. Bull. Carol. IV. & de ijs in ſpecie oſtendit Heig *q. 4. part.* 1. vbi quam multas non attigit, ex quibus ſunt, quod omnibus ac ſingulis Electoribus Imper. antequam ad adminiſtrationē Imperij in vllis cauſis vel negotijs admittatur, priuilegia, iura ac dignitates cōfirmare teneatur, ex prædict. aur. Bull. *c. 2. §. Poſtquam autem.* quod ſine horū conſenſu nullū Imperij conuētum indicere poſſit, nec vllum etiam fœdus aut pactum

cum

Digitized by Google

cum exteris faciendi, vel peregrinum militem in Germaniam adducendi, facultatem habeat, *ex capitulatione inter Electores & Imperatorem* anno 1519. facta & apud Schleidan. *lib. 1. Comment. de ſtat. Relig.* ac Goldaſt. in Reichsſatzungen. *p. 1. pag. 240.* plene extante & ſubiungitur quod leges Imperij, inprimis vero auream Bullam non ſolum confirmare, ſed & vbi neceſſe fuerit horum adhibito conſilio augere, & ab hiſce interpellatus ſi ipſe vel alius ex eius familia non legitime acquiſitum, quod Imperij eſt, poſſideat, reſtituere teneatur ex eadem capitulatione, quod horum conſenſus requiratur in obtinenda apud Imperatorem nouorum vectigalium conceſſione. *vt eſt videre in dicta capitulatione & conſtitutione Imp. de anno 1576.* §. Weiters ſeind. §. Dardurch dann. §. Derhalben damit / & in veteribus augendis *ibidem ex eadem conſtitutione*, cum qua id quod de vectigalibus in eadem capitulatione eſt concordat. Item quod commendatitijs literis vectigalia Electorum Rhenenſium deteriora facere non poſſit ex eadem capitulatione & quantum in ſpecie ad pondus & æſtimationem aureorum Rhenenſium attinet ad eoſdem Electores non minus quam ipſum Imperatorem reſpiciatur ex Receſſu anni 1551. §. Weiter ſo ſtehen / ꝛc. & Edicto Maximiliani II. de anno 1571. §. Gleichsfals weil etzliche / ꝛc. *in verb.* den Reiniſchen Churfürſten / Quod ad eoſdem & reliquos etiam Electores deliberatio pertineat, quomodo mercatorum monopolia coerceri debeant, ex *d. capitulat.* quod vna cum Commiſſarijs Cæſareis proſpiciant, ne quid in monetarum edictum committatur, idque quatuor Rhenani Electores in nundinis Francofurtenſibus, Saxo & Brandenburgicus in ſuis emporijs faciunt, ex Conſtitut. de anno 1570. §. vnd auß ſondern / ꝛc. & § deßgleichen / ꝛc. quicquid Elector Palatinus & Saxo interregni tempore egerint, ratum habiturus ſit, *ex dicta capitulatione*, quod ſinguli Electores Cameræ Imperialis Aſſeſſorem præſentent, licet reliqui ordines coniunctim nomine circulorum ſuorum præſentent, in quibus plures ſunt Principes & alij Status cum ijs coniuncti. Ordinat. Camer. *part. 1. tit. 1.* quod in liberis Electorum ex aurea Bulla Caroli Quarti *cap. 7. §. inter ſollicitudines* tutela anno decimo octauo finiatur, quod pro inueſtitura

ſtitura nihil ab ijs numeretur, quotieſcunque feudum ab Imperatore recognoſcunt d. aurea Bulla *cap.25.§.decernimus.*

Non † deſunt tamen inter alios Imperij Principes, qui in 30 regalibus & alijs iuribus ſuas etiam nonnullas prærogatiuas præ alijs & quidem ex parte tantas habent, quantæ Electoribus non competunt, cuiuſmodi Principes ſunt Archiduces Auſtriæ, qui ex priuilegio de ſuis ditionibus ſibi conceſſo primas poſt Electores tenent, & proximam à dextra eorum ſeſſionem habent, & eſt ſingulariter in his obſeruandum, quod non ſolum Archiducis nomen tantum in Germania vſurpetur, vt ait Chaſſan. *de glor. mund. part.5. conſid. 44. verſ. Audiui alios.* ſed † etiam nulli alij, 31 quam Auſtriæ Duces, fuerint ita antea appellati, nec etiam poſtea tales extiterint. Et licet non defuerint Duces, qui ſuum Ducatum in Archiducatum euehi, & Archiduces nominari voluerint, tamen hoc apud Imperatorem obtinere non potuerunt. Nec † recte Mozzius *in tractat. de feudis titul. de his qui feud. dar. poſſ. num.16. verſic. Reperitur etiam in Germania.* affirmat in Germania 32 conſuetudine introductum eſſe, quod aliorum etiam Ducum primogeniti filij Archiduces, reliqui vero tantum Duces appellentur, & ſimiliter ante eum idem male aſſeruerunt Chaſſ. *dicto loco*, & Marinus Freccias *de authoritat. & poteſtat. Baronum erga ſubinfeudatar lib.2. titul. Quis dicat. Dux nu.4.* cum contrarium notorie ipſa experientia teſte ſit verum, quod videlicet ſoli Auſtriæ Duces, eorumque filij non ſolum primogeniti, ſed omnes alij ſint & vocentur Archiduces, nec tale nomen vllis aliorum Principum primogenitis filijs tribuatur. Prædictum vero priuilegium extat totum apud Sebaſtianũ Munſterum *in Coſmograph. lib.3. cap.406.* Goldaſt in Reichsſatzungen *p.2. ſub anno 1522. p.193.* In eo etiam ſunt illæ prærogatiuæ, quibus illi Archiduces partim Electoribus pares ſunt, partim etiam eos ſuperant. Atque † ex hoc poſteriori genere prærogatiuarum quibus videlicet hi 33 Electores antecellunt, eſt quod noua vectigalia in ſuis ditionibus propria auctoritate inſtituere, & † non ſolum nobiles, ſed 34 etiam Comites & Barones creare, ijsque inſignia dare, & † eoſ- 35 dem ijs dignitatibus & inſignibus, ſi abutantur, priuare, ſin abſq;

hæredibus moriantur de ditionibus ſuis libere diſponere, & per aliam etiam alienationem eas in quemlibet, non obſtante Imperij contradictione, transferre poſſunt, & omnes Iuriſdictiones ſeculares, theſauri, monetæ, venationes, piſcationes, foreſtæ & ſyluæ in territorio Ducum ſitæ in feudum ab ijs recognoſci debeant, plura etiam videri poſſent in eodem priuilegio, inter quæ & illud eſt, quod Archidux Regiæ coronæ diadema & Cæſares diadematis crucem pileo impoſitum geſtare poſſint. Conatus quidem eſt Maximilianus I. apud Electores obtinere, vt Archiduces præter conceſſa in eo priuilegio, etiam vna cum ijs ius eligendi Imperatorē habere poſſent, ſed fruſtra, referente Hart. Maur. *in hiſtoria de Coronat. Carol. V. p. 868. Tom. 2. hiſtor. rer. German.*

36 Cæterum † vt ad alias ſeculares perſonas, quibus regalia competunt, pergamus, Comites etiam & Barones, quorum inter Status Imperij & regalem dignitatem habentes, magnus eſt numerus, ex ijs eſſe tradunt. Pruckman. *d. cap. 4. nu. 34.* Claudius de Seyſſel. *d. tit. Qui feud. dar. poſſ. limitat. 9. verſ. Quadam vero,* nonnulla regalia ijs competentia in ſpecie enumerans, & addens hæc verba, *& his ſimilia.* Ferrarius Montanus *in tract. de feud. lib. 5. cap. 7. verſ. Alia vero regalia.* Peregrinus *de iur. fiſc. lib. 2. tit. 2. num. 76.* dicens, eo ipſo, quod quis creatur Princeps, Dux, Marchio aut Comes, cenſeri translata iura fiſcalia & regalia. Weſenbec. *conſ. 60. nu. 36.* Thomas Michael. *in diſp. de iuriſd. concl. 46. l t.* a generaliter de regalibus dignitatibus dicens regalia ijs quaſi contineri. Dec. *conſ. 403. nu. 6.* Crauetta *conſ. 404. nu. 15. in verb. iurique principum vti & conſ. 411. n. 48. verſ. Imo poſthabita.* Gylman. *in ſymphorem. ſupplicat. tom. 1. part. 2. tit. 6. n. 92.* vbi *in cauſa* Ottingen *contra* Teutſchenmeiſter / in ſpecie Comites Ottingenses dicuntur Comitatū ſuum ab Imperio à multis ſeculis recognoſcere, & regalia habere. Zaſ. *in epit. feud. part. 5. nu. 12. verſ. Vnde cum Marchiones.* Vult. *de feud. c. 5. nu. 7. lib. 1.* dum Principibus Nobiles addit, eaque ratione Comites & Barones Principum appellatione comprehendit, vt

37 † & larga ſignificatione eorum contineri cenſentur, Iacobin. de S. Georg. *in tract. feud. in verb. Princeps Pedemontium num. 1.* Boſſ. *in tract. de Principe n. 1.* Seraphin. *in tract. de iura. priuileg. 174.* Pruckm.

conſ. 4.

conſ.4.nu.4. & conſ.36 nu.9 vol.1. Crauett. *d.conſ 404. nu.15.* Pariſ.
conſ.141.nu.29. lib.1. Schrader. *de feud part.10. Sect.1.n.28.* Chaſſan.
de glor. mund. part.5. conſiderat.24.nu.164. verſ Aduerte tamen. Etſi
vero de Baronibus videatur magis quam de Comitibus dubitari
poſſe, cum † præſertim in iure feudali *c.1. de feud. March. c.1. Quis* 38
dicat. Dux c.1. §. Prætera Ducatus. de prohibit. feud. alienat. per Frideri-
cum, alijsque locis, & Ordin. Camer. *part.2. tit 7.* Comitatus expreſ-
ſe referatur inter feuda regalem dignitatem annexam habentia,
& Baronatus nulla omnino fiat mentio, tamē Barones hic à Co-
mitibus non ſunt ſeparandi, cum † illi non minus quam hi ſint 39
Status Imperij Gaill. *obſ.ru.23.nu. lib.1.* illuſtresque appellentur,
iuxta ea quæ ſupra *cap.3.num.18.* adducta ſunt, & regalem dignita-
tem annexam habeant, (vt ſupra dictum eſt *cap.2.nu.25.*) vtrique
† etiam æquiparentur in matricula Imperij, in priuilegio & iure 40
Auſtregarum Camer. Ordinat. *part.2. tit.3.4. & 5.* † in dignitate 41
& munere iudicis ac præſidium Cameræ Imperialis, d. Ordinat.
part.1. tit.1. in pr. & §.2. tit.4. in pr. Receſſ. de anno 1570. §. Dieweil
dann auch *& ſeq.* in ordinatione politica quæ Policeyordnung vo-
catur, *tit.* von Graven vnd Herrn / in conſtitutione pacis religionis,
& paſſim in alijs Conſtitutionibus Imperij, in quibus etiam non-
nunquam verbo Herrſchafften / quando ſimpliciter vſurpatur, ſi-
mul *Comites* & *Barones* comprehendi ſolent. In Cathalogo etiam
ſtatuum Imperij Receſſibus annexo Comites & Barones con-
iunguntur. Ideoque non eſt in Germania attendendum, quod
Fuluius Pacianus *de probat. cap.37.n.1.5. & 6. lib.2.* generaliter ſcri-
bit, Baronem non habere regalem dignitatem, ſed eſſe eum, qui
à Principe vel alio, qui eo inferior eſt, inueſtitus eſt de feudo non
habente annexam dignitatem regalem.

Neque † his omnibus obſtat, quod Comites & Barones 42
nomine differant, illique hos antecedant, & illi de Comitatu, hi
vero de Baronatu inueſtiantur. Nam & inter Duces aliosq; Prin-
cipes inferiores hoc eſt diſcrimen, quod alij Duces, alij Comites Pa-
latini, alij Landgrauij, alij Marchiones appellentur, alijsq; diuer-
ſis appellationibus deſignētur, & alij alios antecedāt, nec omnes
de eadem regali dignitate ad Principatū ſpectante inueſtiantur,

Digitized by Google

& tamen omnes tanquam Principes in eo, quod regalem dignitatem habeant, æquiparantur. Non † obſtat etiam quod in iure
43 feudali nulla Baronatus fiat mentio. Nam nec Principatuum aliorum, quam Ducatus, & Marchionatus, vt & Comitatus in eo de regalibus feudis & dignitatibus fit mentio, & tamen certum eſt, præter Ducatum, Marchionatum & Comitatum etiam alia ex iure feudali pro feudis regalibus habenda eſſe, ſicut *ſuperiori capite num. 1. 14. & 15.* oſtenſum eſt, ideoque Baronatus etiam ad
44 ea feuda regalia pertinet. Similiter † non refragatur quod in Cameræ Ordinatione *part. 2. tit. 7.* Baronatus nulla fiat mentio. Nam ibi poſt verba: Fürſtenthumb / Hertzogthumb / Graffſchafft / ſubjcitur illa nota, qua deſignantur verba, *Et cætera.* Idem fit in Conſtitutione Imperij *de anno 1521.* § Ob auch ſachen / per illa vero verba deſignantur haud dubie alia feuda regalia, quam quæ nominatim ſunt expreſſa, inter quæ etiam eſt Baronatus.
45 Non † facit etiam negotium quod in Cameræ Ordinatione *d. part. 2. tit. 4.* §. Zum viertten / Baronis nulla fiat mentio, ſed Comitibus tribuatur, quod peti poſſit vt à Cęſare Commiſſarij conſtituantur, coram quo ab vtraque parte procedatur. Nam id ex peculiari cauſa, ideo ita ſtatuitur, quod Comites plerumque ſoleant eſſe potentiores & habere plures, quorum conſilio & opera in huiuſmodi commiſſionum cauſis vti poſſint. Nihilo magis
46 † aduerſatur quod non deſint, qui etiam objiciunt duos Comites in Comitijs nomine omnium habere ſuffragia & ſeſſionem. Nam cum non ſolum Comites ſed & Barones ad Comitia vt Status vocentur, & hi cum illis coniungantur, iuſque ſuffragij ſimul habeant, iſti duo Comites tam Barones, quam Comites repręſentant, & tam illorum quam horum nomine ſuffragia & ſeſſionem habent, vt & finitis Comitijs illorum nomina cōiunctim cum horũ nominibus Receſſibus Imperij in Catalogo Statuum
47 his adiuncto ſubijciuntur. Videtur † quidem & illud prædictæ Comitũ & Baronũ æquiparationi refragari, quod in appellatione Baronum magna ſit in Germania variatio, & licet hi Freyen / Freyherrn & Edelherrn vocentur, ac Truccesij vel etiam Limpurgici Weſterburgenſes & Schaumburgici Barones Semperfrey nomi

nominentur, tam en generali appellatione Herrn ſiue *Dominorum* comprehendantur, & ſic ēt Herren tantum appellentur, idque de his appellationibus ex prędictis Receſſibus catalogoque Statuum ijs addito manifeſtum eſt. Verum hæc res non eſt obſtaculo, quo minus omnes Barones dignitate pares eſſe cenſeantur, & in ea Comitibus etiam æquiparentur, quocunque nomine appellentur, cum præſertim vox Herrn eiuſmodi verbum ſit, quod generaliter etiam vſurpatur de omnibus Baronibus, & per quod hi cum Comitibus coniunguntur, idque euidenter conſtat ex generali titulo Von Grauen vnd Herrn, in d. Ordin. Camer. *tit. 3. in princ. tit. 4. §.* Vnd nach dem *& vlt. & tit. 5. in princ.* in dicta politica Ordinatione ſiue Policeyordnung/ & in dicto catalogo, & verbum Herrſchafft ita in Receſſib. Imperij plerumque vſurpatur, vt Comites & Barones ſimul comprehendat. Et eſt † nonnunquā Baronum etiam appellatio cum Comitib. ita 48 generalis vt & illi qui ſpeciatim Herrn ſiue domini vocantur ea appellatione contineantur ſicut videre eſt in d. Ordin. Camer. *p. 2. tit. 3. in princ. tit. 4. in rubr. & tit. 5. in Rubr. & nonnullis aliis Imperij conſtitutionibus.* præterea Truccesij Limburgici, Weſterburgenſes & Schomburgici Barones non ideo, quod ſemper liberi ſiue Semperfrey vocantur, tali prærogatiua gaudent, vt magis quam reliqui Barones regalem dignitatem regaliaque habeant, quēadmodum nec Imperiale hereditarium officium pincernæ, ꝙ Truccesij & Limpurgici Barones habent, tantam prærogatiuā ijs tribuit, cum præſertim Barones Papenheimenſes etiam Mareſchalli, Waltpurgenſes Dapiferi, & Comites Zollrenſes Camerarij hereditarium officium habeant, & tamen ideo præ aliis Comitibus & Baronibus ratione regalis dignitatis vel regalium prærogatiuam ſibi arrogare non poſſint. Porro † autem 49 licet non deſint Dd. qui in ea ſententia ſunt, quod Comites & Barones nō ſint æquiparandi, nec Baronatus inter feuda regalia numerandus Matth. de Afflict *in c. 1. Quis dicat. Dux num. 6.* (dum negat Baronatum eſſe titulatum feudum, vt ſunt Ducatus & alij Principatus ac Comitatus) Fulu. Pacian. *de probat. cap. 37. num. 1. 5. & 6.*

5.& 6.lib.2.Duarenus de feud.cap.6.Molin.in conſuet.Pariſ.tit.1.§.20
nu.4 Schurff.conſ.37.n.7.cent.2.& Heig.part.1.qu.2.n.53.& 54. ta-
50 men † multo plures alij prioreṁ ſententiam amplectuntur, quod
videlicet Barones Comitibus æquiparentur, & regalem digni-
tatem habeant Aluarot in d.c.1.de feud.March.Ducat. vel Comitat.
Marin.Frecc.in commentar feudal.lib.1.tit de orig Baron.num.14.&
lib.2 t.quis dicat.Com n.36.Iacob.de S.Georg.de feud. in verb.Dux.
v.quid ſi Rex.n.10.Clar.in §.feud.q 90.nu.5. Gozad.conſ.26.n. 8.Dec.
conſ.85.n.3.Crauet.conſ.135.n.1.& conſ.895.n.7. Frideric. Schenck.
in d.cap. 1. Quis dicat. Dux vel March. Goden. conſ 2. num.7. Myn-
ſinger.reſponſ.16.num 9.decad 2.Gail.de arreſt. Imper.cap.6. num. 16.
Vultei. de feud. lib. 1. cap. [illegible] numer. 14. Roſenthal. de feud. cap. 2.
concluſ.1. numer. 4. & 5. Schrader. de feud.part.10 ſect.1. num. 22.&
conſ.13.numer.170. verſ. tum quia Baronia Atque hanc ſententiam
conſuetudine etiam Germaniæ eſſe receptum teſtatur Zaſ. de
feud part.5.num.29.Roſenthal.d.concluſ.1.num 5.gloſſ. c. Schrader.
d.ſect.1.num.23. & d.conſ. 13.num. 171. Schenck.& Vult. d. locis, vo-
catque Schenck. eam conſuetudinem, vetuſtiſſimam Germa-
51 norum procerum vſum. Schraderus † vero tantum Baronatui
etiam tribuit, vt d.conſ. 13. num. 159 eum maximam dignitatem
appellet, & ibidem numer. 170 verſ. Tum quia Baronum. affirmet
generali appellatione Baronum comprehendi Duces, Marchio-
nes & Comites. Sed de maxima illa dignitate neminem, de
generali vero appellatione ſolum Matthæum de Afflictis alle-
gat, qui tamen, vt Regni Neapolitani iuriſconſultus, tantum de
Baronibus eiuſdem Regni & conſuetudine eius loquitur. Non
52 † recte enim Luc. de Penn. ad rubr. C. de comitib. Conſiſtor. lib.10. &
poſt eum Marin.Frecc. in comment.feud.lib. 2.tit. Quis dicat. Com.
num. 36. Comitibus tantum tribuunt, tantoque eius maiores
Baronibus eſſe tradunt, vt in Germania Comitem præcedere
Marchionem aſſerant, & ſimiliter hoc ipſum conſuetudine in
Germania obtinere male dicit Chaſſanæus in tractat. de glor.
53 mund.part.5. conſid. 47. Nam † quemadmodum ibidem Chaſſan.
ait, quod in Italia Marchiones præcedant Comites, ſic idem in
Germa-

Germania obſeruatur, idque notorium eſt, & iuri feudali conſentaneum, cum ideo poſt Marchiones Comitum expreſſe fiat mentio *in cap. 1. Qui feud. dar. poſſ. c. 1. de feud. March. cap. 1. quis dicat. Dux c. 1. in princ. & §. Præterea Ducatus. de prohibit. feud alienat. per Frideric.* Olim † vero in Orientali & Occidentali Imperio tanta fuit Comitum prærogatiua, vt Ducibus præponerentur, & hi illis adiungerentur in diſciplina militari *Pancirol. in Commentar. ad notitiam Roman. Imperij*. Atque hinc etiam Comites dignitatis titulo maiori *illuſtres*, Duces vero *ſpectabiles* plerumque appellabantur vt apparet ex *cad. notit. Roman. Imperat.* & Pancirol. *in d. Commentar. ad notit. Oriental. cap.* 87. 144. 146. 148. 151. *& ad Notit. Occident. cap* 35. 47. Ex quibus & aliis quamplurimis capitibus illud etiam liquet, ꝙ Comites pluribus prouinciis præfuerint quam Duces & Ducum tamen præter eos qui enumerantur *in l. 2. Cod. de offic. præf. prætor.* maiorem fuiſſe numerum, quemadmodum & interdum titulo & dignitate illuſtrium decoratos fuiſſe conuincitur ex *l. pen. Cod. de Appellation.* & trad Petr. Bellon. *de re milit. part.* 1. *titul.* 18. *numer.* 2. Et econtra nonnullos Comites extitiſſe, qui non illuſtres ſed ſpectabiles dicti ſunt & cæteris minores fuerunt, nimirum tres in Oriente & ſex in Occidente liquet ex Panciroli tabulis dict. Commentar. præfixa. Circa † Caroli Magni tempora ita Ducum poteſtas & dignitas creuit, vt proprie Duces dicerentur, quibus duodecim Comites ſuberant Pithoeus *aduerſ. lib. 1. cap.* 8. Hotom. *de feud. verb. Duces.* Renat. Choppin. *de doman. Franciæ lib.* 1. *tit. 5. num.* 2. *verſ. Duci autem.* Heig. *part.* 1. *qu.* 2. *nu.* 38. vbi addit inde etiam poſtea ſequentem ætatem receſſiſſe, idque cumprimis hoc tempore ita ſe habere, quod videlicet nō ſit neceſſe, vt Duci duodecim Comites ſubſint, experientia notorie teſtatum facit. Atqui hodie Comitatus non minus, quam Ducatus regalis dignitas eſt, & eodem iure feudali, quo Ducatus, inter regales dignitates refertur, Comitatus cum eo ſimpliciter & ſine vlla diſtinctione ratione dignitatis coniungitur

54

55

gitur *in cap. 1. de feud. March. cap. 1. Quis dicat. Dux. pluribuſque aliis locis.*

56 Obſeruandum † vero eſt de Comitatu & Baronatu, reperiri eiuſmodi Comitatus & Baronatus, qui ab inferiore aliquo Principe per ſubinfeudationem conferuntur, Borcholt. *de feud cap 4. num.* 12. Schrader. *de feud part.* 10. *ſect.* 2. *num.* 69. *verſ hæc concluſio.* Roſenth. *de feud c.* 2. *concluſ.* 1. *num.* 3 *in lit. C. & cap.* 5. *concluſ.* 2. *num.* 4 Pruckman. *ad rubr. quæ ſint regal cap.* 4. *num.* 34. Boſſ. *de regal. nu.* 10. idque ex vſu & experientia etiam conſtare, & tamen huiuſmodi quoque Comitatus & Baronatus regales dignitates ſunt. Nam
57 † ſi Comites vel Baror[illegible]es per ſubinfeudationem ab inferiori Principe inueſtiantur ([illegible] hodie in multis fit) etiamſi non immediate, tamen mediate a[illegible]o ſupremo Principe eiuſmodi feuda conſequuntur, & dignitatem regalem, quæ antea iis feudis adhæſit, tanquam à ſupremo Principe profectam, cum regalibus iiſdem feudis annexis acquirunt vel potius retinent. Pruckma. *d. cap.* 4. *num.* 34. Idque eo minus dubium eſt, quod interdum etiam in inueſtituris, quibus ſubinfeudantes à ſupremo Principe inueſtiuntur, huiuſmodi ſubinfeudationis expreſſe mentio fiat, &, quando ab eo extra inueſtituram comprobatio huiuſmodi ſubinfeudationis fit, adiici ſoleat clauſula: Mit vorbehalt der Oberlehensgerechtigkeit / vel hæc Jnmaſſen die von vns vnnd vnſern
58 Vorfahren zu Lehn gerühret / vnd noch rühren ſollen / Sane † quod ſubinfeudati regalem dignitatem Comitatui & Baronatui adhærentem, iuraque regalia [illegible]is annexa retineant, eo verius eſt, quod non raro ipſi Principes etiam ab aliis Imperij Principibus Comitatum vel Baronatum per infeudationem acquirant, ſimulque dignitatem regalem & iura regalia ei Comitatui vel Baronatui adhærentia ſiue eius acceſſoria conſequantur, cuius
59 rei non pauca in Imperio extant exempla. Quod † ſi vero ita aliquis Comes vel Baro creatus, & regali dignitate inſignitus ſit, vt tamen bona, quorum reſpectu regalis dignitas conceſſa eſt, & q̃ Comitatus vel Baronatus facta ſunt, libera & allodialia mãſerint, poſtea vero huiuſmodi Comes vel Baro, vel vt contra potẽtiores

tiores tutus ac ſecurus eſſet, vel aliam ob cauſam ab aliquo Principe inferiori ſuum Comitatum aut Baronatum in feudum recognouerit, hoc etiam caſu prior dignitas retinetur, vtq; iam à ſolo ſupremo Principe nactus eſt, nec ab illo inferiori Principe habere potuit, niſi illi per peculiare priuilegium eiuſmodi dignitatem in aliquem conferendi facultas conceſſa fuerit. Is † e- 60
nim eſt Imperij Status, vt antehac multi extiterint Comitatus ac Baronatus, qui libera ac allodialia bona extiterunt, & Imperio quidem immediate ſubiecti, ſed non feuda Imperij fuerunt, licet Imperator ipſius dignitatis per priuilegium de ea datum author eſſet, & bona allodialia Comitum ac Baronum ex huiuſmodi ſine infeudatione per priuilegium facta conceſſione eam dignitatem annexam haberent, reperiuntur que † adhuc hodie 61
eiuſmodi Comitatus ac Baronatus in diuerſis partibus Imperij nec deſunt, qui dignitatem eiuſmodi regalem & cum ea etiam iura regalia ex præſcriptione habent, & quorum Comitatus ac Baronatus eo nomine tanto magis pro allodialibus habendi ſunt, quemadmodum & tales eſſe de iure in dubio cenſentur, cum † quælibet res allodialis eſſe præſumatur *c.1. §. ſed ſi inter &* 62
§.ſeq. de controuerſ. inter maſcul & fæm. de feud. cap. 1. *§. Si contentio. de Capitan. qui cur. vend.* Afflict. *in c.1. num.68. ex quib. cauſ. feud amitt.* Hartm. Piſtor. *quæſt.39. num.2. lib.2.* Gail. *obſeruat. 69 numer.4. lib. 2.* Mynſ. *obſeru. 25 nu.1. Cent.5.* idque † adeo verum eſt, vt eiuſmodi 63
præſumptio in quibuslibet bonis regalem dignitatem annexam habentibus locum habeat, etiamſi Ducatus, Marchionatus vel alius Principatus ſit Menoch. *de præſum. lib.3 præſ.91 nu* 8. *& 9 & conſ.1. n. 35. & conſ.191. n* 21. Bald. *in c. Venerabilis. de Except.* & poſt eum Roland. à Vall *conſ.23. n* 34. *lib.3.* Alciat. *de præſumpt. reg.2 præſ. 3. num 2.* Afflict. *deciſion.267. num.5.* Iacobin. de S. Georg. *de feud in verb. de caſtro. num.16.* Belon. *conſ.10. num.9.* Maſcard. *de probat. concluſ.79. num.9.* Roſenthal. *de feud. cap.12 concluſ.14. num.15.* Crauet. *conſ. 662. num. 11.* Præterea † cum ex ſingulari etiam priuilegio 64
ſupremi Principis aliquis Comes vel Baro per inferiorem Principem, qui tale priuilegium habet, creari, & Comitatu vel Baro-

natu ſine ſubinfeudatione inueſtiri poſſit. Claud. Seyſſel. *de feud. tit. Qui feud. dar. poſſ. in 2. ampliat. verſ. Idem etiam videndum.* Purpurat. *in l. 1. num. 246. verſ. Et hoc verum intelligit. ff. de offic. eius* Socin. *conſ. 68. num. 45. verſ. Item quia dicta loca. vol. 1.* & poſt eum Fuluius Pacianus *de probat. lib. 2. cap. 35. num. 79.* eoque ſupra allegatum priuilegium Archiducum Auſtriæ pertineat, hoc
65 † ipſum etiam, quod per talem creationem vel infeudationem fit, perinde quoad dignitatem habendum eſt, ac ſi ab ipſo ſupremo Principe profectum ſit, nec ex propria authoritate & iure dantis ſubſiſte e potue it Claud Seyſſel. Purpurat. Socin. &
66 Pacianus *dictis locis*, vbi † eiuſmodi priuilegio agentes addunt, de iure inferiorem Principem dignitatem regalem alicui dare non poſſe. Quemadmodum vero per prædictas infeudationes & ſubinfeudationes non derogatur dignitati regali & iurib re-
67 galib. Comitum vel Baronum Imperij, ſic † etiam libertatẽ, qua Imperio immediate ſubiecti, & Status Imperij ſunt, non amittunt, nec domini feudalis iuriſdictioni ſubijciuntur, cum omni-
68 no diuerſa ſint iuriſdictio ordinaria & feudalis, & † vt maxime velint, tamen non poſſunt per eiuſmodi recognitionem feudalem perſonam ſuam & bona Imperio immediate ſubiecta domino feudali ſubijcere, & ab illa iuriſdictione immediata eximere, eaque ratione etiam efficere, ne Imperatori & Imperio pręſtẽt ea, quæ ratione collectarum & alias ab immediatis membris Imperij præſtanda ſunt, atque ideo ſi contra fiat, procurator fiſcalis aduerſus eos, qui ſe ab immediata Imperij iuriſdictione eximi ſinunt, & ipſos etiam eximentes in Camera Imperiali ſummarie procedere licet Gail. *obſeru. 21. num. 1. lib. 1.* vbi quoad huiuſmodi ſummarios exemptionum proceſſus nominatim de Comitib. &
69 Baronibus loquitur. Sunt † tamen etiam nonnulli Comites & Barones, qui mediate Imperio ſubiecti ſunt, idq; vel ob præſcriptionem, vel quod, cum Comites vel Barones ab Imperatore crearentur, alicui Principi fuerint ipſi ac bona eorum ſubiecta, Comitũ ac Baronũ meminit Conſtitutio Imperij *de anno 1548.* §. Wiewol auch ꝛc. vbi ſuperioritas Principum, quib. tales Comites & Ba-

& Barones ſubſunt, confirmatur, & additur eos non aliter etiam ad eas dignitates à Cęſare admiſſos, quam cum expreſſa reſeruatione iuris Principibus illis competentis, poſſunt † tamē etiam 70
regalia habere ex legitima conceſſione vel pſcriptione, de quib. capite ſequenti dicemus, retinentque ea regalia & priuilegia, quæ antea habuerunt, cum ſeparata & diuerſa ſint ipſa ſuperioritas & regalia, vnumque vel plura regalia, legitimo modo acquiſita, aliquo loco alicui competere poſſint, licet alius ſuperioritatis ius habeat Borcholt. *in c. vn. n. 20. Quæ ſint regal. cum aliis ſupra c. 1. n. 18. adductis.* Retinent † etiam Barones mediate Imperio 71
ſubiecti nomen illud, quod à libertate habent, & nihilominus germanica lingua Freyen & Freyherrn appellantur, licet † liberæ 72
illæ Imperij ciuitates, quæ Freye Reichsſtädte vocantur, illique nobiles, qui liberi nobiles in Imperio ſunt, & Freye vom Adel nominantur, ſi alicuius inferioris Principis ſubditi fiant, eandem appellationem & nomen libertatis non retineant, nec amplius liberæ ciuitates Imperiales Freye Reichsſtädte / neque liberi nobiles Freye vom Adel nuncupentur.

Vt † autem poſt ea, quæ de Comitibus & Baronibus hactenus 73
dicta ſunt, paulo plenius de ciuitatibus etiam & nobilibus nonnulla addamus, idque primum in ciuitatibus fiat, inter has cumprimis illis regalia competunt, qua omnino liberæ ſunt, & ſuperiorem non agnoſcunt Bart. *in l. 2. num. 2. verſ. ſed debetis ſcire. ff. de iur. fiſc. & in l. Hoſtes. ſub fin. ff. de captiu. & poſtlimin. reuerſ.* Abb. *in cap. Cum te. n. 19. in fin. de re iud.* Pereg. *de iur. fiſc. t. 2. n. 44. li. 1* Dec. *conſ. 357. n. 2.* Caſt. *de Imp. q. 110. circa fin. v. Sciendum tamen eſt.* Valaſc. *in l. Imperiū n. 93. & ib.* Sebaſt. Sapia *n. 27. ff. de iuriſd. omn. iud.* Decian. *reſponſ 18 n. 125. Vol. 1.* Rol. à Vall. *conſ. 29 n. 20. li. 1 & conſ. 91. n. 3. & 4 li. 2.* vbi addit huiuſmodi ciuitates etiam Reges dici. Atq; † hoc 74
vt in theſi ac generaliter ab iis Dd. affirmatur, ſic & nonnulli eorum in hypotheſi ita loquuntur, vt aliquot huiuſmodi ciuitatum in Italia ſitarum, quas pro liberis ipſi habēt, nominatim meminerint, de quib. tamen an omnino liberę ſint, nec Imperatorē ſuperiorem habeant, à quibuſdam Dd. & aliis Scriptoribus

Digitized by Google

in dubium vocatur & diſputatur, licet Decianus *d. n. 123. & n. 24* Baldus, Corneus, Pariſius & Decius, ab eo allegati non vereantur dicere, quod de huiuſmodi ciuitatum poteſtate non ſit diſputandum, & reuangare mundum eſſet, ſi quis de ea diſputare vellet. Sunt & aliæ ciuitates, quę etiam liberæ eſſe dicuntur, licet
75 ſuper orē agnoſcant. Huiuſmodi ſunt † oēs ciuitates Imperiales quæ à prouincialib. ciuitatib. ſeparantur, nec vllum inferiorem Principem, vel alium Imperij Statum ſuperiorem agnoſcunt, ſed ſoli Imperatori immediate ſubſunt, & partim ſemper eam libertatem retinuerunt, partim cum ſub inferioris Principis, Comitis vel alterius iugo eſſent, exemptionem obtinuerunt, libertatemque recuperarunt, ſub qua olim in Imperio omnes ciuitates, non minus quam integræ Imperij prouinciæ, fuerunt, quæ nunc titulo feudi regalis ab Imperatore recognoſcuntur.
76 Atque huius † poſterioris generis ciuitates Imperiales reſpectu eius libertatis, in quam quaſi ex ſeruitute redierunt, ſimpliciter liberæ Freyſtädte, & non Imperiales ciuitates vocatæ ſunt. Deciſ. ſeu præiud. Cameræ *in verb. ciuitas Imperial.* § Freye Reichsſtädte/
77 vbi ſimul additur Imperiales † vel totam aquilam vel partē eius,
78 reliquas nihil ex ea in inſigniis ſuis habere. In Imperij † vero Cōſtitutionibus catalogoque ſtatuum iis adiuncto, ac in matricula Imperij per copulam Et vtræque coniunguntur, ac Freye vnnd Reichsſtädte/ ſimul omnes indiſtincte vocantur, nec in enumeratione etiam earum ibi innuitur, quæ liberę tantum, vel Imperia-
79 les appellentur. Fruuntur † etiam eadem libertate, & Statibus annumerantur, nec nudum dandi conſilium, ſed ſuffragij etiam ius in Comitiis Imperij habent, ac in prædicto catalogo omnes diſtinctis titulis in duo ſubſellia diſtinguuntur Renenſe & Sueuicum, Die Reiniſche vnnd Schwäbiſche Banck, appellanturque
80 † nonnunquam in diplomatis & priuilegiis Cæſareis nobilia
81 membra Imperij, cuiuſmodi priuilegia ipſe vidi. Et † ſunt ex his omnibus quatuor, quæ primariæ habitæ ſunt, nimirum Auguſta vindelicorum, Aquiſgranum, Metis (quæ à Rege Galliæ occupata & ei hodie ſubiecta eſt) Lubeca. Munſter. *in ſua Coſmograph. lib. 3.*

Digitized by Google

lib.3.cap.24. Onuphr.*in ſuo tract.de Comitijs Imperator.tit.de Imperij*
cæteris Principib. & ciuitatib. liber. Imperial. vbi eas metropoles ap-
pellat. Quemadmodum vero non ſolum hæ & aliæ, quæ inter
potentiores referuntur, ſed etiam reliquæ omnes ciuitates Im-
periales nulli inferiori Principi, ſed Imperio tantum immediate
ſubſunt, & præter hanc libertatem etiam inter Status Imperij
referuntur; ita † habere eas etiam iura Principis & regalia tra- 82
dunt Gaill. *obſeru.57.num.7.lib.2.* Pruckman.*d.cap.4.nu.38.* Vult.
de feud.cap.5.n.7.lib.1. Rulant.*de commiſſar.part.2.lib.5.cap.4.nu.4.*
Scip.Gentil. *de iuriſdict. lib.3.cap.22.* Thom. Michael.*in diſputat.*
*de iuriſdict.concluſ.44.ſub lit.*g. additque Gail.*d.nu.7.*communem
hanc eſſe Dd. ſententiam. Neque obſtat, quod non deſint Dd.
qui ſimpliciter aſſerunt, ciuitates ſuperiorem recognoſcentes
loco priuatorum eſſe, ideoque regalia non habere. Nam à ciui-
tatibus Imperialibus omnino alienum eſt, vt inſtar hominum
mediate Imperio ſubiectorum, earumq; ciuitatum, quæ vt me-
re municipales alij ſubſunt, priuatorum ſint loco, ſicut ex iam
dictis conuincitur & ex ijs, quæ infra dicentur, magis patebit, li-
bertatem vero earum negans & eas eximere volens, exemptio-
nem probare tenetur *cap.cum perſona, de priuileg.in 6.l. non eſt veri-*
ſimile.ff. de eo quod met. cauſ. & l.generaliter. §.*ſi petitum in fin.ff.de*
fideicommiſſ.libert. Cephal.*conſ.171.num.48. vol.2.* Roland.*conſ.49.*
nu.56.vol.2. Gaill.*obſ.lib.1.obſ.21.num.4.* Et licet non deſint Prin-
cipes vicini, qui ratione meri mixtique Imperij vel vectigalium,
vel ſalui conductus, vel ſimilium, in totum, vel tantum ex parte
aliquod ius in nonnullis ciuitatibus Imperialibus ex præſcriptio-
ne vel conuentione, cum ijs inita, aliove modo acquiſiuerunt,
tamen eæ & liberæ ciuitates, Statusque Imperij nihilominus re-
manent, & reliqua regalia retinent, multæque aliæ ſunt ciuita-
tes Imperiales, in quibus nihil ex regalibus Principibus vicinis
competit, ideoque Gailius, etiamſi ex Imperiali ciuitate Colo-
nienſi oriundus eſſet, & ſciret Electori Colonienſi in ea compe-
tere exercitium maioris partis meri Imperij, tamen non dubita-
uit generaliter de omnibus Imperialibus ciuitatibus dicto loco
aſſerere, quod iura Principis habeant. Idem fecit Rulant ſupra

 citato

citato loco, licet haud ignoraret, quid iuris Dux Iuliacenſis in Imperiali ciuitate Aquisgranenſi patria ipſius haberet. Sic & Epiſcopi Argentinenſis, Spirenſis & Auguſtanus, Argentinæ, Spiræ & Auguſtæ ſua peculiaria iura habent, vt & Marchiones Brandenburgenſes Norimbergæ Burggrauij ſunt & tamen hæ Ciuitates neque in totum neque ex parte ijs ſubiectæ ſunt ſed Imperiales remanent. Nec vero etiam ius protectionis quod nonnulli Principes in nonnullis Ciuitatibus alijsque locis habent, efficit vt in ijs Ciuitatibus vel locis libertati, qua Imperio ſunt ſubiectæ, vel etiam iuri territorij, quod alij in ijs habent, derogetur, cum ius protectionis iuriſdictionem non tribuat. *c. recepimus. in fin. & cap. ex parte. de Priuileg* Natt. *conſil. 636. num. 96.* Weſembec. *conſil. 48. p. 1. num. 23.* Gaill. *lib. 2. obſ. 54. num. 1. 2. 3. 4. & ſeqq.* dicens communem, Schurff. *conſil. 23. num. 1. 2. & 3. cent. 3.* Idque adeo verum eſt, vt licet ipſe Imperator in clientelam ſuam recipiat & iure protectionis vtatur, tamen mediatæ iuriſdictioni ordinariæ inferioris magiſtratus non derogetur. Gaill. *d. obſ. 54. numer. 7.* poſt alios à ſe allegatos. Verum licet hæc ita ſe habeant, tamen quod de Regalibus ijs Ciuitatibus competentibus ex Gailio & alijs à me ſupradictum & additum eſt, ad omnia omnino Regalia & reſeruata Principis non eſt extendendum.

83 Et † ſimiliter licet Gail. *in tractat. de arreſt. Imperij cap. 9. nu. 1. & d. obſeru. 57. num. 7. lib. 2.* dicat eiuſmodi ciuitates tantum in ſua Republica poſſe, quantum Imperator in Imperio, tamen hoc ita ſe non habet ſimpliciter & vniuerſaliter, cum non ſolum notorium ſit plura eſſe, quæ Imperator in Imperio poteſt, quam quæ ab eiuſmodi ciuitatibus in ſua Repub. fieri poſſunt, ſed & Dd. ab eo allegati de ciuitatibus, quas pro omnino liberis nec alium ſuperiorem agnoſcentibus habent, loquantur, & de Principibus etiam ſuperiorem agnoſcentibus ſimpliciter & vniuerſaliter dici non poſſit, eos in ſuis terrorijs eadem omnino poſſe quæ Imperator in Imperio, vt cap. ſeq. oſtendetur, pertinentque ea, quæ ibi late adducentur ad confirmationem maiorem eius, quod iam de ciuitatibus dictum eſt.

Sunt

Sunt † autem præter ciuitates omnino liberas, & eas, quæ ſolum Imperatorem ſuperiorem agnoſcunt, etiam aliæ, quæ hodie immediate quidem Imperio ſubiectæ non ſunt, ſed olim tales fuerunt, & in matricula inter membra immediata & Status Imperij extiterunt, nec aliter quam certis pactis & conditionibus alijs inferioribus Principibus ſubiectæ ſunt, multaque ex ijs priuileg js & regalibus, quæ olim tanquam Imperiales ciuitates Statusque Imperij, aut ex peculiari priuilegio Cęſareo, vel etiam præſcriptione habuerunt, adhuc retinent. Atque ex his nonnullæ exiſtunt aduerſus quas tanquam immediate adhuc Imperio ſubiectas & ad ſolutionem Collectarum Imperij vna cum alijs eius immediatis membris obſtrictas Proceſſus à Fiſcali in Camera Imperiali inſtitutus eſt, & adhuc non obſtante etiam eorũ qui ſibi ſuperioritatem in eas arrogant, continuatur. Et ſane † cum quilibet quoad quædam ſe alij ſubmittere poſſit, in reliquis vero liber maneat Bart. *in l. non dubito. numer. 1. de captiu. & poſtlimin. reuerſ.* Bald. *in l. etiam. numer. 10. Cod. de iur. dot. & in l. executorem. numer. 28. verſ. Sed quæro de ciuitatibus confœderatis. Cod. de execut. rei iudic.* Socin. *in l. Si ex toto, in fin. de legat. 1.* prędictæ † etiam ciuitates tantum quoad illa pacta & expreſſas conditiones ſubditæ cenſentur, in reliquis vero liberæ manent *l. 2. ff. de iur. immunit. d. l. non dubito § liber populus, & l. quæſitum. §. idem reſpond.* vbi gloſſ. *in verb. non poteſt. de fund. inſtruct. legat.* Pariſ. *conſil. 16. numer. 25. lib. 4.* Socin. ſen. *conſil. 286. numer. 22. lib. 3.* Roland. à Vall. *conſil 1. numer. 45. & ſeq. lib. 2.* Dec. *conſil. 360. numer. 7. & ſeq.* Gail. *obſeru. 54. numer. 10. lib. 2.* vbi ait eiuſmodi eſſe in Germania ciuitates, quæ certa lege & conuentione ſuperiorem agnoſcunt, & extra pacta conuẽnta ſua placida fruuntur libertate, quarum ita etiam meminit Mynſing. *reſponſ. 13 num. 10. decad. 2.* & Rulant. *in tractat. de commiſſ. part. 2. lib. 5. cap. 4. numer. 47.* dicens tales eſſe in Germania quamplurimas, quæ, licet Principibus ſubeſſe videantur, maxima tamen ab Imperatoribus habeant regalia. Et ſane inter eas non paucæ etiam ſunt, quæ amplitudine, opibus & potentia multas ex ciuitatibus Imperialibus longe ſuperant. Quales ſunt etiam Anſeaticæ aliquot Ciuitates mediate

84

85

86

Imperio ſubiectæ, ideoque in Receſſu de anno 1542. §. demnach anſehnliche vnd vermögende Städte appellantur & non ſolum *in d.* §. demnach/ꝛc. Sed & in Receſſu de anno 1557. §. Wir wöllen auch/ ꝛc. de anno 1567. §. Auff daß dann auch/ ꝛc. de anno 1595. §. deßgleichen *verſ.* zuſambt den Hänſ: vnnd Seeſtädten de anno 1576. §. Wir wöllen auch/ꝛc. de omnibus ijs decretum eſt vt ad contributiones Imperij alliciantur, & cum his etiam de ijs contributionibus agatur. Idque ita tamen per eos Receſſus fit, vt clauſula adijciatur. *Qua Electoribus alijsque Principibus Imperij ſuum ius integrum*
87 *reſeruatur.* De † ciuitatibus vero Lombardiæ ſpeciatim proditum eſt, quod regalia habeant ex Conſtitutione Friderici Primi *de pac. Conſtant.* Boſſ *tit. de aquis & flumin. num. 14.* Petr. Bellug, *in Speculo Princip. rubric. 22. §. Et quia quotidiana num. 54.* Iacob. de S. Georg. *de feud. in verb. Et cum flumin. num. 2.* Aym. Parmenſ. *de alluuionib. lib. 1. cap. 15. n. 12.* Ruin. *conſ. 39.* incip. *Viſis & bene intellect. num. 17. vol. 1.* Cæpol. *de ſeruit. ruſtic. prædior. cap. 31. num. 4.* Non tamen ea conſtitutione regalia omnia, nec aliter, quam ſaluo iure ſuperioritatis, conceſſa ſunt, voluitque Imperator eas ſubditos Imperij Romani manere, idque ex verbis eiuſdem conſtitutio-
88 nis planum fit. Etſi † vero iure Romano omnes ciuitates, quantumuis ampliſſimę, excepta Roma, priuatorum loco habeantur,
89 *l. eum qui vectig. ff. de verb. ſign.* ideoque † ea ſola publica dicantur, quæ populi Romani ſunt *l. Bona ciuitatis, ff. eod.* & publicani appellentur ſoli illi, qui vectigal populi Romani conductum habent,
90 *d. l. eum qui vectigal.* tamen † longe alia ratio eſt ciuitatum omnino liberarum nullumque ſuperiorem recognoſcentium, & Imperialium Tiber. Decian. *reſponſ. 18. num. 123. & ſeq. vol. 1.* Gail. *obſ. 57. num. 7. lib. 2. & de arreſt. Imper. cap. 9. nu. 1.* Scip. Gentil. *de iuriſd. lib. 3. cap. 22.* vbi recte oſtendit, alium olim fuiſſe ſtatum ciuitatum in Imperio, & inter cætera ait, nullas tunc iure Romano, & more illius Imperij, tales fuiſſe in Imperio ciuitates, quales hodie in Italia & Germania plurimas maximasque videmus, quæ & liberæ ciuitates appellantur, additque ſe mirari eſſe doctos viros, qui à prædictis ciuitatibus, quæ olim priuatorum loco habebantur, hodie argumentantur ad ciuitates liberas & Imperiales.

De † ijs

De † ijs etiam ciuitatibus, quas certis pactis & conditionibus inferioribus Principibus ſubiectas eſſe, & tamen regalia habere, ac extra ea pacta & conditiones liberas eſſe ſupra dictum eſt, eam reſtrictionem obſeruandam puto, quod, quatenus liberæ ſunt & regalia habent, priuatorum loco non ſint habendæ. Neq; obſtat quod Gail. *d. obſeru. 57. nu. 8. & de arreſt. Imper. cap. 9. num. 2.* generaliter ſcribit, eas ciuitates, quæ non ſunt Imperiales, ſed municipales, loco priuatorum habendas eſſe, quia accipiendus eſt de ijs, quæ non certis pactis & conditionibus, ſed quæ mere municipales & ſimpliciter Principi vel alij inferiori ſubiectæ ſunt, idque ſatis apparet *ex d. obſeru. 54. num. 10. lib. 2.* vbi expreſſe ait, ciuitates certis pactis & conditionibns alij Principi vel ciuitati ſubiectas, ſolum ſubditas cenſeri quoad illa pacta & conditiones, in reliquis liberas manere, atque hoc per alios etiam Dd. ſupra allegatos, & textus & rationes ibidem adductas, oſtenſum eſt, ideoque dum libertas illas eiuſmodi ciuitatibus à Gailio & alijs tribuitur, ſimul negatur has, quatenus liberę ſunt, inter eas referendas eſſe, quæ ſimpliciter priuatorum loco habentur. 91

Porro † ijs, qui regalia habent, etiam nobiles annumerant, Weſenbec. *conſ. 60. nu. 30.* Pruckman. *d. cap. 4. num. 34.* Vulteius *d. cap. 5. num. 7.* & Rulant. *de Commiſſ. p. 2. lib. 5. c. 4. nu. 50.* & eiuſmodi nobilium, qui regalia habent, meminit in ſpecie Decian. *reſponſ. 2. nu. 164. lib. 1.* addens generaliter, nobiles regalia habere poſſe, & ſane quamplurimis priuilegijs & prærogatiuis gaudent, vt late tradit huiuſmodi priuilegia in ſpecie enumerando Tiraqu. *tract. de Nobil. c. 20.* Verum † hoc quod Regalia habentibus eos annumerari dictum eſt, de his reſpectu regalis alicuius dignitatis, vel eo nomine, quod inter Status Imperij numerentur, dici non poteſt. Nam dignitas eorum, quam ex nobilitate habent, non eſt regalis, vt in Principibus, Comitibus ac Baronibus, nec † inter Imperij Status referuntur, idque ita ſe habet, ſiue mediate ſiue immediate Imperio ſint ſubiecti, licet non deſint, qui Statibus annumerant immediatos, quod pugnat cum experientia & Receſſibus Imperij ijsque annexo Catalogo & ipſa Imperij matricula, in qua etiam inter eos non reperiūtur, nec etiam ad Comi- 92 93 94

tia Imperialia vocantur, multo minus ſeſſionem & ius ſuffragij in ijs habent, immediatos tamen coniunctim ſtatum dici poſſe aſſeritur *in Camera deciſ. in verb. Nobilitas*, idque etiam traditur à
95 Ruland. *d. c. 4. num. 51. lit. P.* Prærogatiua † tamen ſingulari præ alijs nobilibus gaudent. Quemadmodum enim vocantur liberi nobiles, Freye vom Adel/ Freye Ritterſchafft/ & in tres claſſes Franconicam videlicet, Sueuicam & Rhenenſem diſtribuuntur, ſic
96 non minus † quam Status Imperij immediate ſubſunt Imperio, Conſtitutionibus Imperij de immediate Imperio ſubiectis loquentibus comprehenduntur, ius & priuilegium Auſtregarum ex Cameræ ordinat. *part. 2. tit. 3. 4. 5.* habent, in eoque iure ciuitates Imperiales, tanquam eo carentes, ex eadem ordinatione ſuperant, & beneficio etiam Conſtitutionis de pace religionis gaudent, etiamſi ſub territorijs Archiepiſcopi Moguntini, Epiſcopi Wirtzburgenſis & alijs, ad prædictas claſſes, Franconiam ſcilicet, Rhenenſem & Sueuicam pertinentibus, domicilia & alia bona ſita habeant. Non minus etiam quam Imperij Status immediate Imperio contribuunt, tantaque eorum ab Imperatore habetur ratio, vt anno 1592. Cameræ Imperiali madarit, vt eos in ſua libertate, eiuſque poſſeſſione vel quaſi manuteneret aduerſus potentiores, & non facile exceptiones ſubiectionis ab ijs obiectas attenderet, nec ſub prætextu ſuperioritatis contra libertatem eorum pronunciaret, vt refertur *in deciſion ſeu praiudic.*
97 *Camera in verb. Nobilitas.* §. Der Fränckiſchen Etſi † vero multi ex his Nobilibus ſint, qui vna cum ea libertatis prærogatiua regalia non habent, tamen eorum quoque non pauci ſunt, qui vnum vel plura etiam regalia ſibi ex peculiari conceſſione & ab ipſo Imperatore impetrata vel inferiori Principe per infeudationem vel alia ratione facta vel præſcriptione acquiſiuerunt, & ijs vtuntur, atq; hoc vt in nonnullis alijs regalibus, ſic maxime in mixto meroque Imperio, quo plura quam vnum comprehenduntur (vt *lib. 2. cap. 8.* explicabitur,) in vectigalibus iam antea inſtitutis de quibus vt ad Regalia pertinentibus eo *lib. 2. cap. 6.* dicetur, & iure venandi (quod etiam de regalibus hodie eſt iuxta ea, quæ *eod. libr. cap. 18.* addicentur) partim in minoribus partim tam

in ma-

in maioribus, quam minoribus feris ita ſe habet, idque eo minus mirum, quod reperiantur inter hos nobiles, qui ampliſſima bona, ampliſſimumque territorium habent, & huiuſmodi amplitudine nonnullis etiam Comitibus & Baronibus æquiparari poſſint.

Proinde ad eiuſmodi aliosque nobiles immediate Imperio ſubiectos, & legitimo modo acquiſita regalia habentes, non eſt extendendum, quod in Camera Imperiali mandato ſine clauſula anno 1580. 10. Ianuarij decreto in cauſa Caſſel contra Wilßheim / die abſchaffung der Juden zu Roterſeel belangend / adiectum eſt his verbis: Dieweil dann jhr kein Standt deß Reichs ſeyet / noch als priuati einige priuilegia oder regalia habt / noch erlangen könt. Nam ea verba, præterquam quod ex narratis ſupplicationis ſunt deſumpta, non debent etiam, quatenus Camera ijs vtitur, ita accepi, quaſi ipſo Imperatore volente & concedente, vel per legitimam præſcriptionem regalia aliqua à Nobilibus haberi & acquiri non poſſint, idque inde liquet, quod generaliter iuri ſit conſentaneum, eiuſmodi modis regalia acquiri poſſe, vt cap. ſequenti explicabitur. Atque † in ſpecie quantum ad hoc ipſum ius habendi Iudæos attinet, quod (vt ibidem dicetur) de regalibus eſt, & cuius in prædictis verbis mandati ſine clauſula mentio fit, reperiuntur nobiles immediate Imperio ſubiecti, qui illud habent ex priuilegio Cæſareo vel lapſu temporis immemorialis, *& in d. deciſ. ſeu præiudic. in verb. Mandata ſine clauſula pag. 19.* in iure habendi Iudæos Statibus regalia habentibus æquiparantur ij, qui illud regale ex priuilegio habent, eaque ratione ibidem prædictum mandatum de Iudæis in cauſa Caſſel contra Wilßheim reſtringitur. 98

Atque † hæc quidem in nobilibus, qui immediata Imperij membra ſunt, ita ſe habere, eo minus mirum videbitur, quod reperiantur etiam nobiles, mediate Imperio ſubiecti, qui vnum vel plura regalia ex Principis conceſſione vel legitimi temporis præſcriptione habent, de quibus etiam loquuntur Weſenbec. Pruckman. Vulteius & Decian. ſupra allegatis locis, cum partim generaliter nobilium meminerint, partim nominatim de 99

mediate Imperio ſubiectis loquantur, cui accedit, quod alias etiam à iure non ſit alienum, homines quoque priuatos & in nulla dignitate conſtitutos regalia legitimis modis acquirere poſ-
100 ſe; Nam † licet omnino indignum eſſe cenſeatur, vt tales perſonæ regalia vel regales dignitates, bonave, quibus eiuſmodi dignitas annexa eſt, habeant; Luc. de Penn. *in l. 2. num. 3. in verb. Econtra. C. de iur. fiſc. & in l. 2. num. 2. verſ. Et breuiter. C. de fund. limitroph. lib. 11.* Afflict. *in c. 1. §. illud. num. 12. de prohibit. feud. alienat. per Frideric.* Collegium Papienſe inter conſilia Pici *conſ. 99. num. 3. verſ. Tertio.* Roland. à Vall. *conſ. 89. num. 24. vol. 2.* Knich. *de regio territor. iur. cap. 1. nu. 308.* Peregrin. *de iur. fiſc. lib. 7. tit. 3. num. 20.* di-
101 cens priuatos regalium incapaces eſſe: tamen † hoc ita coarctandum eſt, vt dicatur fallere, ſi ijs modis ea nacti ſint, qui ad acquiſitionem regalium requiruntur, & iure permiſſi ſunt Peregrin. *in d. tract. de iur. fiſc. lib. 1. tit. 1. nu. 9. & 27.* Knich. *d. nu. 308.* Schneidw. *de feud. part. 3. num. 53. & 68. verſ. Et tales omnes.* Heig *part. 1 quaſt. 14. num. 29. 30.* Weſenbec. *conſ. 45. num. 26. verſ. Quare videmus.* eoque pertinet quod idem Peregrinus *d. tit 3. num. 20.* addit verba: *Sine titulo.* Et Sneidwin. *d. part. 3. num. 13.* id ideo verum eſſe oſtendit, vt ex Caſtrenſe *in l. Sacrilegij. C. de diuerſ. reſcript.* dicat Imperatorem poſſe dignitates alicui nullam habenti ita conferre, vt faciat eum Comitem, militem, nobilem, ac diſputantem de hac re, an bene vel male fecerit, incidere in crimen læſæ maieſtatis, ideoque ſi Imperator concederet homini priuato Ducatum vel Comitatum, eum ſtatim Ducem vel Comitem fieri,
102 eiuſque rei exempla eſſe notiſſima. Habent † etiam priuati nonnunquam ex ſola locatione tale aliquod ius in regalibus vt emolumenta inde percipiant, eoq; pertinet quod de eiuſmodi locatione ſcribit Socin. iun. *conſ. 8. n. 52. vol. 3.* Nobiles vero eiuſmodi de quibus ſupra dictum eſt, ſunt etiam ij qui ſunt nati ex nobile patre & matre plebeia *arg. l. cum legitime.* & ibi Coſtal. *ff. de ſtat. homin.* fœmin. *l. ſi filiam & l. ſi filiam & l. Senatorum. ff. de Senator. l. mulieres. ff. de dignit. lib. 12.* vel ante nobilitatem à patre adeptam *argument. l. Senatoris filius. l. liberos. ff. de Senator. l. cum aduocatio. C. de offic. diuerſ. iudic.* Petr. Gregor. *de Republ. l. 7. c. 9. num. 6. 7. 8. & 9.*

conc-

concilians cum prædcto textu *l.ſi ſenator C. de dignitatib. lib.12. & l.fin.C.de Decurioni.lib.10.* vel à patre nobili adoptati *l. liberos & l. ſenatoris filios ff. de ſenat or.* vbi non tantum ſenatoris filij dicuntur qui naturales ſunt ſed & adoptiui Ioh. Raymund. *de Nobil.p.4.q 5 princ.* Arumæ.*exercit.2.inſtit.th.21.arg.l.11. §.2.ff.de bonor poſſeſſ.ſecundum tab.l.1.§.4.ff.vnde cognati,* vel etiam non expreſſe ſed tacite nobilitati *argum. l. de quibus in fin. ff. de legib. & l.recuſari ff. de acquirend.heredit.* Bart.*in l.iudices Cod. de dignit.lib.12.* Angel. *in l. omnium C.de teſtam.* Guido Pap *in deciſ.Grationeq.quæſt.376.verſ.ſed ipſi domini &c.* Tiraqu. *de Nobil.c.6. num.9.* vbi vt & *num.10. & aliquot ſeqq.* idem confirmat. Atq; ad hanc tacitam acquiſitionem Nobilitatis pertinet etiam præſcriptio de qua Tiraq. *in d.tract.c.14. in fin.* & ſe referendo ad ea quæ de tempore immemoriali habet in ſuo tractatu *de retractu*, oſtendit tempore immemoriali, vt q nunquam excluſum eſſe cenſetur eam præſcribi idque confirmatur per ea quæ *capite ſequenti nu. 137. & aliquot ſeqq.* de præſcriptione temporis dicturus ſum.

Vt autem † ad quod de perſonis Regalia habentibus & exer- 103
centibus reſtat pergamus, obſeruandum in ſpecie eos etiam, qui Comites Palatini vocantur, & quorum magnus in Imperio eſt numerus, & officium poſt illum Comitatum adeptum, dignitas eſt, Dec. *in l.1. numer.17.ff de offic.eius cui mandat eſt iuriſdict.* Alciat. *in l.liber homo num 6.& 7.ff.de verb.obligat.* ex conceſſione ſiue delegatione ſibi facta donec viuunt, eiuſmodi ius, quod ad regalia & quidem etiam maiora ſpectat, in multis habere. Nam ſupra *c. 2.num.19.20.21.22.27.& 36.* dictum eſt inter cætera etiam ius creandi Notarios, dandi veniam ætatis, legitimandi extra legitimum matrimonium natos, auctoritatem in adoptione, quæ fit per arrogationem interponendi, infantes & abſentes emancipandi, nobiles, Doctores, Licentiatos, liberalium artium Magiſtros creandi, adeoque laurea poëtica donandi (quam poteſtatem etiam Academiæ vt ſupra *c.2.num.31.& 32.* oſtenſum eſt, nō ſolent habere) famæ & honoribus reſtituendi pertinere ad maiora regalia: Et † tamen ius creandi Notarios habent plerique 104

 omnes

omnes Comites Palatini, multi etiam ſimul habent prædictum ius legitimandi, nonnullis conceſſum etiam eſt ius veniam ætatis dandi, & authoritatem in adoptione quæ per arrogantiam fit, interponendi Lancellot. Conrad. *in Templo omn. iudic. libr. 1. cap. 1. §. 4. in verb. Comites Palatinos creat Imperator. num. 3.* item ius creandi Doctores, Licentiatos & liberalium artium magiſtros Matth. Steph. *de iuriſdict. l. 2. part. 1. cap. 6. membr. 1. numer. 73. verſ. præterea videmus*, Chaſſan. *in conſued. Burgund. in princ. in verb. Conte de Flandres numer. 2.* Sunt etiam qui habent ius reſtituendi famæ & honoribus, ac nobilitandi, pluraque alia, ad Imperatoris poteſtatem & regalia pertinentia, exercendi, idque vſus teſtatum facit, & ex eorum diplomatis apparet, quorum tamen ea differentia eſt vt in nonnullis plura & maiora etiam ad Regalia
105 ſpectantia comprehendantur quam in aliis. Et † ſunt ex iis, qui non ſolum à Cæſare, ſed & à Pontifice ſuam poteſtatem & priuilegium habent, perindeque eſt, ac ſi ab vtroque factum eſſet, quod huiuſmodi Comites faciunt, ſiue illud ad regalia, ſiue alia ſpectet, quia, quicquid fit ex conceſſione vel delegatione ſupremi Principis, ab ipſomet factum eſſe cenſetur *cap. Hi qui authoritate. de prabend. in 6. cap. Cum aliquibus. de reſcriptis. in 6. l. 2. §. Si quid ex his. Cod de vet. iure enucl.* Iaſon. *conſil. 129. numer. 2. lib 4.* Afflict. *deciſ. 366. numer. 5.* Claud. de Seyſſel. *de feud. tit. de orig feudi verſ. Et licet.* Gomez. *Variar. reſolut lib. 1. cap. 9. numer. 20. verſ. ſecundo.*

Quemadmodum vero in praxi vſitatum eſt, vt pro maiori cautela & actuum confirmatione vel probatione nonnunquam non vnus tantum, ſed plures Notarij actui alicui adhibeantur: ſic
106 † idem interdum fit in Comitibus Palatinis, vt quis ad legitimationem extra matrimonium natorum, aliaue ad poteſtatem eorum pertinentia, & de regalibus exiſtentia, non vno tantum, ſed pluribus vtatur, de qua re notabile exemplum refertur à Fridero *de Camer. proceſſ. lib. 1 cap. 12. num. 3.* vbi ſcribit anno 1591. in Camera petitam fuiſſe confirmationem legitimationis à duobus Comitibus Palatinis factæ, & vtrumq; habuiſſe ad legitimandũ

priui-

priuilegium, atque † addit, tamen in Camera petitionem ſimpliciter fuiſſe denegatam, eiusq; rei cauſam ſe ignorare. Sed nõ eſt hoc ideo factum, quod legitimatio non ſubſiſteret, vel etiam non ſatis probata eſſet, (cum ad eam incontinenti probandam ſupplicationi pro confirmatione eius duo diuerſa inſtrumenta de ea confecta, adiuncta eſſent) ſed quia Cameræ regalia eiuſmodi, ad quæ legitimat o etiam extra legitimum thorum natorum & ſimilia alia pertinent, non competunt, ſed Cæſari reſeruata ſunt, ideoque vt legitimandi, ſic & legitimationem confirmandi poteſtatem non habet, vt ſupra dictum eſt. Prædicti 107
† vero Comites reſpectu Comitum Palatinorum qui Imperij 108
Principes ſunt, & quia alio quoque Comitatu, qui regalis dignitas eſt, vocantur etiam abuſiui & improprij Palatini Comites Chaſſan. poſt alios Dd. à ſe allegatos *in tractat. de gloria mundi conſiderat. 50. & ſupra citato loco.* Bon. de Curtil. *in tractat. de nobilitat. part. 3. num. 211.* Bald. La denſ. & plures alij *in capit. 1. quis dicat. Dux. March. Com* Fulu. Pacian. *de probat. cap. 36. num. 3. & 4. lib. 1.* Iacobin. *de feud in verb. Comes numer. 1. & 2.* vbi addit eos eſſe Comites ſacri Palatij, idque tradunt etiam Bald. *in d. cap. 1. Quis dicat. Dux, March. Comes* Luc. de Penn. *ad rubr C. de Comitib. Conſiſtorialib. lib. 12.* Chaſſan. *in conſuetud Burgund. in princ. in verb. Conte de* Flandres *n. 2. & in verb. Palatin. n. 1.* Bon. de Curtil. & Fulu. Pacian *dictis locis.*

Etſi † vero ſupremi Principis delegatus ſubdelegare poteſt 109
l. A iudice Cod. de iudic. cum ſimilib. tamen † ſecus eſt in huiuſmodi 110
Comite Palatino, vt qui poteſtatem ſibi per priuilegium delegatam ac conceſſam alij delegare nequit Ioan. Crot. *in l. Gallus §. Et quid ſi tantum. nu. 145. ff. de liber. & poſthum.* Batius *in addit.* ad Matth. de Afflict. *in conſt. Neapolitan. lib. 1. rubr. 77. num. 6. it.* a. Lancellot. Conrad. *in d. §. 4. in verb. Comites Palatinos creat Imperator. numer. 4.* vbi addit, idem tradi ab Alexand. Iaſ. & alijs Dd. *in l. 1. ff. de offic. eius cui mandat. eſt iurisdict.* exiſtere tamen inter eos qui talem poteſtatem à Comitibus Palatinis ſibi delegatam vendicare & quaſi licita vti conentur apparet ex ſeceſſu

Viſit.

Viſit.de anno 1560. §. nach dem hin vnd wieder ꝛc. vbi ſub Palatini vocantur, quemadmodum autem delegatio ab huiuſmodi Comite fieri non poteſt, ſic nec eius ius & poteſtas ad heredes trāſit niſi expreſſe & ſpeciatim id in diplomate conceſſum ſit vt in celeberrimo & præſtantiſſimo Medico trium Imperatorum Archiatro, Ioanne Cratone ex ſingulari gratia factum eſt Matth.
111 Steph. *d.c.6.m.1.num.27.* Neque † vero ei de ſua poteſtate aſſerenti citra exhibitionem conceſſionis ſiue priuilegij credendum eſt ſed ea poteſtas probari debet *l.Fideiuſſores § Pro Aurelio ff. de fideiuſſ. & c.porro.de priuileg* Fulu.Pacian.*de probat.cap.36. num.* 8. *lib.*2.Roland.à Val.*conſ.89.num.*24.*verſ & ideo ille.vol.1.*Curt.ſen. *conſ.17. num.9. verſ. Sed circa quintam conſiderationem* Pariſ. *conſ.* 12. *num.132. verſ. Qui igitur dicit ſe facultatem vol.* 2. adeo vt ne quidem Notario credatur in ſuo Inſtrumento aſſerenti ſe priuilegium ſeu diploma eius vidiſſe.Forſter. *d.c.35. num.12.* al'egans de ea re Dd. *in Auth ſi quid in aliquo C. de edendo c.fin. extra de fid. Inſtru.*
112 Neque † etiam tanta eius eſt authoritas & poteſtas, vt poſſit vti clauſula derogatoria, Non obſtantibus Bald. *in l.2.num.*44. *verſ. Et licet Imperator C.de ſeruit. & aq.* Iaſ.*in d.l.Gallus §.Et quid ſi tantum num.97. verſ. Aduertas tamen diligenter. ff. de liber. & poſthum.* Pariſ. *conſ.2.num.32.vol.2.*Ruin.*conſ.*109.*num.3.vol 3.* Alexand. *conſ.67. num.6 in fin.lib.*1.Valentin.Forſter.*de ſucceſſ. ab inteſt. lib.6. cap.35:*
113 *num.5. verſ. Non etiam poteſt.* vel † ſi legitimare aliquem velit, ad feuda ea legitimatio fieri poſſit, niſi ſpecialis ad ea legitimandi facultas ipſi conceſſa ſit Clar. *in §.Feudum.quæſt.82. num.3.* Mynſing.*obſeruat.*41.*num.6.cent.5.*Gail.*obſeruat.*42. *num 3. in fin. lib.* 2. Schrader.*de feud part.7.cap 5.num.16.verſ. Circa hoc annotandum eſt* Hartm.Piſtor.*quæſt.40.num.6.lib.2.*Roſenthal.*de feud cap.7. concl. 19.num.* 8.*verſ. Comites tamen Palatini.* eamque ſententiam communem eſſe teſtantur Clar. & Mynſing. *dictis locis.* Molin. *in conſuetud.Pariſ.tit.1.§.8.gloſſ.1.num.*38. Burſat.*conſ.10. num.2. volum.1.*
114 Non † extenditur etiam legitimandi poteſtas in Comite Palatino vltra nobiles, ideoque Principum, Comitum & Baronum liberos non poteſt legitimare vt pro Principibus, Comitibus &

Baroni-

Baronibus habeantur, Pereg. *conſ.20.n.4.vol.1.* cum Principes & aliæ perſonæ dignitatem regalem habentes; non cenſeantur generali oratione comprehenſæ Marin. Frecc. *de feud. lib. 2. different.14.* Pariſ. *conſ.141. num.2. lib. 4.* Heig. *quæſt.9. num.48. part. 1.* Schrader. *conſ 1. num.568.* facit text. *in ca. Ne aliqui de priuileg. lib. 6.* Atque vt eo magis ſibi Comites Palatini & Notarij ab iis creati quibus eiuſmodi poteſtatem conceſſerant caueant ab eiuſmodi legitimatione, nominatim etiam ac diſertis verbis in conceſſione facultatis legitimandi excipiuntur Principes, Comites & Barones in Diplomatis, ſiue priuilegiis germanice conceptis per hæc verba: Allein Fürſten/Grafen vñ Freyherrn außgenommen, licet in eadem illa conceſſione ſiue priuilegio non minus in nobilium quam aliorum liberis legitimatio admittatur. Atque huiuſmodi quidem reſtrictionem & exceptionem communiter fieri teſtatur & aſſerit Peregrin. *d. conſ.20. num.5. lib.1.* Et ſane notabile eſt quod ea in re idem tribuatur Comitibus ac Baronibus quod Principibus, idq; optima ratione ſubnexum eſt, quia vi[redacted]lum Principa-[redacted] feuda referatur, & Comites Barones[redacted] eaq; de Nobilib. dici non poſſint. Generaliter vero etiã de poteſtate legitimandi Comitib. Palatinis competente tenendũ eſt, legitimationem ſine exploratione & cognitione cauſæ fieri nõ poſſe. Iaſ. *in l. Gallus §. & ſi quid tantum num.116 ff. de lib. & poſtum.* & Valent. Forſt. poſt multos alios Dd. à ſe allegatos *in d. ca.35. nu.2.* vbi addit *n.3.* nec putatiuam cauſam ſufficere, pro qua ſententia adducit Curt. & alios Dd. Quibus † omnibus & illud addo, quẽ- 115
admodum magnus eſt numerus huiuſmodi Comitum Palatinorum, ſic & eos non raro in iis, quæ de regalibus ſunt, ſua poteſtate abuti, nec ſatis expendere, quam præſtantes, quantiq; momenti res ſint regalia, præſertim maiora, & quantopere reipublicæ interſit ne ea poteſtate in iis abutantur. Hic abuſus cũprimis in Notariorum creatione notorie apparet. Nam licet eorũ vſus ſit neceſſarius & frequentiſſimus, iuramentoq; ad bene & dili-

diligenter officium ſuum expediendum ſint obſtricti ex Conſtitut. celeberrima Imp. Maximil. I. de iis in Imperio promulgata tamen non pauci reperiuntur admodum imperiti & ad ea, quæ officij ſui ſunt, recte expedienda, inepti. De qua re & plurib. aliis quæ ad eos pertinent, videantur quæ infra *lib. 2. c. 15.* dicentur.

316 Atque † hæc quidem huc vſque de ſecularibus perſonis: Reliquum eſt vt & de Eccleſiaſticis deſpiciamus. Inter has perſonas Pontifex Romanus primas tenet, eique reſpectu ſecularis poteſtatis & Principatus, quem habet, regalia temporalia competere, tradunt Afflict. Præpoſ. Cardin. Alexand. & Laudenſ. *in c. 1. de feudo March.* atque huic ſententiæ tot alij Dd. accedunt vt licet Bald. *in d. cap. 1.* dicat Papam hanc poteſtatem vſurpare quantum poteſt, idque à pluribus aliis comprobetur, tamen illud Baldi dictum communiter à Dd. reprobari aſſerat Peregrin. *de iure fiſci lib. 1. tit. 2. num. 39.* & hanc contrariam ſententiam communiorem eſſe teſtentur Afflict. *in c. vn. num. 2. quæ ſint regal.* & poſt eum Roſenthal. *de feud. 5 concluſ. 1. ſub lit. f. in fin.* & Vultei. *de feud. cap 5. n. 7.* [redacted]

317 Tantam † vero poteſtatem in bonis regalem dignitatem annexam habentibus & regalibus iu ibus Pontifex Romanus olim vſurpauit, & adhuc vſurpat, vt non ſolum Ducatus alioſque inferiores Principatus cum annexis regalibus, ſed & integra regna & iis annexa regalia aliis in feudum conferat, ex quibus regnis eſt regnum Siciliæ *cap. Ad apoſtolicæ §. Præter hæc. De re iud. in 6.* Afflict. *in cap. 1. in verb. In gloſſa prima num. 1. De pac. Iurament firm.* Ferrar. Montan. *de feud. lib. 2. cap. 1. verſ. Imo Pontifex Romanus,* item regnum Apuliæ Grammat. *deciſ. 1. numer. 30. & 31.* Laurent. Syluan. *de recognit. feud. quæſt. 91. numer. 4.* & regnum Neapolitanum Bodin. *de republ. lib. 1. cap. 9.* pluraque alia regna, vt oſtendit idem Bodinus *eodem capite,* vbi etiam de iis regnis loquitur, quæ olim Reges à Pontifice in feudum habuerunt. Atque hinc Imperator Maximilianus II. Cum Pontifex Pius IV. Coſmum Florenti-

rentinorum Ducem Regem creare vellet, ita ei contradixit & factum illud impediuit, vt tamen non in vniuerſum negaret, Pontificem habere facultatem Regem creandi, ſed in ſpecie de Italia diceret, eam non habere Regem niſi Cæſarem. Poſtea vero idem Pontifex hunc Coſmũ Magnum Ducẽ Hetruriæ creauit, vt præter alios referunt Sichard. *in Hiſtor. de reb. ſub Maxim. II. geſtis* & Auguſt. Thuan. *hiſtor. lib. 46.* vbi addit Pontificem varias huius rei cauſas diplomate edito adduxiſſe. Ita † vero etiam 118
Pontifex Romanus Regales dignitates & iis annexa iura Regalia in alios nonnunquam confert, vt in eadẽ perſona vaſallo exiſtente, concurrat cum ipſo Imperatore & aliis ſuperiorem non recognoſcentibus tanquam Dominus directus. Exemplũ inter alia eſt in Duce Ferrariæ, qui dignitatem Ducalem Mantuæ & Regij ab Imperatore, Carnutum à Rege Galliæ, Ferrariæ vero à Pontifice nactus fuit, referente Deciano *reſp. 19. n. 211. lib. 3.* Tãti etiam ea, quæ ab ijs conſtituta, & in Iuris Canonici libros relata ſunt, in Imperio à ſecularibus Principibus & alijs fiant, vt Ius Canonicum etiam in vſu ſit, & in Camera Imperiali, etiã in qua vtriusq; Religionis Adſeſſores ſunt, iudicando obſeruetur, quẽadmodum & Academiæ ſiue ſupremæ ſcholæ à Pontifice erectæ vel priuilegijs confirmatæ, ex quibus ſunt Heidelbergenſes, Erffordienſes & plures aliæ pro veris Academijs cum omnibus ſuis priuilegijs in Doctoribus vel Licentiatis vel etiam artium Magiſtris & Baccalaureis creandis alijsq; vna cum Academijs ab Imperatore conditis & confirmatis habeantur, Conſtat præterea ab eo, quod Pontifices olim Impp. legibus & iuriſdictioni ſubiecti fuerint, receſſum eſſe, nec eos non ſolum ea de quibus ſupra dictum eſt, Regalia & dignitates, ſed & plura alia vſurpare, veruntamen, quemadmodum Coſmum Ducem Hetruriæ noſtra ætate reſiſtente Maxim. II. Pontifex Regem creare non potuit, vt modo dictum eſt, & Rudolphus I. Albertus, Maximilianus I. Ferdinandus, Maximilianus II. Rudolphus II. & præſens Imperator Matthias coronationẽ admittere noluerũt, ſic nec tanta eorũ in Imperio eſt authoritas & poteſtas, vt appel-

lationes ad ſeculare tribunal pertinẽtes, ab ijs vel eorũ delegatis recipi poſſint, adeo vt ſi contra fiat, mandata auocatoria in Camer. Imperiali decerni queant & frequentiſſime decernantur, vt Thom. Michaël *de iuriſd. cõncl 43. lit D*, teſtatur. Et conſtat ex ſententiis Cameræ Imper. à Raphaël Seiler. & Chriſtian. Barth. editis eo etiam tempore quo Auguſtana confeſſio non fuit in rerũ natura nec aliqua reformatio Religionis Pontificiæ in Imperio facta, omnesq; adſeſſores Põtificiæ Religionis fuerunt nimirũ anno 1512. 20. die Febr. Maximiliano I. Imperante cõtra Appellationẽ à Camera ad Pontificẽ factã pronunciatũ, idq; ita factũ eſſe, vt appellãtes in grauiſſimã pœnã pecuniariã centũ marcarũ auri puri condẽnati, & ſimul expreſſe ſententiæ additũ ſit, huiuſmodi appellationẽ factã fuiſſe in contumeliã & deſpectũ Cæſareæ Maieſtatis, & ad derogationẽ eius, & Imperij ſupremæ iuriſdictionis. Ideoq; appellantẽ iuris & alias pœnas ac mulctas incurriſſe, per verbũ die peen der Rechten vñ andere merckliche ſtraff vnd buſſe verwirckt haben/ ac tantũ per moderationẽ prædictã pænã centũ marcarũ auri irrogatã eſſe. Præterea, q; de Iure Canonico ſupra dictũ eſt, non eo pertinet, quaſi illud propter Pontificis authoritatem in vſu ſit, & à Principibus approbatum, ſed quod propter vim & poteſtatem conſuetudinis & ſpontaneum principum aſſenſum, ea approbatio facta ſit, ideoque eo Iure non vt Pontificio à Papa facto, ſed vt noſtro vtimur, quod vi & poteſtate conſuetudinis, & Principum approbatione noſtrum factum eſt, quemadmodum poſt Gœdæ Setzer. Franciſ. Roman. & Modeſtin. Piſtor. oſtendit Bartholom. Muſcul. *de ſucceſſ. conuent. membr. 2. claſſ. 1. concluſ. 5. numer. 165.*

Vt autem ad alias perſonas Eccleſiaſticas regalia habentes tranſeamus, quemadmodũ inferiores Principes & plures alios ſeculares regalia habere, ſupra oſtenſum eſt: ſic & inter Eccleſiaſticos inferiores ſunt, qui regalia habent. Nam † territorium
119 quidem tanquam Eccleſiaſticæ perſonæ proprie non habent, *Clement. Ne Romani §. ſane. de elect.* Duaren. *de miniſter. ac benefic. Eccleſia-*

Eccleſiaſtic.lib.1.cap.4 Petr.Bellug.*in Spec.prin.rubr.22.de iuriſdict.*
& vtroq.Imper.§.Et quia quotidianæ. nu.46. verſ.Attamen Epiſcopus.
Knich.*de Saxon.non prouocand.iur. in verb. Ducum Saxoniæ cap.4.*
num.69. iuriſdictioque eorum diœceſibus non territorio diſtin- 120
guitur, & † licet Epiſcopatus ampliſſima dicatur eſſe dignitas
Scot *reſponſ.28.num.35.tom.1.lib.6.*Menoch.*conſ.202.num.132.*ad-
dens à permultis etiam excelſam eſſe affirmari, tamen hoc ad
temporalia non eſt extendendum, ſed ad eccleſiaſticam digni-
tatem & Statum reſtringendum. Cæterum † quemadmodum 121
ex conceſſione Principis ſecularis Eccleſiaſtici alia temporalia
habere poſſunt Bart.& Dd.*in l.Si quando.C.de appellat.*Canoniſtæ
*in c.Romana.§.debet.eod.in 6.*Bart *in l.1.§.Si quis in appellatione num.*
14.ff.eod. loquens de Epiſcopo habente Comitatum à Principe
& iudicante vt Comite.Schurff.*conſ.72.num.2.cent.1.*Gail.*obſeru.*
*30.nu.4.5.& 6.lib.1.*ſic & regalia ijs competere poſſunt. Aluarot.
in cap.1.in princ.num.11. verſ.Secundo poſſunt dici. Qui feud.dar.poſſ.
Pruckman.*ad rubr: Quæ ſint regal.cap.4.num.39.*poſt Innocent.
Panormitan.Felin.& alios Dd.à ſe allegatos. Nam † idem homo 122
diuerſis reſpectibus, diuerſo iure & diuerſis qualitatibus cenſeri,
& ſic duplicem perſonam repræſentare poteſt *c. cum capella de*
priuileg.c. Ex literis de probat.l.fin.ff.de inſtitor.l.apud filiumfamil.ff.
*de manumiſſ.vind.l.miles.§.pro parte ff.de legat.2.*Nicol.Euerhard.
*in loc.de tanquam ſiue reſpectiu.*Tiraq.*de nobilit.cap.28.num.15.*Iaſ.*in*
*l.ſed ſi hac.§.ſi Liberta.num.5.ff.de in ius voc.*Gail.*obſeru.30.num.2.in*
fin.lib.1.& in tract.de arreſt.Imper.cap.6.num.14.& ſeqq. Hinc † di- 123
ci poteſt Epiſcopos etiam tanquam Principes Statusque Impe-
rij & in matricula eius exiſtentes regalia habere Peregrin.*de iur.*
*fiſc.lib.1.tit.2.num.104.& 105.*Igneus *in repetit.l.non neceſſarios.§.*
*non alias part.2.nu.128.ff.ad SC.Syllan.*Pruckman.*d.num.39.*Vult.
*de feud.cap.5.num 7.*Schurff.*d.conſ.72.nu.2.cent.1.*Goden.*conſ.30.*
*numer.16.*Collegium Iuridic. Lipſenſe inter conſilia Modeſtin.
Piſtor.*conſ.49.nu.3.lib.2.*Gail.*obſeru.30.nu.1.4.5.& 6.lib.1.*Cuiac.
in lib.3.de feud.tit.1. vbi addit Otthonem Friſingenſem & Gun-
therum ſcribere, quod nec electus quiſquam Epiſcopus ante
conſecrari potuerit, quam à Principe regalia per ſceptrum acce-
piſſet,

Digitized by Google

piſſet, additque Albertum Argentinenſem ſæpe meminiſſe Epiſcoporum & Abbatum ab Imperatore de ſuis regalibus ſolenniter inueſtitorum præſtita etiam fidelitate & hominio. Eiuſdem rei teſtes eſſe non ſolum hunc Albertum Argentinenſem, ſed & Sigebertum Turpinum, Gottofredum & Helmoldum ſcribit Choppinus *de doman. Franc. lib. 2. tit. 10. num 7. verſ. Cui rei*
124 *accedit.* & † Arnoldus quidam Brixianus anno 1139. ideo, quod Epiſcopis regalia congruere negaret, hæreſeos incuſatus & ob eam in Lateranenſi concilio mille Antiſtitibus præſentibus condemnatus eſt Carol. Sigon. *de regn. Ital lib.* 11. Pruckman. *d. cap 4.*
125 *num. 43.* Cooptatos † vero eſſe Epiſcopos in numerum Principum Imperij à Ludowico Pio Imperatore memoriæ prodidit Helmold. *lib.* 1. *c.* 4. vbi ait Ludowicum liberalitate maxima erga Dei cultum vſum, in tantum vt Epiſcopos qui propter animarum regimen Principes ſunt cœli ipſe eoſdem nihilominus Principes effecerit Regni. Poſt mortem huiuſmodi Epiſcopus ſucceſſorem non relinquit, ſed totum ius Epiſcopale cum omnibus Regalibus deuoluitur ad capitulum ab eoque retinetur donec Epiſcopus alius eligatur. *c. 2. ne prælat. vic. ſuas. clement. 1. & 2. de hæret.* Iohann. Andr. *in c. ſua. de offic. vicar.* Ioann. Fr. Pauin. *de offic. ac poteſtat. capit. ſede vacante q. 1. nu. 3. & q. 2. nu. 2.* Mortuo ſeculari Principe vel alio Imperio immediate ſubiecto qui ex Conſtitutione de pace Religionis in ſuis territorijs ius Epiſcopale habet, hoc Epiſcopale ius ſtatim ad ſucceſſores tranſit, idque vt dictæ
126 Conſtitutioni conſentaneum eſt, ita & vſu obſeruatur. Adeo † vero certum eſt, & Epiſcopos inter eos numerandos, qui tanquam Principes Regalia habent, vt non ſolum regalibus expreſſe inueſtiri ſoleant, ſed & nonnunquam Epiſcopatus eorum in inueſtitura vocetur Principatus, cuiuſmodi inueſtituras vidi. Et
127 † ſunt etiam ex his qui præter regalia, quæ ijs occaſione Epiſcopatus tanquam Principibus competunt, peculiares titulos ſeculares Principatuum & Comitatuum habent. Sic Colonienſis vocatur Dux Weſtphaliæ & Angariæ, Herbipolenſis Dux Franconiæ, Argentinenſis Landgrauius Alſatiæ, Verodunenſis Comes Verodunenſis Leodienſis Dux Bullionenſis, Cameracenſis Dux Came-

Cameracenſis, idq; de huius, vt & aliorum quorundam Epiſcoporum prędictis titulis ſecularibus ex nonnullorum Receſſuum Imperij adiuncto catalogo Statuum conſtat. Tanta vero ſit Epiſcopalis dignitas, vt illa regulariter præ ſecularium Principatuũ dignitate emineat, & hæc illi in titulis Epiſcoporum poſtponantur, idque etiam fit in ſecularibus Principibus ad Epiſcopalem dignitatem euectis, niſi ſit Archiducalis dignitas, quæ Epiſcopali in titulis præponi ſolet, quod ſi vero Comites vel Barones Epiſcopi ſint, per Epiſcopalem dignitatem eorum dignitas adeo obſcuratur, vt nulla in titulis Comitatus vel Baronatus fiat mentio, atque eſt hæc ſingularis differentia inter Principes ſeculares & Comites Baroneſque.

Præterea † ita eorum dignitas & poteſtas pedetentim creuit in ijs, quæ regalia iura regaleſque dignitates & alia temporalia concernunt, vt non ſolum nobiles, ſed & Comites ac Barones ab ijs feuda habeant, & non deſunt Principes, qui à nonnullis eorum de integris etiam Comitatibus ac Baronatibus inueſtiti ſint. Talis eſt inter alios Epiſcopus Herbipolenſis, qui præter Comites ac Barones aliquot Principes ſeculares habet vaſallos, ex quibus etiam ſunt qui Comitatus ac Baronatus ab eo in feudum tenent. Sunt autem inter hos Epiſcopos Germaniæ ſeptem, Archiepiſcopi nimirum Moguntinus, Treuirenſis, Colonienſis, Magdenburgenſis, Saltzburgenſis, Bremenſis, & Rigenſis. Ex quibus Magdeburgenſis tantus eſt, vt quemadmodum Toletanus in Hiſpania ſic is in Germania. 128

Præ † hoc tamen & alijs omnibus tam Archiepiſcopis quam Epiſcopis dignitate & regalibus excellunt illi, qui in Electorali dignitate cum quatuor ſecularibus Principibus concurrunt, nimirum Archiepiſcopus Moguntinus, Treuerenſis & Colonienſis. Hos enim perinde ac illos ſingularia priuilegia, regalia & prærogatiuas habere, notorium eſt, & ex Aurea Bulla Caroli Quarti apparet, ad quas prærogatiuas maxima ex parte pertinent, quæ ſupra generaliter per remiſſionem ad Heigium *quæſt. 4. part. 1.* & in ſpecie per enumerationem plurium aliarum prærogatiuarum ab eo omiſſarum dicta ſunt. Moguntinus vero 129

tanquam

tanquam Archicancellarius per Germaniam præter cætera hoc pręcipuum & ſingulare habet, quod ad Electionem Imperatoris reliquos cõuocet & ſuffragia colliget, ex aur. Bul. Carol. IV. Cãcellarię Camerę Imperialis inſpectionem habeat, & ad eam pertinentes tabellionum præfectos, Prothonotarios, Notarios, tabelliones & alios in ea officio fungentes erect & recipiat ex Ord. eiuſd. Cameræ *p.1. tit.26. in princ.* §.1. ad viſitationem eius Cameræ reliquos Electores aliosque Status Imperij Spiram conuocet *d.p.1. tit.50. in princ.* reuiſionem ad petitionem partis grauatæ Cæſari & eius anni viſitatoribus denunciet d. Ordinat. *p.3. tit.53. in princ.* niſi cauſa ad ipſummet Moguntinum ſpectet, quo caſu Treuirenſis in ea re proximus eſt, & reuiſionem denunciet. Receſſu de anno 1594. §. Als vns auch / rc. Quemadmodum autem Moguntinus per Germaniam. Sic etiam Treuirenſis per Galliam & Colonienſis per Italiam ſunt Cancellarij. Et in vniuerſum in Epiſcopis illud ſingulare eſt quod ſoleant eſſe Academiarum Cancellarij. Matth. Stephan. *de Iuriſd. lib 3. p.1. c.14. num.68.* & late *c.14. nu.28. & ſeqq.* Scipio Gentil. *de Iuriſd. lib.3. c.18.* vbi addit hinc etiam in aliquot Synodis ſancitum eſſe, vt Epiſcopi dent operam vt in Academijs Doctores idonei conſtituantur *c. de quibuſdam diſtinct.37.* Notorium vero eſt adhuc hodie in multis diuerſis locis etiam reformatę religionis Epiſcopos Academiarum
130 Cancellarios eſſe. Porro Epiſcopis † addendi ſunt Magiſter Ordinis Theutonici & Magiſter Ioannitarum, cum & hi inter Eccleſiaſticos numerentur, ac Principes Imperij eſſe notorium ſit. Eſt autem id in his ſingulare quod bona Ordinis ijs ſubiecti paſ-
131 ſim per totum Imperium ſita ſint, ideoque † in ea cauſa, quæ de collectis inter Magiſtrum Ordinis Theutonici & Ottingen in Camera Imperiali agitata & deciſa eſt, obiectum fuit, eum Ordinem in vago regalia habere, vt videre eſt in eiuſdem cauſæ voto, quod eſt apud Meichſner. *tom 2. lib.1. deciſ.6. num.120. verſ. Nec ſecundo*, vbi etiam *num.39.* à Referente additur, ex inueſtitura in eadem cauſa ſub *lit.E.* exhibita conſtare, quod hic Ordo regalia
132 habeat, & † *nu.62.* aſſeritur notorium eſſe quod Magiſter Theutonici Ordinis multo pinguiores fortunas & reditus habeat,

quam

quam alij multi Principes Imperij. Sane † prædicto Magiſtro 133
Ordinis Ioannitarum duplo potentior eſt, & duplo plus in collectis Imperij contribuit, vt ex matricula Imperij apparet.

Sunt † autem & aliæ Eccleſiaſticæ perſonæ; quibus regalia 134
competunt, inter quas cumprimis ſunt Abbates Principali dignitate decorati. Pruckman. *d. cap. 4. num. 44.* Atque hi in Ordinatione Cameræ *part. 2. tit. 2. 3 & 4. in rubrica & textu, & tit. 5. §. 1. in fin. alijsque locis eius Ordinationis* verbo Fürſtmeſſige comprehenduntur. Eiuſmodi Abbates ſunt Fuldenſis, Hirſfeldenſis, Murbacenſis, Prumenſis, Campidonenſis, Stabulenſis, Corueienſis. Tales quoq; ſunt duo præpoſiti nimirum Elbengenſis & Berchtesgadenſis, ideoque de his etiam dicendum eſt, quod regalia habeant. Olim hi omnes inter eos, qui Prælati proprie dicuntur, referebantur. Verum † quemadmodum de alijs Principibus cer- 135
tum eſt initio minorem fuiſſe eorum numerum Petr. Gregor. *de republ. lib. 6. cap. 4.* Knich. *de reg. territor. iur. cap. 1. num. 289.* & poſtea hunc numerum creuiſſe: ſic etiam Prædicti Abbates & Præpoſiti poſtea Principibus in Comitijs adſcripti, & ſinguli ius ſuffragiorum non minus quam alij Principes nacti ſunt, licet † Præ- 136
lati omnes tanquam vnius Principis vicem ſuſtinentes tantum vnum ſuffragium ſimul habeant. Atque ea prærogatiua iſti Abbates & Præpoſiti tanquam Principibus pares in Comitijs Imperij vtuntur, licet † alij alijs ſerius hoc ius adepti ſint vt ex Sta- 137
tuum Catalogo, Receſſibus & Conſtitutionibus Imperij ſubiuncto apparet. Eo † vero magis dicendum eſt Fuldenſem & prædi- 138
ctos reliquos Abbates & duos Præpoſitos regalia habere, quod non ſolum inter Principes referantur, ſed & nonnulli ex ijs non tantum Nobiles ſed & Comites & Barones, atque adeo etiam Principes vaſallos habeant, vt experientia teſtatur, eſtque † hoc 139
adeo verum vt non deſint Principes, qui integros Comitatus cum regalibus ijs annexis ab ijs per ſubinfeudationem habent. Inter hos Abbates eſt cumprimis Fuldenſis qui etiam primum locum inter eos tenet & potentior cæteris eſt, & Archicancellarius Imperatricis eſt, eoque elogio inſignitur, quod ſit primas per Germaniam & Galliam, & vel ex ſola matricula Imperij

Digitized by Google

conſtat eum multis etiam Imperij Epiſcopis, cuiuſmodi ſunt Conſtantienſis, Ratisbonenſis, Mindenſis, Lubecenſis & nonnulli alij, eſſe potentiorem, cum duplo & ex parte etiam triplo plus in collectis Imperij contribuat quam illi.

140 Etſi † vero Abbatiſſę Abbatibus in adminiſtratione rerum ſecularium & in conferendis etiam feudis æquiparari ſoleant *c.1. in princ.* vbi Bald. & Aluarott. *quis d. dar. poſſ. c.1. Epiſcop. Abbat. vel Abbatiſſ. c. noua quadam de pœnit. & remiſſ.* Lancellot. *in templ. iudic. lib.2. cap.7. num.85.* Dec. *in l fœmina. ff. de reg. iur.* Zaſ. *de feud.* 141 *part. 5. num. 49.* Roſenth. *de feud. cap. 4. concluſ. 18. num. 1. lit. a.* & † quædam ex Abbatiſſis dignitatem & titulum Principalem habeant, vt ex parte ex prædicto catalogo poſterioribus Imperij Receſſibus adiuncto liquet & vſus teſtatur, nihilominus in eo catalogo Principibus non adſcribuntur, ſed ab ijs ſeparantur & inter Prælatos poſt Principes ponuntur, vt ex omnium Imperij Conſtitutionum annexis catalogis Statuum, in quibus earum 142 Abbatiſſarum mentio fit, ſatis apparet. Quia † tamen non ſolum Status Imperij ſunt, ſed & Principali dignitate decoratæ, eo 143 magis dicendum eſt eas regalia habere, quod † & aliæ Eccleſiaſticæ perſonæ, quæ ijs, qui proprie Prælati ſunt, in Imperio annumerantur, & inter Status Imperij referuntur, regalia habeant Pruckman. *d. cap. 4. num.39.* Vbi pro confirmatione eius ſententiæ Innocentium, Panormitan. Felin. & alios Dd. allegat. Cui accedit, quod, vt ſupra dictum eſt, præter alios Albert. Argentinenſis ſæpe generaliter meminerit non ſolum Epiſcoporum ſed & Abbatum ab Imperatore de regalibus inueſtitorum. Eoque 144 † minus mirum eſt hos Prælatos regalia habere, quod inter eos non deſint Abbates & Abbatiſſæ, quæ non ſolum nobiles, ſed etiam Comites ac Barones vaſallos habent, & à quibus Principes etiam ampliſſima bona cum annexis regalibus in feudum recognoſcunt, eoque pertinet, quod Gailius generaliter de Abbatibus huiuſmodi vaſallos habentibus ſcribit *in tract. de arreſt. Imper. 2, cap. 6, nu. 17.* & quod de vi cooptationis in Statum tradit Thom. Michael. *in diſputat. de iuriſdict. concluſ. 44. in fin. & ſub lit. g.* Ne-145 que † obſtat quod idem Gail. *obſeru. 21 nu. 2. lib. 1.* Omnes Status enume-

Digitized by Google

enumerare volens Prælatorum nullam omnino faciat mentionem, ſed tantum Electorum, aliorumq; Principum ſecularium & Eccleſiaſticorum, item Comitum, Baronum & ciuitatum Imperialium meminerit. Nam reuera Prælatos non ſolum immediate Imperio, & nulli inferiori Principi ſubiectos, ſed & vna cum Principibus Secularibus & Eccleſiaſticis, Comitibus, Baronibus & ciuitatibus Imperialibus Status Imperij eſſe, ex matricula Imperij, & prædicto catalogo notorie & euidentiſſime liquet, ipſaque experientia teſtatum facit, quod ad Comitia Imperialia vocentur, & in his ius ſuffragij ijs competat, aliaque in ijs locum habeant, quæ Statuum propria ſunt.

CAPVT V.

Quibus modis regalia acquirantur.

SVMMARIA.

1. Regalia acquiruntur conceſſione, conſuetudine vel præſcriptione.

2. Ea ab Imperatore concedi poſſe negantem, crimen læſæ maieſtatis incurrere, ſecundum Ripam.

3. Eorum conceſſio quocunque modo fiat, non tamen ipſius Imperatoris, vel alterius ſuperiorem non recognoſcentis, ſuperior poteſtas ea cenſetur comprehenſa, ſed potius maior quam eſt conceſſa, illis reſeruata & retenta.

4. Non poteſt etiam huiuſmodi ſupremam poteſtatem Princeps concedere, nec ſibi parem vel talem qui impune rebellare queat, conſtituere.

5. Nec etiam alias ita conceſſio regalium fieri poteſt, nec ita in dubio eius interpretatio facienda eſt, vt in graue præiudicium ac læſionem Imperij vergat & de nonnullis quæ Imperatori ex capitulatione & iuramento incumbunt.

6. Conceduntur ea per priuilegium vel per Inueſtituram.

7. Priuilegium illud duplicis eſt generis, nimirum lege ipſa, puta aurea Bulla Caroli Quarti alijsque Conſtitutionibus Imperij, vel ſine lege conceſſum.

8. Ex aurea Bulla Electores ius ſodinarum auri & argenti, aliarumque minerarum in omnibus ſuis ditionibus, territorijs, eorumque pertinentijs habent, ita quidem, vt nullam inde decimam præſtare teneantur.

9. Idem ius Electores & Duces Saxoniæ antea etiam habuerunt ex ſingulari alio priuilegio.

10. Electores etiam omnes ex aurea Bulla ius cudendæ monetæ aureæ, & extremæ prouocationis habent. nu 11. *licet Electores ad Rhenum hoc poſterius remiſerint nec eo in ſubditis ſuis vti voluerint, ſed priuilegium de non appellando vſque ad certam ſummam peculiariter ab Imperatoribus obtinuerint,* n.12. *quanta autem & quam diuerſa ea appellabilis ſumma in ſingulis his Electoribus ſit, vide* nu.13.

14. Prædictum aureæ Bullæ de non appellando priuilegium quando, & à quibus Imperatoribus in Saxoniæ & Brandeburgico Electore fuerit confirmatum?

15. Idem generaliter alijs etiam Ducibus Saxoniæ totiusque domus Auſtriacæ indultum fuit.

16. Electoribus omnibus ex aurea Bulla competit etiam ius habendi Iudæos, & confiſcandorum bonorum, quæ ad damnatos ob crimen læſæ maieſtatis aduerſus eos commiſſum pertinent, nu.17.

18. Ex alijs vero Imperij conſtitutionibus ciuitates Longobardiæ dicuntur habere regalia.

19. Ex ijſdem eſt, quod ius habendi Iudæos omnibus regalia habentibus conceſſum, atque ita hoc ipſum generaliter alijs regalibus additum ſit.

20. Idem ius etiam per peculiare priuilegium haberi poteſt.

21. Iudæos habere vetera priuilegia Cæſarea de commercijs & negociationibus cum Chriſtianis exercendis & quomodo ijs abutantur n.22.

23. Inter principes, aliosque Imperij Status non deeſſe, qui, licet regalia habeant, tamen eo iure regali habendi Iudæos vti, eosque in ſuis territorijs ferre nolunt.

24. Aduerſus eum tamen, qui Iudæos in protectionem ſemel recepit, & poſtea expellere vult, vel ad tempus eos recepit, & eo finito non admittit, mandata cum clauſula ad petitionem illorum in Camera decernuntur, & quid in Imperio, vt eorum fraudi eo magis occurratur, de ijs cautum ſit.

25. Ex

25. *Ex conſtitutionibus Imperij fodinas habentes præter illas 3. vel. 4 quæ in ſingulis circulis admittuntur peculiares habere poſſunt, & illud etiam tanquam per priuilegium ſingulariter fodinas auri præſtantioris & preciotioris, quam eſt in aureis Rhenanis, habentibus competit, quod Ducatos cudendi facultatem habeant.*

26. *Ex eiſdem Electores ad Rhenum in iure regali monetæ hoc præcipuum habent, vt in aureorum Rhenenſium materia, pondere & æſtimatione ad eos, non minus quam ad Cæſarem, reſpiciendum ſit.*

27. *Sine lege vel conſtitutione aliqua per peculiare priuilegium regalia quamplurimi habent, nonnulliq́ ex Dd. de iis ita loquuntur, vt priuilegij ſolius, non autem inueſtituræ vel etiam in genere conceſſionis mentionem faciant.*

28. *Idem nonnunquam fit etiam in Conſtitutionibus Imperij.*

29. *Per inueſtituram tamen etiam regalia acquiri & in feudum concedi, certum eſſe.*

30. *Regalia antea per priuilegium obtenta non raro in veſtituræ Cæſareæ etiam inſeruntur, & ſic in feudum recognoſcuntur.*

31. *Inueſtitura per vexillum in feudis regalem dignitatem annexam habentibus, non autem in iuribus regalibus requiritur.*

32. *In inueſtitura ſecularium quod eſt vexillum, hoc in Eccleſiaſticorum inueſtitura eſt ſceptrum. Seculares tactis euangelijs manuq́ iis impoſita; Eccleſiaſtici vero dextra pectori impoſita iurant.*

33. *Per abuſiuam inueſtituram dominium & poſſeſſio non transfertur, fallit tamen in regalibus & aliis incorporalibus iuribus.*

34. *Per talem inueſtituram etiam de re corporali à Principe factam dominium transferri, licet quidam tradant, contrariam tamen ſententiam vt veriorem & receptiorem author tuetur.* n. 35.

36. *Regalia etiamſi alius poſtea per veram inueſtituram à Principe nactus fuerit, tamen huic is, qui antea de illis abuſiue inueſtitus fuit, præfertur.*

37. *Licet res corporalis à Principe gratioſe alicui donata, & poſtea ſimilis donatio alij facta, traditioq́ in eo ſecuta ſit, tamen prior præfertur. Priuatus & regalium incapax ſiue inueſtituræ ſiue priuilegij titulum alleget ad editionem huiuſmodi tituli fiſco petenti tenetur.*

 38. *In re-*

38. *In regalium conceſſione cauſa iuſta & vrgens interuenire debet, ſiue ea per priuilegium, ſiue per inueſtituram fiat.*

39. *Clauſulam* Ex certa ſcientia, *vel* motu proprio *conceſſioni regalium, vt ea ſubſiſtat, adijci neceſſe eſt, ita tamen, vt earum alterutra ſufficiat* n. 40.

41. *Vtraque clauſula eam vim habet, vt ſub & obreptionem tollat, idque cum primis etiam de clauſula animo deliberato dici poteſt.*

42. *Ob clauſulam* Ex certa ſcientia, *iuſta cauſa in concedente præſumitur, vt & ex adiectione clauſulæ* Motu proprio, n. 43.

44. *Ob clauſulam* Ex certa ſcientia, *Princeps præſumitur concedendo vſus eſſe plenitudine poteſtatis, item ob clauſulam* Motu proprio num. 45. *& quid præterea hæ clauſulæ operentur vel non.* numer. 46.

47. *In conceſſione regalium non præſumitur certa ſcientia ſed ea probari debet, niſi conceſſionem geminatam eſſe conſtet* n. 48.

49. *Non præſumitur etiam motu proprio ſed potius ad partis poſtulationem facta, idque procedit etiamſi expreſſe adiecta fuerit clauſula* motus proprij *præcedente tamen partis poſtulatione* n. 50.

51. *Præſumitur tamen motu proprio facta, ſi geminata fuerit.*

52. *Item ſi eam ob benemerita præcedentia factam eſſe conſtiterit.*

53. *Regalium conceſſio, ſiue proprio motu ſiue ex certa ſcientia fiat, non priuatiue ſed cumulatiue conceſſa cenſentur, niſi conceſſio eorum per inueſtituram facta ſit* n. 57.

54. *Superior cum inferiore cenſetur habere poteſtatem concurrentem.*

55. *Iuriſdictio à ſuperiore non priuatiue, ſed cumulatiue cenſetur conceſſa, quod tamen eo caſu, quo ea in feudum conceſſa eſt, non procedit* nu. 56.

57. *Regalium conceſſio per priuilegium ſine inueſtitura facta cenſetur facta priuatiue in iis, quorum vſus per concedentis vſum omnino impediretur.*

59. *Conceſſio & diſpoſitio omnis ita accipienda eſt, ne reddatur eluſoria & effectis careat.* & n. 83.

60. *Regalia etiam ex priuilegio per modum alicuius contractus conceſſo*

ceſſo priuatiue translata cenſentur.

61. Priuilegium per modum contractus impetratum in contractum tranſit, & in eo idem quod de contractu ſtatui debet.

62. Regalia conceduntur ſpecialiter vel generaliter, ſiue per priuilegium ſiue per inueſtituram conceſſio fiat.

63. Specialiter quomodo regalia concedi ſoleant?

64 Regalium conceſſio ſtricte accipienda eſt, nec ab vna ſpecie ad aliam fieri debet extenſio. & n. *91.*

65. Regalia ſunt iura ſpecialia & à iure communi exorbitantia, ideoq; eo magis reſtringenda, minusq; in conſequentiam trahenda.

66. In diuerſis ac ſeparatis ſpeciebus ab vna ad alteram non infertur.

67. Conceſſio ſpecialis regalium etiam ita fieri poteſt, vt vna ſpecies diuerſimode acquiratur & vſurpetur, idq; exempli gratia in ſpecie oſtenditur de iure cudendi monetam n. *68. de iure venandi* n. *69. de iure vectigalium vero* n. *70. & eorum immunitate* n. *71.*

72. Conceſſio regalium etiam ita per priuilegium ſpecialiter fieri poteſt, vt ſimul generalis ſit, & videlicet in vno eodemq; territorio vni ſpecies aliqua, puta ius vectigalis vel ius cudendæ monetæ, alteri vero generaliter regalia concedantur.

78. Generi per ſpeciem derogatur.

74. Regalium conceſſione generali, ſi nullum in ſpecie excipiatur, omnia regalia contineri quidam hic allegati tenent, alij tamen num. *75. adducti rectius & cautius de huiuſmodi generali conceſſione loquentes, negant ea ſingulariter Principi in ſignum ſupremæ poteſtatis & præminentiæ reſeruata contineri, eorumq; ſententia crebrioribus Dd. ſuffragijs comprobata eſt.*

76. Sine regalium vlla mentione, ſi generaliter facta ſit conceſſio, puta ſi generaliter caſtrum cum territorio conceſſum ſit, tali conceſſione ea non comprehenduntur.

77. In conceſſionem generalem non veniunt ea, quæ magni momenti ſunt ac ſpecialiter & nominatim exprimi debent. & quænam ſint talia nu. *78.*

79. Pro omiſſis ac neglectis habentur ea, quæ ſpeciali nota ſunt digna, ſi expreſſe eorum non fiat mentio.

80. Rega-

80. *Regalia conceſſione etiam generaliſſima non continentur.*

81. *De iis idem dicendum eſt, ſi caſtrum ſit conceſſum additum his generaliſſimis ſiue vniuerſalibus verbis; cum omni iure, quod princeps ibi habet, niſi probatur eum ibi habere regalia.*

82. *Continentur tamen generali conceſſione, nulla etiam eorum facta mentione ſi concedens in loco conceſſo nihil niſi regalia habeat, idque ita ſe habet non in maioribus, ſed tantum in minoribus & communibus n* 84.

85. *Regalia cum caſtro, territorio aliaue re concedi ſolita generali conceſſione comprehenſa cenſeri & quantum temporis ad hoc, vt quid dicatur concedi ſolitum requiratur.*

86 *Regalium aliquorum ſpecialis reſeruatio ſi conceſſioni generali adijciatur, reliqua regalia cenſentur translata.*

87. *Exceptio firmat regulam in caſibus non exceptis.*

88. *Regalia etiam non nominata cenſentur translata, ſi nonnullis in conceſſione enumeratis ſubijciatur clauſula generalis*: De quibuſcunq; vel omnibus aliis iuribus, *quo tamen caſu non veniunt expreſſis maiora ſed tantum ſimilia vel minora*, n. 89.

90. *Genus enumerationem ſpecierum ſequens, reſtringendum eſt ad pares, aut certe minores.*

92. *Conceſſione generali cum pertinentiis facta propter has regalia contineri, quidam tradunt, ſed contrarium vt verius authori magis probatur* n. 93.

94. Pertinentiarum *appellatione regalia non comprehenduntur.*

95. *Regalia conceſſione generali non comprehenduntur, etiamſi concedens vſus ſit his vniuerſalibus verbis*: Cum omnimoda iuriſdictione vel cum omnibus iuribus & pertinentiis.

96. *Vendita alicui villa cum omnibus pertinentiis non cenſentur vendita regalia.*

97. *Pertinentiarum appellatione non venire maiora regalia, etiamſi quod minora veniant, dubitari non poſſet, idque veriſſimum eſſe.*

98. *Conceſſione generali, qua continetur & imponitur tale onus, quod non poſſit expediri, niſi is cui conceſſio facta eſt, regalia haberet, ea etiam conceſſa cenſentur, quod tamen ad minora & communia reſtringitur num.* 100.

99. Conceſſo

99. *Conceſſo vno ea etiam conceſſa cenſentur, ſine quibus illud expediri & effectum ſortiri non poteſt.*

101. *Iuramentum ſi generali conceſſioni accedat, an regalia etiam cenſeantur conceſſa?*

102. *Iuramentum generali conceſſioni adiectum quid operetur?*

103. *Conceſſione generali an & quatenus veniant etiam regalia, ſi in ea plenitudinis poteſtatis mentio fiat.*

104. *Regalia conceſſione generali an contineantur, ſi fiat verbis valde prægnantibus & geminatis?*

105. *Continentur etiam conceſſione ſi verba Germanica* Mit herꝛligkeitten *adiecta ſint, cum verbo* herꝛligkeit *hodie deſignentur regalia.*

106. *Conceſſione generali cenſentur conceſſa regalia, quando is, cui ea conceſſio facta eſt, diu vſus eſt regalibus ſciente & patiente concedente.*

107. *Voluntas non ſolum verbis, ſed & factis declaratur.*

108. *Ambiguitas, quæ in præcedentibus verbis vel actibus eſſe poterat, ex obſeruantia ſecuta declarationem recipit, etiamſi ea obſeruantia ſit, multo breuioris temporis, quam in præſcriptione requiritur. num. 109.*

110. *Scientia & patientia in incorporalibus, cuiuſmodi ſunt etiam regalia, pro vera traditione à ſciente & patiente facta habetur.*

111. *Conceſſione generali in maxima dignitate conſtituto facta regalia cenſentur translata, quod tamen in iis regalibus, quæ ſingulariter Principi in ſignum ſupremæ poteſtatis reſeruata ſunt, locum non habet. num. 112.*

113. *Conceſſio generalis ſi à Rege fiat filio, nepoti, fratriue ſuo, cenſentur etiam conceſſa regalia, communia videlicet & quæ facile concedi ſolent. num. 115.*

114. *Qualitas perſonarum & in concedentibus, & in iis quibus aliquid conceditur, in dubio attendenda, & ſecundum eam merito conceſſio amplianda eſt.*

116. *Regalia omnia ei, qui Rex ab Imperatore creatus eſt, conceſſa eſſe cenſentur, etiamſi nulla ſpecialis eorum fiat expreſſio, idq́; etiam ad Pontificem concedentem extenditur. nu. 117.*

P 118. *Rega-*

118. *Regalia conceſſione generali comprehenſa cenſentur in eo qui Dux creatus vel Ducatu aliquo inueſtitus eſt, idq́, etiam locum habet in Landtgrauiatu, Marchionatu, aliove Principatu* n. 119. *vel etiam Comitatu* n. 120.

121. *An duces aliosq́. Principes inferiores, item Comites ac Barones tantum poſſe in ſua ditione ac territorio, quantum Imperator per totum Imperium, ſimpliciter & generaliter verum ſit? & nu.* 122. 123. 124. 125. 126. 127. 128.

129. *De principibus in Italia pleniorem aliquam poteſtatem ac ſuprema etiam regalia & reſeruata ſupremi Principis ſibi arrogantibus & vſurpantibus.*

130. *Tranſit author ad ſecundum huius capitis membrum, quod eſt de conſuetudine & præſcriptione.*

131. *Conſuetudine non minus quam conceſſione regalia acquiruntur. eſtq́, ea difficilis probationis, nec per teſtes ſingulares probatur, notoria tamen probatione non indiget.*

132. *Conſuetudine præſertim immemorialis tanta vis eſt, vt firmius ac potentius ius eſſe cenſeatur, quod per eam acquiritur, quam quod per priuilegium Principis.*

133. *Ad conſuetudinem introducendam de iure ciuili ſufficit tempus decem annorum.*

134. *In conſuetudine diuturnitas appellatur longa conſuetudo.*

135. *Longum & diuturnum tempus decem annis concluditur.*

136. *In regalibus contra ſupremum Principem acquirendis opus eſt conſuetudine immemoriali.*

137. *Præſcriptione etiam immemoriali acquiri poſſunt regalia.*

138. *Tempus immemoriale obtinet vim priuilegij ac ſpecialis conceſſionis Imperatoriæ, tantumq́, poteſt, quantum Imperator cum cauſa* n. 139. *habet vim legis* n. 140. *& ſic firmius etiam ac potentius ius per præſcriptionem immemorialem, quam per priuilegium Principis acquiritur* nu. 141.

142. *Hæc præſcriptio non cenſetur excluſa, licet per legem vel ſtatutum etiam generaliſſimis verbis præſcriptio prohibita eſt.*

143. *Præſcriptio etiam 30. annorum per legem vel ſtatutum generaliter præſcri-*

Digitized by Google

præſcriptionem prohibentem ex communi Dd. ſententia non cenſetur excluſa.

144. Præſcriptio immemorialis non ſolum in regalibus minoribus ſed & maioribus & Principi in ſignum ſupremæ poteſtatis reſeruatis, locum habet.

145. Contra ſuperioritatem ipſam & ſupremam poteſtatem Principis, vt videlicet præſcribens nemini ſubſit, an vlla præſcriptio locum habeat?

146. Poſſeſſio in corporalibus ſine ſcientia & patientia aduerſarij non acquiritur.

147. Præſcriptio nulla ſine poſſeſſione procedit.

148. In præſcriptione etiam immemoriali neceſſarium eſſe ſcientiam & patientiam eius, contra quem præſcribitur, multi Dd. tenent; contraria tamen ſententia vt veerior nu. 149. *approbatur, eamque magis communiter à Dd. receptam eſſe* n. 152. *oſtenditur.*

150. Præſcriptio temporis immemorialis certum titulum parit.

151. Tempus immemoriale habet vim priuilegij ex certa ſcientia conceſſi.

153. Teſtes non ſolum 70. 80. vel plurium annorum, ſed & qui 54. annos nati ſunt, ita vt teſtimonium de 40. annis perhibere poſſint, ſufficiunt & admittendi ſunt ad probandum tempus immemoriale.

154. Teſtes, qui de tempore immemoriali examinantur, etiam de eo, quod in pupillari ætate viderunt, atteſtari poſſunt.

155. Teſtes ad hoc vt tempus immemoriale probent, deponere debent, communem eſſe opinionem & famam, quod de contrario vſu non extet memoria, item quod ſemper ita viderint & audiuerint à ſuis maioribus, nec vnquam contrarium fuerit obſeruatum.

156. Articulus peculiaris conſtituendus eſt de communi opinione & fama, de qua teſtes ad probandum tempus immemoriale producti deponere debent, nec ſufficit generalis vltimus articulus.

157. Regalium contra alium quam Imperatorem longiſſimo tempore ſine titulo, & decennio cum titulo præſcribuntur.

158. In præſcriptione eiuſmodi ſcientia & patientia aduerſarij requiritur.

159. *Patientia in dubio à ſciente præſtita fuiſſe præſumitur.*

160. *Patientiam fuiſſe præſtitam ex eo probari cenſetur, quod non probatur contradictio.*

161. *Scientia ab allegante, & ſe in ea fundante, probari debet.*

162. *Scientiam ſolis coniecturis & præſumptionibus probare ſufficit.*

163. *Præſumptiones quibus ſcientia probatur, vnde ſumantur?*

164. *Ignorantia ab eo, qui ſcientiam negat, iuramento probari poteſt.*

165. *Ignorantia iuramento eam allegantis probari nequit, ſi huiuſmodi alleganti præſumptio iuris reſiſtat, niſi conſtat hanc non eſſe concludentem, additur etiam de mala fide. quando præſcriptionem immemorialem impediat, & quomodo probetur.*

166. *Regalia, in quorum poſſeſſione quis ſolus fuit, & quæ legitime præſcripſit, non cumulatiue ſed priuatiue per eam præſcriptionem ſibi acquiſiuit.*

167. P*ræſcriptione an regalia tantum eo caſu priuatiue acquirantur, quo præſcribens alium vti volentem prohibuit?*

168. *Generaliter & indiſtinctè prolata, generaliter & indiſtincte accipi debent.*

169. *Præſcriptio contractus vim habet, eiq; æquiparatur, quod maxime in præſcriptione immemoriali locum habet.* nu. 170.

171. *Præſcriptio, quæ vna regalium ſpecies acquiſita eſt, non eſt ad aliam ſpeciem extendenda.*

172. *Præſcriptum eſſe tantum cenſetur, quantum poſſeſſum.*

173. *Præſcriptio adeo ſtricte accipienda eſt, vt etiam ſtrictiſsimi iuris eſſe dicatur.*

174. *Præſcriptio cenſetur eſſe odioſa, & ad ſuos terminos ita reſtringenda eſt, vt neque de re ad rem, neque de perſona ad perſonam, neque de loco ad locum extendatur.* n. 175.

176. *Contra præſcriptionem in dubio pronunciandum.*

1 ACquiruntur † regalia conceſſione, conſuetudine & præſcriptione. De his modis hoc capite ita agemus, vt prius de conceſſione, tanquam primo huius capitis membro, deinde de conſuetudine & præſcriptione, tanquam membro ſecundo, diſpiciamus. Conc ſſione vero regalia ac uiri poſſe, apparet

ex c.

ex *c. Super quibuſdam.* §. *Præterea de verb.ſignif.* eoque facit etiam *l.13. & fin. C. vectigal. nou. inſtit. non poſſ. & c. Quod translationem. de offic. legat.* eſtque communiſſima Dd. ſententia, & ipſo vſu etiam recepta, adeoque vera, † vt Ripa *reſponſ. 80 num. 1.* dicat eum, qui 2
negauerit Principem regalia poſſe concedere, incidere in crimen læſæ maieſtatis per *l. 2 C. de crimin. ſacrileg. c. Si quis ſuadente.* §. *committuntur. 17. q. 4.* Neque † tamen quocunque modo rega- 3
lium conceſſio fiat, ipſius Imperatoris vel alterius ſuperiorem non recognoſcentis ſuperior poteſtas (quæ in Hiſpania maiora vocatur, teſte Couarruuia *lib. ſingular. quæſt. cap. 4. num. 1.* ea conceſſione cenſetur comprehenſa, ſed potius maior, quam eſt conceſſa, illis reſeruata & retenta *c. dudum.* §. *hoc igitur. de præbend. in 6. l. Inquiſitio.* & ibi Dd. *C. de ſolut.* Afflict. *in c. 1.* §. *adhæc. num. 15. de pac. iuram. firmand.* Peregrin. *de iur. fiſc. lib. 1 tit. vlt. num. 33.* Vaſq. *de ſucceſſ. creat. lib. 2* §. *17. nu. 18.* Roland. à Vall. *conſ. 1. n. 135. l b. 2.* Surd. *conſ. 267 nu. 7. & ſeq. lib. 2.* Alexand. Raudenſ. *reſponſ. 1. num. 263 & 435. lib. 2.* Knich. *de iur. territor. cap. 1. nu. 315. & ſeq.* Mynſing. *obſeru. 99. nu. 2. cent. 6.* Heig. *quæſt. 9. nu. 18. part. 1.* Menoch. *conſ. 604 nu. 16.* idque comprobatur voto Aſſeſſoris Cameræ Imperialis *in cauſa* Teutſchmeiſters *contra* Ottingen Gilman. *Symphoremat. ſupplicat. part. 2. tit. 6. vot. 6. nu. 6. verſ. vel expreſſe.* Et alio voto *in cauſa* Wirtenberg *contra* Oſterreich. Gilman. *rer. iudicat. Camer. lib. 2. deciſ. 54. num. 8.* Atque huc etiam ſpectat deciſio cuius meminit Afflictus *deciſ. 122. num. 3.* vbi in ſacro concilio Neapolitano deciſum eſſe refert de regalibus, quod licet vniuerſalibus alienationis verbis adiecta ſit clauſula. *Nihil ſibi reſeruando*, tamen ea alienatio non cenſeri. Neque † vero poteſt à ſupremo Principe, licet velit, ita 4
conceſſio fieri, vt poteſtas ſuprema in alium transferatur, vt addunt Didac. Couarru. Roland. à Vall. & plerique alij iam allegati dictis locis, & præter eos etiam idem tradunt alij, ex quibus ſunt Bald. *in l. 1.* § *initio. num. 9. ff. de offic. præfect. vrb.* Alexand. *in l. Filio quem. nu. 15. ff. de liber. & poſthum.* Iaſ. *in prælud. feudor. nu. 77. & in l. Imperium. nu. 20. ac ibid.* Longouall. *nu 256. ff. de iuriſdict. omn. iudic.* Natt. *conſ. 487. nu. 24. & 30.* Pruckm. *in* §. *ſoluta poteſtas. c. 4 membr. 2. effect. 7. num. 56.* Ideoque nec ſibi parem vel talem qui impune

rebellare queat eiuſmodi Princeps conſtituere poteſt. Bald. *in Prælud. Feud. num. 32. & 33.* Præpoſit. *ibid. nu. 24.* Roſenth. *in Synopſ. feud. c. 5. concluſ. 10. num. 5.*

5 Neque † etiam alias, licet ipſa ſuprema poteſtas non alienetur nec transferatur, ita regalium conceſſio fieri poteſt, nec ea interpretatio eius in dubio facienda eſt, vt vergat in graue præiudicium & læſionem Imperij Iſern. *in cap. vnic. nu. 3. quæ ſint Regal.* Afflict. *in c. 1. §. præterea Ducatus. num. 41. de prohib. feud. alien. per Frideric.* Iacobin. de S. Georg. *de feud. in verb. in feudum. num. 2.* Peregrin. *ad tit. vlt. num. 74.* Lancellot *in templo omn. Iudic. cap. 1. §. 4. verb. dignitatis iura non alienat. num. 6.* Cephal. *conſil. 354. num. 10. lib. 2.* Roſenth. *de feud. cap. 5. concluſ. 10. num. 2. & 3.* Zaſ. *in Epitom. feud. part. 5. num. 11 15. & 25.* Decian. *reſponſ. 2. nu. 168. vol. 1.* Capyc. *deciſ. 121. num. 1. & 5.* idque ita ſe habet etiamſi iuramentum conceſſioni accedat *c. intellecto* & ibi communiter Dd. *de iureiur.* Bar. *in l. 1 § plane. num. 5. ff. quod vi aut clam.* Felin. *in c. 1. num. 5. de probat.* Cacheran. *deciſ. 139. num. 7.* Capyc. *d. deciſ. 121. num. 1.* Roland. à Vall. *d. conſil. 1. num. 109. vol. 2.* Atque hæc quidem quæ de prohibita ſupremæ poteſtatis alienatione & interpretatione conceſſionis Regalium iam ſunt dicta, hodie eo veriora ſunt quod non ſolum, Imperator ante vllum ſibi ratione ſubiectionis & fidelitatis à Principibus & alijs ordinibus Imperij præſtitum Iuramentum de conſeruandis & non alienandis Imperij iuribus iuret, ſed & ex capitulatione inter ipſum & Electores facta infeudatio etiam bonorum Feudalium Imperio apertorum (quæ alioquin fauorabilior eſt & facilius admittitur quam alienatio vel etiam infeudatio rerum antea in feudum non conceſſarum) ei interdicta, eaque bona ad publicum patrimonium Imperij referenda ſint, & licet aliquid ab ipſomet vel alio ex eius familia non legitime adquiſitum poſſideatur, tamen Imperio reſtitui debeat, ſimiliterque ſi alienam prouinciam vel ditionem auxilijs Ordinum acquiſiuerit Imperio coniungere, ac ſi quid publicum ſuis copijs ac Marte recuperauerit ad reſtitutionem eius teneatur. Atque hinc apparet quantopere verum ſit quod Valaſc. *de iure Emphyteuſ. quæſt. 8. num 38.* ait eorum ſententiam inſanientium

magis

magis quam Iuriſprudentium eſſe, qui aſſerunt Principem contra Ius diſpenſare, & quadrata rotundis mutare poſſe, quemadmodum & Pruckman. *in* §. *ſoluta poteſtas cap. 3. num. 3.* eandem & plures alias Dd. voces diras appellat, quarum in ſpecie *num. 4. & ſeqq.* meminit, inter quas ſunt, Principem candida nigris mutare, eique aliquid de plenitudine poteſtatis facienti, cur ita facis? dici & opponi, non poſſe omniaque eum ſuper omnia eſſe, quæcunque facit vt Deum facere, ſolam voluntatem pro ratione eſſe, ſine cauſa poſſe tollere ea quæ ſunt de iure naturali gentium & ciuili cum clauſula *non obſtante* & *ex certa ſcientia*, etiamſi cum alterius præiudicio fiat.

Fit † autem regalium conceſſio vel per priuilegium, vel 6
per inueſtituram ſiue infeudationem. Priuilegium † rurſus du- 7
plicis generis eſt, nimirum lege ipſa, puta aurea Bulla Caroli IV. alijsque Conſtitutionibus, vel ſine lege conceſſum. Ex † aurea 8
Bulla *cap 9.* habent Electores ius fodinarum auri & argenti, aliarumque minerarum in omnibus ſuis ditionibus, territorijs, eorumque pertinentijs, idque ita ſe etiam habet, vt nullam inde decimam præſtare teneantur, ſed totum ius, quod Imperatori in ijs competit, habeant. Gœden *conſil. 3. num. 9.* Schneidwin. *in* §. *conſtituitur. num. 7. Inſtit. de vſufruct.* Weſenbec. *conſil. 45. num. 24.* Idem † ius Electorem Saxoniæ habuiſſe etiam ex ſingulari 9
alio priuilegio eiuſdem Caroli Quarti, teſtatur Simon Piſtoris *conſil. 4. num. 7.* quod extat poſt conſilia Modeſtini Piſtoris *vol. 2.* Quemadmodum † vero illud ius fodinarum in prædicta aurea 10
Bulla Electoribus conceditur, ſic in ea *cap. 10.* talis conceſſio fit in iure cudendæ monetæ aureæ.

Ex † eadem aurea Bulla *cap. 11.* habent omnes Electores 11
etiam ius extremæ prouocationis (quod ſupra *cap. 2. num. 14.* inter maiora regalia relatum eſt) licet † hoc remiſerint, nec eo in 12
ſuis ſubditis vti voluerint Electores ad Rhenum, ſed priuilegium de non appellando vſque ad certam ſummam peculiariter ab Imperatoribus obtinuerint, & in ea re alijs Imperij Principibus & Statibus, eiuſmodi priuilegia etiam habentibus ſimiles eſſe voluerint, *deciſ. & Præiudic. Cameræ in verb. Priuilegium.* §. *Nota*

Electo-

13 *Electores*.adeo † vt in Electore Palatino quidem ea ſumma appellabilis ſint mille floreni aurei, ſed in Electore Treuirenſi ſumma appellabilis florenos aureos quingẽtos, in Moguntino vero florenos quadringentos non excedat, vt eſt videre in priuilegiorum Catalogo apud Frider. *de Cameræ proceſſ. poſt librum primum*.

14 Illud † vero priuilegium, quod de non appellando ex aurea Bulla illi vna cum reliquis Electoribus habuerunt, confirmatum fuit in Saxoniæ Electore ab Imperatore Ferdinando anno 1559. in Brandenburgico vero ab Imperatore Rudolpho II. anno

15 1586. idque † ita factum eſt, vt Saxonicum priuilegium ſimul etiam Ducibus Saxoniæ indultum ſit. Knich. *de Saxo. non prouocan. iur. in verb. ius. cap. 2. nu. 32. 33.* 34. Quemadmodum & toti domui Auſtriacæ huiuſmodi peculiare priuilegium datum eſt, vt apparet ex ijs quæ ſupra *c. 4.* dicta ſunt. Tanti vero fecit hoc Regale extremæ prouocationis Carolus V. Rex Franciæ vt cum Ioanni Duci Biturigum multa Imperij Iura indulſiſſet extremam prouocationem ſingulari exceptione ſibi reſeruarit. Affine huic Regali extremæ prouocationis eſt ius vtendi clauſula appellatione remota vel alia ratione appellationem tollendi, de quo etiam ſupra *c. 2. num. 15.* dixi, vti & hoc ius inter maiora Regalia referendum eſſe per ibidem allegata comprobatum eſt. Verum hoc non eſt vlli Principi & ne quidem Electoribus per auream Bullam vel aliam Conſtitutionem Imperij conceſſum, ſed in iure communi fundatum, vt *d. nu. 15.* oſtenſum eſt.

16 Ex eadem † vero aurea Bulla *d. c. 9.* Electoribus omnibus

17 competit ius habendi Iudæos & † in ea *cap. 4.* conſtituitur, quod contra eoſdem committatur crimen læſæ maieſtatis, & ſic habent etiam ius confiſcandorum bonorum, quæ ad damnatos ex eo crimine pertinent, quod ſupra *cap. 2. num. 18.* maioribus rega-

18 libus annumeratum eſt, & dicetur de eo latius *lib. 2. cap. 20.* Ex † alijs vero Conſtitutionibus Imperij eſt, quod ciuitates Longobardiæ habere dicantur regalia, eoque pertinet Conſtitutio Friderici Primi de Pace Conſtantiæ, de qua *ſuperiori capite num. 87.* dictum eſt.

19 Ex † ijſdem eſt, quod in ius habendi Iudæos, ex Ordinatione Po-

ne Politica de anno 1548. *tit.* Von Juden vnd jhrem Wucher / & Receſſu deputationis de anno 1577. *tit. 20. in princ.* Omnibus habentibus Regalia conceſſum, atque ita hoc ipſum generaliter alijs regalibus additum ſit, vt cum Electoribus commune ſit factum, adijciturque † ijs locis per peculiare priuilegium etiam il- 20
lud haberi poſſe, qualia priuilegia in Imperio non pauca ſunt, inter quæ vidi in quibus Iudæi vocantur, Der Keyſerlichen Majeſtet Cammerknechte / habentque † hi vetera priuilegia Cæſarea de 21
commercijs & negotiationibus cum Chriſtianis exercendis, vt apparet ex Imperialis ciuitatis Francofordianæ reformatione *part. 2. tit. 12.* vbi varia de Iudæis in ſpecie ſtatuuntur, quæ digniſſima ſunt, vt extra Rempubl. Francofordianam etiam legantur, & paſſim alijs locis, in quibus cum Iudæis commercium eſt, obſeruentur. Cum † vero Iudæi huiuſmodi priuilegijs contra Ius 22
& Imperij Conſtitutiones ſaluberrimas per enormes vſuras, ſyngraphas vetitas, fideiuſſiones, pignora, anatociſmos menſtruos, aliasque fraudes nimis abutantur, ſingulari ſtudio ijs eſt reſiſtendum, & officialium cum ijs colluſiones ſunt arcendæ, cauendumque etiam eſt, ne poteſtas aliqua in ijs creſcat. Ideoque merito quidam Iudæus, qui ſe Regierer der gemeinen Judenſchafft ſcripſerat, fiſcali in duas marcas auri puri condemnatus fuit. *Deciſion ſeu præiudic. Cameræ. in verb. Priuilegium. §. nota Electores.* 23
Non † deſunt autem tum ex Principibus, tum ex alijs Imperij Statibus, qui licet regalia habeant, tamen ab hoc iure Regali habendi Iudæos abhorrent, eosque in ſuis territorijs ferre nolunt, licet † aduerſus eum, qui ſemel eos in protectionem recepit, & 24
poſtea expellere vult, mandatum cum clauſula ad eorum petitionem decernatur, vt & contra eum id fit, qui ad tempus eos recepit, & finito tempore non dimittit. Rulant. *de commiſſar. part. 3. lib. 7. cap. 3. nu. 5.* vbi præiudicia Cameræ de vtroque caſu adducit. Atque vt eo magis fraudi eorum occurratur præter cætera ſaluberrime de ijs in Imperio cautũ eſt vt actiones ſuas contra Chriſtianos ex nulla cauſa vel prætextu cedere poſſint, & ceſſa amittant, Magiſtratus etiam & Notarij eos conſcribentes officio & honoribus priuentur, alijque id facientes carcere & alijs modis

 punian-

puniantur ex Constitut. *de anno* 1551. §. Dieſem zu begegnen/ ꝛc. *& ſeq.* & mutuo Christianis datam pecuniam Iudæi ſua vel Germanica lingua conſcribant addantque quid & quando crediderint quodque & quale pignus acceperint ex Receſſ. Deputatorum *anno* 1577. §. Vnd damit/ & vt eo magis habitu etiam externo à Christianis diſtinguantur clauo ſiue annulo in veſtibus flauo & conſpicuo vti iubentur ex Conſtit. *de anno* 1530. *tit.* 22. Sigiſmundus Imperator tamen Auguſtanis per priuilegium conceſſit q; Iudæos non teneantur retinere in ſua ciuitate, ſed inde expellere poſſint Burdorff *in diſſertat. ad auream Bull. Carol. IV. th. 90. lit. c.*

25 Quemadmodum † autem prædicta regalia partim ex aurea Bulla, partim ex alijs Conſtitutionibus Imperij per priuilegium competunt, ſic præter alia & illud in Conſtitutionibus Imperij peculiariter & per priuilegium cautum eſt, quod fodinas habentes peculiares officinas habere poſſint præter ſolas illas tres vel quatuor quæ in ſingulis Circulis admittuntur ex Edicto monet. de anno 1570. §. Dieweil auch/ ꝛc. Item Conſtit. anno 1594. §. Wir ordnen wöllen vnd gebieten. *verſ.* Es ſoll keinem/ & quod ſolis ijs, qui fodinas auri præſtantioris & precioſioris, quam eſt in aureis Rhenanis, habent, Ducatos cudendi facultas compe-
26 tat ex edicto monetali *de anno* 1576. §. Vnd auß ſondern/ ꝛc. Item † quod Electores ad Rhenum hoc præcipuum habeant, vt in aureorum Rhenenſium materia, pondere & æſtimatione ad eos, non minus quam ad Cæſarem, reſpiciendum eſſe dicatur in Conſtitutione anni 1551. §. Weiter ſo ſetzen/ ꝛc. eoque pertinet Edictum Maximil ani II. de anno 1571. §. Gleichsfals weil etliche/ ꝛc. *in verb.* Den Reiniſchen Churfürſtlichen/ ꝛc.

27 Sine † lege vero ſiue conſtitutione aliqua per priuilegium quamplurimi regalia habent, idque experientia teſtatur, & nonnulli ex Dd. ita loquuntur, vt eius ſolius meminerint, nec inueſti-
28 turæ vel etiam in genere conceſſionis mentionem faciant, & † Conſtitutiones etiam Imperij ita nonnunquam de regalibus loquuntur, vt tantum priuilegij in ijs fiat mentio, quemadmodum, verbi gratia, de iure monetæ cudendæ videre eſt in Edict. monetali *de anno* 1559. & in Conſtitutione Imperij *de anno* 1566.

& de

& de anno 1570. quibus locis nulla omnino fit mentio Inueſtituræ, ſed tantum priuilegij ſiue Freyheit. Certum † tamen eſt, per 29 inueſtiturã etiam regalia acquiri & in feudũ concedi Schneidw. *de feud. part. 2. num. 94.* Schrader. *de feud. part. 2. cap. 1. num. 9.* Zaſ. *in epit. feudal. part. 5. num. 12.* Vult. *de feud. cap. 5. num. 6.* Gœden. *conſ. 2. num. 4.* Weſenbec. *conſ. 45. num. 35.* Eoque ſpectat Inueſtitura Iacobin. de S. Georgio, qua varia regalia continentur, atque hoc ipſum vſus etiam comprobat, apparetque ex his, quemadmodum bona regalem dignitatem annexam habentia per inueſtituram & conceſſionem in feudum haberi poſſunt, ſic & regalia feudali titulo recte acquiri.

Non † raro vero ea regalia, quæ antea per priuilegium ob- 30 tenta fuerunt, inueſtituræ etiam inſeruntur, & ſic in feudum recognoſcuntur, cui rei multa extant exempla, & vidi ipſe talia priuilegia & inueſtituras. Fit † autem de regalibus ita inueſtitu- 31 ra, vt, quantum ad ſolennitatem attinet, inter hanc & illam, quæ de feudis dignitatem regalem annexam habentibus fit, diſcrimen ſit, cum in regalibus non ſit opus vt inueſtitura per vexillum fiat, quæ ſolennitas tamen in feudis regalibus requiritur, ideoque eiuſmodi feuda vocantur feuda vexilli ſiue Fahnlehen / vt ſupra *cap. 3. num. 7.* oſtenſum eſt. Quod † vero vexillum eſt in in- 32 ueſtitura ſecularium perſonarum, hoc in Eccleſiaſticarum inueſtitura eſt ſceptrum, vt per quod hæ loco vexilli inueſtiuntur. Schneidw. *in epitom. feudal. part. 1. nu. 30.* Hotoman. *de feud. cap. 10. & 23. & in Commentario de verbis feudalib. in verb. Regalia pro iure.* Cuiac. *lib. 3. de feud. tit. 11.* Vult. *de feud. cap. 7. nu. 29. verſ. Haſta Obertus.* eoque pertinet etiam text. *in ſpeculo Sax. lib. 3. artic. 60. & gloſſ. in Lehenrecht cap. 20. in fin.* Idque confirmatur eo quod inueſtitura per ſceptrum facta *ſuperiori capite. num. 123.* dictum eſt. In forma etiam iuramenti fidelitatis quod ab inueſtiendo præſtandum eſt inter ſeculares differentia eſt, Nam ſeculares tactis Euangelijs, & manu ijs impoſita iurant. Eccleſiaſtici manum dextram pectori imponunt, idq; comprobatur per auream Bullam Carol. IV. *c. 2.* vbi ſtatuitur, quod Electores Seculares tactis Euangelijs, Eccleſiaſtici dextram pectori imponẽtes iurare debeant. Atq; hoc

 quidem

quidem in Secularibus de tactis Euangelijs cum veterum Impe-ratorum Conſtitutionibus congruit, vt apparet ex *l. de creationibus. C. de epiſcop. aud. l. rem non nouam. 14. §. patroni. C. de iudic. Nouell. 8.* iuſiurandum quod præſtatur ab his. In Eccleſiaſticis vero in ijs Conſtitutionibus non requiritur tactus Euangeliorum, vt appa-ret ex *d. l. de creationibus. 17. Nouell. 123. c. 1.* Eoque minus mirum eſt, quod in d. aurea Bulla de ijs ſtatuatur, quod non tactis Euangelijs, ſed dextra pectori impoſita iurare debeant, & ſic, vt alia exempla omittantur de Archiepiſcopo Colonienſi in publice editis ſcriptis relatum eſt, id ab eo obſeruatum eſſe, cum anno 1594. ab Imperatore inueſtiretur & iuramentum fidelitatis præ-ſtarer.

33 Etſi † vero per inueſtituram, ſi non vera, ſiue propria, ſed abuſiua ſit, regulariter dominium & poſſeſſio in inueſtitum non transferatur, tamen hoc fallit in regalibus, & alijs incorporalibus iuribus, cum in ijs eiuſmodi inueſtitura ſit loco traditionis, ideoque per eam dominium & ipſa poſſeſſio transferatur, vt ſupra *cap. 3. nu. 23. & 24.* de hac limitatione & dicta regula oſtenſum

34 eſt. Sunt † quidem, qui eandem limitationem de dominij trans-latione etiam in inueſtitura per Principem de re corporali abuſiue facta locum habere exiſtimant, Zaſ. *d. part. 5. nu. 16.* Hieron. Marilian. *in repetit. l. quoties. num. 110. & ſeqq. C. de rei vendic.* Curt. ſen. *conſ. 48.* incip. *Memoria recolenda. num. 36.* & plures alij allega-

35 ti ab Hartman. Piſtor. *quæſt. 29. num. 20. lib. 2.* verum † contraria ſententia verior eſt, cum feudum ex receptiſſima Dd. ſententia contractus ſit, & Princeps contrahendo cenſeatur potius iuris communis regulas ſequi, quam ab ijs recedere velle. *l. ex facto. ff. de vulgar. & pupill. ſubſtit.* Atque hanc ſententiam, quod contractu interueniente Princeps ſine traditione non cenſeatur transtuliſſe dominium, ideoque etiam ille, qui cum Principe contraxit, non ſit præferendus ei, qui poſtea poſſeſſionem nactus eſt, amplectuntur Iaſ. *in d. l. quoties. num. 10.* Alciat. *in l. traditionibus. num. 19. & ibid.* Dec. *num 3. verſ. Octauo etiam procedit. & ſeqq. C. de pact.* Andr. de Iſern. *in c. 1. nu. 3. verſ. Hoc non videtur poſſe ſtare. Quid ſit inueſtit.* Iaco. de S. Georg. *de feud. in verb. Princeps Pedemontium.*

§. *ſed an*

§. ſed an Princeps. num. 17. verſ. tandem pro veritate. Didacus Couarr. *Variar. reſolut. lib. 2 cap. 19. num. 3.* Andreas Gail. *obſeru. 55. numer. 6. verſ. Limita hanc obſeruationem. lib. 2.* & tam multi alij, vt Alciatus dicto loco teſtetur id plurimorum authoritate comprobari, & hanc ſententiam magis communem eſſe dicat Hartmannus Piſtor. *d. quæſt. 19. num. 21. in fin.* addens; non eſſe difficile oſtendere, eam firmioribus etiam rationibus eſſe ſubnixam. Et in ſpecie per abuſiuam inueſtituram à Principe etiam factam non transferri dominium vel etiam poſſeſſionem, & ſecundum vere inueſtitum, & ſic per eam inueſtituram poſſeſſionem nactum, præferri primo abuſiue inueſtito, communem concluſionem eſſe teſtatur Matthæus de Afflict. *in c. 1. num. 7. verſ. & licet ſit. qui ſucceſſor. teneant.* facitq; pro ea textus *in c. 1. Quid ſit inueſtit.* quem pro eius confirmatione inducit Iacobinus de S. Georg. *in d. verb. Princeps Pedemontium. §. Sed quæro nunquid. n. 1 in fin.*

Atque hæc cum ita ſe habeant, verum manet, ſingulare eſſe in regalibus & alijs iuribus incorporalibus, quod in iis etiam per abuſiuam inueſtituram dominium & poſſeſſio tranſferatur, ſimulq; † inde conſequitur, etiamſi alius poſtea per veram inue- 36
ſtituram regalia tanquam feudum à Principe nactus fuerit, tamen huic eum, qui antea de illis abuſiue inueſtitus fuit, præfe-
rendum eſſe, idque † in eo, qui prius priuilegium de vno 37
vel pluribus regalibus conſecutus eſt, tanto magis locum habet, quod etiamſi res corporalis à Principe gratioſe donata, & poſtea ſimilis donatio alij facta, traditioque in eo ſecuta ſit, tamen huic poſteriori prior præferatur. Ia on. Iacobin. de S. Georg. Didac. Couarruu. Gail. & Hartm. Piſtor. *ſupra citatis locis.* Dec. *in l. certi condictio. §. depoſui. num. 7. ff. ſi cert. petat. & conſ. 689. incip. viſo puncto num. 20. & 23.* Bald. *in c. 1. §. inueſtitura num. 2. de nou. form. fidel. & conſ.* 345. incip. *ad euidentiam nu. 4. & ſeqq. vol. 1.* Iaſ. *in præelud. feudor. num. 73.* Alexand. *conſ. 3.* incip. *ex his numer. 8. verſ. & dicit Baldus lib. 5.* Pariſ. *conſ. 11.* incip. *Caſtrum iſtud num. 58. & 59. lib. 1.* Siue quis priuatus & Regalium incapax ex inueſtitura ſiue ex priuilegio conceſſionis Regalium titulum alleget & in eo ſe fundet

ſundet ad editionem tituli Fiſco petenti tenetur Matth. de Afflict. *c. 1. n. 35. v. quinto fallit tit. de contr. inueſt.* Roland. *conſ.* 88. *nu* 24. *lib.* 2. Anton. Peregrin. *conſ. 2. n. 15. lib. 1.* Qui pro hac ſententia allegat etiam textum *in c. 1. de offic. ord. in 6.*

38 Sciendum † etiam eſt, ſiue per inueſtituram veram vel abuſiuam, ſiue per priuilegium regalia concedantur requiri vt iuſta aliqua vrgens cauſa interueniat. Roland. à Vall. *conſ.* 18. *numer.* 77. *volum.* 2. vbi allegat etiam Afflict. *in rubr. Quæ ſint regal num.* 72. Idem tradit Rothomagenſis Parlamenti Præſes Ioannes Igneus *in l. neceſſarios. §. non alias nu. 34 ff. ad Syllan.* per textum *in l. 1. Cod. noua vegal. inſtit. non poſſ. & in l. 1. C. de excuſat. muner.* Claudius de Seyſſel *tit qui feud. dar. poſſ. verſ. Hinc referunt Dd.* Et nonnunquam etiam requiritur conſenſus Electorum in conceſſione regalium, idq; de vectigalibus nouis inſtituendis ſancitum eſt in conſtitutione Imperij *de anno* 1576. §. Dardurch dann ꝛc. ac continetur etiam capitulatione inter Carolum Quintum & Electores multo ante facta.

39 Præterea † vt ſubſiſtat conceſſio regalium per priuilegium vel inueſtituram facta neceſſe eſt, vt clauſula *Ex certa ſcientia,* vel clauſula, *proprio motu* adiiciatur Iacobin. de S. Georg. *de feud. in verb. in feudum numer.* 3. Ial. *in prælud. feudor. numer.* 80. Mozz. *titul. Qui feud. dar. poſſ. numer.* 13. *& tit. de natural. feudor. numer.* 25. Lancellot. *in templo iudic. lib. 1. cap.* 1. §. 4. *verb. Dignitatum iura non alienat. numer.* 14. Intrigliol. *de feud quæſtion.* 32. *numer.* 4. Roland. à Vall *d. conſ.* 18. *num.* 78. & inter Germaniæ Iuriſconſultos Henning. Gœden *conſ. 2. num* 5 *&* 6. Roſenthal. *de feud. cap. 5. concluſ. 10. numer. 6.* Zaſ. *in epitom. feudal. part. 5. numer.* 11. Schneidvvin. *de feud. part. 2. numer.* 97. Borch. *in cap. vnic. numer.* 13. *Quæ ſint regal.* Schrader. *de feud. part. 4. cap. 1. num. 27.* vbi addit eiuſmodi clauſulis non eſſe opus ſi regalia annexa ſint alij rei feudali de qua quis inueſtitus eſt. Atque eſt ea ſententia, qua illarum clauſularum adiectionem in regalium conceſſione requiri dictum eſt, frequentioribus Dd. calculis approbata, adeo qui-

40 dem, vt pauciſſimi reperiantur, qui aliud ſentiant. Atque † hic atten-

attendendum eſt, quod licet non deſint, qui ita loquantur, quaſi illæ clauſulæ ſimul & coniunctim requirantur, tamen plerosque alios de iis diſiunctiua particula vti, & per eam ita loqui, vt alterutram ſufficere velint, quemadmodum ex ſupra allegatis Dd. & pluribus aliis apparet. Reperiuntur etiam qui ita coniunctim clauſulas illas vno loco requirunt, vt tamen alio loco huius rei immemores vel ſeipſos corrigere volentes inde recedant & per particulam diſiunctiuam vnam ab altera ſeparent. Sigiſmundus Imperator loco Clauſulæ ſiue verborum, *ex certa ſcientia*, his verbis: *non improuide, nec per errorem, ſed animo deliberato*, vſus eſt, in ſua aurea Bulla de Iure & ſucceſſione Electorum Palatinorum anno 1434. promulgata §. *vnde ſane.* Quæ † clau- 41
ſula tantæ eſt efficaciæ, vt erroris & ignorantiæ memoriam ad inferos amandet, quemadmodum loquitur Pruckman. *conſ. 49. numer. 64. volum. 1.* allegans pro hac ſententia Bertazzol. & Pariſium. Atque ideo non immerito ob huiuſmodi clauſulam dici poteſt exceptioni ſub- & obreptionis non eſſe locum, quemadmodum & ſupra vtraque clauſula ex ſcientia & proprio motu eam vim habet, vt tollat ſub- & obreptionem idque tradunt de clauſula *ex certa ſcientia* gloſſa *in cap. de fil. presbyter.* Gabrielius *commun. concluſ. libr. 6. titul. de clauſul. concluſ. 1. numer. 25.* plures alios allegans Guid. Pap. *conſ.* 83. *numer. 10. in fin. & conſ. 205. numer. 21.* Borcholt. *in cap. vnic num.* 14. *quæ ſint regal.* de clauſula proprio motu Abbas *in cap. ad aures. numer. 5. de reſcript.* Lancellottus *d.* §. 4. *verb. ius poſitiuum tollit numer. 37.* Guido. Papæ *conſ.* 178. *numer.* 6. Crotus *conſ.* 143. *numer.* 27. *& conſ.* 220. *numer.* 27. Corneus *conſ.* 313 *num. 10. vol.* 4. Borcholt. *d. loco.* Gabrielius *d. tit de clauſul. concluſ. 2. num. 1.* multos alios pro hac ſententia adducens, confirmaturque ea textu *in cap. Si motu proprio. de præbend. in 6. & clement. ſi Romanus Pontifex. eod. titul.* Iuſta † cauſa etiam 42
præſumitur in concedente non ſolum ob clauſulam *Ex certa ſcientia* Abb. *in cap. Cum olim numer. 17. de re iudic.* Gabriel. *d. concluſ. 1. nu. 15.* ſed † etiam ob clauſulam: *motu proprio* Roman. 43
conſ.

conſ.436 num.19. Marſil.*ſing. 6.num.1. in fin.* Dec. *in d.l.3.nu.5. verſ. Similiter clauſula ff. Quod quiſque iur.* Iaſ. *in l. ſi teſtamentum num.5. v. vltimo lim. C.de teſt.* Intrigliol. *d.qu. 32.n. 26.* Menoch. *de præſumpt.*
44 *li.2.præſum.13. num.* 13. ſimiliter quemadmodum † ob clauſulam *Ex certa ſcientia* Princeps præſumitur concedendo vſus eſſe plenitudine poteſtatis Abb. & Felin. *in c. Cum inter. de except.* Dec. *in l. in teſtamento. num.13. C. de teſtament. milit.* idem *in c. adhæc num.14. de reſcript. & conſ.590. num* 14. Crot. *d. conſ.220. num.41. & conſ.275. num.40.* Gail. *obſeru.56. num.14. lib.2.* Euerhard. à Middelb. *in loco legal. A plenitud. poteſt. num.13.* Ioann. de Anan. *conſ.81. nu.4.* Corn. *conſ.1. num.10. vol.3.* Crauett. *conſ.182. num.18.* Lancellot. *in d. verb. ius poſitiuum tollit num.32.* Tapia *in rubr. de conſtit. Princ. c.2. num. 11.*
45 Sic † idem dicendum eſt de clauſula *Motu proprio* Intrigliol. *d. q. 32. num.22.* Dec. *in d.l.3. num.5. ff. quod quiſque inr.* Anton. de Butr. *in c. conſtitutus verſ. non obſtat. quod not. de reſcr.* Borcholt. *d. loco.* Gabriel *d. concluſ.2. num.83.* Et † eam vim, vt non requiratur clauſu-
46 la derogatoria non ſolum habet clauſula *ex certa ſcientia*, Bald. *l. fin. poſt princ. poſt verb. verſ. vltimo dic quod tria ſunt C. ſentent. reſcind. non poſſunt & in c.1. §. Mater ſi de feud. defuncti content.* Angel. *in l. ſi conſtat ff. de Appel.* Felin. *in c. Nonnulli in princ. numer.1. verſ. limita ſecundo de Reſcript.* Schrader. *conſ.12. num. 86. verſ. tum quia* verum etiam clauſula *proprio motu* Bald. *in l. omnes verſ. ſaluo iure Imp. C. de quadrienn. præſcript.* Ioann. Andr. *c. vnico de exceſſ. prælat. in 6.* & poſt eos à ſe allegatos Schrad. *d. conſ. num. 78.* Alios vero plures effectus videre licet apud Petr. Rebuff. *in comment. ad concordat. Reg. Galliar in forma mandati Apoſt.* Gabrielium *d. concl.1. & 2.* & Ioann. Staphilæum *in tract. de literis gratiæ & iuſt. part.1. tit. de vi & effect. clauſular.* Non operatur autem clauſula *ex certa ſcientia* in iis quæ Princeps præſumitur ignorare, cuiuſmodi ſunt ſtatuta, pacta, conſuetudines, diuturni vſus & alia facta peculiaria, *c.1. de conſt. in 6.* & poſt Bald. à ſe allegat. Mynſinger. *reſp.19. num. 5.* Et † ſane
47 quemadmodum non præſumitur Principem vti voluiſſe clauſula plenitudinis poteſtatis Bald. *in l. bene à Zenone, C. de quadrien. præſcr.* Pariſ. *conſ.51. n.15.* Schrader. *conſ.19. n. 46. vol.1.* ſic etiam
non

non præſumitur in conceſſione certa ſcientia ſed probari debet. Innoc. Ioan. Andr. Ant. de Butr. Abb. & alij Dd. *in c. porrecta. de confirmat. vtil. vel inutil.* Gabriel. *d. concluſ. 1. num. 63.* niſi † con- 48
ceſſionem geminatam eſſe conſtet Felin. *in cap. nonnulli in princ. num. 14. de reſcript.* Iaſ. *in l. nec damnoſa num. 6. Cod. de precib. Imperator. offerend.* Roman. *in l. ſi vero §. de viro num. 56. ff. ſolut. matrimon.* Tapia *d. cap. 2 num. 14.* Schrader. *de feud. part. 10 ſect. 20. numer. 132.*
Non † præſumitur etiam motu proprio, ſed potius ad partis po- 49
ſtulationem facta conceſſio Bart. *in d. l. 3. in princ. ff. quod quiſque* & ibid. Iaſ. *num. 2.* & Dec. *num. 4. verſ. & in dubio.* Menoch *d. præſumpt. 13. num. 1.* idque votando in quadam cauſa comprobatum fuit in Camera Imperiali, vt eſt videre apud Gilman. *Rer. iudicatar. lib. 2. deciſ. 5. num.* 43. vbi additur omnes Dd. ita tenere. At-
que † hæc ſententia adeo vera eſt, vt etiam eo caſu, quo clauſula 50
motu proprio adiecta eſt, locum habeat, ſi conceſſionem ad petitionem impetratam eſſe conſtet, vt poſt Pariſium, Marianum Socinum & Gabrielium addit Menochius *d. præſ. 13. nu.* 2. Schrader. *conſ.* 14. *num. 11. lib.* 1. Cæterum quemadmodum ſcientiam in
geminata conceſſione præſumi ſupradictum eſt, ſic † & proprio 51
motu conceſſionem geminatam factam eſſe præſumendum eſt Bald. Fulgos. Iaſ. & alij Dd. communiter *in d. l. nec damnoſa.* Iaſ. *in d. l. 3. in princ. numer. 6. & ibid.* Dec. *numer. 5.* Alexand. *num. 3.* Felin. *in cap. ſi quando num. 14. de diuort.* Pariſ. *conſ. 9. numer. 21. volum. 3.* Schrader. *d. ſect. 20. numer. 135.* Peregrin. *d. titul. vlt. nu 39.* Idem
† præſumitur, ſi ob benemerita præcedentia conceſſionem fa- 52
ctam eſſe conſtiterit Iaſ. *in l. ex hoc iure. verſ. quartus notabilis effectus ff. de iuſtit. & iur.* Felin. *in cap. cauſam quæ column. 4. verſ. vndecimo nota de teſtib.* Menoch. *d. præſumpt. 13. num. 4.* vbi plures alios allegat Gabriel. *d. conſ. 1. numer. 113.* Coniungi vero cum clauſula *ex certa ſcientia & motu proprio* poteſt clauſula *de plenitudine poteſtatis*, quæ vt illæ ſimiliter omnem ſub & obreptionem to lit Schrader. *conſ. 9. numer. 71. lib. 1.* Pariſ. *conſ. 5. numer. 120. lib. 4.* Nicol. de Agaciis inter conſilia feudalia Brun. *conſ. 5. numer. 6. lib. 1.* allegans ſimul gloſſ. *in cap. 2. de filiis Presbyt.* & Dominos de Rota

concluſ. 326. habetque vim clauſulæ derogatoriæ Pariſ. *d. conſ.* 5. *numer.* 93. Schrader. *d conſ.* 19. *num.* 71. Idque adeo verum eſt vt clauſula *de plenitudine poteſtatis* non ſolum ea ſed plures alias clauſulas ſuperare dicatur Fe in. *in cap. nonnulli. numer.* 51. *de Reſcript.* Dec. *conſ.* 373. *numero.* 8. Pariſ. *conſ.* 1. *numero.* 68. *lib.* 2. Tib. Decian. *conſ.* 41. *numer.* 21. *volum.* 2. Pruckman. *conſ.* 49. *numer.* 72. *libr.* 1. Schrader. *conſ.* 9. *numer.* 71. *volum.* 1. qui generaliter affirmat, eam omnes alias clauſulas ſuperare. Intelligendam autē eſſe *plenitudinem poteſtatis* ſi princeps ea vtatur de commendabili & Regia non autem tyrannica illaudataque poteſtate ait Bald. *conſ.* 345. *col.* 2. Nec debet ſupremus Princeps ea vti ſine magna cauſa Frider. Scotus *conſ.* 1. *numer.* 194. *tom.* 1. *libr.* 1. Alexand. *conſ.* 2. *numer.* 6. *lib.* 1. Neuizan *ſylu. nupt. libr.* 6. *num.* 57. Iaſ. inter dicta conſilia Brun. *conſ.* 8. *numer.* 50. vbi addit hoc eſſe ſingulare dictum Innocent. & pro valde ſingulari notare Abbat. *in capit. innotuit. de Elect.* & Bald. *in l. bene à Zenone Cod. de quadrienn. præſcr.* Proinde quemadmodum de Pontifice dicitur, quod diſpenſatio ſine iuſta cauſa facta ſit diſſipatio. Ioann. Iac. de Leonard. inter dicta conſilia Bruni *conſ.* 117. *numer.* 312. Iaſ. *conſ.* 8. *numer.* 51. Neuizan. *d. lib.* 6. *numer.* 57. Roſenthal. *de feud. cap.* 7. *concluſ.* 19. *gloſſ. ff.* Et quando clauſula *de plenitudine poteſtatis* ſine iuſta cauſa vtitur, plenitudine tempeſtatis vti cenſeatur Ioan. Iac. de Leonard. *d. conſ.* 117. *numer* 313. Sic & quamplurimi Dd. ſunt, qui de Principibus ſecularibus etiam ſuperiorem non recognoſcentibus aſſerunt, ſi clauſula *de plenitudine poteſtatis* vtantur ſine cauſa, eam eſſe plenitudinem tempeſtatis. Ex his Dd. ſunt præter alios Luc. de penn. *in l. Iubemus. col.* 2. *circ. med. C. de prox ſacr. ſcrin. lib.* 12. Crauett. *de antiqu temp par.* 1. §. *non omittō, numer.* 4. Idem *conſ.* 241. *verſ. non obſtat. conſ.* 669. *numer.* 6. *verſ. & quotiens p.* 4. Feder. Scot. *conſ.* 1. *numer.* 194. *Tom.* 1. *libr.* 1. Neuizan. *d. lib.* 6. *numer.* 57. Tib. Decian. *conſ.* 25. *numer.* 29. *volum.* 1. Pinell, *in l.* 2 *p.* 1. *numer.* 25. *Cod. de reſcind. vend.* Vaſq.

illuſtr.

Digitized by Google

illuſtr. controu. capit. 1. *numer.* 20. Pruckman. *in* §. *ſoluta poteſtas, cap.* 3. *numer.* 3. vbi plures allegat & *numer.* 4. addit Zaſ. *in l.* 2. *in princ. numer.* 09. *ff. de orig. iur.* præclariſſime diſerere, quod Principis potentia quanto eſt immenſior, tanto magis æquitatem exigere, & Iuſtitiam cumprimis colere, & colendam præſcribere debeat.

Siue † autem proprio motu, ſiue ex certa ſcientia conceſſio fiat, obſeruandum eſt, regulariter non priuatiue, ſed cumulatiue regalia cenſeri conceſſa, & concedentem non minus quam eum cui conceſſio facta eſt, ea exercere poſſe Signorol. de Homod. *conſ.* 108. *In quæſtione ſeu quæſtionibus nu.* 13. *verſ item ratione ſecundi.* Pruckman *ad rubr. quæ ſint regal. c.* 5. *num.* 94. Alciat. *conſ.* 103. *nunquid homines. nu.* 6. 9. *&* 10. *vol.* 5. Roſenth. plures alios allegans *d c.* 5 *concluſ.* 15 *num.* 1. *in gloſſ.* a. & comprobatur votando in cauſa Teutſchmeiſters contra Ottingen apud Meichſner. *in Cameræ deciſ.* 6. *numer.* 19. *verſ.* Zu deme das :c. *& num.* 20. *tom.* 2. *lib.* 1. facitque pro eo, quod in conceſſione regalium maior ſemper penes Principem maneat in regalibus poteſtas, vt ſupra oſtenſum eſt, & † quod alias etiam ſuperior cum inferiore cenſeatur habere poteſtatem concurrentem *l. ſi in aliam.* §. *final. cum* 2. *ſequentib. ff. de offic. proconſ. l fin. Cod. de iuriſdict. omn. iudic.* Atque † hoc in ſpecie in iuriſdictione etiam ita ſe habere, & eam ſimiliter regulariter cumulatiue, non priuatiue cenſeri à ſuperiore eſſe conceſſam tradunt Abb. Felin. & alij Dd. *in cap. Paſtoralis, de offic. ordinar.* & late idem Abb. *in c. Cum eccleſiarum num.* 11. *eodem titul.* Angel *in l.* 1. §. *ſi quis in appellatione ff. de appellat.* Iaſ. *in l. Rerum.* §. *ſi quis poſt. ff. de leg.* 1. Afflict. *in c.* 1 *num.* 1. *Quis dicat. Dux, Com. March.* Mynſinger. late *obſ.* 99. *per tot. cent.* 6. vbi hoc tanquam regulare ius inculcat & *num.* 1. ait per dominos Camerales pro hac ſententia concluſum eſſe, eamq; communem eſſe teſtantur Ioan. Baptiſta Ferret. *conſ.* 142. *punctum difficultatis num.* 15. & Roland. à Vall. *conſ.* 80. *quod oppidum num.* 6. *lib.* 2. magiſque communem eſſe aſſerit Iaſ. *d. loco* & poſt eum Mandoſius in addit. ad Roman. *conſ.* 393. *præſens conſultatio n.* 1. *lit.* a.

53

54

55

56 Verum quemadmodum † hoc ius regulare in iuriſdictione non habet locum, ſi ea in feudum conceſſa ſit Abb & Felin *in c. cæterum de iud.* Brun *conſ.47.num.7.* Pariſ. *conſ.1.num.18.vol.2* Roſenth. *d.c.5 concl.5.num.2.* Hartm. Piſtor. *quæſt.45 num.15.* vbi hoc
57 communiter receptum eſſe ait: ſic † etiam ſupra de regalibus adductum ius regulare fallit, ſi conceſſio eorum per inueſtiturã facta eſt Roland. à Vall. *conſ.88.nu.26.vol.1.* Iaſ. *conſ.70 num.1. verſ. confirmo etiam vol.3.* Roſenth. *d.cap.5. concluſ.15. num.4.* Schrader. *de feud part.10.ſect.1.n.131.* vbi plures alios allegat, facitq́; pro huius ſententiæ confirmatione, quod vaſallus reſpectu vſus & vtilitatis rei potius ius, quam dominus feudi propter vtile ſuum do-
58 minium habeat & illi præferatur. Deinde † & eo caſu quo per priuilegium ſine inueſtitura conceſſionem factam eſſe conſtat, dicendum eſt, priuatiue eam factam eſſe in iis, quorum vſus per concedentis vſum omnino impediretur, puta ſi aliquo loco cõceſſum eſſet vectigal concedens idem eodem loco colligere nõ
59 poſſet Roſenth. *d.concl.15.n.2* idq; confirmatur eo, quod † omnis conceſſio & diſpoſitio ita accipienda ſit, ne reddatur eluſoria & effectu careat, vt ſupra dictum eſt.

60 Atq; † hæc quidem cumprimis ita ſe habent in priuilegio ſine inueſtitura per modum alterius alicuius contractus conceſſo Schrader. *d.ſect.1.nu.131. & 133.* tradens non ſolum per inueſtituram, ſed & per alium contractum regalia priuatiue in alium
61 transferri. Priuilegium † autem per modum contractus impetratum in contractum tranſit, & in eo idem ſtatui debet, quod de contractu Affl. & *in rubr. quæ ſint regal. numer.73.* Bart. *in l.2. numer. 6. ff. de iur. immunit.* Bald. *in l. qui ſe patris numer.34. Cod. vnde liberi.* Ruin *conſ.196. Primo videndum num.8. volum 1.* Schrader. *d.ſect. 1.num.134. v. ſimiliter quoq;* Carol. Tap *in l fin. part.2. c.9.n.1. & ſeq. ff. de conſt. Princ.*

62 Porro † autem conceduntur regalia ſpecialiter vel generaliter, ſiue per priuilegium, ſiue per inueſtituram conceſſio fiat.
63 Et † quidem ſpecialiter ita concedi ſolent, vt vel vnum vel duo tantum, vel plura nominatim in conceſſione exprimantur.

tur. Siue † autem vnum vel duo, ſiue multo plura in conceſſione 64
enumerentur, hæc ſola cenſentur conceſſa, eaque reſtrictio fieri
debet, vt ab vna ſpecie ad aliã non fiat illatio vel extenſio Afflict.
*ad conſtit. regni Neapolitan. lib. 1. rubric. 77. num. 6. verſ. Et conceſſo vno
de regalibus.* Weſenbec. *d. conſ. 27. num. 24* Roland. à Vall. *conſ. 1.
num. 17. vol. 2.* Zaſ. *conſ. 16. num. 64. lib. 2.* Mynſing. *reſponſ. 1. num. 96.
decad. 11.* Ioan. Koppen. *quæſt. 32. num. 4. & 8.* Schneidw. *d. part. 2.
num. 97.* idque aſſeritur in cauſa Teutſchmeiſters contra Donawerda in voto Camerali, quod extat apud Tileman. contra Benignæ.
Syntagm. 2. decad. 1. vot. 6. num. 42. in fin. & in cauſa Jngelheim contra Pfaltz in voto quod eſt apud Meichſner. *deciſ. 4. nu. 174. tom. 2.
lib. 2.* Ratio † eſt, quod regalia, vt addit Roland. à Vall. *d. conſil. 1.* 65
num. 148. poſt Lucam de Penn. *in l. 2. C. de iur. reipubl. lib. 11.* ſint iura ſpecialia & à iure communi exorbitantia, ideoque reſtringenda, nec in conſequentiam trahenda per *c. ea quæ. de reg. iur. in 6.*
& † in diuerſis ac ſeparatis ſpeciebus ab vna ad aliam non infera- 66
tur *l. fin.* & ibi Dd. *ff. de calum. l. Papinianus exuli. ff. de minorib. l. naturaliter. § nihil commune ff. de acquirend. poſſeſſ. l. permiſceri. in princ.*
& ibi Imol. *ff. eod.* Atque hæc eo magis in conceſſione Regalium attendenda ſunt, quod Conſtitutio *de pace Conſtantiæ* dum de Regalibus agit §. *volumus, &c.* de ijs his vtatur verbis: *ea quæ ſpecialiter ad noſtram excellentiam ſpectant*, cumprimis vero ſupradicta reſtrictio locum habet, quando adiectum eſt verbum taxatiuum reſtrictiuum vel limitatiuum, quia huiuſmodi verba eam in conceſſionibus & diſpoſitionibus vim habent, vt omnes res perſonas & cauſas præter expreſſas excludant *l. contractus. 23. de Regal.
iur. c. sum Eccleſia Sutrina. de cauſ. poſſ. & propr. c. contingit de fid. inſtru.*
Bart. Alexand. & Dd. *in l. 1. in princ.* & ibi Iaſ. *num. 9. & 10. ff. Si quis ius dic. non obtemp.* Pariſ. *conſ. 85. num. 48. lib. 2.* Schrad. *conſ. 1. nu. 299.
lib. 1.* Euerhard. *in locis legalib. loc. à natura diſtinct. taxatiuarum nu. 2.*

Fieri † vero etiam ita ſpecialis conceſſio poteſt, vt vna ſpe- 67
cies diuerſimode acquiratur & vſurpetur, idque cumprimis videre eſt & experientia teſtatur in iure cudendi monetam, venandi & vectigalium. Nam † ſunt qui indiſtincte & in omni mo- 68
netæ genere ius cudendi eam habent, ſunt alij, qui tantum vel

argenteam vel auream monetam cudere poſſunt, ſunt etiam qui, licet ius & argenteam & auream monetam cudendi habeãt, tamen Ducatos cudere in Imperio prohibentur, niſi habeant fodinas precioſioris & præſtantioris auri, quam eſt in aureis
69 Rhenanis, vt ſupra *hoc cap. num. 25.* dictum eſt. Sic † ius venandi alij totum tam in maioribus quam minoribus, alij tantum in maioribus, alij in ſolis minoribus feris habent, vt & alijs tantum in proprio fundo, alijs tam in alieno quam proprio illud ius com-
70 petit. Sic † quantum ad vectigalia attinet, ſunt qui & in terra & in fluminibus vectigal habent, ſunt alij, quibus tantum in terra, vel tantum in fluminibus illud competit, & hi rurſus ob pontem aliquem vel ob portum, vel ſine ijs illud in fluminibus habent. Præterea alij magnum, alij admodum paruum, alij certo tempore, puta in publico mercatu, alij quolibet tempore de mercibus
71 vectigal habent. Atque † hæc eodem modo ita ſe habent, quo & immunitatem ſiue exemptionem à vectigalibus alij minorem, alij maiorem, alij de omnibus mercibus, alijsque mobilibus bonis, exceptis ijs quæ priuilegiata ſunt, alij de certo genere eiusmodi rerum, alij per pauciora, alij per plura loca habent, ex quo poſtremo genere priuilegiatorum ſunt, exempli gratia, Aquisgranenſes, quibus per totum Imperium immunitas ex peculiari priuilegio data eſt, item Goslarienſes, quibus per antiquiſſimum priuilegium Cæſareum conceſſa fuit immunitas per to-
72 tum Imperium, exceptis tribus tantum ciuitatibus. Poteſt † autem & ita conceſſio regalium ſpecialiter per priuilegiũ fieri, vt ſimul etiam generalis ſit, & videlicet in vno eodemque territorio vni ſpecies aliqua, puta ius vectigalis, ius cudendæ monetæ, vel aliud, alteri vero generaliter regalia cõcedantur. Roland. à Vall.
73 *conſ. 1. n. 142. lib. 2.* Signorel. de Homod. *d. conſ. 108. in quæſtione. nu. 13. verſ. item ratione ſecundi.* Pruckm. *d. cap. 5. nu 8.* habetq; † hic locum quod generi per ſpeciem derogetur. *c. generi. de reg. iur. in 6. L. in toto. ff. eod. l. alimenta. §. Baſilica. ff. de aliment. & cibar. legat.*

74 Generali † vero conceſſione regalium, ſi nullum in ſpecie excipiatur, omnia regalia contineri tenent Iſern. *in hoc cap. vnic. num. 3.* Peregrin. *de iur. fiſc. lib. 1. tit. 2. num. 100.* Socin. iun. *conſ. 75. num. 2.*

Digitized by Google

nu.1. & conſ.76. nu.20. vol.4. Schrader. inter conſilia Borcholten *conſ.18 pag.115. verſ. à Dd. quoque.* pluresq; alij allegati à Roſenth. *d.concluſ.14. num.4.* Alij † tamen quamplurimi rectius & cautius 75
de huiuſmodi generali conceſſione loquuntur, dum negant ea ſingulariter Principi in ſignum ſupremæ poteſtatis & præeminentiæ reſeruata contineri. Ex his ſunt Luc. de Penn. *in l.1. C. de priuileg. Scholar. & in l.1. C. de veteran. lib.11.* Boſſ. *tit. de regal. num. 29. & tit. de Princip. & priuileg. eius. num.87.* Camerar. *in c.1. pag.* (mihi) *641. verſ. Septima concluſio. de prohibit feud. alienat. per Frideric.* Molin. *in conſuetud. Pariſ. tit.1. §.1. gloſſ.5. num.56. & ſeq.* Weſenb. *conſ.45. num.40.* Roſenth. *d.nu.4 gloſſ.*c. Cacheran. *deciſ.101 nu.12.* Borch. *in c.vn.nu.9. Quæ ſint regal.* Pariſ. de Put. *in tract. de ſyndicat. in verb. de exceſſibus Baron. erga ſubditos, nu.12. & 13.* eaque ſententia crebrioribus Dd. ſuffragijs comprobata eſt, & Pariſ. de Put. *iam citato loco* addit contrariam ſententiam in regno Neapolitano de conſuetudine non ſeruari.

Quando † vero ſine vlla generali ipſorum regalium mentione alio modo generalis facta eſt conceſſio, puta, ſi generaliter 76
caſtrum cum territorio conceſſum eſt, tali conceſſione Regalia non comprehenduntur. *c.per translationem de offic. delegat.* Bellug. *in Spec. Princip. rubr.14. verſ. Nunc videamus.* Sichard. *in l. quoties. nu. 9. C. famil. hercisc.* Gœden *conſ.23. num.8.* Mynſing. *conſ.39 nu.6. & 7.* Weſenb. *conſ.32. nu.11 & ſeqq conſ.45. nu.37. & ſeqq. conſ.92. nu.13.* Atque eſt hæc ſententia receptiſſima, eamq; ab omnibus teneri aſſerit Molin. *in conſuetud. Pariſ. tit.1. gloſſ.5. nu.55.* teſtatur Afflict. *deciſ.122. num.3.* deciſione Senatus Neapolitani comprobatam eſſe, fundaturque hac ratione, quod † in generalem conceſſio- 77
nem ea, quæ ſpecialiter & nominatim concedi debent, non veniant. *l. obligationi generali. ff. de pignorib. l. filiusfamilias. ff. de donat. c. cum in generali. de offic. vic. in 6. c. in generali. de reg. iur. in 6.*

Qualia † ſunt ea in quibus concedendis Princeps ſe ſolet 78
difficilem reddere Syluan *conſil.56. num.24.* Crauett. *conſil.172. nu.4.* Schrader. *d. conſil.1. nu.319.* Et quæ cum graui præiudicio coniuncta ſunt, Alexand. & Iaſon. *numer.15. & 16. in l. Titius. Digeſt. de lib. & poſthum.* Tiraquell. *in tractat. de legib. connubial. gloſſ.1.*

gloſſ.1.num.111. Schrader.*d.conſ.1.nu.320.* item ea quæ magni momenti eſſe cenſentur (cuiuſmodi cumprimis Regalia eſſe cõſtat) ideoque ſpeciali nota digna *c.fin. de præbend. c.cum Clerici de verb. ſignif.* Crauett.*conſ.895.num.21.* Pro † omiſſis ac neglectis habentur ea, quæ ſpeciali nota ſunt digna, ſi nominatim & expreſſe
79 eorum non fiat mentio *l.item apud Labeonem.§.ait prætor.de iureiu. l.eos. C. de aquæduct.lib.11.* Menoch.*de adipiſc.poſſeſſ.remed.4.num. 834.* Afflict.*deciſ.111.num.9.* Alex.*conſ.104.in fin.lib.1.* Cephal.*conſ.*
80 *332.num.10.* Crau.*conſ.880.num.19.* ideoque † generaliſſima etiam conceſſione regalia non contineri, aſſerit Roland.à Vall.*conſ.1. num.103.vol.2* Boer.*deciſ.50.num.13.* Pruckman.*ad rubric.Quæ ſint reg.cap.5.num.15.* Claud.Seyſſel.*tit.qui feud.dar.poſſ.part.1. v. Vnde verum eſt*, vbi ait regalia non cenſeri conceſſa per quæcunq; verba generalia, niſi hoc exprimatur per textum *in d.c.per translationem de offic. leg.* & addit, id ibidem tradi per Dd. & maxime per Modern.pluresque alios Dd.ſimul pro hac ſententia allegat.

81 Pertinet † huc etiam quod, etiamſi caſtrum concedatur additis his generaliſſimis ſiue vniuerſalibus verbis: CVM OMNI IVRE QVOD PRINCEPS IBI HABET, tamen ius regale non cenſeatur conceſſum niſi probetur quale ius concedens eo loco habuerit & an Regale ſit, Barr.Alexand.Iaſ.& Dd.*in l.ſi ſic.§.. ff. de legat* 1.Bald.*in l.quod in venditione ff.de hæred.& action.vend.* Natt. *conſ.440.numer.2.* Syluan.*conſ.58.num.1.* Crauett.*conſ.293.num.5.* Tiraquel.*repet.l.ſi vnquam verb.donatione largitus.n.87.de reuocand. donat.* Schrader.*d.conſ.1.num 78.* vbi plures alios pro hac ſententia allegat. Alberic.de Roſat.*in l.1.nu.34 ff. de offic.eius cui mandat. eſt iuriſd. & in l.fin.nu.13.in fin.C.de iuriſd.omn.iud.* Caſpar. Valaſc. *in l.Imperium num.50.ff.eod.* Carol.Tapia *in l.fin.part.*1.*cap.2.nu.33. de conſtit.Princip.* Martin.Laudens.*in tractat.de Princip.quæſt.115.* Cacheran.*conſ.3.num.7.* Surd.*conſil.27.num.9.* Peregrin.*conſil.1. num.10.vol.1.* Natt.*conſ.435.num.26.* Iacobin.de S.Georg.*de feud. in verb.de caſtro rubei montis.n.6.verſ.Ego addo.* Molin.*in conſuetud.* Pariſ.*tit.1.§.1.gloſſ.5.num.53.* Boſſ.*de regalib.nu.25.* Roland.à Vall. *conſ.42.num.8.lib.2.& conſ.4.num.46.lib.3.* Eaque ſententia crebriori Dd.conſenſu comprobata eſt.

Atque

Atque hæc quidem regulariter ita ſe habent, quod ius regulare varias & quamplurimas habet limitationes. Primum † enim fallit, ſi concedens in loco conceſſo nihil habeat, niſi regalia 82
Afflict. *in rubr. quæ ſint regal. nu. 70.* Zaſ. *in Epitom. feudal. part. 5. nu. 11. verſ. Secundo ſi Princeps.* Ioan. Bolognet. *in l. Imperium. num. 42. in fin. ff. de iuriſd. omn. iudic.* Mozz. *tit. de naturalib. feudor. num. 25. verſ. Secundo limitabis.* Roſenth. *de feud. cap. 5. concluſ. 14. num. 5.* Schneidw. *de feud. part. 2. num. 97. verſ. Item ſi Princeps.* Sonsbeck. *de feud. part. 8. nu. 18.* Claud. Seyſſel. *d. part. 1. verſ. Septimam limitationem* per textum *in l. fundus qui legatus. ff. de fund. inſtr. leg.* quem textum Zaſius etiam elegantem ad hoc eſſe ait *dicto loco*, & ſimul addit ex ſermonis neceſſitate regalia eo caſu venire, atque idem dicit Schneidwin. *d. loco*, facitque eo, quod † in omni contractu 83
& diſpoſitione ita in dubio interpretatio fieri debeat, vt aliquid operetur, nec ſuperuacaneus ſit *l. 3. §. 1. ff. de iureiur. l. ſi quando. in princ. ff. de legat. 1. l. ſi ita ſtipulatus fuero per te. ff. de verb. obligat. l. cum alijs. in fin. C. de curator. furios. cum ſimilibus.* Reſtringendam † tamen 84
ita eſſe hanc limitationem, vt habeat locum tantum in minoribus & communibus regalibus, non autem in maioribus, ſubijcit Zaſius *d. part. 5. num. 13.* vbi pro ea reſtrictione adducit etiam Raphaelem Cuman. *conſ. 162.* Andr. Barbat. *in d. c. per translationem. de offic. deleg.* Bald. *in l. 2. C. de ſeruitut. & aq. & in l. à procuratore. C. mandat.* Eandem reſtrictionem ſiue ſublimitationem addunt Schneidw. *d. nu. 97.* Sonsbeck. *d. part. 8. nu. 19.* Mozz. *d. nu. 25. verſ. Quarto limita.* Roſenth. *d. nu. 25. in gloſſ. f.*

Secundo † fallit prædictum regulare ius, ſi regalia ſolita ſint 85
concedi cum caſtro vel territorio, aliave re Afflict. *in conſtitut. regni, ea quæ ad decus, nu. 26.* Ioann. Bolognet. *d. nu. 42. verſ. limitatur primo.* Alciat. *in c. quod ſedem. nu. 41. de offic. ordinar.* Pyrr. Alfan. *in l. 1. nu. 70. ff. de offic. eius cuius mandat. eſt iuriſdict.* Roman. *conſ. 59. num. 3.* Seyſſel. *d. tit. qui feud. dar. poſſ. verſ. Quintam ponit. & verſ. Quædam vero.* Gabriel. *commun. opin. lib. 6. tit. de conſuetud. concluſ. 1. nu. 34.* Roland. à Vall. *conſ. 42. nu. 36. vol. 2.* Card. Tap. *in l. fin. part. 1. cap. 2. nu. 37. ff. de conſtit. Princip.* Roſenth. *d. concluſ. 14. num. 18.* qui duos pro hac ſententia allegat, nimirum Socin. iun. *conſ. 98. n. 18. & ſeq.*

& ſeq. vol. 3. & Peregrin. *de iur fiſc. lib. 1. tit. 2. n. 100 in fin.* Eberhard. *in loc. legal. loc. ab vſitato & ſolitis*, vbi ab vſitato & ſolitis vtiliſſimũ argumẽtum deſumi oſtendit. Et facit huc quod omnes clauſulæ quæ ſolitę ſunt opponi, ſi ſint om ſſæ ſubintelligantur & habeantur pro expreſſis *c. accepimus. de atat. & qualit. c. cauſam quæ.* & ibi Canoniſt. *de reſcr.* Euerhard. *d. loc. ab vſitato & ſolitis. num. 4. verſ. hinc etiam videmus.* Ioan. Nicol. *in repetit. l. generaliter. num 84 C. de ſecund. nupt.* per *l. vlt.* & ibi gloſſ. & Bald. *C. de fideiuſſor.* Bald. & Alexand. *in l. huiuſmodi. ff. de legat. 1. & in l. 1. circa fin. ff. ſolut. matrimon.*

Confirmatur etiam illa ſententia eo, quod etiam res Eccleſiaſticæ, etiamſi alias niſi ſingulari ſolennitate & Capituli conſenſu in feudum dari non poſſint, tamen ſi ſolitæ ſint infeudari, & Eccleſiæ per mortem vaſalli vel alia ratione aperiantur, recte in feudum alij concedantur ſine ſolennitate *c. 1.* & ibi Bald. *nu. 3.* Aluarot. *nu. 16.* Laudens. *nu. 67.* & alij Dd. *Epiſc vel Abb.* Curt. iun. *de feud. 1. part. 2. part principal quæſt. 1. num. 2. & 6.* communem dicens. Clar *in § feudum. quæſt. 13. nu. 6.* ſimiliter poſt alios à ſe adductos communem aſſerens. Abb. *in c. vt ſuper. nu. 11. de reb. eccleſ. non alien.* Gail. *obſeru. 61. num. 1. lib. 2.* & ſine conſenſu etiam Capituli Bald. *in d. c. 1. n. 3. & ib.* Afflict *nu. 18. & 38.* Aluarot. *n. 16.* Laudens. *num. 17.* Præpoſ. *num. 13. & 14.* Alciat. *in c. non licet. nu. 22. verſ. Te tio limitat. de reb. eccleſ. non alien.* Borchol. *de feud. cap 6 nu. 19. verſ. At res ſolita.* communem hanc eſſe Dd. concluſionem, addens. Zaſ. *in epitom. feud. part. 5. nu. 47.* dicens de conſuetudine id etiam ſeruari. Obſeruandum vero eſt, ſolita vel ſolitum dici non ſolum ſi aliquid immemorialis temporis ſed etiam ſi 30. aut 40. annorum ſpatio obſeruandum fuit, Iacob. de S. Georg. *in tract. feud. verb. in feudum. n. 37.* Zaſ. *in epitom. feud. part. 5. nu. 52.* Claud. de Seyſſell. *in ſpec. feud. tit. qui feud. dar. poſſunt. p. 2. regal. 1. declar. 7. verſ. Tertia opinio. & ver. concludendo præſuppono.* Matth. de Afflict. Prępoſ. Laud. Aluarot. Bald. *in c. 1 in prin de his qui feud. dar. poſſ.* Alex. *conſ. 5. n. 11. lib. 5.* Schrader. *conſ. 14. nu. 287. verſ. illud quoque.* vel minus etiam tempus interuenerit, cum præſertim in conſuetudine etiam vt introducatur 10. annorum ſpatium ſufficiat, (vt oſtendetur infra *in ſecun-*

in ſecundo membro huius capitis) & iuris ſit, quod eiuſmodi longum
tempus in obſeruantia non requiratur Tib. Decia. *conſ.31. n.152.*
vol.1. Corn. *conſ 188. num.10. vol.4.* Godd. inter conſil. Marpurg.
conſ.26. nu.28. vol.3. Caſtrenſ. *in l. de quibus. ff. de legib.* qui aſſerit vt
ſolitum & obſeruatum quid dicatur, lapſum temporis non re-
quiri. Idemque poſt eum tradit Schrader. *conſ.14 num. 287. verſ.*
Quin imo ad hoc. Tertio † fallit, ſi generali conceſſioni adiecta eſt 86
ſpecialis reſeruatio aliquorum regalium Felin. *in c. quoniam fre-*
quenter. n.2. verſ. Et dicit, Vt lit. non conteſt. Alciat. *in d. c. quod ſedem.*
nu.46. de offic. deleg. Ripa *in l 1 nu.53 ff. de vulg. & pupill ſubſtit.* Petr.
à petra *de poteſtat. Princip. cap 21. nu.42.* Roman. *conſ.271. nu.3.* Iaſ.
conſ.45. nu.5. verſ. Secundo moueor. lib.1. Marc. Mant. *conſ.5. num 3.*
Menoch *de præſumpt. lib.3. præſumpt.97. nu 37. & 42. conſ.20. nu.24.*
Euerh. *in loc. leg. ab except. ad reg. num.1. in fin.* Pruckm. *ad rubr. quæ*
ſint regal cap.5. nu.66. Weſenbec. *conſ.32. n.34. & 35.* Et † facit huc, 87
quod exceptio firmet regulam in caſibus non exceptis L. *Quæſi-*
tum. §. denique. ff. de fund. inſtruct. leg. l. nam quod liquide, in fin. ff. de
pen. leg. cum ſimilibus. quod in ſpecie de regalibus addunt Roma-
nus & Euerard. *dictis locis.* Pruckman. *d. cap.5. num.68.* & Weſenb.
d. nu.35. vbi ſimul generaliter ait, hoc ita ſe habere, licet exceptio
ſit de ijs, quæ in generalitatem non includuntur, idq; confirma-
tur exemplis ab eo *ibidem nu. 37. 38. & 39.* adductis, & maxime ar-
gumento textus expreſſi *in c. qui ad agendum. de procur. in 6.* vbi ſta-
tuitur, ſi in generali mandato, in quod ſpeciale mandatum re-
quirentia non veniunt, vnus vel plures caſus ſpeciale mandatum
exigentes excipiantur, cenſeri alios etiam ſpeciales caſus man-
dato generali comprehenſos.

Quarto † fallit, ſi nonnullis regalibus in conceſſione enu- 88
meratis ſubijciatur clauſula generalis: DE QVIBVSCVNQVE
VEL OMNIBVS ALIIS IVRIBVS Afflict. *in c.1. in princ. nu.7.*
verſ. Quid autem ſi venditur. de capitan. qui cur. domin. vendid. Alciat.
in d. cap. quod ſedem. num. 45. verſ. Et idem eſſet in conceſſione. Ioan.
Bolognet. *d. n.42. verſ. Limitatur primo.* Caſtrenſ. *conſ.63. n.3. verſ.*
Sextum & vltimũ. lib.1. Claud. Seyſſell. *d. tit. qui feud. dar. poſſ verſ.*
Secundo limitatur, Mozz. *d. tit. de naturalib feud. n.25. verſ. Limitabis*

Digitized by Google

tamen. Zaſ. *d. part. 5. nu.* 11. *verſ. Quam doctrinam*. Caballin. *millelo-quior. iur. part. 1. milleloq. 42. n. 13*. Natt. *d. conſ. 435. n. 9*. Roman. *conſ. 271. n. 2*. & ibi Mandoſ. *in addit*. Crauett. *conſ. 209. n. 7. in fi*. Weſenb. *conſ. 27. n. 22. & conſ. 41. nu. 41*. Pruckm. *d. cap. 5. nu. 38*. Schneidwin. *d. part. 2. nu. 97*. Peregrin. *d. tit. 2. nu. 10. verſ. Item ſi in conceſſione*, idque votando adductum eſt à Correferente in Camera Imperiali *in cauſa* Teutſchmeiſters *contra* Ottingen / vt videre eſt apud Meichſner. *deciſ. Camer. Imperial. tom. 2. lib. 1. deciſ. 6. num. 88. verſ. Quamuis ſi quadam in ſpecie*.

89 Neque † tamen ea clauſula tam efficax eſt, vt propter eam extenſio fieri debeat ad maiora expreſſis, ſed potius reſtringenda eſt ad ſimilia vel minora expreſſis, idque tradunt de ſimilibus Afflictus, Caſtrenſis, Caballinus, Natta, Romanus, Mandoſius, Schneidwin. Peregrinus & Correferens *prædictis locis*. Crauetta *d. conſ. 209. nu. 8*. Weſenb. *d. conſ. 27. nu. 23. & d. conſ. 41. n. 41* Molin. *in conſuet. Pariſ. tit. 1. §. 1. gloſſ. 5. nu. 60*. De minoribus vero Caſtrenſis, Caballinus, Natta, Weſenbec. Molin. & Correferens *dictis locis*, & Weſenbecius *d. num. 32*. pro confirmatione huius reſtrictionis ſiue ſublimitationis ſubijcit, quod † genus enumeratio-
90 nem ſpecierum ſequens reſtringendum ſit ad ſpecies expreſſis pares per textum *in l. vlt. §. Cui dulcia, cum ſeq. ff. de vin. trit. & oleo legat*. & poſt alios Dd. à ſe allegatos, aut certe ad minores poſt Felin. *in d. c. Quæ Eccleſiarum, nu. 33. de conſtit*. Idem quoad ſimilia tradunt Sich. *in l. quoties. num. 8 C. famil. erciſc*. Mantic. *de coniectur. vltimar. voluntat. lib. 3. tit. 14. nu. 7*. Mandell. *conſ. 16. nu. 3*. Schrad. *conſ. 1. nu. 338. lib. 1*. vbi pro ea ſententia allegat etiam Bart. *in l. quaſitum. §. ſi quis feudum col. pen. ff. de fund. inſtruct*. & text. *l. cum de laminis. §. cui fund. ff. de fund. inſtruct. l hæres meus §. 1. ff. de legat. 3. l. 11. § idem ſi duæ ſtatuæ. ff. de aur. & arg. legat*. Proinde nonnulli non recte ſentiunt, qui ita loquuntur, quaſi ſi ſimpliciter & ſine prædicta clauſula enumerentur aliqua regalia, hac enumeratione
91 comprehendantur etiam ſimilia. Nam in † Regalibus ab vna ſpecie ad aliam inferri non poteſt Roland. à Vall. *conſil 1. numer. 17. & 148. vol. 2*. Zaſ. *conſil. 16. num. 64. lib. 2. cum alijs* ſupra de hac re *allegatis*.

Quinto

Quinto † fallere etiam in conceſſione generali cum perti- 92
nentiis facta,& propter has in ea contineri regalia tradunt Me-
noch.*conſ.504.num.49.*Pruckm.*d.c.5.nu.41.&54.* Cui † tamen li- 93
mitationi non puto fidendum eſſe, cum, licet lata ſit pertinen-
tiarum appellatio, *l.verbum illud pertinere ff.de verb ſignif.* tamen
vt aliquid de pertinentiis eſſe dicatur in ſpecie id probari debet.
Pruckm.*conſ.2.n.51.lib.2.*Ægyd.Baſſ *de Regal.n.40.*allegans ſimul
Iacob.de S.Georg. Alexand.de Immol.& tam excellentes & ex-
orbitantes res ſint, vt generaliſſimis etiam & vniuerſalibus ver-
bis non contineantur,ſi non alia concurrant, vt ſupra oſtenſum
eſt. Et † pertinentiarum appellatione ea non comprehendi te- 94
net Afflictus. *in c. vn. verb.Flumina num. 7. quæ ſint regal.*dum dicit
caſtro cum pertinentiis conceſſo non venire flumina Mynſing.
*reſp.39.num.7.*Knich.*de iur.territor.c.1.num.245.*Rebuff. *in d. l ver-
bum illud pertinere verſ. Decimoquarto verba cum pertinentiis in fin.*
Author voti Cameralis,quod eſt apud Gilman. *rer.iudicatar.lib.*1
deciſ.13.num.10.& 11.in verbis: *Sed non ea,quæ ſuperioritatem & rega-
lia reſpiciunt.*Roſenth.*d concluſ.14num.*1.vbi tradit in conceſſione
generali appellatione pertinentiarum non venire regalia, et- 95
iamſi concedens vſus ſit his vniuerſalibus verbis:*Cum omnimoda
iuriſdictione*,vel,*Cum omnibus iuribus & pertinentiis.*

Accedit his,quod tradit Sichardus *in l.quoties num. 9. C.fa-
mil.erciſc.*vbi ait, vendita † alicui villa cum omnibus pertinen- 96
tiis,non cenſeri alicui vendita regalia, additque generalem ra-
tionem, quod ea in generali locutione non contineantur, niſi
ſpecialiter ſint expreſſa, ideoq; ob generalem hanc rationem i-
dem dicendum eſt in conceſſione,quod in venditione,neque a-
liter accipiendum eſt,quod docet Afflict.*in c.1.in princ. num.7. de
capitan. qui cur. domin. vend.* dum de venditione domus cum per-
tinentiis loquitur,idque eo verius eſt, quod idem Afflict. *in d. ca.
vn.in verb.Flumina num.7.* de conceſſione cum pertinentiis facta
ita loquatur,vt neget flumina. quæ de regalibus ſunt, ea conti-
neri,eaque ratione collatione huius loci cum eo, quod de ven-
ditione *d.c.1.in princ. n 7*, facta apparet, cum nullum conſtituere

 diſcri-

diſcrimen ratione pertinentiarum inter venditionem & con-
97 ceſſionem. Addit † etiam Pruckm. *c.5.n.44.* de eo, quod tradidit *d.n.41.* ſe fateri, quod hoc ad maiora regalia extendi non poſſit, idq; etiamſi de hac quinta limitatione dubitari non poſſet, tamen veriſſimum eſſe exiſtimo.

98 Sexto † fallit, ſi conceſſione generali contineretur ſiue imponeretur tale onus, quod non poſſet expediri, niſi is, cui conceſſio facta eſt, haberet Regalia. Raphaël. Cum. *conſ.162 numer.3* eamq; ſententiam amplexi ſunt etiam Zaſ. *part.5 n.11 verſ. Tertio ſi propter onus.* & poſt eum Schneid. *d part.2.n.97* Pruckman. *d.c.5 nu.69.* Roſenthal. *d concluſion. 14.num. 6.* Mozz. *d.tit. de naturalibus feudor.num.25. verſ. Tertio ſi propter onus.* Claud. Seyſſel. *d titul qui feud. dar. poſſ. §. octauam ponit.* qui plures alios pro hac ſententia adducit, & addit iura à Cumano allegata parum pro ea facere, ſed melius facere textum *in l. Proculus. ff. de vſufruct.* & facere etiam *l. ſed ſi ſic §.1* & quod ibi notatur. *ff. de leg.3. & l. lex denique §. Interdum. ff. de pecul. legat.*

99 Confirmatur † vero eadem ſententia & ex eo, quod conceſſo vno, ea etiam conceſſa cenſeantur, ſine quibus illud expediri & effectum ſortiri non poteſt per text. *in l.3. §. fin. de pecul. legat. l. veteres. de itin. actuq. priu. cap. præterea. & cap. Suſpicionis. de offic. deleg.* & maxime in *l.2. de iuriſdict. omn. iudic.* quam ad hoc tota die allegari aſſerit *ibid.* Iaſ. *num. 2.* atque eſt illud adeo verum, vt non ſolum in iis, quæ principaliter concedunt, ſed & in acceſſoriis locum habeat, & ea etiam cenſeantur conceſſa, ſine quibus acceſſoria expediri nequeunt Abb. *in cap. prudentiam. §. ſi vero. nu.*
100 *2. de offic. deleg. & poſt eum* Iaſ. *in d. l.2. num. 11.* Ea † tamen, de qua nunc agimus, limitatio à Zaſio *d. part.5. nu.13.* Schneid. Mozz. & Roſent. *dictis locis* ita reſtringitur, vt in minoribus & communibus, non autem maioribus regalibus locum habeat.

101 Septimo † fallere, ſi iuramentum generali conceſſioni accedat, tradit Pruckman. *d. cap.5. num.89.* Verum hic expendendum eſt, iuramenti ad actum aliquem accedentis eam eſſe naturam, & regalia eſſe res tanti momenti & tam excellentes, adeoq; difficul-

ſiculter ad ea conceſſionis fieri extenſionem, vt nemo ſit, quem quidem ego inuenire potuerim, qui eam opinionem teneat, & in regalibus iuramentum vim ſpecialis expreſſionis habere dicat, quemadmodum nec Pruckman *d. loco* vllum ex Dd. pro ea ſententia allegat. Neque obſtat, quod ea interpretatio in dubio fieri debeat, vt effectus aliquis ſequatur, *vt in prima limitatione* dictum eſt, Innocent. Anton. de Butr. & Dd. *in cap. veniens. de iureiur.* Iaſ. *in l. ſi pecuniam. num. 23. ff. de condict. ob cauſ.* Roland. à Vall. *conſ. 6. num. 32. lib. 1.* quia † iuramentum generali conceſ- 102
ſioni adiectum non eſt otioſum, ſed id operatur, vt ea tanto ſit firmior, & concedens arctius obligetur, minusque inde reſilire poſſit. *c. Cum contingat. verb. firmando. de iureiur. c. quamuis. verb. firmatum. de pact. in 6.* Socin. *in l. ſi mihi § in legatis n. 12. de leg. 1.* Ruin. *in l. 1. §. ſi quis ita n. 15. de verb. obl.*

Octauo † fallere ſi in generali conceſſione, nulla alia rega- 103
lium mentione facta, plenitudo poteſtatis conceſſa ſit, docet Claud. Seyſſel. *d. tit. qui feud. dar. poſſ. verſ. quartam ponit.* vbi aſſerit verba hac in parte eſſe clara, & Cumanum *d. conſil. 162. colum. 2.* aliosque pro confirmatione huius ſententiæ allegat, & cumprimis id etiam tradit Felin. *in cap. quæ in Eccleſiarum. num. 33. de conſtitut.* acceditque huic ſententiæ Pruckman. *d. cap. 5. numer. 71.* & pro ea adducitur à Felino *dicto loco* exemplum in Ducis Mediolanenſis inueſtitura, qua ei dicit conceſſa ea, quæ Romani Reges & Imperatores gerere poſſunt de plenitudine poteſtatis. De qua re aliud exemplum in Marchione refert Crauetta *conſ. 135. numer.* 4. De Duce vero Subaudiæ ſcribit Iacobin. de S. Georg. *in tractat. de feud. in verb. Carolus Dux Subaudiæ. verſ. Dubitatur etiam.* quod in eius reſcripto habeantur hæc verba: *Ita quod præfatus Dux in ſuo dominio poſſit ea, quæ poſſunt Reges Romanorum & Imperatores.* In quibus verbis non fit mentio plenitudinis poteſtatis.

Etſi vero conceſſio plenitudinis poteſtatis, de qua in hac limitatione agimus, fieri nequeat, quod in Principes inferiores plenitudo poteſtatis non cadat, nec eam Princeps ſupremus ſaluo Maie-

Maieſtatis ſuæ iure in alios transferre poſſit, Peregr. *de iur. fiſc. lib.* 1 *tit.* 3. *n* 71. *verſ. Item nec plenitudinem*. Heig. *qu.* 4. *n.* 25. Rauchb. *pa.* 2 *q.* 11. *num.* 30. & 31. Herm. Vult. inter conſilia Marpurgenſ. *conſ.* 19. *num.* 139. *vol.* 3. Dec. *conſ.* 116. *n.* 8. cum aliis, *ſupra num.* 4. de poteſtate Principis ſuprema in alium non transferenda, allegatis, poteſt tamen Imperator vel alius ſupremus Princeps poteſtatem illam alij ita communicare, vt eam non in ipſum omnino transferat, ſed eum in partem ſollicitudinis aſſumat Ioan. Baptiſt. *in d. l. Imperium num.* 34. & 35. *ff. de iuriſd. omn. iud.* Alexand. Raudenſ. *de analog lib.* 1. *c.* 28. *nu.* 18. & 19. Peregrin. *d. tit.* 3. *num.* 72. Heig. *d. loco*. Natta. *conſ.* 402. *viſis actis. nu.* 20. *conſ.* 636. *Multa ſunt. nu.* 168. 169. 170. 171. & 172. & *conſ.* 640. *Maximi ponderis. nu.* 12. 41. 42. & 43. Atque huc pertinet quod in aurea Bulla Electores Imperij in partem ſollicitudinis ab Imperatore conſtituti expreſſe dicantur *in c. vlt.* idque ita etiam in eadem Bulla fiat, vt inter alia elogia, quibus ibidem exornantur, Imperator eos vocet propinquiora ſua membra, partem corporis ſui, columnas & latera ſolidasque baſes Imperij, & addat, eos ſacrum ædificium circumſpectæ prudentiæ ſolerti pietate ſuſtentare, ſub præſidio dexteram Imperialis prudentiæ roborate, ſuaque prudentia orbi fluctuanti ſubuenire, vt videre eſt *in d. c. vlt.* & *c.* 2. 3. & 12.

104 Nono † fallere, ſi conceſſio generalis fiat verbis valde prægnantibus & geminatis tradunt Romanus *d. conſ.* 271. *num.* 2. Cuman. *d. conſ.* 162. *col.* 1. *verſ. Et vt omnis abſit dubitatio.* Crauett. *conſ.* 19. *num.* 8. & *conſ.* 411. *num.* 48. *verſ. verborum etiam.* Schrader. inter conſilia Borcholten. *part.* 2. *conſ.* 18. *pagin.* 115. *verſ. præterea quoque.* Pruckman. *d. c.* 5. *n.* 76. Rulant. *de commiſſar. part.* 4. *lib.* 2. *cap.* 2. *nu.* 19. *verſ. ſi perſonæ.* Laurent. Syluan. *conſ.* 96. *nnmer.* 16. *lib.* 2. Sed recte Claudius Seyſſel. *d. tit. qui feud. dar. poſſ. verſ. Sextum* addit ſe non putare hoc ſolum ſufficere niſi alia concurrant, & Roſenthal. *d. concl.* 14. *n.* 9. ait, ſe de eo dubitare.

105 Decimo † fallit ſi generali conceſſioni de caſtro adiiciantur Germanica verba hæc: mit Herrligkeiten. Nam verbo Herrligkeit hodie deſignantur *regalia*, & hoc verbum idem importat quod

quod verbum *regalia*, vt ſupra *c.1.n.19.* dictum eſt, ideoq; ſi huiuſmodi verbum generali conceſſioni adiiciatur perinde eſt, ac ſi ſimul nominatim regalium mentio fiat.

Vndecimo † fallit, quando is, cui conceſſio generalis eſt facta, 106
diu regalibus vſus eſt ſciente & patiente concedente Ioan. Bolognet. *in d. l. Imperium. numer.* 42. *verſ. limitatur primo.* Cuman. *d. conſ. 162. col. 2. verſ. Pariq; modo ex patientia.* Roman. *d. conſ.* 271. *numer.* 4. Claud. Seyſſel. *d tit. qui feud. dar. poſſ. verſ. ibidem ponunt.* Peregrin. *d. tit. 2. num.* 99 Pruckman. *d. cap 5. n.* 55. Roſent. *d concl.* 14. *nu.* 7. Schrader. *conſ. 1. nu.* 288 *verſ. Et regalia.* idque ſingulariter eo confirmatur, quod verbis generaliter prolatis factum in ſpecie accedat, & voluntas † non ſolum verbis, ſed etiam factis decla- 107
retur *l. ſi tamen* §. *& qui ff. de ædil edict. l. ſed & Iulianus* §. *proinde ff. Ad Sc. Macedon.* Roman. *conſ.* 191. *nu.* 4. Marſil. *conſ.* 7 *nu.* 43. Dec. *conſ.* 421. *n.* 13. & † ambiguitas, quæ in præcedentibus verbis vel acti- 108
bus eſſe poterat ex obſeruantia ſecuta declarationem & interpretationem recipiat *l. ſi de interpretatione l. minime ff. de legib. l. ſed ſi maritus* § *fin ff. qui & à quibus. l. cum quis. verſ. Hoc veriſimile Cod. de natural. liber.* Crauet. *conſ.* 101. *n.* 3. Menoch. *conſ* 104. *n.* 22. Mantua *conſ.* 5 *n.* 6. Corn. *conſ.* 114. *n.* 11. *vol.* 2.

Atque hoc ita ſe † etiam habet, etiamſi ea obſeruantia ſit mul- 109
to breuiori temporis, quam in præſcriptione requiritur Laur. Sylu. *conſ.* 88. *n.* 28. *lib.* 2. Caſtrenſ. *conſ.* 348. *n.* 4. *lib* 1. Alexand. *conſ.* 8. *n.* 4. *lib.* 2. Socin. iun. *cõſ.* 149. *n.* 10. *vol.* 2. Dec. *conſ.* 156. *n.* 4. *circa fin. v. & iſta conſuetudo interpretatiua.* Corn. *conſ.* 188. *n.* 10. *vol.* 4. Craue. *conſ.* 201. *n.* 12. Burſ. *conſ* 190. *n.* 42. *lib.* 2. Dec. *reſp.* 31 *n.* 152. *lib.* 1.

Accedit † quod ſcientia & patientia in incorporalibus, cu- 110
iuſmodi ſunt etiam regalia, pro vera traditione à ſciente & patiente facta habeatur *l.* 3. *verſ dare autem ff. de vſufr. l. vlt.* & ibi Bart. Alberic. & alij Dd. communiter *ff. de ſeru.* Ripa *in c. cum Eccleſia n.* 64. *de cauſ. poſſ. & propriet.* Caſtrenſ. *in l. ſeruitutes ipſo quidem, n.* 6 *ff. de ſeruit.* Longouall. *in l. imperium. n.* 260 *ff. de iuriſd omn iud.* Sichard. *in l.* 2. *n.* 7 *C. de ſeruit. & aq.* Gail. *obſeru.* 66. *n.* 5 *lib.* 2. Modeſt. Piſtor. *conſ.* 14 *n.* 3. *vol.* 1.

Digitized by Google

111 Duodecimo † fallit, ſi conceſſio fiat ei, qui ipſo tempore conceſſionis in maxima eſt dignitate Barbat. *in cap. Per tranſlationem col. 4. de offic. deleg.* Ioan. Bolognet. *in d. l. Imperium n. 42. verſ. Limitatur primo* Seyſſel. *ibid. n. 25. & in d. tit. qui feud. dar. poſſ. verſ. Nonam ponit.* vbi exemplum adducit in Cardinali, & addit facere pro ea ſententia text. *in l. forma. Cod. de offic. præfect. Prætor. & l. non ambigi-*
112 *tur ff. de legib.* ſimulque † eam reſtringit, vt non habeat locum in iis regalibus, quæ ſunt ſingulariter reſeruata in ſignum ſupremæ poteſtatis.

113 Decimotertio † fallit, ſi à Rege filio, nepoti, fratriue ſuo generalis conceſſio fiat. Zaſ. *d. part. 5. num. 12.* Seyſſel. *d. tit. Qui feud. dar. poſſ. verſ. Et ex hoc inferri* Mozz. *d. tit. de natural. feudor. num. 25. verſ. quarto ſi illuſtri.* Pruckman *d. c. 5. num. 73.* Choppin. *De doman. Franc. lib. 2. tit. 9 n. 1. in princ.* idq; eo confirmatur, quod dignitas eius, cui conceſſio fit, ſpectanda ſit, & cum ea concurrat ſingularis affectio in concedente, ob quam eò magis præſumendum eſt concedentem voluiſſe eiuſmodi conceſſione comprehendi et-
114 iam regalia. Certi † enim iuris eſt, qualitatem perſonarum & in concedentibus & in iis, quibus aliquid conceditur, in dubio attendendam, & ſecundum eam merito conceſſionem ampliandam & extendendam eſſe *l. plenum. §. equitii ff. de vſu & habitat. l. ſed et ſi. §. 1. & 2. ff. de vſufruct. l. Cum alimenta in princ. ff. de aliment. leg.* Innocent *in c. Paſtoralis num. 1 in fin. de donat.* Felin *in c. Cauſam quæ numer. 17. verſ. quibus addo, de reſcript.* Mantic. *de coniectur. vltimar. voluntat. lib. 6. titul. 11. numer. 1. 2. 3. 17. & ſeqq.* Pruckman. in terminis *d. cap. 5. numer. 74. & conſil. 27. numer. 18.* vbi *numer. 19.* generaliter ſubiicit, in toto iure qualitatem & diſponentium, & in quos diſpoſitio confertur, efficere vt à iuris communis regulis
115 recedamus. Additur † vero à Barbat. Zaſ. Seyſſel. & Mozzio *dictis locis* hanc limitationem ita accipiendam eſſe, vt reſtringatur ad regalia communia & quæ facile concedi ſolent, eodemque pertinet quod habet Choppin. *d. loco.* dum tradit huiuſmodi conceſſionem generalem nunquam complecti præcelſa Imperij maximi inſignia.

Deci-

Decimoquarto † fallit, ſi Imperator creet aliquem Regem, 116
cum huic omnia regalia conceſſa cenſeantur, etiamſi nulla ſpecialis fiat expreſſio Ioan Bolognet.*in d.l Imperium n. 42.v. Limitatur primo.*Cepoll.*de ſeruitut.ruſticor.prædior.cap. 8.num.2.verſ. Et quando* Seyſſel. *d tit. qui feud. dar. poſſ. verſ. quod dupliciter.* Franc. Marc.*deciſ.272.n.3.part.2.*Boſſ.*tit.de regal.nu.3.* addens Baldum & Dd. communiter ita tenere *in c vn.quæ ſint regal.*Peregrin. *de iur. fiſc.lib 1.tit.2.nu.76.*Roſenth. *d.cap.5 concluſ.1.nu.4.* Ferrar. Montan.*de feud.lib 5.c.7.verſ. Igitur regalia.* habetq; locum etiam in regibus ſuperiorem recognoſcentibus, vt poſt alios *prædictis locis* addunt Seyſſel. Roſenthal & Montan. qui etiam exempla eiuſmodi Regum adducunt. Atque hæc ſententia eſt communiſſima. Et † quod de Imperatore dictum eſt, ad Pontificem etiam 117
extendendum eſſe, præter alios tenent Bald.*in d c.vn.n.8.& ibid.* Martin.Laudenſ.*n 5.quæ ſint regal.*Cepolla & Peregrinus *dictis locis.*Natta *conſ.661.n.16.*

Decimoquinto † fallere, ſi Dux creetur vel Ducatu aliquo in- 118
ueſtiatur ſcribunt Boſſ.*d.t.de regal.n.5.* Iacob.de S.Georg *de feud. in verb.Dux.v.Dubitatur etiam n.4.*Valaſc.*in d.l.Imperium n. 228.ff. de iuriſd omn.iud.*Peregr.*d.loco* Borch.*in c.vn. nu. 7. Quæ ſint regal.* Knich.*de Saxon.non prouoc.iur in Ducum c.5.nu.5.* Thom. Michaël. *in diſput.de iuriſdict concl.46.*Pruckm. *d.cap.5.n.34.* dicens id communem opinionem habere Roſent.*d.c.5.concl.13.nu.2.* Atq; † hoc 119
etiam in Landgrauiatu, Marchionatu, alioue Principatu locum habet, idq; non ſolum ratio vrget, quod hæ dignitates nō minus ſint regales, quam Ducatus *c.1. qui feud.dar poſſ.c.1.de feud. March. c.1.quis dicat.Dux c.1.§ præterea Ducatus de prohib.feud.alien. per Frideric.*& Ordin.Camer.*part.2.t.7.* ſed & in ſpecie addunt Peregr. Knich.& Pruckm.*d.locis.*Roſenth.*d.concl.13 n.2.*

Decimoſexto † ſimiliter fallere, ſi quis Comes creatus ac 120
Comitatu inueſtitus fuerit, tradunt Valaſcus, Peregrinus, Borcholt.Roſent. *dictis locis,* idq; etiam communem opinionem habere addit Pruckm. *d.nu.34.* Et certum eſt non ſolum Ducatum, Marchionatum vel alium ſimilem Principatum, ſed & Comi-

tatum inter dignitates regales referri text. *in d. cap. 1. de feud. March. & aliis locis, in proxima limitatione allegatis*, & in ſpecie de Baronatu id etiam ex iure & conſuetudine Germaniæ ſuperiori capite oſtenſum eſt.
121 Multi † ſunt qui Ducibus aliiſque Principibus inferioribus, de quibus ſuperiori limitatione dictum eſt, & quidem etiam Comitibus ac Baronibus tantum iuris tribuunt, vt omnino ſimpliciter ac generaliter tradant, tantum eos in ſua ditione ac territorio poſſe, quantum Imperator in Imperio, vt de Principibus videre eſt apud Caſtrenſ. *conſ.* 34. *num.* 1. *&* 5. *verſ. Concluditur, lib.* 2. Natt. *conſ.* 554. *num.* 19. *vol* 3 Mazar. *conſ.* 26. *nu.* 36. Alexand. *conſ.* 2. *num* 9 *vol.* 1. Riminald. iunior *conſ.* 370. *n.* 3. Decian. *reſp* 5 *n* 17. *vol.* 4. Crauet. *conſ* 404. *nu* 15. *& conſ.* 983. *n.* 8 Ruin *conſ.* 32 *nu* 5. *vol.* 1 Henning. Goden. *conſ.* 1. *n.* 4 *& conſ.* 2 *num.* 1. Schurff. *conſ.* 18. *nu.* 2 *cent.* 3 Zaſ *conſ.* 1 *num.* 21. *lib* 2. Modeſtin. Piſtor. *conſ.* 24 *nu.* 1 *vol.* 1 Gail. *de pac. publ. lib.* 1 *cap.* 6 *nu.* 10 Schrader. *de feud.* 2 *parte* 9 *partis principal. ſect.* 10 *num.* 36. *& part.* 10 *ſect.* 1 *numer.* 33. qui plures alios ſimpliciter & generatim hoc aſſerentes allegat. De Comitibus idem præter alios docent Cacheran. *deciſ.* 155. *num.* 1 Caſtrenſ *d. conſ.* 34 *nu.* 5 *verſ. Reges ergo*, Corn. *conſ.* 315 *vol.* 3 Alexand *conſ.* 1 *nu.* 30 *vol.* 5 Crauet. *d. conſ.* 404 *nu.* 15 Ruin. *conſ.* 200 *num.* 2 *&* 3 *vol.* 2 *& conſ.* 134 *num.* 8 *vol.* 5 Brun. *conſ.* 45 *num.* 18 *&* 19 Roland. à Vall. *conſ.* 29. *num.* 26. *vol.* 1 *& conſ.* 86. *nu.* 16 *vol. eod.* Obrecht. *de iuriſdict. cap.* 4. *nu.* 16. Gail. & Schrad. *locis ſupra allegatis*, vbi eodem modo etiam Baronum meminerunt, idq; ſimiliter faciunt Caſtrenſ. *d. conſ.* 34. *n.* 2 *in fin.* Pariſ. *conſ* 25 *n.* 63. *lib.* 1 Bellon. *conſ.* 59. *n.* 10.

122 Verum † hæc Dd. opinio mihi ſemper viſa fuit periculoſa, cenſuiq; & adhuc cenſeo, male ab iis omnino ſimpliciter & generaliter aſſeri, & teſtatur experientia eſſe, qui ſæpe eiuſmodi aſſertione apud Principes, Comites & Barones abutuntur. Et quamplurimi ſunt præſtantiſſimi iuris Interpretes, qui cautius loquuntur & aliter ſentiunt, ex quibus ſunt Dec. *in c. Paſtoralis. in princ. nu.* 24. & ibi Carol. Molin *in addit. de appellat.* Idem Dec. *in c. Quæ in eccleſiarum, num* 102. *&* 106. *de conſtit* Chaſſan. *de glor mund.*

part-

part.5. conſiderat. 24. nu.164. verſ. Aduerte tamen. negans Principibus inferioribus competere ea regalia & reſeruata ſupremi Principis quæ in ſpecie late antea enumerauit Bonus de Curtili *de nobilit part.3. num.218.* Panorm. *in c. cum te. num.19. & 20. de re iudic.* Borch. *de feud. cap.5. num.37.* dicens alteram ſententiam communem, magno tamen errore introductam, approbatam & receptam eſſe Ioan. Dauth. *ad tit. ff & C. de teſtam. p.68. in addit. marginali.* Valent. Forſt. *de ſucceſſ. ab inteſt. lib.6. cap.34. num.32.* aſſerens hanc ſententiam non ſolum eſſe iuri magis conſentaneam ſed & æquiorem, & Imperatorem ſibi reſeruaſſe illos actus, qui ad eius ſplendorem, maieſtatem & authoritatem amplificandam pertinent. Rauchbar. *quæſt.11. num.28. & ſeqq. part.2.* Felin. *conſil. 31. num.5 & in d. c. Quæ in eccleſiarum. num.32. verſ. Sed tamen non eſt. & nu.33.* vbi tantum in tribus caſibus alteram ſententiam admittit, & poſt eum idem approbat. Peregrin. *d. tit.2. num.77.* & Curt. iunior *de feud. part.2. memb.2. quæſt.2. num.8.* Anchoran. *conſ. 331. num.7. verſ. Non obſtat reſtauratio.* addens in ſpecie Dominum Veronenſem, licet etiam ſit generalis vicarius Imperatoris famç reſtituendi facultatem non habere Fulu. Pacian. *de probat. lib.2 cap. 18. nu. 21. & 22.* poſt Abbatem à ſe allegatum aſſerens, Principes ſuperiorem recognoſcentes ideo, quod tantam poteſtatem in ſuis territorijs, quantam Imperator in Imperio, non habeant, vigore regalium legitimare non poſſe. Curt. ſen. *conſ.16.* incip. *Clarus vir. num.27. verſ. Et ad iſtud.* dicens in ſpecie de Duce Mediolani, eum non habere poteſtatem legitimandi, & generaliter addens, eam non competere niſi ex ſpeciali priuilegio, idq; omnes tenere *in cap. per venerabilem. Qui fil. ſint legit.* Carolus Molin. *in conſuetud. Pariſ. §.1. gloſſ.5. in verb. le fief. nu.53.* Mynſing. per ea quæ docet *reſponſ.44. nu.9. 10. 12. 13. & 14.* Sichard. *ad rubr. C. qui admitt. ad bonor. poſſeſſ.* Roſenthal. *d. cap.5. concluſ.13. num.4. & ſeqq.* addens *num.11. & in gloſſ.* a. *verſ. Sed nec hoc.* ne quidem, ſi vna cum Principatu vel Comitatu regalia conceſſa fuerint, verum eſſe quod Princeps inferior vel Comes poſſit & habeat omnia in ſuo ſtatu quæ Imperator. Schrader. ſibi contrarius *in conſil.14. num.9. lib.1.* plures alios allegans & *in tract. de feud. part.2. cap.3. num.5.* vbi ex-

preſſe excipit ea, quæ recenſet Speculator *tit. de leg. §. nunc oſtendendum*. Bald. & Iaſ. *in l. reſcripta. C. de precib. Imper. offerend.* Bald. *in l. Imperium. num. 6. & 7. ff. de iuriſd. omn. iud.* Afflict. *in c. 1. in prin. quæ ſint reg.* qui cumprimis varia ſingularia adducit, quæ Imperatori in ſignum ſupremæ poteſtatis reſeruata ſunt, atque ita ipſe Schr. per hæc refutat etiam illud, quod *part. 10 ſect. 1. num. 26. & 34.* de Ducibus, Marchionibus, Comitibus atque etiam Baronibus dicit, poſſe nimirum eos nobiles creare & ſpurios legitimare, quæ duo ſupra *c. 2. nu 20 & 36.* inter maiora regalia relata ſunt. Similiter Gail. *de pac. public. l. 1. c. 6.* quaſi ſibi contrarius *num. 12. & 13.* ſubijcit, licet inferiores à ſummo Principe & ciuitates Imperiales bannum quoque irrogent, tamen eiuſmodi bannum extra eorum territoria non extendi. Ideoque proprie non banna, ſed proſcriptiones, deportationes, relegationes appellandas eſſe, quæ ab ijs fiunt per text. *ibid.* allegat. Bannum vero Imperij quod à Cæſare vel Camera irrogatur vniuerſale eſſe, Ferrar. Monteriam
123 *in tractat. de feud lib. 1. c. 6. verſ. Tertio feudum* dicens † Principes inferiores eãdem authoritatem habere in ſua ditione, quam Imperator habet in Imperio, ſtatim addit reſtrictiones, negando eos poſſe creare Comites Palatinos vel tabelliones, ſpurios legitimare, generalia priuilegia concedere, & præter eas reſtrictiones *lib. 5. c. 7. verſ. Regalia adhuc bifariam.* plura alia adducit, quę eiuſmodi Principibus in ſuis ditionibus non competunt, inter quæ ſunt, Academiam erigere, nobilitatis inſignia dare, Doctorem creare, laurea poetica aliquem donare, quibus generaliter addit ſe prætermittere id genus alia, quæ paſſim per Principes
124 peculiariter ab Imperatore petuntur. Poetam † vero aliquem creare, ſiue laurea poetica inſignire, tantum abeſt vt inferiores Principes poſſint, vt ipſa experientia teſte, etiamſi ex conceſſione ſiue priuilegio Cæſareo Ius Academiæ condendæ habeant, ideoq; in ea honores Doctoratus, Licentiæ & Magiſterij liberalium artium in petentes cõferre poſſint, tamen facultas donandi lauream Poeticam ijs non competat, ſed ea per ipſum Cæſarem, vel eius nomine per eos, qui Comites Palatini vulgo appellari ſolent, concedatur, niſi forte in ſpecie hoc ius alicui Principi inferiori

tiori conceſſum ſit. Præterea † confirmatur hæc ſententia per 125
ea quæ *ſuperiori cap. n. 8. §. ſunt etiam ea* late contra Bodinum de ijs
q̃ ad Imperatoris Maieſtatem & ſingularem præeminentiam dicta ſunt & cumprimis etiam per auream Bullam Caroli IV. qua
quædam de regalibus & reſeruatis Imperatoris ſolis Principibus
Electoribus peculiariter conceduntur, quaſi alijs non competentia, ex quibus inter alia etiam eſt ius extremæ prouocationis.
Hoc ius tantum abeſt, vt alij Principes in ſuis territorijs habeant,
vt nõ ſolum ne ſtatuto quidem appellationem prohibere & tollere poſſint, talesque prohibitiones in Camera Imperiali reijciantur Mynſ. *obſ. 14. cent. 1.* Gail. *obſ. 135. nu. 12. lib. 1.* ſed & peculiare priuilegium de eo iure apud Imperatorem ab ijs impetrari ſoleat, idq; ea etiam reſtrictione fiat, vt vſque ad certam ſummam
vel de certo genere cauſarum petatur & obtineatur. Idq; etiam
in Electoribus Rhenanis factum eſt, dum priuilegium ſiue ius
extremæ prouocationis ſibi non minus quam reliquis Electoribus ex dict. aurea Bull. competens remiſerunt nec eo in ſuis ſubditis vti voluerunt ſed priuilegium de non appellando vſque ad
certam ſummam peculiariter ab Imperatoribus petierunt &
obtinuerunt vt ſupra *num. 12. & 13.* oſtenſum eſt. Atque † ex eo, 126
quod iam de appellatione dictum eſt, conſequitur & illud, non
poſſe eos Principes decernere commiſſiones cauſarum cum
clauſula: *Appellatione remota*, idque comprobatur textu *l. 1. ff. à quib. appell. non lic.* vbi hoc ſoli Imperatori, non etiam alijs dicitur competere. Atque hoc ipſum vt extremæ prouocationis ius
ad regalia & quidem maiora pertinere ſupra *c. 2. num. 14. & 15.*
dictum eſt.

Accedit † his, quod Archiduces Auſtriæ, licet primarij 127
Duces ſint, atque inde Archiduces appellentur, tamen ideo,
quod de iure communi, vt Principes inferiores, in ſuo Principatu idem non poſſint, quod Imperator in Imperio, varia per priuilegium Cæſareum peculiariter obtinuerint, quæ alias non habuiſſent, & alijs Principibus inferioribus, & quidem ex parte etiam Electoribus, non competunt, cuiuſmodi eſt, quod poſſint
noua vectigalia propria authoritate inſtituere, famæ reſtituere,
ſpurios

ſpurios legitimare, non ſolum nobiles, ſed etiam Comites, Ba-
roneſque creare, ijſque inſignia dare, & hos omnes ſuis dignita-
tibus, ſi ijs abutantur, priuare, de quibus videre licet Munſterum
in Coſmograph. lib. 3. cap. 406. Goldaſt. in Reichsſatzungen *part. 2.* ſub
1522. apud quos *totum illud priuilegium verbotenus habitur*) & ex
parte etiam apud Gilmannum *rer. in Camer. iudicatar. lib. 2. deciſ.*
54. num. 59. Neque obſcure ex iam enumeratis, & alijs eius priui-
legij verbis ac in ijs expreſſe comprehenſis prærogatiuis ac præ-
eminentijs de quibus plenius & ſpecialius ſuperiori capite dixi-
mus apparet, etiamſi id admodum amplum & pingue ſit, tamen
non omnia omnino eo comprehenſa & conceſſa eſſe, quæ Im-
perator in Imperio poteſt, & ei in ſignum ſupremæ eminentiæ
competunt, idque vel ex eo etiam ſolo liquet, quod eo priuile-
gio Archiducibus Auſtriæ Comites quidem & Barones non mi-
nus quam nobiles creandi, non Marchionatus vel alterius Prin-
cipatus dignitate aliquem ornandi & inſigniendi facultas data
ſit, quam tamen Cæſari competere, & de reſeruatis eius eſſe, ad-
eo certum eſt, vt Reges etiam creandi ius habeat, eaque facultas
ſæpe ab eo vſurpata ſit, vt dictum eſt ſupra *cap. 2. num. 24.* Vectiga-
128 lia † autem noua, de quibus in eo priuilegio mentio fit, tantum
abeſt, vt alij Principes inferiores ea inſtituere, vel etiam vetera
augere poſſint, vt in ea facultate impetranda vna cum Impera-
toris authoritate opus ijs ſit etiam conſenſu Electorum, & in Ca-
mera Imperiali mandata etiam ſine clauſula contra eos, qui no-
ua vectigalia inſtituunt, vel vetera augent, decernantur, idque
ſępius factum ſit, ſicut oſtendetur *lib. 2. cap. 6.* quibus omnibus ad-
di poteſt quod læſæ Maieſtatis crimen committatur aduerſus
ſolum Imperatorem vel alium ſuperiorem non recognoſcen-
tem, non vero aduerſus inferiores Principes vel alios nec in ho-
rum territorijs & ſubditis locum habeant, pœnæ grauioris huius
ſceleris, vt tradit Mynſing. *reſponſ. 44. nu. 9. 10. 12. 13. & 14.* & à me
lib. 2. cap. 20. quod ad Regale bonorum hoc crimen committen-
129 tium plenius dicetur. Etſi † vero in Italia Principes ſint, qui ſibi
pleniorem poteſtatem, ac ſuprema etiam regalia & reſeruata
ſummi Principis arrogant & vſurpant, tamen inde non poteſt
inferri

inferri ad quoslibet alios Principes inferiores, & multo minus ad Comites & Barones, pertinetque hoc potius ad eos tres peculiares caſus, quos Felinus ipſius Italiæ Iureconſultus *in d. c. quæ in eccleſiarum. num. 33.* & eum ſecuti plures eiuſdem Italiæ & alij iuriſperiti (qui ex parte ſupra ſunt allegati) tradunt, quod videlicet vel in conceſſione alia grauiora & maiora expreſſa, vel ei conceſſioni in ſpecie adiecta ſint hæc prægnantiſſima verba: *Quod poſſit ea facere in Ducatu, quæ Romani Reges & Imperatores gerere poſſent de plenitudine poteſtatis,* vel omnino de facto eiuſmodi poteſtas exerceatur & vſurpetur, quod poſtremum ob diuturnam Imperatorum abſentiam & omiſſas à ſubditis querelas alijsque de cauſis eo facilius in Italia fieri potuit.

Sequitur † nunc ſecundum huius capitis membrum, quod 130 eſt de conſuetudine & præſcriptione. Quemadmodum † autem 131 de conceſſione, ſic & de conſuetudine, quod videlicet per hanc etiam regalia acquirantur, eſt expreſſus textus *in c. ſuper quibusdam. §. præterea. de verb. ſignif.* Dicitur autem conſuetudo eſſe difficilis probationis gloſſ. *in c. fin.* & ibi Roch. Curt. *ſect. 8. num. 10 de conſuet.* Dec. *conſ. 71. num. 20. lib. 1.* Crauett. *conſ. 325. nu.* 1. & neceſſe eſt vt non in genere ſed in ſpecie probatio eius fiat gloſſ. ad *l.* 1. *verb. probatis his (quæ ſit long. conſuet.* Paril. *conſ. 31. nu. 14. vol. 2.* Dec. *conſ. 550. num. 2.* Roſenth. *in ſynopſ. feud. c. 9 concluſ. 58. nu 38.* Olrad. *conſ. 237.* Crauet. *conſ. 96. num. 4. conſ. 624. num. 13. conſ. 642. num. 15.* Ioſeph. Maſcard. *de probat. concl. 423. num. 26.* Pruckman *conſil. 4. num. 21 lib. 2.* nec ſi teſtes ad eam probandam producantur teſtibus ſingularibus creditur, ſed requiritur vt illi ſint conteſtes & concordent tam in actibus quam in vſu actus Bart. *in l. de quibus. nu. 24. ff. de legib.* & Anton. de Butr. *c. fin. de conſuetud.* Paril. *conſ. 27. nu. 39 lib. 1.* Schrad. *conſ. 13. nu. 395. verſ. ad probandum. lib. 1.* Crauet. *conſ. 134. num. 6.* Afflict. *deciſ. 321. num. 17.* Rulant. *de commiſſar. p. 4. lib. 3. c. 3. num. 28.* Si vero in notoria conſuetudine quis ſe fundet, probare eam non tenetur Bald. *in l. 1. num. 5. C. ad SCtum Vellcian.* Iaſ. *in l. de quibus. num. 88. ff. de legib.* Burſat. *conſ. 410. num. 48* Coler. *de Proceſſ. executor. p. 1. c. 3. num. 50. & ſeq.* Gail. *obſ. 31. num. 17. lib 2.* Plane † tanta eſt conſuetudinis præſertim immemorialis vis, vt 132

V firmius

Digitized by Google

firmius ac potentius ius eſſe cenſeatur, quod per eam acquiritur, quam quod per priuilegium Principis Innocent. *in c. ad Apoſtolicam. num. 4. verſ. Sed nos hoc non credimus. de Simon.* Crauett. *de antiquit. tempor. part. 1. in princ. nu. 43. & conſ. 349. nu. 9.* Curt. Iun. *de feud. part. 2. quæſt. 3. num. 5. verſ. Adde tu fortius.* Knich. *de Saxon. non prouocand. iur. in verb. ius. cap. 1. nu. 121.* Schrader. *de feud. part. 10. nu. 238.* vbi plures alios pro eadem ſententia allegat.

Videtur quidem in regalibus per conſuetudinem acqui-
133 rendis ſatis longum eſſe tempus decem annorum, cum † tale tempus iure ciuili ſufficiat in conſuetudine introducenda, atque hoc non à paucis Interpretibus iuris, ſed à pleriſque omnibus & frequẽtioribus eorum calculis receptum eſt. Idq; ipſe Mynſing. teſtatur *obſeru. 41. nu. 9. cent. 6.* & ibi ſimul eandem ſententiam approbat, additque Iaſonem *in l. de quibus. num. 47. ff. de legib.* teſtari hanc communem eſſe. Atque idem de hac communi ſententia aſſerunt ibidem Alberic *num. 8.* Caſtrenſ. *num. 14.* & Bart. *nu. 14.* Rebuff. *in tract. de conſuetud. art. 2. gloſſ. 3. num. 17.* Guid. Pap. *conſil. 164. num. 3* Duenn. *reg. 139. in princ.* Imol. *in c. fin. nu. 15. de conſuetud. & ibid.* Abb. *num. 11.* Aldobrand. *in §. ex non ſcripto nu. 19. verſ. Tertio aduertendum eſt. Inſtit. de iur. natural. gent. & ciuil.* Kirchou. plures alios id atteſtantes adducens *comm. opin. cent. 2. concluſ. 13.* Roſenth. *de feud. cap. 9. concluſ. 39. num. 9. in gloſſ. e.* Gail. *lib. 2. obſeru. 31. nu. 3.* & eidem ſententiæ omnes Dd. adſtipulari *in d. l. de quibus. ff. de legib.* teſtatur ibidem Coſtal. *nu. 6.*

134 Confirmatur † & eo quod in conſuetudine diuturnitas appelletur longa conſuetudo *in rubric. ff. de legib. Senatusconſ. & lon-*
135 *ga conſuet. & in rubric. C quæ ſit long. conſuet.* longumque † ac diuturnum tempus decem annis & concludatur *in princ. Inſtitut. de vſucap. l. diuturna. ff. de legib. tot. tit. C. de præſcript. long. tempor.* Bald. Angel. & Fab *in d. §. ex non ſcripto. Inſtit. de iur. nat. gent. & ciuil.* idque communiter à Dd. comprobatum eſſe teſtatur Abb. *in c. fin. de conſuetud.* & poſt eum Mynſing. *d. obſeru. 41. nu. 10.*

136 Verum † hic ſimul per exceptionem obſeruandum eſt, in regalibus contra ſupremum Principem acquirendis opus eſſe conſuetudine immemoriali, idq; probatur textu *in d. §. præterea.*

atque

atque eò pertinet etiam *d. l. fin* dum antiquam conſuetudinem requirit. Et quod immemorialis requiratur, tradunt Dd. communiter *in c. fin. de conſuet.* Iaſ. *in d. l. de quibus numer. 45. de legib.* Alexand. *in l. more. num 13. ff. de acquir hæredit.* Marian. Socin. *in c. cum contingat. num. 24. verſ. Tertio fallit. de foro competent.* Bald. *conſ. 242. antiqua quæſtio. num. 1. verſ Si autem incipias à conſuetudine. vol. 2.* Pariſ. *conſ. 25. num. 58. lib. 1.* Cranetr. plures alios adducens *conſ. 349. num. 9. & conſ 814. num. 5.* idque ſententiam prædictam de decennio amplectentes reſtringendo addunt Roſenthal. *d. cap 5. concluſ. 58. num. 22.* Gail. *obſeru 31. num. 4. lib. 2.* vbi alios allegat, & in terminis pedagij ex Alexandro *conſ. 9. nu. 1. vol. 1.* addit, id magis communiter à Dd. receptum eſſe. Mynſingerus quoque idem tenet in terminis vectigalium *obſeru. 29. num 10. cent. 5.* licet *obſeru. 41. num. 9. cent. 6.* ſententiam de decennio & ipſe teneat, & ex alijs communem dicat.

Quemadmodum † vero conſuetudine immemoriali regalia acquiri poſſunt, ſic idem dicendum eſt de præſcriptione immemoriali, idque eſt de mente *d. § præterea*, quem textum tam de præſcriptione, quam de conſuetudine, Dd. communiter allegare ſolent, licet conſuetudinis tantum mentionem faciat, & confirmatur hæc ſententia optima etiam iuris ratione, quæ in conſuetudine & præſcriptione eſt eadem propter tempus immemoriale, quod vtrobique ſpectatur, & eandem vim habent. Nam † de eo tempore expediti iuris eſt, quod obtineat vim priuilegij ac ſpecialis conceſſionis Imperatoriæ Afflict. *in c. 1. §. ſi quis per triginta. numer. 10. ſi de feud. controu. inter domin. & agnat.* late Gabriel. *commun. concluſ. lib. 5. tit. de præſcript. concluſ. 1. n. 1.* Roland. à Vall. *conſ. 66. n. 41. & ſeq. lib. 2.* Thom. Grammat. *vot. 12. n 9.* Gail. *obſeru. 21. n. 15. in fin. lib. 1.* Mynſ. *obſeru. 30. cent. 1.* Gozadin. *conſ 8. n. 37.* vbi addit tempus † immemoriale tantum poſſe, quãtum Imperator cum cauſa, idq; aſſerunt etiam Iaſ. *in l. quo minus. nu. 42. ff. de fluminib.* Balb. *in tract. de præſcript. in 2. part. 3. partis principalis q. 1. n. 28. verſ. Et dicit Andreas.* Laurent. Syluan. *conſ. 59. n. 9.* Ruin. *conſ. 118. nu. 10. vol. 4.* Roland. à Vall. *d. conſ 66. nu. 47.* Priuilegio vero & ſpeciali conceſſione Imperiali regalia acquiri, ſupra oſtenſum eſt, id.

Margin: 137 (beside "Quemadmodum"), 138 (beside "Nam"), 139 (beside "37. vbi addit")

eſt, idque cumprimis ita ſe habet, ſi priuilegium lege conceſſum eſt, vt ſimiliter ex ijs apparet, quæ ſupra de tali etiam priuilegio
140 adducta ſunt, tempus † vero immemoriale habet etiam vim legis *l. 1. §. fin. ibi: vetuſtatem vicem legis obtinere, &c. & l. in ſumma in princ. ibi*: vetuſtas quæ ſemper pro lege habetur. *ff. de aqua, pluu. arcend.* gloſſ. *in d. §. prætęrea. in verb. non extat.* Balb. *d. part. 2. 3. partis principal. quæſt. 6. nu. 25. verſ. Et ratio.* Gozadin. *d conſ. 8. nu. 37.*

141 Tanta † vero vis eſt præſcriptionis immemorialis, vt quemadmodum ſupra de conſuetudine dictum eſt, firmius & potentius ius eſſe, quod per eam acquiritur, quam per priuilegium, ſic idem dici poſſit de præſcriptione immemoriali Bald. *in l. Imperium. num. 13. verſ. Sed ius quæſitum per præſcriptionem. & ibid.* Ioan. Baptiſt. Caccialup. de S. Seuerin. *nu 41. & 46.* Caſpar. Valaſc. *nu. 32. ff. de iuriſdict. omn. iudic.* Pruckman. *d. cap. 6. num 15.* Tantique
142 † etiam ſit, & tantam vim habet, vt licet per legem vel ſtatutum aliquod præſcriptio prohibita ſit, tamen hæc nunquam cenſeatur prohibita & exeluſa, etiamſi legis vel ſtatuti verba prohibitoria generaliſſima ſint *l. ſeruitutes prædiorum 16. ff. de ſeruitut.* iuncta l. *ex hoc iure. §. ductus aquæ. ff. de aq. quotid. & æſtiu.* Felin. *in rubr. de præſcript. numer. 18.* Pinell. *in auth. niſi tricennale. num. 20. Cod. de bon. matern.* Iaſ. *conſil. 92. numer. 4. vol. 3.* Ruin. *conſil. 13. num. 30. vol. 2.* Grat. *reſponſ. 61. num. 25. vol. 1.* Gail. *obſeru. 161. nu. 2. lib. 2.* Mynſing. *reſponſ. 48. num. 12.* eaque communis Dd. doctrina eſſe dicitur à Balbo *in tract. de præſcript. parte 5. partis quintæ principal. quæſt. 9. nu. 3.* & à Vaſq *Illuſtr. controuerſ. cap 82. numer. 7. verſ. Tenendo partem*
143 *affirmatiuam*, atque † adeo vera eſt, vt non obſtante generali præſcriptionis per legem vel ſtatutum facta prohibitione triginta etiam vel quadraginta annorum præſcriptionem non cenſeri excluſam, Dd. communis ſententia eſſe dicatur à Iaſone *in l. 1. num. 43. C. de ſeru. fugitiu.* & ab Hieronymo de Cæuallos *in ſpecul. opinion. commun quæſt. 496. in fin.* vbi addit eandem veriorem eſſe, ſæpiusque pro ea iudicatum fuiſſe, & ſe in caſu ſibi contingenti ita obtinuiſſe.

Quod autem regalia immemoriali tempore præſcribantur, non ſolum per ea, quæ iam dicta ſunt, confirmatur, ſed etiam

etiam adeo à Dd eſt receptum, vt communiſſima ſit hæc ſententia eaque variarum curiarum deciſionibus & quidem etiam in Camera Imperiali non ſemel eſt approbata, atque
hanc † immemorialem præſcriptionem non ſolum in regalibus 144
minoribus, ſed & maioribus & Principi in ſignum ſupremæ poteſtatis reſeruatis, locum habere tenent, Sichard. *ad tit. Cod. Nou. vectig. inſtit. non poſſ. num. 5. & 6.* Couarruu. *in c. poſſeſſor. part 2. nu 7. verſ. tertia ſpecies. de reg. iur. in 6.* Salicet. *in l. 2. num. 4. Cod. Nou. vectigal. inſtit. non poſſ.* Balb *in d. tract. de præſcript. 2. part. 5. part. principal. quæſt. 3. num. 3. verſ. nam primo.* Roland. à Vall. *conſ. 3. num. 82. vol. 1.* Roſenth. *d. cap 5. concluſ. 16. num. 3.* Pruckman. *d. cap. 5. numer. 98.* Schneidvv. *in §. ſumma diuiſio. num. 66. inſtit. de interdict.* eamque ab omnibus approbari teſtatur Balb. *dicto loco,* & communem eſſe aſſerit Burſat. *conſ. 142. num 19. & 61.* & Couarruu. *in c. poſſeſſor. part. 2. §. 2. num. 8. verſ. tertia ſpecies. De reg. iur. in 6.* magis communem vero Menoch *conſ. 2. num. 70. & 71.* Ad ea vero, quæ huic ſententiæ obſtare videntur, & pro contraria à nonnullis obiiciuntur, in ſpecie reſpondet Pruckman. *d. cap. 5 numer.* 102. 103. 104
105. Contra † ipſam vero ſuperioritatem & ſupremam poteſta- 145
tem Principis, vt videlicet præſcribens nemini ſubſit, præſcriptionem nullam locum habere communem eſſe Dd. ſententiam ſcribunt Zaſ. *conſ. 16. num. 12. lib. 2.* Hieron. de Cæuall. *in commun. opinio. contra commun. quæſt. 46. num. 6.* & magis communem eſſe atteſtantur Socin. *conſ. 275. in cauſa fratrum num. 5. verſ. ſi vero volumus. lib. 2* Zoannet. *in tractat. de Roman. Imper. numer. 136.* Roſenthal. *de feud cap. 5. concluſ. 16. num. 1. gloſſ. a.* Verum contrariam ſententiam tanquam veriorem amplectuntur tam multi Dd. vt eam etiam dicant communem Felin. *in c. cum nobis nu. 4. de præſcript.* Gabriel. *commun. opinion. lib. 5. tit. de acquirend. rer. dom. concl. 3. nu. 15.* Goedd. *in diſp. feud. 5. theſ. 10. lit.* h. & eandem magis communem eſſe aſſerant Crauett. *de antiquit. tempor. part. 4. §. Materia iſta num. 73.* & poſt eum Vaſq. *Illuſtr. controuerſiar. lib. 2. cap. 78 nu. 4. verſ. Hactenus in reditibus & c. 82. num. 7. verſ. tenendo partem affirmatiuam* (ſimul aſſerens eam eſſe veriſſimam) Balb. *de præſcript. 2.*

part 5 partis principal.qu.3.n.2. Gabriel. *d.lib.5. tit. de præſcript. concl. 1.nu.25.* Couarruu. *in d.c.poſſeſſor.part.2.§.2.num.8.verſ. Non me latet.* Pruckman. *d.cap.5.num.*107. qui, vt nonnulli alij Interpretes, ſimul reſpondet ad *l. Competit. Cod.de præſcript.*30.*vel* 40. *annor. &c. Cum non liceat. de præſcript.* qui textus pro altera ſententia allegari ſolent. Atque hanc ſententiam communi obſeruantia & vſu comprobatam eſſe teſtantur nonnulli, ex quibus præter alios ſunt Caſtald. *de Imperator. quæſt.*54.*num.* 8. Peregr. *de iur. fiſc. lib.* 1. *tit.2.num.*61. *in fin.* Felin. *in c. cum non liceat.num.10.verſ. demum dicit.de præſcript.* referens Cardinalem *in c. per venerabilem. verſ. videbatur in 5.oppoſ. Qui filij ſint legit.* dicere, quicquid de iuris ſubtilitate ſit, ſufficere quod ex communi obſeruantia ſic ſit receptũ. Et apud Hiſpanos eandem ſententiam Iure Regio approbatam per aliquot leges eſſe ſcribit Vaſq. *Illuſtr.quæſt.lib.*1.*c.*2.*n.*14 *v. contrarium.* Sed de eodem Iure Regio contrarium aſſerit Hieron. de Cæuall. *d.q* 46.*n* 4. *&* 6. & Couarr. *d.n.8. verſ. Qua de re extat apud nos.*

Quæſtionis vero eſt de præſcriptione immemoriali regalium, an in ea ſcientia & patientia Principis eiusue officialium ne-
146 ceſſaria ſit? Et † quidem certi iuris eſt, poſſeſſionem in corporalibus, cuiuſmodi etiam ſunt iura regalia, ſine ſcientia ac patientia aduerſarij non acquiri *l. fin ff. de ſeruitut. l.*1. *§. fin. ff. de ſeruitut. ruſticor. prædior. l. ſi à te emero. ff. ſi ſeruit. vindic. l.* 2. *Cod. de ſeruitut. & aq.* idque receptiſſima Dd. ſententia comprobatum eſt, referente Menochio *de arbitrar. iudic. quæſt. lib.*2.*cent.*2.*caſ.*161.*numer.*4.
147 ſine † poſſeſſione vero nullam præſcriptionem procedere *c. Si-*
148 *ne poſſeſſione de reg. iur. in* 6. ideoq; in † præſcriptione etiam immemoriali neceſſariam eſſe ſcientiam & patientiam tenent Aretin. *in l. More.n.4.v. Intellige tamen ff. de acquirend. hered.* Imol. *in l.* 1. *§. denique numer.*5. *&* 6 *ff. de aq. pluu. arcend.* Caſtrenſ. *in l. ſeruitutes prædiorum ruſticorum num.*11. *ff. de ſeruit.* Bald *in c. vn num.* 3. *Quæ ſint regal.* Salicet. *in l. vectigalia num.* 5. *&* 6. *C. Nou. vectigal. inſtit. non poſſ.* Panorm. *in c. cum Eccleſia Sutrina n.* 67 *de cauſ. poſſeſſ. & propriet.* Marian. Socin. *in c. Cum contingat num.*13. *de for. compet.* Olrad. *conſ.*
254.

Digitized by Google

254. quia tota pars n 4. verſ. Non enim ſimpliciter Alexand. *conſ.16. in cauſa & lite n.19. vol 5.*

Verius † tamen & in iure magis fundatum eſt, quod eiuſmodi præſcriptio ſine ſcientia & patientia currat & ſubſiſtat, cum talis præſcriptio habeat vim ſpecialis conceſſionis ac legis (vt ſupra oſtenſum eſt) ac † titulum certum pariat. *l. hoc iure §. Ductus aquæ ff. de aq quotid. & æſtiu. cap.1. de præſcript. in 6.* Andr. de Iſern. *in cap.1. §. præterea Ducatus numer.16. de prohibit feud. alien. per Frideric.* Roman. *in l. vectigal verſ. Opinionem tamen vltimam. ff. de vectigal.* Abb. *in cap. fin. numer 6 de cauſ. poſſeſſ. & propriet.* Crauett. *de antiquit. tempor. part. 4. §. abſolutis. numer. 9.* Hieronym. de Cæuall. *in d. ſpecul. commun. opinion. contra commun. quæſt. 45. num 1. &* Natt *conſ.446. num.12.* Pariſ. *conſ.26. num.27. lib.1. & conſ. 1.1. nu.49. & 214. vol.4.* Signorol. de Homod. *conſ.21. nu.2. v. vndecimo probat.* Ioan. Igneus *in l neceſſarios. §. non alias part.4. n.34 ff. ad Sc. Syllan.* vbi in ſpecie de regalibus loquens teſtatur id communiter à Dd. receptum eſſe. Quibus † accedit quod tempus immemoriale habeat vim priuilegij expreſſe ex certa ſcientia conceſſi Iaſ. *in l. de quibus n.43 ff. de legib.* Bald. *in d c. vn. nu 3 quæ ſint regal.* Crauett *d. § abſolutis. num.9.* Gozad. *conſ.8 n.37.* Bellon. *conſ.55. n.5.* vbi addit hanc eſſe magis communem Dd. opinionem. Non ſolum † vero hæc ſententia, quod ſcientia & patientia in immemoriali regalium præſcriptione non ſit neceſſaria, ſanior eſt, ſed & à permultis Dd. ita approbatur, vt vere magis communis dici poſſit, idque, vt & quod verior ſit, de ea affirmant Alexand. *conſ. 6. num.4. vol.1.* Dec. *conſ.85. nu. 2. verſ. & in tali præſcriptione.* Curt. iun *conſ.158. num.12.* Roland. à Vall. *conſ.91. num.15. vol.2.* Gabriel. *d. tit. de præſcript. concluſ 1. num.59.* Borcholt. *in d. c. vn. num. 16. quæ ſint regal.* & communem etiam appellant Iaſ. *in d. l. Imperium. num. 21. & ibid.* Purpurat. *num. 191. ff. de iuriſdict. omn. iudic.* Balb. *in d. tractat. de præſcript. 2. part. 4. part. principal. quæſt. 1. numer. 14.* Hieronym. de Cæuallos *d quæſt. 45. in princ. & num.5. ac 6.* Anton. Rub. *conſ.21. nu.6.* Pariſ. *conſ.27. n.83. vol.1.* Ruin. *conſ.105. n.5. v. Nec etiam ſtante vol.5.*

149 150 151 152

Sufficit

Suffic't igitur probare ſolum, quod tempus immemoriale effluxerit, eaq; probatio legitime fieri debet, eſtq; difficilior
153 quam minoris temporis, ſufficiunt † tamen & admittendi ſunt ad hoc tempus probandum teſtes non ſolum 70. 80. vel pluriũ annorum, ſed & qui ſaltem ſunt 54. annos nati, ita vt poſſint perhibere teſtimonium de quadraginta annis præteritis Dominic. *in d.c* 1.*col*.4.*& ibid*. Philipp. Franc. *col. fin. v. ſed quærit hic Lapus. de præſcript. in* 6. Florian. *in l. ſeruitutes magna nu*. 76. *ff. de ſeruitut*. Mynſinger *obſeru*. 30. *verſ. Quomodo autem probanda ſit cent*. 1. Pariſ. *conſ.*
154 27. *num*. 97 *& conſ*. 104 *num*. 124. *vol*. 1. & † poſſunt teſtes, qui examinantur de hoc tempore et am atteſtari de eo, quod in pupillari ætate viderunt, idque communiter à Dd. tradi & receptum eſſe teſtatur Hieronymus de Cæuall. *d. quæſt*. 45 *num*. 3. Requiritur † vero vt huiuſmodi teſtes deponant communem eſſe opi-
155 nionem & famam, quod de contrario vſu non extet memoria, item quod teſtes ita ſemper viderint & audiuerint à maioribus, nec vnquam contrarium fuerit obſeruatum, vt communiter à Dd. receptum eſt, de qua communi Dd. ſententia teſtatur Cacheran. *deciſ*. 101 *num*. 16 Loffred. *conſ*. 40 *num*. 37. Mynſing. *iam citato loco* & Gabriel. *d tit. de præſcript. concluſ*. 1. *num*. 74. Et † de dicta
156 communi fama & opinione conſtituẽdus eſt peculiaris & principa'is articulus, nec ſufficit generalis vltimus articulus, quo dici ſolet, de omnibus præd ctis eſſe publicam vocem & famam Signorol. de Homod. *conſ*. 70. *In quæſtione vertente n*. 19. *v. Nec obſtat, ſi dicatur*, Gabr. *d. concl*. 1. *n* 80.

Sciendum vero eſt, etiamſi in regalibus contra Imperatorem, aliumue ſuperiorem non recognoſcentem, præſcribendis opus ſit lapſu temporis immemorialis, vt ſupra oſtenſum eſt, ta-
157 men † contra alium ſufficere præſcriptionem longiſſimi temporis ſine titulo Bald. *in cap. vn. num*. 4. *verſ. Et nota Quæ ſint regal*. Felin. *in cap. Cum nobis. num*. 3. *verſ. inferior tamen. de præſcript*. Crauett. *d. §. abſolutis. numer*. 13. *verſ. vbi vero talia & conſ*. 54. *nu*. 8. Ferrar. Montan. *de feud. lib*. 5. *cap*. 7. *verſ. igitur regalia. in verb. ſin vero contra priuatum*. Pruckman. *d. cap*. 5. *num*. 112. Schoner. *in feudal. diſputat.*

*putat.4.theſ.15.*Borcholten *in d.c.vn num.19 quæ ſint regal.* vel longi temporis cum titulo Bald. & Ferrar. Montan *dictis locis.*Balb. *de præſcript.2.part.5.partis principal.quæſt.4 num.2.* Roſenth *de feud. cap.5.concl.17.num.1.* Gilken.*in §.feræ.nu.159. Inſtit. de rer. diuiſ.* vbi pro hac ſententia allegat etiã Caſtr.*conſ.3.n.16. lib.2.* Quod † tamen in immemoriali præſcriptione de ſcientia & patientia diximus, in hac minoris temporis præſcriptione non habet locũ, cum in hac omnino opus ſit ſcientia ac patientia per *l.fin.ff.de ſeruitut. & alios textus* ſupra de hac ſcientia & patientia allegatos & ex receptiſſima ſententia *ibidem* adducta, atq; hoc confirmatur eo, quod ſola præſcriptio immemorialis ea in re priuilegiata ſit. 158
Patientia † autem in dubio à ſciente præſumitur præſtita fuiſſe *l.2.& ibi gloſſa fin.&* Bart.*in princ. C. de acquirend. poſſeſſ.* Cacheran. *deciſ.51.nu 2.*Socin.*conſ.15.num.7. vol.4.* & † quod fuerit præſtita cenſetur probari ex eo, quod non probatur contradictio *l. qui patitur.ff mandati. l ſemper qui non prohibet.ff. de reg.iur.* De † ipſa vero ſcientia, quæ hanc antecedit, certi iuris eſt, eam ab allegante & ſe in ea fundante probari debere Menoch. poſt Bald. à ſe allegatum *in tractat de præſumpt lib 6.præſumpt.23. numer 52.* Sufficit † tamen vt ea probatio ſolis præſumptionibus & coniecturis fiat, Alexand.*in l qui Romæ §.duo fratres. numer.57. de verb. oblig.* Couarruu.*in cap. Filius noſter. numer. 1. de teſtament.* Corn.*conſ.85. numer.12.lib.3.*Pariſ.*conſ.100.numer.88. & conſ.111. numer.55. vol.1.* Socin.iun.*conſ.116.numer.42. lib.1.* eaque ſententia communiter recepta eſt teſte Borgnino Caualcano *deciſ.36.n.36.* Huiuſmodi vero † præſumptiones ex eo, quod palam aliquid factum eſt, ex vicinitate loci, & aliis circumſtantiis ſumi poſſunt, de quibus præter alios videre licet Menoch.*in d præſumpt.23.numer.68. cum ſeqq.*& Maſcard.*in tractat.de probat.concluſ.282. 879.880. 881. 1100. & 1293.* Et † licet ignorantia ab eo, qui ſcientiam negat, iuramẽto probari poſſit *cap.nulli de elect.in 6.*Iaſ.*in l.3.§. iurari num.3.ff.de iureiur.* Abb.*in c.cognoſcentes.num.9.de conſtit.*Gail.*obſ.48.num.23. lib.2.*Menoch.*conſ.74 n.17.* tamen † hoc non habet locum, quãdo ignorantiam allegantti reſiſtit aliqua præſumptio iuris. Dec. 159 160 161 162 163 164 165

in d.c.Cognoſcentes nu.18.verſ.ſimiliter. Marant. *in l.is poteſt.num.247. ff de acquirend.hered.* Cacheran. *deciſ.71. num.3.* Anchor. *quæſt. famil 63.num.3.* Menoch. *de arbitrar.iudic.quæſt.caſ.186. numer.7.* Roman. *conſ.47.nu.10* Burſat. *conſ.119.nu.10.* Niſi conſtet eiuſmodi præſumptionem non eſſe concludentem Abb. *in c.2.de conſtitut. & in C.vlt.num.9. Qui matr.accuſ.poſſ.* & poſt eum Maſcard. *in concluſ.881.nu.9.* Etſi vero ea quæ de immemoriali præſcriptione ſupra adducta ſunt, ita ſe habeant, & inde appareat quam magna eius vis ſit, tamen non tanta ea vis eſt, vt mala fides eam non impediat, nec poſſidenti noceat Nam bona fides quidem in dubio præſumitur in poſſidente *l marito ff. pro ſoc.* Anton de Butr. Panormitan. Felin & Pariſ. *in cap. Si diligenti de præſcript.* Philipp. Porr. *conſ.102. ex facto proponitur numer. 36.* Alc at. *in tr præſumpt. reg.3.præſumpt.5.* Maſcard *de probat. volum 1.conſ 224.* quamplurimos alios allegans, idque cumprimis poſt lapſum 30. & 40. annorum & in immemoriali tempore locum habet, & mala fides etiam quando præſumpta eſt vel ficta præſcriptionem non impedit, Caſtrenſ. *in l.nunquam in princ. ff. de vſucap.* Menoch. *de recuper.poſſeſſ.remed 15.numer.418.* Peregrin. *conſ.19.numer.14. lib. 1.* Surd. *conſ.296. numer.7. & numer.35.* Riminald. *conſ.248.numer.32* ſed ſi vera ſit mala fides, & de ea ſatis conſtet, impedit præſcriptionem, & heredibus etiam nocet, etiamſi immemoriale tempus effluxerit *c.ſi diligenti fin.de præſcript. & c.poſſeſſor.de reg.iur.in 6.* gloſſ. & Dd *in c. vigilanti & cap.fin. de præſcript.* Peregrin. *conſ. 28. numer.20. lib.1.* dicens id locum habere etiam in ſpatio mille annorum elapſo. Atque hanc ſententiam communem eſſe aſſerit Gail. *2.obſ.18.num.7.* & Cameræ deciſione comprobatam teſtantur Mynſing. *4.obſeru.6.numer.4.* & Gail. *d.numer.7.* addens, *num.8.* ne quidem ſtatuto aliud introduci poſſe. Idque tradunt etiam gloſſa & Dd. in *d cap.vigilanti.* Bart. *in l.omnes populi, numer. 22.de Iuſt.& Iur.* Iaſ. *in l.non dubium, numer.36.Cod.de legib.* Gabriel. *de præſcript.concluſ.3.in princ.* vbi hanc ſententiam magis communem eſſe dicit Balb. *in tr.de præſcript.2.p.3.partis, quæſt.14.* Probatur

Digitized by Google

tur vero mala fides in poſſeſſore eo ſolo,quod conſtet eum ha-
bere ſcientiam rei alienæ. *l fin. Cod. vnde vi. c. ſi virgo* 34. *quæſt.* 2.
Bart. & Dd. *in d. l fin.* Bart. *in l. illud ff. de petit. hered.* Maſcard. *de
probat. concluſ* 1002.*num.*56,*vol.*2.|Pariſ.*conſ.*|49.*nu.*30.*vol.*2. Ce-
phal.*conſ.*161.*n.*31.*lib.*2.

Atque hic quidem ſuperſedebo iis, quæ ad hoc caput perti-
nent,ſi de duobus prius aliquid adiecero, quorum prius eſt, v-
trum cumulatiue an priuatiue regalia per præſcriptionem ac-
quirantur, alterum, an de vna ſpecie ad aliam extenſio in præ-
ſcriptione fieri poſſit De † priori exiſtimo dicendum eſſe, quod 166
is,qui ſolus in poſſeſſione regalium fuit, & legitime ea præſcri-
pſit,non cumulatiue ſed priuatiue per eam præſcriptionem ac-
quiſiuerit *l ſi quiſquam ff. de diuerſ. & temporal. præſcript. cap. Irrefra-
gabili. in princ. verſ. Exceſſus. de offic. ordinar. cap. Auditis. de præſcript.*
Abb. *in c. Paſtoralis numer.* 7 *verſ. Quoad ſecundum. de offic ordinar.*
dicens optime facere textum *in d. c. Auditis. & c. Cum olim. de præ-
ſcript.* Idem Abb. *in d. c. Irrefragabili. in princ verſ. Item nota quod in
dubio.* arg. illius textus & in *d. c. Auditis. num.* 7. *verſ. Aliud etiam ſin-
gulare.* arg. illius textus. Felin. *in d. c. paſtoralis num.* 5. vbi etiam An-
choran. *in c.* 1. *de præſcript. in* 6. & plures alios allegat. Idem tenent
Balb. *de præſcript.* 2. *part.* 5. *partis principalis. quæſt.* 3. *num.* 2. *verſ. & ita
plene.* Barbat. *conſ.* 40. *numer.* 46. *lib.* 4. Natt. *conſ.* 636. *Multa ſunt.
num* 4. *lib.* 3. Loquuntur vero ſupra citati textus non tantum de
iuriſdictione,ſed & de aliis iuribus, & licet iam allegati Dd. in
terminis iuriſdictionis loquantur, tamen ſecundum eoſdem
illos textus,in quibus ſe fundant,intelligendi ſunt,quod videli-
cet idem ſit in aliis iuribus, quod in iuriſdictione, & Balbus *dicto
loco* in ſpecie de ipſis etiam regalibus & Principi reſeruatis lo-
quitur.

Neque † hic etiam attendendum eſt,quod Baldus *conſ.* 201 167
num. 1. *verſ. ſed poſtquam. volum.* 2. & Rolandus à Valle *conſ.* 80. *num.*
24. *lib.* 2. eo tantum caſu,quo præſcribens alium vti volentẽ pro-
hibuit,priuatiue præſcribi velint,nec etiam deſint,qui pro eadẽ
opinione ita allegat Felinum, quaſi idem tradat ſupra citato

loco. Nam præterquam quod ea opinio ſingularis eſt, & communi ſententiæ repugnat, prædicti textus etiam indiſtincte & ſimpliciter loquuntur, nec vllam prohibitionis mentionem faciunt, & † certi iuris eſt, quod generaliter & indiſtincte prolata,
168 generaliter & indiſtincte accipi debeãt *l. de precio ff. de publ. in rem act. l. 1 § generaliter. de legat. præſtand.* ideoq; reliqui etiam Dd. ſimpliciter & ſine ea diſtinctione ſentiunt priuatiue præſcribi. Nec aliter ſentire Felinum *d. loco.* inde apparet, quod *ib. verſ. Et procedit indubitanter.* ſubiungat, indubitanter id tunc procedere, quãdo is, contra quem præſcriptum fuit, prohibitus fuiſſet à præſcribente & prohibitioni acquieuiſſet.

Eo vero magis ſimpliciter & indiſtincte dicendum eſt, regalia priuatiue præſcribi, quod per conceſſionem etiam regalia priuatiue acquiri, ſi contractus interuenerit, ſupra oſtenſum ſit,
169 & præſcriptio † contractus vim habeat, eiq; æquiparetur *l. Alienationis.* & ibi Alciat. & Dd. *de verb. ſignif.* Balb. *in d. tract. de præſcr. part. 1. quæſt. 6. num.* 7. Bald. *in l.* 1 *num.* 19. *Cod. de ſeruitut. & aq. & conſ. 315 ponitur, quod antiquitus. numer. 1. verſ item liberatio volum.* 3.
170 Crauett. *conſ* 10. Antonia *n. 11. verſ Et habet præſcriptio*, quod † maxime in præſcriptione immemoriali locum habet. Iaſ. *in l. quo minus. num. 96. ff. de flumin.* Tapia *in d. l fin. part. 2. cap. 9. nu. 23.* Afflict. *in c. 1. § præterea Ducatus. num.* 54 *& ſeq. de prohibit. feud. alienat.* Roland. à Vall. *conſ. 66. Quoniam veritas. num.* 40. *vol.* 2. Socin. *conſ. 86. col. fin. lib.* 1. Pariſ. *conſ.* 112. *num.* 21. *lib.* 1. Cephal. *conſ* 342. *nu.* 55 *verſ. Quare cum hoc priuilegium.* Schrad. *inter conſilia* Borch. *part.* 2. *conſ. 18. v. nonò poſſeſſio.*

171 Quantum † vero ad prædictam interpretationem præſcriptionis attinet, quemadmodum ſupra de conceſſione regalium dictum eſt, in ea de vna ſpecie regalium non eſſe faciendam extenſionem ad aliam, ſic idem dicendum eſt de præſcriptione, late Zaſ. *conſ. 16. n. 56. & ſeqq. lib.* 2. Alexand. *conſ. 33. num. 9. vol* 5. idque magis communiter à Dd. teneri in terminis iuriſdictionis dicit Iaſ. *in l. Imperium num.* 23. *verſ. Et ſic vides, quod ma-*
172 *gis communis. ff. de iuriſdict omn. iudic.* facitque † pro ea, quod

quan-

quantum poſſeſſum, tantum & non plus dicatur eſſe præſcriptum *l. 1. §. ſi quis interdicto. ff. de itin. actuque priuat. l. denique & l. ſeq. ex quib. cauſ. maior.* adeoque † ſtricte præſcriptio accipienda 173
ſit, vt ſtrictiſſimi etiam iuris eſſe dicatur Crauett. *conſ. 972. Præcipua quæſtionum. nu. 11.* & † odioſa eſſe cenſeatur Pariſ. *conſ. 114. nu.* 174
24. lib. 1. Decian. *reſponſ. 22. n. 26. vol. 1.* Crauett. *conſ. 692. nu. 6. verſ. Atqui odioſam.* Roman. *conſ. 368. num. 8.* vbi † addit eam ad ſui ter- 175
minos ita reſtringendam eſſe, vt neque de re ad rem, neque de perſona ad perſonam, neque de loco ad locum extendatur. In
† dubio etiam de præſcriptione pronunciandum eſt, quod ceſ- 176
ſet, nec neganti obſtet. Neuiz. *conſ. 10. num. 21.* Crauett. *conſ. 498. num. 15.* Cephal. *conſ. 403. num. 23.*

Capvt VI.

Quibus modis regalia amittantur.

SVMMARIA.

1. Cauſa priuilegij finali ceſſante, ſimul deficit eius effectus, & amittuntur regalia per illud conceſſa.

2. Priuilegium non deficit, etiamſi cauſa eius ceſſet, ſi aliquæ maneant reliquiæ.

3. Regalium conceſſio, ſi neque principaliter, neque acceſſorie per infeudationem, ſed per priuilegium facta ſit, reuocatione à Principe facta amittuntur, etiamſi Princeps ſine cauſa priuilegium reuocet nu. 4.

5. Priuilegium princeps reuocare non debet, niſi aliquid ſit, ob quod à leuitate & inconſtantia excuſetur.

6. Priuilegium an reuocari poſſit, licet pro impetratione eius pecunia data ſit?

7. Priuilegium, quo regalia conceſſa ſunt, non ſolum ipſe concedens, ſed & eius ſucceſſor abſque cauſa reuocare poteſt.

8. Non ſubdito conceſſum reuocari nequit.

9. Princeps ſupremus ſolus, non autem inferior reuocare priuilegium abſque cauſa poteſt.

10. Priuilegium reuocari nequit, ſi ſit ab Imperatore, adhibito etiam Ordinum Imperij conſilio, datum.

11. Vel iuramento firmatum.

12. Iuramentum ſi accedat actui, à quo alias pœnitendo ac reuocando recedi poſſet, pœnitentiæ non eſt locus.

13 Priuilegium de regalibus per modum contractus conceſſum reuocari nequit.

14. Fallit, ſi magnum Imperij diminutionem & præiudicium contineat priuilegium per contractum conceſſum, & cenſetur ea conceſſio per contractum etiam eo caſu facta, quo princeps ſe illud ſeruare, nec quicquam contra illud facere velle promittit.

15. Priuilegium de regalibus tacite per lapſum temporis immemorialis acquiſitum reuocari non poteſt.

16. Tacitum, licet regulariter eandem vim habeat, quam expreſſum, tamen nonnunquam plus operatur nu. 17.

18. Præſcriptionem prohibendo impedire ac tollere Princeps poteſt.

19. Completa tamen per eum tolli, & ſic ius inde quæſitum auferri ſine cauſa nequit.

20. Nec in iure per alios titulos iuris ciuilis quæſito id fieri poteſt.

21. Priuilegia, quæ per auream Bullam aliasque Imperij conſtitutiones Electoribus & alijs Principibus ac Statibus Imperij de regalibus data ſunt, cenſentur irreuocabilia.

22. Conſtitutio qualibet, quæ in contractum tranſiuit, ſine cauſa non poteſt reuocari.

23. Priuilegium, quo regalia vel alia conceſſa ſunt, ſi ſit ob merita datum reuocari ne quidem ob ingratitudinem poteſt, cenſeturque vim contractus habere.

24. Quod tamen ſecundum aliquos Dd. ita procedit, ſi merita rebus eo comprehenſis æquipolleant & probentur, quorum ſententia improbatur nu. 26.

25. Donatio remuneratoria non ſolum valida eſt, ſed & ſine probatione meritorum ſoli donantis aſſertioni creditur, etiamſi priuata ſit perſona, modo libere donare poſſit.

27. Priuilegij de regalibus conceſſi reuocatio ijs caſibus, quibus concedenti non permittitur, nec à ſucceſſore fieri poteſt, ſiue per electionem, ſiue iure hæreditario ſucceſſerit.

28. Quod

28. Quod tamen in ſuccedente per ſolam Electionem ad eum caſum, quo nomine dignitatis priuilegium datum eſt, reſtringitur.

29. Regalia per priuilegium conceſſa expreſſa renunciatione eiuſmodi priuilegij ab eo, cui datum eſt, facta amittuntur, quæ tamen renunciatio, quoad eius fieri poteſt, reſtringenda eſt, neque vnquam in dubio præſumitur.

30. Sic & amittuntur per non vſum, fallit, ſi occaſio vtendi ſe non obtulerit, num. 32. *quantumuis mille anni effluxerint,* num. 33. *regalibus etiam ius nundinarum eſſe, & de quibus nundinis hoc intelligendum, item an ea ſine Principis conſenſu aliò transferri & non citatis vicinis ciuitatibus concedi poſſint.*

34. Regalia per priuilegium conceſſa amittuntur per abuſum illorum.

35. Reipublicæ intereſt, ne quis re ſua male vtatur, & in quibus id potiſſimum procedat.

36. Angarijs & parangarijs abutens, & per earum exactionem nimium in ſubditos ſæuiens, ijs priuari, & ſubditi ab eius poteſtate eximi poſſunt.

37. Monetæ cudendi iure, ex priuilegio competente, abutens priuationis pœnam incurrit.

38. Regalia priuilegio conceſſa amittuntur ob enormia delicta contra Principem concedentem commiſſa.

39. Inter quæ cumprimis eſt crimen læſæ maieſtatis.

40. Amittuntur etiam ob magnam & ſupinam negligentiam & ignauiam ea habentis.

41. Priuilegij tempore finito finitur ipſum priuilegium, & ſic etiam regalia per priuilegium conceſſa.

42. Tempus alicui rei præfixum, de forma eius eſſe cenſetur.

43. Forma rei deſtructa res ipſa etiam deſtruitur.

44. Priuilegium ad beneplacitum concedentis conceſſum vna cum regalibus in eo conceſſis morte concedentis expirat.

45. Ciuitate deſtructa & ſolo æquata omnia iura, quæ ei adhærent, & quidem regalia etiam, quæ habet, amittuntur, idque etiam ad caſtrum, eccleſiam & collegium extenditur num. 47.

46. Prin-

46. *Principali ſublato ipſum etiam acceſſorium ſublatum & extinctum eſſe cenſetur.*

48. *Ciuitas poſt deſtructionem readificata regalia aliaque iura non recuperat, niſi expreſſe per Principem ad ea reſtituatur, vel per praſcriptionem aut conſuetudinem legitimam de nouo ea acquirat.*

49. *Fallit, etiamſi conſtet ſub ſpe reſtaurationis deſtructionem factam eſſe.*

50. *Ciuitas ſine delicto & abſque ſuperioris authoritate vi hoſtium deuaſtata & deſtructa, regalia aliaque iura non amittit.*

51. *Res varijs modis, cuiuſmodi ſunt chaſma, incendium terramotus, inundatio, interire poteſt.*

52. *Ciuitas quando eiuſmo[d]i modis perijt, regalia non amittit.*

53. *Regalia ciuitati conceſſa amittuntur, ſi ciues omnes vrbe relicta aufugiant.*

54. *Fallit, quando ciues non diſperguntur, vt vagabundi, ſed coniunctim manent, atque ita nouam ſibi ſedem, quam inhabitent figunt.*

55. *Regalia priuilegio conceſſa ſeculares Principes, alijque ſtatus Imperij in pœnam banni declarati amittunt.*

56. *Etiamſi ob ſolam contumaciam in bannum condemnentur.*

57. *Ad banni pœnam in Principibus in Camera deueniri non poteſt, niſi pracedente conſenſu Imperatoris.*

58. *Ab huiuſmodi pœna etiam à Camera nec Principem, nec etiam alium ſine conſenſu Imperatoris abſolui poſſe, ſi ſit fracta pacis cauſa maioris momenti & periculi, & an conſenſus offenſa etiam partis requiratur.*

59. *Principes & alij, Imperij ſtatus Eccleſiaſtici non poſſunt in pœnam banni declarari.*

60. *Regalibus tamen & priuilegijs omnibus ex eadem cauſa, qua ſeculares banni pœnam incurrunt, per ſententiam declaratoriam priuantur.*

61. *Inter Eccleſiaſticos & ſeculares illud etiam eſt diſcrimen, quod hi publice ſub dio illi vero in ipſo conſiſtorio iudice pro tribunali ſedente in pradictas pœnas condemnentur.*

62. *Eccleſiaſtici tantum ratione regalium & beneficiorum Imperatori, ratione perſona vero & ordinis Eccleſiaſtici Pontifici ſunt ſubiecti.*

63. *Regalia amittuntur, ſi ad requiſitionem concedentis denegetur editio tituli eorum.*

64. *Niſi*

64. Niſi huiuſmodi denegans habeat pro ſe conſuetudinem vel præſcriptionem temporis immemorialis.

65. Præſumptio ſpecialis derogat generali.

66. Præſumptio ex lapſu temporis immemorialis reſultans fortiſſima eſt, adeo vt dicatur præſumptio iuris & de iure.

67. Regalia per infeudationem conceſſa ijſdem modis, & ex cauſis amittuntur, quibus feuda.

68. Quod procedit ſiue regalia principaliter & ſeorſim per inueſtituram concedantur, ſiue acceſſorie & per conſequentiam vna cum regali vel alio feudo conferantur.

69. Acceſſorium ſequitur naturam ſui principalis, etiamſi illud ſuo principali ſit præſtantius ac nobilius nu.70.

71. Regalia per inueſtituram conceſſa amittuntur etiam ex quibuſdam cauſis, ex quibus amittuntur regalia per priuilegium conceſſa, & quænam ſint illæ?

72. Cauſæ ſiue modi cum priuilegio non communes ſed ſingulares, ex quibus regalia iure feudali amittuntur, quinam ſint? remiſſiue.

73. Regalia per conſuetudinem vel præſcriptionem acquiſita difficilius amittuntur, quam quæ priuilegio aut inueſtitura acquiſita ſunt.

74. Regalia ex conſuetudine vel præſcriptione temporis immemorialis acquiſita, quibus modis amittantur.

CVm de modis acquirendi regalia capite ſuperiori pro ratione inſtituti noſtri ſatis dictum ſit, poſtulat ordo, vt ad modos amittendi regalia tranſeamus, & quid de eis etiam iuris ſit, diſpiciamus. Hoc vero ita fiet, vt & cauſæ, ob quas regalia amittuntur, adducantur, & ſimul, vbi opus erit, ampliationes & limitationes iuris regularis ſubijciantur. Et quemadmodum ſuperiori capite dictum eſt, regalia conceſſione per priuilegium, vel ſine eo per inueſtituram acquiri, vel conſuetudine ac præſcriptione: ſic hic eo ordine de amiſſione eorum tractabimus, vt prius de ijs, quæ per priuilegium, deinde de ijs, quæ per inueſtituram conceſſa ſunt, ac poſtea de conſuetudine ac præſcriptione agamus. Primum † igitur generaliter tenendum eſt, quod ceſſante cauſa finali priuilegij ſimul deficiat eius effectus *c. cum ceſſante, de appellat.* 1

l.1. C. de condict. ob cauſ. §. *hac conſtitutio. Inſtit. de eo cui libertat. cauſ.* ideoque deficiant etiam & amittantur regalia per priuilegium conceſſa, quando cauſa finalis ceſſat & deficit. Atque huc pertinet etiam textus *in l. Geometra*, ibi: *donec curam gerunt*, & *l. Athletas*. §. *Gentium*, ibi: *quoad in præſidatu ſunt. ff. de excuſat. tutor. & in l. Titio Sejo.* §. *Vſuras. ff. de legat. 1.* qui textus communiter à Dd. ad hoc allegatur, atque hanc ſententiam comprobat Alexand. Iaſ. & Dd. *in l. filius à patre.* §. *1. ff. de liber. & poſthum.* Rip. *in l. ex facto. num. 10. ff. de vulg. & pupill. ſubſtit.* Coler. *de proceſſib. executiu. part. 2. cap. 3. num. 132* Modeſtin. Piſtor. *conſ. 52. num. 7. vol. 1.* Atque hinc eſt quod etiamſi initio non male ſed ad bonum finem priuilegia ſint conceſſa, tamen protinus ſint abroganda & abolenda, quia incipiunt lędere vel eſſe nocifera per textum elegantem in *c. ſuggeſtum. de Decimis.* Eoque pertinet quod Specul. de modo generalis concilij *p. 1. in tit. de exempt. nu. 60.* ſcripſit, exemptionum priuilegia eſſe reuocanda ex quo anſam delinquendi prębent. Hoc

2 † tamen ius fallit, ſi reliquiæ aliquæ maneant, ob quas priuilegium non deficiat, etiamſi cauſa eius ceſſet Angel. *in l. minoribus. nu. 2. verſ. Nam nulla reliquia. C. de his quibus vt indign.* Alexand. in addit. ad Bart. *in l. excuſantur.* §. *non ſolum. num. 3. ff. de excuſat. tutor.* Socin. *in l. ſciendum.* §. *vlt.* & ibid. Iaſ. § *pen. nu. 7. ff. de his qui ſatisd. cogant.* Alberic. de Roſat. *in l. & ideo nu 3. ff. rer. amotar* Zuchard. *in l. fin. nu. 22. C. de edict. diu. Hadrian. tollend.* Socin. *conſ. 84. num. 9. vol. 3.* Vdalric. Mordyſ. inter conſilia Modeſtini Piſtoris *lib. 2. conſ. 11. num. 26.*

3 Secundo † ſi conceſſio regalium neque principaliter, neque acceſſoriè per infeudationem, ſed per priuilegium facta ſit, reuocatione à Principe facta amittuntur, cum licet durum ſit reuocationem fieri, & Principis proprium non eſſe dicatur reuocare conceſſa. And. de Iſern. *in c. qui ſucceſſ. feud. ten.* tamen ſi velit Princeps, huiuſmodi priuilegium reuocari poſſit *c. 1.* § *1. verſ. Aperte. de conceſſ. prabend. in 6. c. Clericis in fin. de immunitat. Eccleſ. in 6. c. alma mater. de ſentent. excommunic. in 6.* Canoniſtæ *in c. nouit. de iudic.* Bald. *in l. qui ſe patris. numer. 33. C. vnde liberi.* Peregrin. *de iur. fiſc. lib. 1. tit. 3. num. 19.* Grammat. *deciſ. 46. num. 5. & vot. 28. num. 19.*

Caccia-

Caccialup. *in l. omnes populi. nu. 107. ff. de iuſtit. & iur.* Dec. *conſ. 286. num. 4.* Zaſ. *in l. Princeps. num. 2. ff. de legib.* Bellon. *conſ. 28. nu 10. latè* Roland. à Vall. *conſ. 13. lib. 3.* qui *nu. 3.* addit hanc ſententiam eſſe communem, idque ita de ea etiam affirmatur in cauſa Epiſcopi Spirenſis contra Chriſtophorum Moeſer Fiſcalem Rotweilenſem in voto Camerali, quod eſt apud Tilem. de Benign. *ſyntagm. 3. decad. 1. vot. 7. num 23.*

Procedit † vero hæc ſententia, etiamſi ſine cauſa Princeps priuilegium reuocare velit, Dec. & Bellon. *dictis locis* Roland. *d. conſ. 13. num. 3. & 11.* Gabriel. *comm. concluſ. l. b. 3. tit. de iure quæſit. non tollend. concluſ. 7. num. 1.* Crauett. *de antiquit. tempor. part. 1. §. 1. num. 55.* Zaſ. *in d. l. Princeps. nu. 25.* vbi † eleganter addit, debere tamen eum ita ad eiuſmodi reuocationem adduci, vt aliquid ſit, ob quod à leuitate & inconſtantia excuſetur. Habere † etiam prædictam ſententiam locum, licet pro impetratione priuilegij pecunia data ſit, tenet Roman. *ſing. 463. nu. 2.* & poſt eum Cotta *in memoralib. in verb. exemptis.* qui allegat etiam Baldum *in d. l. qui ſe patris. col. penult. verſ. Sed hoc ſcias.* Quod male ab eo ſit, cum Baldus contrarium ſentiat, dicens quod precio aliquo interueniente ſit contractus irreuocabilis & non priuilegium. Non recte etiam Roman. & Cotta pro ſua ſententia allegant textum *in l. Titius puerum. ff. de obſequijs à libert.* Quia ibi agitur de eo caſu, quo beneficium libertatis ſeruo ob pecuniam datæ ob grauem cauſam, & nimirum ob ingratitudinem reuocatum fuit. Et quidem verius eſſe, quod priuilegium per pecuniam impetratum reuocari non poſſit, tradit non ſolum Bald. *dicto loco* ſed & Caſtrenſ. *in l. digna vox, num. 6. verſ. In contrarium C. de legib.* Afflict. *deciſ. 128. num. 10.* Dec. *conſ. 689. nu. 5.* Pruckm. *conſ. 39. num. 26.* Natt *conſ 669. ad euidentiam. num. 11. tom. 4.* Tapia *in l fin. part 2. cap 9. in princ. & nu. 10. in fin. ff. de conſtit. Princip.* vbi oſtendit id per ea, quæ in præmiſſis ab eo dicta ſunt, confirmari.

Reuocatio † vero, quam ſupra diximus Principi eſſe liberam, non ſolum ab ipſo concedente, ſed & ab eius ſucceſſore fieri poteſt. *c. ſi is cui. de prabend. in 6.* Cyn. & Alberic. *in d. l. digna vox Cod. de legib.* Grammat. *d. voto. 28. numer. 19.* Roland. à Vall. *d. conſ.*

4
5
6
7

d.conſ.13.nu.8. Affli&t.*d.d.ciſ.128.num.11.in fin.* Natt.*conſ.657.conſiderato diligenter themate.nu.13 tom.4.*

Verum hic ſimul attendendum eſt, quantopere hoc ius, quo Princeps vel eius ſucceſſor dicitur priuilegium, quo regalia vel alia conceſſa ſunt, reuocare poſſe, reſtringatur, & quam
8 varias habeat limitationes. Ex his † primum illud eſt, quod non habeat locum in non ſubdito. Innoc. *in d. c. nouit. num.6. & ibid.* Panorm. *num.23.* Felin. *num.9.* Aretin. *num.22.* Boſſ.*de Principe. num.15.* Menoch. *de præſumpt. lib 2. præſumpt.10.num.29.* Roman. *conſ.252. num.2.* Pariſ *conſ.82. num 46. vol.1.* Purpur.*conſ.18.nu.16. & conſ 580. num.28.* Natt. *conſ 431. num.19. lib. 2.* Gozadin. *conſ 5. num.11.* Proſper Paſeth *conſ.18 num.6.* Gail.*obſeru.60.num.17.verſ. Altera quod priuilegium.lib.2.* Rulant *de commiſſar. part.4. lib.2. cap.*
9 *4. num.120.* Secunda † limitatio eſt, quod illud ius locum habeat in ſolo Principe ſupremo, non autem in inferiore, Ioan. Fab. *in l. ius. C. de Iudæis.* Felin. *in d. c. nouit. num.11.* Anton. de Butrio & Ioan. de Imol. *in c. qua in Eccleſiarum. de conſtit.* Carol. Tap. *in d. l. fin. part 2. cap.9. num.69. ff. de conſtitut. Princip.* Lancellot. *in templo iudic. lib.1. cap.1. §.4 verb. priuilegia poteſt reuocare Imp. nu.5.* Gabriel. *d. concluſ.7. num.9.* Ruin. *conſil.230. num.9. verſ. Et idem etiam vol.1.* Ripa *reſponſ.3. numer. 8. de diuerſ. reſcript.* Roſenth. *in tractat. de feud. cap.3. concluſ.21. numer.3.* quibus accedit etiam totum iuridicum Collegium Lipſenſe inter conſilia Modeſtini Piſtoris *lib.*
10 *2. conſil.11. num.2.* Tertia † eſt, ſi priuilegium ab Imperatore datum ſit, adhibito etiam ordinum Imperij conſilio, Caſtald. *in tractat. de Imperator quæſt.114. num 3.* Carol. Tap. *d. cap.9. numer 16.* vbi ait, quando conceſſio cum conſenſu conſilij Regij facta eſt, regnum ipſum videri contrahere. Atque hæc limitatio approbatur etiam in ſupra allegato Camerali voto Correferentis in cauſa Epiſcopi Spirenſis contra Chriſtophorum Moeſer Fiſcalem Rotweilenſem, vbi pro ea ſententia allegatur quoq; Afflict.
11 *deciſ 101.* Quarta † eſt, ſi iuramento priuilegium fuerit confirmatum, Bald. & Caſtrenſ. *in l humanum. C. de legib.* Alciat. *de verb. ſignif. lib.1. num.87. verſ. Idem cum priuilegium.* Rip. *reſponſ.12. num. 9. de diuerſ. reſcript.* Tap. *d. cap.9. numer. 68. & 110.* facitque huc quod

Digitized by Google

quod iuramentum concedentem arctius obliget & actum fir-
mio em reddat, vt ſuperiori capite n. 102. dictum eſt, & quod
pœnitentia † negetur locum habere, quando iuramentum ac- 12
cedit actui, à quo alias pœnitendo ac reuocando recedi poſſet,
Anton. de Petrut. *in l.1. num. 207. 209. & ſeq ff. de iureiur.* Anton. de
Butr. & communiter Dd. *in c.1. de iudic.* Euerhard. *in loc. legal. A iu-
ramenti vi, energ. & efficac. num. 40.* plures alios allegans & addens
hoc eſſe communi opinione receptum perpetuoque mente te-
nendum quia in practica ſit frequentiſſimum. Quinta † eſt, ſi 13
per modum contractus priuilegium conceſſum ſit, Cyn. Bart.
Bald. Salicet. & Ioann. Ign. *in l. donationes quas diuus C. de donat. in-
ter vir. & vxor.* Bald. *in c.1. num. 17. de allod.* Ioann. de Anan. *in cap.
Querelam num. 14. ne prælat. vic. ſuas*, Imol *in c.1. verſ. & per prædicta
patet. de Conſtit.* Crauett. *de antiquit. temp. part. 1. §. 1. nu. 53.* Roman.
conſ. 436. num. 18. Alexand. *conſ. 216. num. 16. & ſeq. lib. 2.* Dec. *conſ.
404. num. 8.* Natt. *conſ. 106. nu. 42.* niſi † conſtaret huiuſmodi pri- 14
uilegium, per modum contractus de regalibus conceſſum, ma-
gnam Imperij diminutionem & præiudicium continere, Luc.
de Pen. *in l quicunque num. 9. & ſeq. C. de omn. agr. deſert. lib. 11.* Andr.
de Iſern. *in c.1. num. 18. & ibid.* Affl. *num. 61. de capitan qui cur. vendid.*
Felin. *in c.1. num. 5. & ibid.* Beroius *num. 32.* Dec. *num. 30. de probat.*
Boſſ. *tit. de regal. num. 32.* Laudenſ. *de principe. quæſt. 169.* Molin. *in
conſuetud. Pariſ. § 1. gloſſ. 5. numer. 54.* Socin. iun *conſ. 80. num 45. lib. 3*
Roland. à Vall. *conſ. 1. num. 114. & 124. vol. 2.* Zaſ. *in epit. feudal. part.
1. num. 15.* Cenſetur autem priuilegium per contractum eo etiam
caſu conceſſum, quo Princeps promittit, quod priuilegium il-
lud ſeruare, nec contra illud quicquam facere velit. *Gloſſ. in l. 1.
verb. Figuris circ. fin. ff. de action. & oblig.* & poſt eam Schrader. *conſ. 1.
num. 214. verſ. eodem modo, lib. 1.* Sexta † eſt, ſi præſumptiue ac ta- 15
cite priuilegium de regalibus per lapſum temporis immemo-
rialis acquiſitum ſit, vt poſt Afflict. Caſtrenſ. & Iaſ. tradit Cache-
tan. *deciſ. 139. num. 12.* Accedunt Cephal. *conſ. 342.* incip. *Nundinæ.
num. 55. in fi. & nu. ſeqq.* Carol. Tap. *d. c. 9. nu. 23.* & plures alij ab eo
ibidem adducti, & facit huc ſingulariter, quod ſuperiori capite
Y 3 oſten-

oſtenſum eſt, tempus immemoriale habere vim contractus & ſpecialis conceſſionis, priuilegijq; Imperatorij, & potius ac fir-
16 mius ius per illud acquiri, quam per priuilegium. Neque † ob-
ſtat, quod tacitum regulariter non plus poſſit quam expreſſum, ſed eadem potius vtriuſque vis ſit *l. de quibus ff. de legib. l. Cum quid. ff. ſi cert. petat. l. Qui ad certum, ff. locat.* late Euerhard. *in loc. legal.*
17 *Ab expreſſ. ad tacit. numer. 1. & aliquot ſeqq.* Nam † non eſt ra-
rum nec nouum, ut tacitum plus operetur quam expreſſum, haberque illud ius ſuas exceptiones, vt docet Euerhard. *d. loco n. 17.*
18 Non † refragatur etiam quod Princeps præſcriptionem prohi-
bendo impedire ac tollere poſſit Cephal. *conſ. 542. num. 75.* Ruin.
19 *conſ 13. n. 5. vol. 4.* Nam † ipſam præſcriptionem iam completam,
& ius inde quæſitum Princeps ſine iuſta cauſa tollere & auferre nequit Cephal. *d. loco.* Pariſ. *conſ. 1 num. 108. volum. 1 & conſ. 101. nu. 70. volum. eod.* Crauett. *conſ. 172. num. 3. & conſ. 492. num. 103.* eamq;
20 ſententiam † tam de præſcriptione, quam de aliis iuris ciuilis ti-
tulis, quod nimirum ius inde quæſitum à Principe ſine iuſta cauſa tolli & adimi non poſſit, magis communem eſſe teſtantur Pa-
21 riſ. *d. conſ. 101. num. 70.* Crauett. *d. conſ. 172. num. 3.* Septima † eſt in
iis priuilegiis, q̄ per aureā Bullā aliasque Imperij Conſtitutiones Electoribus & aliis Principibus ac Statibus Imperij de regalibus data ſunt, de quo genere priuilegiorum in membro primo ſuperioris capitis dictum eſt. Confirmatur hæc limitatio tum eo, quod priuilegium conſilio & authoritate Principum & aliorum ordinum Imperij ab Imperatore conceſſum reuocari non poſſit, vt in tertia limitatione oſtenſum eſt, tum etiam eo, quod priuilegia, ex aureà Bulla & aliis Conſtitutionib. competentia, per modum contractus, inter Imperatorem & Status Imperij initi, cenſeantur obtenta, eoque facit hæc in Conſtitutionibus Imperij adiecta clauſula, **Darüber wir vns mit jhnen vnnd ſie hinwieder ſich mit vns verglichen /** Et in ordinatione Cameræ Imperialis eodem pertinet præfatio, cumprimis in verbis **Auch dz dieſe Ordnung derwegen von newem wiederumb alſo zu publiciren / vns mit jhnen vnd ſie hinwiederumb mit vns vereinigt vnd verglichen.** Eo

vero

vero firmius eſt & magis irreuocabile, quod per eam ordinationem placuit & conceſſum eſt, quod in prædicta præfatione §. Setzen / Ordnen / ꝛc. clauſula non obſtante adiecta & per eam expreſſe cautum ſit, quod nulla reſcripta, commiſſiones, auocationes, miſſiones & mandata, quę illi ordinationi repugnant, obſtare debeant, quo minus obſeruentur omnia, quæ ea ordinatione continentur, & † de qualibet etiam conſtitutione, quæ in con- 22
tractum aliquo modo tranſiuit, expediti iuris eſt, quod ſine iuſta cauſa reuocari non poſſit, Iaſ. *in l. Ciuit. us. num. 5. verſ. Niſi ſaluando iſtud fundamentum. ff. ſi cert. petat.* Caſtrenſ. *in d. l. digna vox nu. 7. C. de legib.* Roman. *conſ. 116. viſis neceſſariis in princ. verſ. Primo quia conſtitutio & ibid.* Molin. *in addit. ad verb. Reuocari.* Gozadin. *conſ. 5. An in quæſtione propoſita num. 11. verſ. Et dixit Innocentius.* Cephal. *d. conſ. 342 Nundinæ per conſuetudinem numer. 55, lib. 3.* Octaua † eſt, 23
ſi ob merita priuilegium conceſſum ſit. Iaſ. *in l. ex hoc iure. numer. 54 verſ. eodem modo. ff de iuſt. & iur.* Felin. *in d c Nouit. numer. 12. de iudic.* Achill. Perſonal. *in tractat. de gabell. num. 71.* Gabriel. *d. concl. 7. num. 2.* Anton. Capyc. *deciſ. 121. num. 16.* Thom. Grammat. *deciſ. 65 num 25. & conſ 100 nu. 66.* Natt. *conſ 511. num. 8.* Roland. à Vall. *conſ. 76. nu* 14. *& 18. vol. 2.* eamq; eſſe communem Dd. ſententiam teſtatur Carolus Tap *d. cap. 9. nu. 6. verſ. Quæ opinio.* Eaq; adeo vera eſt vt nec ob ingratitudinem quidem tolli nec auferri poſſit. Iaſ. *l. ex hoc iure numer. 54. ff. de iuſtit. & iur.* Barbat. & Felin. *in cap. nouit de iudic.* Tiraquell. *in l. ſi vnquam verb. Donatione larg. numer.* 14. *Cod. de reuoc. donat.* Schrader. *conſ. 1. num. 212. lib. 1.* Et in contractum tranſire eiuſque vim habere cenſeatur priuilegium ob bene meritum conceſſum Ruin. *conſ. 217. n. 6.* Gabr. *in tr. Reg. li 3. t. de iur. quæſ. nõ toll. concl. 6. n. 6.* Tiraq *d. nu.* 14. Reſtringitur quidem † hoc ius à nonnullis, quaſi huiuſmodi priuilegium nõ 24
ſubſiſtat, nec reuocatio eius impediatur, niſi merita ob quæ illud conceſſum eſt, reb. eo comprehẽſis æquipolleãt, & ipſa merita à priuilegiato probentur, ex quib. præter alios ſunt Bald. *in d. l. qui ſe patris n. 34. verſ. ſed Nicolaus prædictus* & ibid. additionator *ad verb.*

Digitized by Google

verb lucratus Cod. unde lib. Socin. *conſ. 4. num. 5. & conſ.* 87. *num.* 12. 25 *volum. 3.* Verum † quemadmodum donatio remuneratoria non ſolum valida eſt, ſed & probatione meritorum non indiget, ſoliq́ue donantis aſſertioni creditur, etiamſi donans priuata ſit perſona modo talem eum eſſe conſtet, qui libere donare poſſit, Bart. *in l. ſi forte numer. 5. ff. de caſtrenſ. pecul.* Salicet. *in l. ſi donatione numer. 2. Cod. de collat.* Guid. Pap. *deciſ. 95. numer.* 2. Clar. *in §. donatio. quæſt. 3. numer. 2 verſ. Quem tamen intellige.* Gail. *obſeru. 38. numer. 6. verſ. In aliis perſonis. lib.* 2. qui addit hanc ſententiam eſſe communem, idq́ue teſtantur etiam plures alij, ex quibus ſunt Bellon. *conſ.* 74. *Domina Barbara numer.* 17. *verſ. Aut ſit ab eo.* Ripa *lib. 3. reſponſor. cap 9. col. fin.* Curt. iun. *conſ.* 142. *Habita diligenti conſi-* 26 *deratione. numer. 3. verſ. Accedit ad confirmationem part.* 2. ſic † cumprimis & multo magis fallit in Principe donante, & priuilegio ab eo gratioſe dato, quod videlicet meritorum, quorum in huiuſmodi priuilegio mentio fit, non requiratur probatio à priuilegiato facienda, ſed ſtetur aſſertioni ſolius Principis, Barbat. *in c. Sedes col. 2. de reſcript.* Ioſeph. Ludovic. *deciſ. 16. numer.* 360. *& ſeq.* Anton. Capyc. *deciſ. 65. numer.* 64. Thom. Grammat. *d. conſ. 100. n. 55.* Decian. *reſponſ. 25. n. 79. vol. 1.* vbi addit liberalitatem, quę Principes decet, ſupplere omnia, & maiorem eſſe debere quam priuatorum.

De † omnibus autem iis limitationibus, de quibus hactenus 27 eſt dictum, obſeruandum eſt, quod priuilegium de regalibus conceſſum ne quidem ſucceſſori liceat prædictis caſibus reuocare, ſiue per electionem ſiue iure hereditario ſucceſſerit, Bart. *in l. Prohibere num. 5. ff. quod vi aut clam.* Iaſ. *in l. 1. num. 13. &* 14. *ff. de conſtit. Princip.* Afflict. *deciſ. 128. num. 9. &* 10. Brun. *conſ. 12. num. 29. &* 30. Sigiſm. Loffred. *conſ. 38. nu. 27.* Roland. à Vall. *conſ. 1. n. 40. & ſeqq. vol. 2.* Menoch. *conſ. 1. nu. 228.* Modeſtin. Piſtor. *conſ. 12. nu.* 50. *lib.* 1. Burſat. *conſ. 16. n. 47. lib.* 1. vbi addit hanc ſententiam eſſe cō- 28 muniter à Dd. approbatam. Quod † eo caſu, quo nomine dignitatis datum eſt priuilegium, reſtringitur, Bald. *in l. digna vox n. 4. C. de legib.* Abb. Dec. Franc. & Corn. *in c. 1 de prob.* Capyc. *d. deciſ.*

121.*num.*5.*in fin.& nu.*6. Roland. à Vall. *d.conſ.*1.*nu.*178.*& 179. vol.* 2. Boër. *deciſ.*204.*num.* 42. Cacheran. *deciſ.*139.*n.*11. Euerhard. *in loc. legal. A plenitud. poteſt. n.*9. Tapia *d.cap.*9.*nu.*12. vbi *num.*13. *& aliquot ſeqq* poſt alios à ſe allegatos ſubiicit plures caſus, in quibus ſimiliter illud ius coarctat, idq; tamen ita fit, vt non ſit iis omnibus æque fidendum.

Tertio vt ad reliquos etiam modos, quibus regalia per priuilegium impetrata amittuntur, tranſeamus, quemadum ſupra oſtenſum eſt, regulariter ea per reuocationem eiuſmodi priuilegij ab ipſo Principe concedente factã amitti, ſic & † expreſſa 29 renunciatione eiuſmodi priuilegij ab eo, cui datum eſt, facta regalia amittuntur. *l.*1. *§. aſſignare ff. de aſſignat. libert. l. ſi quis in conſcribendo Cod. de pact. c. nonnulli de reſcript. c. ex ore §. Quia vero. de his, quæ fiunt à maior. part. cap.* Carol. Tap. *in d. l. fin. part.* 2. *cap.* 6. *numer.* 1. Modeſtin. Piſtor. *conſ.* 12. *numer.* 23. *libr.* 1. Rulant *De commiſſar. part.* 4. *lib.* 2. *cap.* 4. *numer.* 142. *verſ. ſi vero is cui conceſſum.* Sic priuilegio, quo in aurea Bulla Caroli Quarti omnibus Electoribus Imperij datum eſt ius extremæ prouocationis, quod de regalibus & quidem maioribus eſt, vt dictum eſt *c.*2 *n.* 14. renunciarunt tres Electores ad Rhenum, cum non ſolum deferant appellationibus ad Cameram Imperialem factis, ſed & poſthabito ac repudiato ſuo priuilegio, ab ipſo Cæſare non minus quam multi alij Principes & Status Imperij priuilegia de non appellando ſuper certis ſummis impetrarint.

De qualibet vero renunciatione priuilegij de Regalibus vel aliis rebus conceſſi, tenendum eſt, non facile eam extendendam, ſed potius quoad eius fieri poteſt reſtringendam eſſe *l. emptor §. Lucius ff. de pact. l. ſi ex pluribus in pr ff. de ſolut.* Gail. *obſ.* 77. *num.* 5. *lib.* 2. Pariſ. *conſ.*12. *num.* 94. *vol.*2. Crauett. *conſ.*338. *n.*6. *& conſ.* 877. *n.*3. Calderin *conſ.*5. *tit. de præbend.* Pruckm. *conſ.*5 *num.*35. *lib.*1 & nunquam in dubio præſumi *c. ſuper hoc & c veniens de renunciat.* Bald. *in l. generaliter n* 14 *C. de non nu pecunia & in l. notabili* 1. *Cod. de Edict. diu. Hadrian. tollend.* Iaſ. *in prælud. feud. numer.* 12. *& in l. ſi fundum per fideicommiſſum numer.* 15 *ff. de legat.* Menoch. *de præſumpt.*

lib. 3. præſ. 8. *num.* 14. *& præſumpt. 71. num. 7.* Schrader. *conſ 3. num. 23. lib.* 1. vbi poſt Cardinalem Florentinum à ſe allegatum ait, hoc adeo verum eſſe vt nec ex actu quidem proximo renunciatio præſumatur.

30 Quarto † per non vſum amittuntur etiam Regalia per priuilegium conceſſa *l. 1. ff. de nundin.* vbi ius nundinarum ſiue publici mercatus ab Imperatore obtentum non vtendo dicitur
31 amitti. Huiuſmodi † vero ius de Regalibus & quidem maioribus eſt. Bodin. *de Republ. lib.* 1 *c.* 10. Hotom. *in hoc c. vn. in verb. Palat.* Anton. Kandenſ. *reſp.* 23. *n.* 10. *lib.* 2. Gail. *obſ.* 69. *num.* 24. *&* 25. *lib.* 2. Knich. *de Sax. non prou. iur. in verb. Ducum Saxoniæ c.* 5. *n.* 437. & plures alij ſupra *c.* 2 *num.* 37. allegati idque confirmatur textu *in d. l. 1. ff de nund. & l. vnic. C. eod.* Neque tamen, hoc ius nundinarum ad vulgares & hebdomadarias nundinas eſt extendendum, ſed de maioribus vt ſolennibus eſt intelligendum ſiue ſint annuæ ſiue etiam ſemeſtres cuiuſmodi cumprimis etiam ſunt Imperialis Ciuitatis Francofurtianæ nundinæ, in quibus & illud ſingulariter obſeruatur, vt quamdiu eæ durant, bona & perſonæ debitorum arreſtari poſſint, neque neceſſe ſit, vt huiuſmodi arreſtationes extra eos fiant, licet alias regulariter fieri non poſſint antequam nundinæ finitæ ſint, & de ea re ſignum per ſonitum campanæ datum eſſe conſtet. Coler. *de proceſſ. execut. p.* 2. *cap.* 3. *numer.* 156. Daniel Molin. *ſemeſtr. libr.* 1. *cap.* 12. & poſt eos Bocerus *de Regal. cap.* 2. *num.* 240. Quod autem iam de arreſtationib. ratione nundinarum Francofurtenſium dictum eſt non ſolum experientia teſtatur, ſed & eo confirmatur quod in reformatione eius ciuitatis *libr.* 1. integer extet titulus *de Arreſtationibus* in eoque generaliter de iis agatur nec vlla diſtinctio in ſpecie addatur inter tempus nundinarum & aliud tempus. Quemadmodum autem hoc nundinarum Ius de maioribus Regalibus eſt, & ſine Principis authoritate & conceſſione haberi non poteſt, ſic etiam ſine conſenſu eius Principis, ſi ex priuilegio ab eo impetrato inſtitutæ ſint, alio transferri nequeunt *c. tranſlato de Conſtitut.* Sichard. *l. vnic. numer. 1. Cod. de nundin.* & poſt eum à ſe allegatum

gatum

allegatum Matth. Stephan. *de iuriſdict. lib. 2. p. 1. c. 1. membr. 2. numer.* 100. Nec ſolet etiam Princeps ius nundinarum concedere, niſi ciuitatibus vicinis quibus ob ſuum intereſſe eiuſmodi conceſſio præiudicare poſſet, prius auditis, idque ſcio aliquando in aula Cæſaris obſeruatum eſſe, per Decretum Cæſareum, quod illud ius ita denegatum fuit vt prius vicina ciuitas audiretur & ſic cum cauſæ cognitione id fieret, eaque ratione effectum eſt, vt qui illud ius obtinere voluerunt ab vlteriori petitione abſtinuerint & faciunt pro hac ſententia textus *in l. nec auus Cod. de emancip. liber.* & Dd. Iaſ. *in l. fin. numer.* 13. *&* 20. *ff de Conſtit. Princip.* Afflict. *in c. ſi quis inueſtierit numer.* 19. *de feud. in vic. leg. commiſſ. dat.* & Gail. *lib. 2. obſeru. 69. numer.* 25. qui *numer.* 24. addit multas Ciuitates Imperiales priuilegia ab Imperatoribus obtinuiſſe, vt nemini liceat inter vnum vel duo milliaria prope ciuitatem nundinas aut mercatum aliquem inſtituere. Vt autem ad id quod de non vſu huius Regalis nundinarum dictum eſt, redeamus tenendum eſt, quod ſit ſimiliter in ijs quæ in faciendo conſiſtunt, communis concluſio, quo priuilegium de ijs datum, per non vſum ſolo decennio (cuius temporis expreſſe *in d. l.* 1. mentio fit) amittatur. 29

Fallit † vero hoc ius, ſi occaſio vtendi nō fuerit oblata. Claud. *in d. l. fin. num. 109. ff. de conſtitut. Princip.* Anton. *de Padiglia in l. Falſo numer. 4. Cod. de diuerſ. reſcr.* Felin. *in cap. Cum acceſſiſſent numer. 25. de Conſtit.* Menoch. *de præſumpt. lib. 6. præſumpt.* 41. *nu.* 16. *in fin.* Mynſing. *reſponſ. 76. numer.* 4. idque † adeo verum eſt, vt procedat et iamſi quis per mille annos ijs, quæ per priuilegiū conceſſa ſunt, non vtatur Iaſ. *in d. l fin. numer. 53. verſ. limito iſtam concluſionem ff. de conſtit. Princip.* Gail. *obſeruat. 60. num. 2. verſ. limitatur iſta concluſio lib.* 2. Bellon. *conſ. 1. n. 11.* vbi addit hanc eſſe communem Dd. concluſionem. Si tamen prohibitio aliqua facta ſit, & poſt eam legitimum temporis ſpatium elabatur, priuilegium per illum non vſum amittitur, Barth. Socin. *conſ. 47. numer. 37. vol.* 4. Cothman. *reſp. 72. nu 57.* 32 33

Quinto † amittuntur etiam regalia priuilegio conceſſa per 34 abuſum

Digitized by Google

abuſum eorum *c. Priuilegia & c. Tuarum. de priuileg. c. vbi iſta* 24.
diſt. & c. Priuilegium 11. *quæſt.*3. Gail. *de pac. publ. lib.*1. *cap.*2. *num.* 21.
vbi inter alia tributorum & vectigalium etiam meminit, quibus
ſubditi vltra modum grauantur. Carol. Tapia *in d. l. fin. part.* 2.
*cap.*7. *num.*1. Fel. in. *in c. Cum acceſſiſſent nu.*28. *de Conſtit.* Maſcard. *de*
*probat concluſ.*944. *num.*30. Coler. *de proceſſib. executiu. part.* 2. *cap.* 3.
*num.*133. Ruin. *conſ.*230 *Super eo numer.* 7. *vol.*1. Roland. à Vall. *conſ.*
18. *nonnulli nu.*19 *lib.*3. Boër. *deciſ.*304. *n.*7. addens pro generali ra-
tione, quod ſubſtantia ac dominio male vtens ſe indignum iis
35 reddat. Et † facit huc quod Reipublicæ intereſſe dicatur, ne
quis re ſua male vtatur *§. Dominorum Inſt. de his qui ſunt ſui vel a-*
*lien. iur. l.*2. *ff. eod.* quod cumprimis locum habet in iis, quę quis ex
aliena conceſſione gratioſa per gratiam & priuilegium habet, ſi
præſertim tam excellentes tantiq; momenti res ſint, cuiuſmodi
ſunt regalia, quæ Reipublicæ ac Imperij ſalutem, dignitatem &
ſplendorem concernunt.
36 Quibus † in ſpecie accedit, quod angariis & parangariis, quę
inter regalia *in c. vnic. Quæ ſint regal.* numerantur, abutens, & per
earum exactionem nimium in ſubditos ſæuiēs, iis priuari dica-
tur, & ſubditi eius poteſtate eximi poſſint, Roman. *conſ.*37. *num.* 1.
Bald. *in d. l.*2. *§. Dominorum num.* 4. *verſ. ſi vero in perſonas. ff. de his,*
qui ſui vel alien. iur. ſunt. Guid. Pap. *deciſ.*62. *numer.* 1. Gail. *obſeru.*
37 17. *num.*2. *&* 4. *lib.*1. Mynſing. *obſeru.*8. *num.*5. *cent.*5. & † quod E-
dicto monetali *de anno* 1559. §. Ferner als ſie auch *& § ſeqq.* & in
Conſtitutione *de anno* 1570. §. Damit ſolch vbermeſſig ꝛc. *& duobus*
§§. ſeqq. item §. Vnd was jetzo ꝛc. *& duobus §§. ſeqq.* de iure cudendæ
monetæ, quod ſimiliter in d. c. vnic. inter regalia refertur, cau-
tum ſit, ſi quis hoc regale per priuilegium habens eo abutatur in
priuationis pœnam eum incurrere.
38 Sexto † amittuntur regalia priuilegio conceſſa ob graue & e-
norme delictum contra Principem concedentem commiſſum
c. grauem. de exceſſib. prælator. c. ſi qui Epiſcopi c. Iſta nos 25. *q.* 2. Iaſ. *conſ.*
227. *pro enucleanda col.*6 *verſ. ſeptimo facit. lib.*2 Bald. *in l.*2 *in fin. C. de*
libert. & cor. liber. Olrad. *conſ.*65. *hic agitur de duobus n.* 8. Cacheran.
*deciſ.*139 *n.*9.

Septimo

Septimo † in ſpecie & cumprimis ob eiuſmodi delictum 39
amittuntur regalia, quo crimen læſæ maieſtatis committitur, cum omnia publicentur & fiſco vindicentur, quæ tale crimen perpetrans habet, nec vlla bona vel iura eius excipiantur, vt videre eſt *in l. quiſquis*, ibi: *bonis eius omnibus. l. maieſtatis. C. ad l. Iul. maieſt.* & in aurea Bulla *cap. 24. cum ſimilibus.* Omnibus etiam priuilegijs priuetur. Glo. *de crimine laſa majeſt. tit. de rebell. nu 7.* Curt. Iun. *tit. de crim. laſ. majeſt. num. 118.* inſigniaque & nomina deleantur *arg. l. eorum.* & ibi Bart. *ff. de pœnis.* Chaſſan. *de gloria mundi p. 1. concl. 42.* Laudenſ. *de crimin. laſ. majeſt. quaſt. 41.* Gail. *de pac. publ. c. 13. nu. 16. verſ. Tanta eſt lib. 2.*

Octauo, † amittuntur regalia ob magnam & ſupinam ne- 40
gligentiam & ignauiam ea habentis, Caſtrenſ. *in repetit. l. ex hoc iure. num. 18. verſ. Et ſic ciuitas vel caſtrum. ff. de iuſt. & iur.* Pruckman. *in rubric. quæ ſint regal. cap. 6. num. 31.* plures alios allegans. Rulant *de commiſſar. part. 4. lib. 2. num. 30.* poſt Mynſing. *reſponſ. 19 num. 60.*

Nono, † ſi tempus priuilegij finitum fuerit, finitur etiam 41
ipſum priuilegium, & ſic etiam regalia per priuilegium conceſſa *l. quoties. C. de precib. Imperat. offerend. c. cum in cunctis. c. ne pro defectu. de elect. c. ſi propter de reſcript. c. ſtatutum de præbend. lib. 6. Dd. in d. c. cum acceſſiſſent. de conſtit.* & confirmatur hoc eo, quod † tempus 42
alicui rei præfixum de forma eius rei ſit, Bald. Salicet. & Iaſ. *in auth. quæ ſupplicatio. C. de precib. Imperat. offerend.* Caſtrenſ. *in l. ſi à lege in princ. num. 5. ff locati.* Iaſ. *in l. qui Romæ. §. Callimachus. num. 9. ff. de verb. oblig.* per text. *in l. ſcire oportet. §. conſequens. ff. de excuſ. tutor.* & † forma deſtructa res ipſa etiam deſtruatur *l. Iulianus. §. ſi quis* 43
rem. ff. ad exhibend. c. cum ceſſante de appellat.

Decimo † ſi regalium priuilegio certum tempus non ſit 44
expreſſum ac præfinitum, ſed ſimpliciter, cum adiectione tamen clauſulæ. Ad beneplacitum concedentis, conceſſionem factam eſſe conſtet, morte hoc priuilegium & in eo conceſſi regalia expirant & amittuntur *l. locatio. ff. locati. c. ſi gratioſe. de reſcript.* Bald. *in l. poſt dotem. num. 8. ff. ſolut. matrim.* Idem *in l. 1. num. 3. C. de poſtuland. & in l. fin. verſ. Sexto quæro. C. de contrahend. empt.* Angel. *in l. & quia. verſ. Sed tunc quærendum eſt. ff. de iuriſdict. omn. iudic. &*

in l. certe. num. 2. ff. de precar. Marſil. *in l. fin. numer. 42. ff. de quaſt.* *& in rubric. Cod. de probat. numer. 270.* Gozadin. *conſil. 22. numer. 10.* Socin. jun. *conſil. 63. numer. 12. lib. 2.* Angel. *conſil. 217. num. 9* Capyc. *d. deciſ. 121. numer. 6.* Couarruv. *lib. 3. variar. reſolut. cap. 15. numer. 2.* Gail. *obſerv. 60. numer. 15. lib. 2.* vbi etiam ait ſe meminiſſe ſæpe cum tali clauſula priuilegia eſſe conceſſa, & *num. 16. verſ. Sed vſu.* ſubjicit, vſu obſeruari, quod morte concedentis talia priuilegia non reuocentur.

45 Vndecimo, † ſi ciuitas deſtruatur & ſolo æquetur, omnia etiam iura, quæ ei adhærent, & quidem regalia etiam, quæ habet amittuntur, *arg. l. ſi vſusfructus ciuitati. ff. quibus mod. vſusfruct. amitt. l. Pater. §. Tuſculanus. ff. de legat. 3. l. cognitionum. §. conſumitur. ff. de var. & extraordinar. cognit.* Afflict. *in cap. 1. §. fin. numer. 12. & ſeqq. de capit. Corrad. & ibid.* Andr. de Iſern. *numer. 23. 26. & ſeq.* Bellon. *conſil. 1. numer. 8.* Tap. *in d. l. fin. part. 2. cap. 4. numer. 28. de conſtit. Princip.* Pruckman. *d. cap. 6 numer. 17.* Rulant *d. cap 2. num. 24.* Gail. *obſeru. 61. numer. 1. lib. 2. & de pac. publ. cap. 9. numer. 30. lib. 2.* Ratio eſt, quod huiuſmodi ciuitas pro omnino mortua, & quæ
46 in rerum natura non ſit, habeatur *d. l. ſi vſusfructus ciuitati.* & † ſublato principali ipſum etiam acceſſorium, cuiuſmodi ſunt regalia & alia iura, ſublatum & extinctum eſſe cenſeatur *l. cum principalis. ff. de reg. iur. c. acceſſorium. eod. in 6.*

47 Ampliatur † hoc ius, vt locum habeat non ſolum in ciuitate, ſed etiam caſtro, Eccleſia & Collegio, quatenus hæc vel illa iura, & inter hæc etiam regalia ex Principis conceſſione, legitima præſcriptione vel conſuetudine habent. Afflict. & Bellon. *dictis locis.* Bart. *in l. fin. nu. 24. ff. de colleg. illicit.* Gail. *d. obſeru. 61. nu. 21.* Schrader. *de feud. 2. part. 9. principal. ſect. 9. nu 74.* plures alios alle-
48 gans. Ampliatur † etiam in ciuitate poſt deſtructionem reædificata, niſi expreſſe per Principem ad regalia aliave iura reſtituatur, vel per præſcriptionem aut conſuetudinem legitimam ea ſibi recuperet. Afflict. *in d. §. illud quoque. nu. 16. 17. & 18.* Angel. *in l. qui res. §. aream. nu. 4 ff. de ſolut* Panorm. *in c. Abbate nu. 16. de verb. ſignif.* Bertachin. *in repertor. verb. Ciuitas. n. 65.* Pruckman. *d. cap. 6. num. 20.* Rulant *d. num. 24.* Gail. *d. obſeru 61. num 4. & de pac. public. cap. 19.*

Digitized by Google

cap. 19. num. 11. in fin. lib. 2. vel † conſtet ſub ſpe reſtaurationis deſtructionem factam eſſe Bellon. & Schrader. *d. locis.* Alexand. *in l. inter ſtipulantem. § ſacram. nu. 13. verſ. Fallit niſi ſit deſtructa ſuperioris authoritate. ff. de verb. oblig.* Iaſ. *ibid. nu. 30. verſ. Niſi eſſet deſtructa authoritate ſuperioris.* 49

Limitatur † vero ſupradictum ius, ſi ſine delicto & abſque ſuperioris authoritate vi hoſtium deuaſtatio & deſtructio facta ſit, Bellon. *d. loco.* Panorm. & alij *in d. c. Abbate* Innocent. *in cap. 2. num. 2. verſ. Si autem ab hoſtibus deſtruatur. de nou. oper. nunciat.* Bald. *in l. ſicut. §. in decurionibus. num. 3. ff. quod cuiuſque vniuerſitatis.* dicens hanc eſſe ipſam veritatem. Idem *in ſua Margar. in verb. Ciuitas.* Gail. *d. obſeru. 61. nu. 5. 6. & 7.* Roſenth. *de feud. cap. 10. concluſ. 4. nu. 14. gloſſ. p.* Similiter cum † varijs etiam alijs modis res interire poſſit, puta chaſmate, incendio, terræmotu, *§. fin. Inſtit. de vſufru. l. ex conducto. ff. locati.* & inundatione, *l. qui vniuerſas. §. itemque à mari. ff. de acquir. vel amittend. poſſ. ff.* ita † etiam illud limitandum eſt, vt non procedat quando chaſmate, incendio, terræmotu vel inundatione ciuitas perijt Affl. *d. § illud quoque. nu. 18. verſ. Secundo vero caſu. &* Roſenth. *d. loco.* 50 51 52

Duodecimo † amittuntur regalia, aliaque iura priuilegio conceſſa, etiamſi ciuitas non deſtruatur ſoloque æquetur, ſed ciues omnes vrbe relicta aufugiant, eaque ratione ea à ciuibus deſtituatur ac pro deſerta mortuaque habeatur gloſſ. *in d. l. ſi vſusfructus ciuitati. in verb. Carthago.* Bart. *in l. in ſingulos. nu. 1. ff. de ann. leg.* Rayner. de Forolíu. *in l. omnes populi. num. 8. ff. de iuſtit. & iur.* Rulant *d. nu. 24. verſ. ſi ſic, quo caſu.* Fallit † eo caſu, quo ciues non diſperguntur, vt vagabundi, ſed coniunctim manent, atque ita nouam ſibi ſedem figunt, quam inhabitent, gloſſ. *d. loco.* Bart. *in l. eius qui. §. Celſus. num. 4 ff. ad municipal.* facitque pro hac ſententia textus *in l. quod in rerum. §. fin. ff. de legat. 1. & in l. hoc iure. § ſi aquam. ff. de aq. quotid. & æſtiu.* 53 54

Decimotertio † ſeculares Principes & alij Status Imperij in pœnam banni declarati non ſolum infamiæ notam incurrunt nec à quoquam ſciente in domum vel aulam recipi. Ordinat. Camer. *p. 2. tit. 10. §.* Und wo er/ꝛc. & à quolibet impune occidi poſſunt, 55

poſſunt, omnesque obligationes, actiones, iuramenta & pacta ex parte eorum pro irritis & omnino nullis habentur, verumetiam omnia bona Iuraque & ſic etiam Regalia per conceſſionem vel præſcriptionem acquiſita amittunt *d.p.2.tit.9.* §.*2.* Gail. *de pac. publ.lib.2.cap.1.num 23.cap 12.num.4 & 5.* Mynſing.*obſeru.30. cent.*
56 *3.* Pruckman.*d cap.6.num.22.* Rulant *d.cap.2.num.25.* idque † adeo verum eſt, vt procedat etiam quando ob ſo'am contumaciam quis in bannum eſt condemnatus, Gail. *de pac.publ. cap.5. num.12.lib.2.* Pruckman.*d.cap.6.num.24.* deciſ.ſeu præiud cia Cameræ. *in verb.Bannum.verſ. Bannum propter delictum,* vbi inter cætera ait bannitum propter delictum & propter contumaciam æquiparari, & haberi pro hoſte Imperij non ſolum propter delictum, ſed & propter contumaciam, bonaque huiuſmodi banniti fieri occupantium. Æquiparatio tamen hæc banni propter delictum & contumaciam non eſt tanta vt non ſint inter ea aliquot notabiles differentiæ, quarum quinque adducuntur à Gail. *d.l. 2.c.6.nu.3.4.5.6.7.*

57 Non † poteſt autem quantum ad Principes attinet, ad huiuſmodi pœnam ob delictum vel contumaciam in Camera Imperiali deueniri, niſi præcedente ſcientia & conſenſu Imperatoris, eaque Principum hac in parte prærogatiua eſt, quod licet expreſſe Ordinatione Cameræ non eſt cautum, tamen hactenus in Imperio vſu introductum eſt, vt recte ait Heig.*part 1.quæſt.9.nu. 42.* vbi addit id non ſine ratione factum, & *num.43.& ſeq.* id pluri-
58 bus confirmat, addens etiam eius rei exempla. Non † poteſt etiam Camera ab huiuſmodi pœna abſo'uere, ſiue Princeps ſit, ſiue alius, ſi ſit fractæ pacis cauſa maioris momenti & periculi, idque expreſſe ſancitum eſt in Ordinar. Cameræ *part.2.tit.18.§.fin.* Debet vero etiam ad obtinendam abſolutionem à pœna banni fractæ pacis interuenire conſenſus ipſius offenſæ partis *d.p 2.tit. 18.§.1.* & ſi bannitus velit, poteſt Cæſar vel Camera, vter ex ijs in bannum declarauerit, de conditionibus placandæ partis & fiſci cognoſcere, & tum demum nec ante abſoluitur §.*2.* Idque quoad fiſcum ita ſe habet ſi bannum delicti ſit, ſecus vero ſi contumaciæ bannum ſit in quo ei nihil debetur, niſi ei expreſſe in pœ-
nam

nam aliquam puta mandatorum Executorialium ſit. d. Ordinat. *p. 3. tit. 46. §. fin. in fin.*

Decimoquarto † licet Eccleſiaſtici ſiue Principes ſiue alij 59
Status Imperij ſint, condemnari in bannum nullo modo poſſint, Gail. *de pace publ. lib. 1. c. 1. nu. 12. & lib. 2. c. 4. nu. 21.* per textum *in c. nimis. de iureiur.* tamen † ex eadem cauſa, ex qua ſeculares banni 60
pœnam incurrunt, omnibus ſuis regalibus & priuilegijs per ſententiam declaratoriam priuantur. Mynſing. *obſeru. 90. in princ. in verb. Prout ſolent Eccleſiaſtici. cent. 1.* Gail. *iam citatis locis.* Atq; † hic 61
obiter ſimul illa differentia inter Eccleſiaſticos & ſeculares obſeruanda eſt, quod hi publice ſub dio, illi vero extra huiuſmodi locum publicum in ipſo Conſiſtorio Iudice pro tribunali ſedente condemnentur, Gail. *d. c. 1. nu. 12.* Mynſing. *obſ. 59. nu 5. cent. 5.* Atque illud de declaratione Secularium ſub Dio aſſerunt illis locis non ſolum Gail. & Mynſing. ſed expreſſe etiam cautum eſt Imperij Receſſu de anno 1576. Damit dann/ꝛc. & *ibid.* additur id ea ſolennitate fieri, vt præſentibus omnibus non ſolum Adſeſſoribus ſed etiam Præſidibus expediatur, & poſtea anno ſequenti per memoriale §. Es ſollen alle/ꝛc. placuit vt omnes etiam Procuratores officij honorisque & authoritatis gratia adeſſent. addit etiam Gail. *d. lib. 2. cap. 6. numer. 20.* quod facta banni denunciatione publice ſub dio, Protonotarius ſchedulam denunciationis fruſtulatim rumpat, & in terram deijciat, mox Edicta Cæſarea banni in loco denunciationis nec non domicilij publice ad valuas Eccleſiarum vel domus Senatoriæ affigantur, ad hoc, vt omnibus bannum innoteſcat & banniti perſona tanquam communis omnium hoſtis euitari & impune offendi queat. Quæ vero ratio ſit differentiæ inter ſeculares & Eccleſiaſticos addunt Gaill. *d. cap. 1. numer. 13.* & Mynſing. *d. obſ. num. 6.* Quod † videlicet Eccleſiaſtici tantum ratione Regalium & be- 62
neficiorum Secularium, Imperatori, ratione perſonæ vero & Ordinis Eccleſiaſtici Pontifici ſint ſubiecti. Siue autem per declarationem in Bannum, contra Seculares, ſiue etiam per priuationem priuilegiorum & Regalium contra Eccleſiaſticos pronuncietur, & ſiue maiores vel grauiores cauſæ ſint, ſemper

huiuſmodi declarationis vel priuationis cauſæ expreſſe ſunt addendæ. Idque ſtricte ita obſeruari apparet ex ſententijs Cameræ à Raphaele Seilero & Chriſtiano Barth. editis & faciunt huc quæ tradit Gaill. *lib. 2. cap. 6. num. 12. 13. 14. & ſeqq.*

63 Decimoquinto † amittuntur etiam regalia, ſi ad requiſitionem concedentis denegetur editio tituli eorum, Afflict. *in cap. 1. §. illud quoque. numer. 12. de prohibit feud. alien. per Fridericum.* Luc. de Penn. *in l. 2. col. 2. Cod. de fund. limitroph. lib. 11.* Peregrin. *de iur. fiſc. lib. 7. tit. 3. num. 20.* Anton. Capyc. *in ſua inueſtitur. feudal. cap. Feudatariorum editiones col. 3. §. limita primo pag. 181.* Boſſ. *in tract. criminal. tit. de Principe, num. 233. & ſeq.* Grammat. *conſil. 9.* Florian. *in l ſicuti. §. ſed ſi quæratur. ff. ſi ſeruit. vind.* Iohann. Faber *§. retinendæ. numer. 32. & 33. Inſtitut. de interd.* Roland. à Vall. *conſil. 89. Etſi apud legum. numer. 24. lib. 2.* vbi ait quod ius ſuum ſufficiens per priuilegium de regalibus non oſtendens, ſtatim priuetur ſuo iure, item quod regalia ſe poſſidere prætendentes cogendi ſint illa dimittere, niſi oſtendant legitimum priuilegium, cuius vigore valeant ea poſſidere, & ibid. *numer. 23.* additur ratio, quod regalia nemo ſine titulo poſſideat, ideoque præſumptionem iuris poſſeſſor contra ſe habeat, quam rationem etiam reliqui iam citati adducunt.

64 Limitandum † vero eſt hoc ius, quo ob denegatam editionem tituli regalia amittuntur, vt non habeat locum ſi denegans habeat pro ſe conſuetudinem vel præſcriptionem temporis immemorialis, Afflict. *dict. numer. 12. verſ. Et niſi priuatus oſtenderit.* Idque confirmatur optima ratione, quod videlicet tempus immemoriale habeat vim veri tituli, & potentius etiam ius per illud acquiratur, quam per titulum conceſſionis à Principe factæ, vt capite ſuperiori in ſecundo membro dictum eſt. Ideoque eo minus obſtat præſumptio iuris ſupra adducta, cum præſertim ea generalis ſit, & ex immemoriali tempore ſpecialis naſcatur præſumptio, quæ † generali derogat, eamque tollit *l. in toto. ff. de reg. iur.* Crauett. *conſil. 258. numer. 21.* Weſenbec *conſil. 4. numer. 64.* ideoque eo magis hic attendendum eſt, quod † prædicta ſpecialis præſumptio ſit fortiſſima, adeo vt hæc dicatur præſumptio

ſumptio iuris & de iure. Felin. *in c. à nobis nu. 7. de præſcript.* Socin. jun. *conſ. 115. nu. 38. & ſeq. vol. 2.* Cæpoll. *conſ. 129. nu. 3.* Rubeus *conſ. 13. nu. 6.* Crauett. *conſ. 21. nu. 12.*

Atque hæc quidem omnia de regalibus per priuilegium impetratis. Quantum † vero ad conceſſionem regalium per in- 67
ueſtituram ſeu infeudationem factam attinet, illi modi, quibus alias iure feudali feudum amittitur, in ea etiam conceſſione locum habent, cum in regalibus in feudum conceſſis de huiusmodi modis & cauſis nihil peculiare conſtitutum ſit, in quo illud ius feudale non obtineat, & merito de his iuribus regalibus in feudum conceſſis dicitur, quod, quatenus de ijs nihil ſingulare iure feudali cautum reperitur, idem de ijs ſentiendum ſit, quod de alijs feudis, quemadmodum & de Ducatu & alijs feudis regalem dignitatem annexam habentibus dici poteſt, quod communibus feudorum regulis ſubiaceant, niſi quid ſpecialiter de ijs conſtitutum eſſe conſter, idq; ita etiam tradit Roſenth. *de feud. cap. 10. concluſ. 42. numer. 33. verſ. Siquidem feuda regalis dignitatis.*

Neque † hoc tantum in ijs regalibus locum habet, quæ 68
principaliter & ſeorſim per inueſtituram conceduntur, ſed & quæ acceſſorie & per conſequentiam vna cum regalem dignitatem annexam habente vel alio feudo conferuntur Pruckman. *d. cap. 6. numer. 16.* Rulant *d. cap. 2. numer. 26. verſ. Si in conſequentiam fundi.* cum † vulgati iuris ſit, acceſſorium ſequi ſuum principale 69
l. cum principalis. ff. de reg. iur. c. acceſſorium. eod. in 6. l. Aurelius. §. legatum. ff. de liberat. legat. cum ſimilibus. idque † ita ſe habeat, etiamſi 70
acceſſorium ſit præſtantius ac nobilius ſuo principali *l. cum aurum. §. perueniamus. ff. de aur. & argent. legat. §. ſi tamen alienam. Inſtit. de rer. diuiſ.* Petr. Peck. *in d. cap. acceſſorium. nu. 4.* Marſil. *ſing. 17. nu. 6.* vbi plures alios pro ea ſententia allegat.

Ex † ijs vero modis, quibus iure communi feudali regalia 71
amittuntur, aliqui ſunt cum ijs, de quibus ſupra quoad conceſſionem per merum priuilegium factam, dictum eſt, communes, cuiuſmodi ſunt ceſſatio cauſæ ex qua facta eſt conceſſio, renuncia-

nunciatio ſiue refutatio, abuſus, delictum contra concedentem commiſſum, & cumprimis crimen læſæ maieſtatis, lapſus temporis in conceſſione expreſſi & præfiniti, denegatio editionis tituli, & nonnulli alij modi ſiue cauſæ amiſſionis. Reliqui ſunt ſingulares, & ad ſolam conceſſionem per inueſtituram factam pertinent, & tales plures ſunt, quam communes ob ſingulares circumſtantias, quæ in feudis peculiariter locum habent. De his
72 † vero omnibus & ſingularibus & communibus cauſis ſiue modis, quibus in feudum conceſſa iure feudali amittuntur, licet videre *in c. 1. quib. mod. feud. amitt. c. 1. in quib. cauſ. feud. amitt. c. 1. quæ fuit prim. cauſ. benefic. amittend. c. 1. an ille qui interfec. fratr. domin. feud. amitt. & ijsdem alijsque locis* Feudiſtas variosque tractatus de feudis editos.

73 Etſi vero † conſuetudinis & præſcriptionis longe alia ſit ratio, quam priuilegij & inueſtituræ, & firmius potentiusque ius eſſe cenſeatur, quod per eos modos, quam quod conceſſione Cæſarea per priuilegium vel inueſtituram facta, acquiritur, vt ſuperiori capite demonſtratum eſt, ideoque difficilius regalia per conſuetudinem vel præſcriptionem quam per priuilegium vel inueſtituram acquiſita amittantur, tamen & illa, quę quis per conſuetudinem vel præſcriptionem nactus eſt, ex quibuſdam
74 cauſis amitti certum eſt. Ex † his eſt renunciatio, nimius abuſus, ciuitatis, caſtri vel ſimilium locorum, quibus regalia per conſuetudinem vel præſcriptionem ſunt acquiſita, totalis ob delictum authoritate ſuperioris facta deſtructio & euerſio, ſententia per quam quis ex ſecularibus Principibus vel alijs Imperij Statibus in Imperiale bannum per ſententiam declaratus, vel Eccleſiaſticus ſuis priuilegijs & regalibus priuatus eſt, ſiue ob delictum verum, ſiue ob ſolam contumaciam huiuſmodi declaratio & priuatio facta ſit. Atque huc faciunt, quæ ſupra *in 5. 7. 11. 12. 13. & 14. amittendi modo,* in terminis priuilegij, quo regalium conceſſio facta eſt, addicta ſunt, cum de ijs modis vel ob generalem & eandem rationem, in regalibus etiam per præſcriptionem & conſuetudinem acquiſitis locum habentem, idem dicendum ſit. *l. illud. ff. ad l. aquil. l. à Titio. ff. de verb. obligat.*

CAPVT

Capvt VII.

De actionibus.

Svmmaria.

1 Condictionem ex priuilegio recte intentat, qui vnum vel plura regalia per illud nactus eſt, & ex eo agere vult.

2 Idq; cumprimis habet locum, cum quis ex certa lege vel conſtitutione priuilegium habet.

3 Condictio ex moribus ratione regalium illis etiam competit, qui ea conſuetudine acquiſiuerunt.

4 Regalia quando ſibi quis titulo feudali competere contendit, idq; non ob inueſtituram veram vel abuſiuam facit, ſed ob ſtipulationem de inueſtiendo factam, actio ex ſtipulatu competit.

5 Condictio ex moribus de regalibus datur ex promiſſione de inueſtiendo ſine ſtipulatione facta.

6 Nec tamen aliter, quam ad ſolum intereſſe agi poteſt.

7 Inueſtitus de re feudali etiamſi ea inueſtitura ſit abuſiua, tamen præciſe ad rei traditionem agere poteſt, eoq; nomine condictionem ex moribus habet.

8 In regalibus abuſiua inueſtitura loco traditionis eſt, & per eam dominium & quaſi poſſeſſio acquiritur, & n. 19.

9 Hæc inueſtitura in regalibus eandem vim & effectum habet, quem in rebus corporalibus vera & propria, quæ id operatur, vt vaſallo generaliter de omnibus iis, ad quæ præſtanda dominus tenetur, condictio ex moribus, aduerſus eum competat.

10 Condictio ex moribus tanquam actio generalis etiam feudo euicto, vel ſi de certis ſeruitiis, vltra quæ vaſallus grauari non debeat, conuenerit, locum habet.

11 Actio præſcriptis verbis ex contractu feudali non competit, cum feudum ſit contractus nominatus, n. 12.

13 Officium iudicis contra dominum nimis magna & inſolita ſeruitia à vaſallo exigentē implorari, & hoc nomine ordinarius ſiue ſuperior adiri poteſt, vt contra dominum inhibitorium mandatum decernat.

14 *An & quando ſine clauſula iuſtificatoria huiuſmodi mandatum decerni poſſit? ſi pro ſeruitijs à vaſallis vel ſubditis aliquid in maiori ſumma, quam debebatur, ſolutum ſit condictio indebiti inſtitui poteſt.*

15 *De regalibus confeſſoria & negatoria vtilis inſtitui poſſunt, ſiue ea per priuilegium vel inueſtituram, ſiue per præſcriptionem vel conſuetudinem acquiſita ſint, idq́ in Camera Imperiali quotidiana teſtatur experientia & praxis,* n. *16.*

17 *Confeſſoria & negatoria an in regalibus per inueſtituram acquiſitis locum habeant?*

18 *Per abuſiuam inueſtituram poſſeſſio vel etiam dominium in inueſtitum in re corporali non transfertur.*

20 *Vaſallus tam in regalibus quam alijs rebus feudalibus hanc prærogatiuam habet, vt domino præferatur, ſi ambo in actionibus realibus concurrant.*

21 *Dominus tamen præfertur vaſallo, ſi tanquam dominus directus, & ſic tantum de iure ſuo agat, nec intentionem ſuam eo, vt poſſeſſionem conſequatur, dirigat.*

22 *Poteſt etiam de ipſius vaſalli iure, illo ſciente, & non contradicente, agere.*

23 *Petitio hereditatis an & quando in regalibus locum habeat?* n. *24.*

25 *In regalibus vt petitoria, ita & poſſeſſoria remedia vtilia locum habent, idq́ quoad regalia allodialia in ſpecie oſtenditur de remedio* Quorum bonorum & l. fin. C. de edict. diu. Hadrian. toll'end. n. *26.* & *30. Recuperandæ* n. *31. Retinendæ* n. *32.*

27 L. 2. ff. Quorum bonorum *declaratur &* n. *28.*

29 *Regalium & aliorum incorporalium in remedijs poſſeſſorijs tanta habetur ratio, vt quaſi poſſeſſio eorum & poſſeſſio corporalium cenſeantur eſſe vna & eadem res in ſubſtantia, varientque tantum rebus poſſeſſis.*

33 *Cumulari non poteſt poſſeſſorium retinendæ cum petitorio in rebus corporalibus.*

34 *Cumulatio tamen eiuſmodi recte fit in regalibus & alijs iuribus incorporalibus, reprobata ſententia Rubei* n. *36.*

35 *Petitorium, quo regalia & alia iura incorporalia vindicantur, etiam poſſeſſori competit.*

37 *Cum*

Digitized by Google

37 *Cum poſſeſſorio retinendæ de regalibus cumulari etiam poteſt petitio pœnæ priuilegio, quo ea conceſſa ſunt, adiectæ. In Regalibus & Iuriſdictionalibus in poſſeſſorijs adipiſcendæ, retinendæ & recuperandæ requiritur, vt cum poſſeſſione etiam titulus probetur.*

38 *Poſſeſſoria remedia vtilia etiam in regalibus, quæ non ſunt allodialia, ſed per inueſtituram acquiſita, locum habent, idq́ in ſpecie oſtenditur de remedio* Quorum bonorum & l. fin. C. de edict. diu. Hadrian. tollend. numer. *39. & 40. Recuperandæ* numer. *41. 42. 43. & 44. Retinendæ* n, *45. & 46.*

47 *Condictio ex moribus domino etiam de regalibus non minus quam de alijs rebus feudalibus aduerſus vaſallum competit ad omnia, quæ ei præſtari debent.*

48 *Si de ijs ſtipulatio interuenerit, actio ex ſtipulatu ei datur.*

49 *Actio ex ſtipulatu etiam domino competit feudo per culpam amiſſo, vel alia de cauſa finito, ſi ſtipulatio de reſtitutione ijs caſibus facienda facta ſit.*

50 *Actiones perſonales aliæ quænam domino competant? remiſſiue.*

51 *Confeſſoria & negatoria directa ratione directi dominij competũt domino de regalibus à ſe in feudum conceſſis, ad eaſq́ pertinet quod de rei vindicatione in iure feudali & à D D. in domini perſona traditum eſt, quãdo vero ea domino detur, additur* n. *52. 53. & 54.*

55 *Sententia declaratoria ex receptiſſima DD. ſententia requiritur ad auferendam à vaſallo poſſeſſionem, etiam eo caſu, quo ipſo iure feudo priuatur.*

56 *Poſſeſſoria vti poſſidetis & Recuperandæ dantur domino non ſolum contra tertium, ſi in ciuili poſſeſſione vel quaſi turbetur, vel ea ſpolietur, ſed & contra ipſum vaſallum, ſi hic ſeruitia aliaue, quæ domino ex cõuentione vel natura feudi debentur, in totum vel ex parte turbando vel ſpoliando deneget.*

57 *Confeſſoria & negatoria de regalibus & alijs iuribus incorporalibus domino competentes an & quatenus directæ vel vtiles actiones ſint, & quid de poſſeſſorijs. item an actionibus pluribus cumulatis actori ſi ex vna tantum ius foueat obſtet & ex altera obtinere non debeat?*

58 *Remedia etiam extraordinaria & ſummaria mandatorum in regalibus locum habere, & in ſpecie quatenus mãdata executiua ſine clauſula de ijs decerni poſſint?* Quan-

Digitized by Google

QVandoquidem admodum frequentes de regalibus ſunt lites, idque Camera Imperialis eiuſque proceſſus & acta iudicialia abunde & luculenter teſtatum faciunt, atque hæ controuerſiæ tanto ſunt grauiores, quod maxime inter Illuſtres & Illuſtriſſimas perſonas, aliosque Imperij Status agitentur, & ipſa regalia res admodum magni momenti ſint, ſuperioribus capitibus nonnulla hoc & ſequenti capite de eiuſmodi controuerſiis adiicere libet, idque ita fiet, vt hoc capite de actionibus propter regalia competentibus, ſequenti vero de iudice competenti & forma iudicij tractetur. Dictum vero eſt ſupra *cap* 5. regalia conceſſione, conſuetudine ac præſcriptione acquiri, & conceſſionem per Cæſareum priuilegium vel inueſtituram fieri. Qui
1 per † priuilegium vnum vel plura regalia nactus eſt, & ex eo agere, ſuamque intentionem fundare vult, condictionem ex priuilegio, quæ etiam condictio ex lege appellari poteſt, recte intentat, cum priuilegium vim legis habeat. *arg.* § *ſed & quod Principi. Inſtit. de iur. natural gent. & ciuil. & l.* 1. *in princ. ff. de conſtit. Princip.* Tileman. de Benign. *Syntagm.* 1. *decad.* 2. *vot.* 9. *in princ. & Syntagm* 2. *dec.* 1. *vot.* 5. *num.* 4. idque in Camera Imperiali in cauſa Speyer contra Speyer/ item Ingelheim contra Pfaltz & alias ſæ-
2 pius obſeruatum fuit. Atque † habet cumprimis tunc locum, cum quis ex certa lege vel conſtitutione priuilegium habet *l. vn. ff. de condict. ex leg.* cum huiuſmodi priuilegium nihil aliud, quam
3 ipſa expreſſa lex ſit. Sic † & iis, qui conſuetudine legitima regalia acquiſiuerunt, condictionem ex moribus competere exiſtimo, idque eadem ratione, qua de re feudali & quidem etiam de regalibus in feudum conceſſis ob conſuetudines feudales condictio ex moribus datur, vt infra dicetur.

4 Quod † ſi vero quis ſibi regalia titulo feudali competere contendat, idque non ob inueſtituram veram vel abuſiuam fiat, ſed ob ſtipulationem de inueſtiendo factam, ex ſtipulatu actio locum habebit. Iaſ. *in vſib. feudor. num.* 36. Schneidw. *in epitom. feudal. part.* 1. *num.* 27. *verſ. Aut vero vaſallus.* Schrad. *de feud. part.* 5. *c.* 2. *numer.* 26. Borch. *de feud. cap.* 9. *num.* 10. & 11. Vult. *de feud. cap.* 1. *n.* 12. *lib.* 2.

Digitized by Google

lib.2. Weſenb.*de feud.cap.12.num.8.* Clar.*in §.feudum. quæſt.89. numer. 1. verſ. Tu dic.* addens hanc ſententiam eſſe communem. Promiſſione † vero ſine ſtipulatione de inueſtiendo facta, com- 5
petit condictio ex moribus, Bald. *in rubr. Cod de condict. ex leg. numer. 14.* Iaſ.*in l. vn. numer. 9. ff. eod.* Schneidw. Schrader. Borch. Vult. Weſenbec. & Clar. *ſupra citatis locis.* Curt.iun *de feud. part. 1. quæſt. 10. numer. 1. verſ. Tertia ſit concluſio.* vbi recte addit eam eſſe magis communem Dd. ſententiam, idque teſtatur etiam Ferrar. Montan. *de feud. lib. 1. cap. 5. verſ. Contractus autem.* Neque † tamen aliter quam ad ſolum intereſſe agi poteſt. Zaſ. *in* 6
epit feudal part. 6. numer. 12. Schrader *d part. 5. cap.* 1 *numer.* 10. Mynſing. *obſeruat. 61. num. 14. cent.* 4 Schneidw. *in epit. feudal. part. 5. nu. 129.* Clar. *in d. §. Feudum quæſt 26 num. 2.* addens hanc ſententiam eſſe communem.

Quando † vero quis inueſtitus eſt de re feudali & ea inueſti- 7
tura non eſt vera & propria, ſed abuſiua, præciſe ad rei traditionem & poſſeſſionem conſequendam agere poteſt, eoq; nomine condictionem ex moribus habet, Iaſ. *in vſib. feudor. n. 36.* Schneid. *d. part. 1. nu. 17. verſ. aut vero vaſallus.* Schrad. *d part. 5. c. 2. numer. 26.* Borch. *de feud. c. 9. n. 10. & 11.* Vult. *d. c. 1. n. 12.* Roſenth. *de feud c. 12. concl. 11. n. 20.* addens hanc eſſe omnium ſententiam. Verum † id 8
regulariter quidem in ſe habet, fallit vero in regalib. & aliis iurib. incorporalibus. Nam in iis ipſa inueſtitura abuſiua loco traditionis eſt, & ſic dominium & quaſi poſſeſſio per eam acquirũtur, vt tradunt Affl. in *c. 1. n. 17. v. An autem habeat locum. qui ſucceſſor teneant. & in c. 1. in pr. n. 4. v. Fallit in iuribus incorporalibus. quid ſit inueſt.* Bald. *in l. voluntas. n. 8. C de fideicommiſſ.* & alij ſupra *c. 3. n. 24.* allegati. Atq; † ideo huiuſmodi inueſtitura eandem vim & effe- 9
ctum habet cum inueſtitura propria & vera de re corporali facta, quæ eum effectum & vim habet, vt per eam non ſolum vaſallus ſtatim dominium & poſſeſſionem conſequatur, ſed & generaliter de omnib. iis, ad quæ præſtanda dominus tenetur, & ex contractu feudali obligatus eſt, condictio ex moribus aduerſus eum competat, Andr. de Iſern. *in prælud. feudor. numer. 45.*

Iaſ. *in l. iuris gentium §. Quinimo num. 17. ff. de pact. & in d. l. vn. num.*
9. verſ. Breuiter teneas ff. de condict. ex leg. Goedd. *diſputat. feudal. 10.*
th. 7. lit. b. Roſenth. *d. cap. 12. concluſ. 11. numer. 16. & concluſ. 12 num.*
25. 29. & 117. Atque eſt hæc ſententia frequentioribus Dd. cal-
10 culis approbata, additque † Roſenth. *d. numer. 25.* eam actio-
nem tanquam generalem locum etiam habere feudo euicto, &
d. n. 29. ait eam etiam dari, ſi de certis ſeruitiis præſtandis conue-
nit vltra quæ vaſallus grauari non debeat.

11 Et ſi † vero nonnulli Dd. exiſtiment, vtroque caſu ſi ſtipu-
latio non interuenerit, actionem præſcriptis verbis competere,
tamen contrarium verius eſt, cum ea actio tantum detur quan-
do contractus innominatus eſt, non autem ſi nominatum eſſe
conſtet. *l. 2. & 3 ff. de præſcript. verb.* Bart. Caſtrenſ. Iaſ. & Dd.
in rubr. Cod eod. & poſt eos Schrader. *de feud. 2 part 9. part. princip.*
12 *ſect. 9. num. 45.* Feudum † vero eſſe contractum nominatum
inde conſequitur, quod certum ac ſpeciale nomen habeat, eſt-
que hoc communi calculo à Dd. receptum, vt teſtatum faciunt
Iaſ. *in d. §. Quinimo num. 17.* Syluan *de feud. recognit. quæſt. 3. num. 7.*
Molin. *in conſuetud. Pariſ. tit. 1. §. 1. gloſſ. 9. num.* 4. Auguſtin. Bero-
ius *conſ. 115. num. 11. volum.* 1. Riminald. *conſ. 63.* Soarez *in Theſaur.*
receptar. ſentent. in verb. Feudum eſt contractus Weſenbec. *de feud. cap.*
1. numer 7. Schrader. *de feud. part. 2. cap. 2. num.* 3 addens ſe veriſſi-
mam iudicare, & magis communem eſſe dicunt Schneidw. *de*
feud. part. 1. n. 24. vers. Communior tamen. Intrigliol. *de feud. quæſt. 15.*
num. 10. in fin.

13 Poteſt † autem etiam contra dominum nimis magna &
inſolita ſeruitia à vaſallo vel ſubdito exigentem implorari offi-
cium iudicis, & hoc nomine ordinarius ſiue ſuperior adiri, vt
contra eum inhibitorium mandatum decernat, eique mandet
ab eiuſmodi exactione & poſſeſſionis turbatione deſiſtere. Bald.
in c. Imperialem §. Præterea ſi inter duos num. 15. verſ. Pone quod vaſallus.
de prohibit. feud. alienat. per Frideric. per text. *in l. Illicitas in princ. ff.*
de offic. præſid. & l de vſu aquæ ff de var. & extraordin. cognit. Curt.
jun.

jun. *de feud. part. 7. num. 36.* Vult. *d. c. 1. numer. 16.* Roſenth. *d. cap. 12. concluſ. 12. numer. 28.* vbi † addit hoc mandatum cum clauſula iuſtificatoria decernendum eſſe. Fieri tamen poteſt, vt ea ſit potentia domini, eaque importunitate ac ſæuitia ſeruitia exigat & extorquere conetur, vt via mandati ſine clauſula locum habeat ex ordinat. Camer. *part. 2. titul. 23.* Si vero pro ſeruitiis à vaſallis vel ſubditis pecunia ſoluta, idque in maiori ſumma, quam debebatur factum ſit, condictio indebiti de eo quod plus debito ſolutum eſt, inſtitui poterit *l. ſi is qui in fin. ff. de condict. indeb. l. ſi is qui plus. l. qui exceptionem §. ſi pars ff. eodem cum ſimilibus.* 14

Vt † autem ad reales actiones, quæ de regalibus competunt, tranſeamus, ſciendum eſt actionem confeſſoriam & negatoriam vtilem inſtitui poſſe, ſiue per priuilegium, vel inueſtituram, ſiue per præſcriptionem, vel conſuetudinem regalia acquiſita ſint. Nam quemadmodum in ſeruitutibus, hæ actiones locum habent; *§. Æque Inſtit. de action. l 1. in princ. l vti frui. ff. Si vſusfruct. petat. l. binas ff de ſeruitut. vrban. præd. l. 2. & tot. titul. ff. ſi ſeruitut. vendicet. l. Quemadmodum. §. 1. Ad l. Aquil. l. ſi rem §. ſi fundum. ff. de euict. l. ſi prius. §. Sic & ſi. ff. de aqua & aq. pluu.* ſic ad exemplum earum & in aliis incorporalibus iuribus, cuiuſmodi etiam regalia ſunt, merito competunt Bald. *ad rubr. Cod. de vſufruct. numer. 1. verſ. Quid ergo dicemus.* Ioan. Fab. *in d. §. Æque numer. 3. & ibid.* Iaſ. *numer. 37.* Schneidw. *nu. 10.* Schurff. *conſ. 69. n. 12. & ſeq. cent. 1.* Caſtrenſ. *in l. vt pomum. nu. 3. verſ. Tu dic. ff. de ſeruitut. Acorombon. in l. Naturaliter. §. Nihil commune. num. 81. ff. de acquir. poſſeſſ.* Eamque ſententiam contra diſſentientes communem dicunt Iaſ. *d. num. 4. in fin.* & Villalob. *in communib. opin. verb. Actio Confeſſoria.* & addit Faber *d. loco* vſum cauſarum eam amplecti, & tota die ſecundum eam pro omni iure incorporali libellos in actione confeſſoria formari. Et licet non deſint, qui in dubium vocant an de regalibus eæ actiones intentari poſſint, & quod in ſeruitutibus hac de re cautum eſt, ad rega- 15

lia extendendum ſit, tamen cum ideo de ſeruitutibus illæ actiones competant, quod iura ſint, & res incorporales, merito ob eandem rationem, non minus in regalibus quam ſeruitutibus ac reliquis iuribus militantem, idem ius vtrobique locum habere dicitur *l. illud ff. ad l. Aquil. l. à Titio. ff. de verb. obligat.* at-
16 que † hoc in Camera Imperiali de eiuſmodi actionibus vtilibus in regalibus non minus quam in aliis iuribus obſeruari, quotidiana teſtatur experientia ac praxis, eoque de regalibus pertinent etiam varia vota & deciſiones eiuſdem Cameræ apud Tileman. *Syntagm. 1. decad. 2. vot. 8. num. 2. & vot. 9. in princ. ſyntagm. 2. decad. 1. vot 5. numer. 2. vot. 6. numer. 1. & decad. 4. vot. 1. nu. 11. vot. 3. in pr. verſ. Quamuis.* Gylman. *rer. iudicatar. deciſ. 23. in pr. verſ. Agendo propoſita libr. 1. & deciſ. 20. numer. 7. libr. 2.* Meichſner. *deciſ. Camer. tom. 2. libr. 2. deciſ. 4. numer. 35. & tom. 3. deciſ. 33. numer. 18. & 19.*

17 Videbatur † quidem de regalibus non per Cæſareum priuilegium, nec etiam per præſcriptionem vel conſuetudinem, ſed per infeudationem acquiſitis magis dubitari poſſe, an in iis hæ actiones locum habeant, cum earum nulla in iure feudali expreſſa ſiat mentio & textus *in cap. 1. §. Rei autem. de inueſtitur. de re alien. fact.* nominatim tantum de rei vindicatione loquatur, & Feudiſtæ etiam fere nulli harum actionum ratione regalium in feudum conceſſorum ibidem vel aliis locis meminerint. Dicendum tamen eſt illas ad huiuſmodi quoque regalia pertinere. Nam quod de vtili rei vindicatione ibidem proditum eſt, ita merito accipitur, vt eo etiam caſu, quo Iura in feudum data ſunt, ea realis actio ſiue vtilis reiuindicatio locum habeat, idq; eo confirmatur, quod ibidem de petendis ſeruitutib. rei feudali debitis in ipſo textu ſubiicitur, & ab Afflicto aliisq; Dd. communiter additur. Ea vero vtilis rei vindicatio, quæ vaſallo nomine earum ſeruitutum datur, actio confeſſoria & negatoria dicitur. Roſenth. *d. cap. 12. concl. 12. nu. 13.* Vult. *d. cap. 1. num. 13.* Vtilis igitur ſiue quaſi confeſſoria & negatoria de regalibus etiam in feudum

conceſſis.

conceſſis competunt, idque vrget eadem illa ratio, de qua paulo ante, quoad res incorporales dictum eſt.

Singulariter vero notandum eſt, quod hæ actiones tunc etiam competant, quando non vera ſed abuſiua & impropria inueſtitura facta eſt. Nam licet † per abuſiuam inueſtituram poſ- 18
ſeſſio vel etiam dominiũ rei corporalis in inueſtitum non transferatur, Afflict. *in d.c.1.num.5. & ſeqq. qui ſucceſſor. teneant.* Aluarot. *in c.fin.num.2. de nou.form.fidelit.* Bald. *in rubr. C. de contrahend. empt. num.17.* Alexand. *in l.3. in princ. num.15. ff. de acquirend. poſſeſſ.* Iaſ. *in l. Traditionibus. num.4. & ibid.* Dec. *num.3. C. de tranſact.* ideoque actiones reales ex ea inueſtitura non dentur, Salicet. *in d. l. Traditionibus. num.2.* Schneidw. *de feud. part.1. num.27. verſ. Aut vero vaſallus.* Schurff. *conſ.53. num.5. cent.3.* Borch. *de feud. cap.9. num.9. & 10.* tamen † hoc ſecus ſe habet in regalibus & alijs iuribus incor- 19
poralibus, vt ſupra dictum eſt. De † concurſu vero domini & va- 20
ſalli in actionibus realibus tenendum eſt, vaſallum hanc prærogatiuam, vt domino in huiuſmodi actionibus cum ipſo concurrenti præferatur, habere tam in regalibus, quam in alijs, cum generaliter iuri conſonum ſit, vt vaſallus tali prærogatiua gaudeat *d. §. rei autem* & ibi communiter Dd. Borch. *d. cap.9. nu.2.* Hartm. *practicar. obſeruat. tit.54. obſeru.12. numer.3.* Vult. *d. cap.1 numer.14.* Schneidw. *d. part.1. num.27. verſ. Et hoc ampliatur. & part.4. nu.61.* eamq; ſententiam communem & receptam eſſe tradit Schrad. *de feud. part.9. cap.7. num 81. verſ. Tertio hoc.* niſi † dominus tantum 21
tanquam directus dominus, & ſic de iure ſaltem ſuo agat, nec intentionem eo dirigat, vt poſſeſſionem conſequatur, Præpoſ. *in d. §. rei autem. nu.4. &* Laudenſ. *ibid. nu.18.* vel † etiam, niſi dominus 22
de iure vaſalli ageret illo ſciente & non contradicente Præpoſ. & Laudenſ. *dictis locis & ibid.* Iſern. *nu.3. &* Afflict. *nu.4.* Roſenth. *d cap.12. concluſ.12. nu.3.*

Habet † autem etiam petitio hæreditatis locum in regali- 23
bus, ſi in hęreditate defuncti reperiantur, & quis tanquam hæres de ijs agere velit, idque ita ſe habet non ſolum, ſi ea inter allodialia referri poſſint, ſed & ſi defunctus ea iure & titulo feudali habuerit, ac inter alia bona, quæ allodialia ſunt, in hæreditate reperiantur,

riantur, & vna cum ijs hac actione petantur, quia ea actio ex iure communi potius quam feudali datur, &, cum vniuerſalis ſit, illæ res non per ſe, & vt feudales, ſed cum vniuerſitate in hanc actionem veniunt Bald. *in l. 1. quæſt. 37. ff. de rer. diuiſ.* Aluarot. *in cap. generali. num. 4. ſi de feud. defunct. controuerſ.* Laudenſ. *in cap. 1. in princ. numer. 5. de ſucceſſ. feud.* Schneidwin. *in § actionum numer. 54. verſ. Eſt ergo vera. Inſtit. de act.* Roſenth. *de feud. cap. 7. concluſ. 12. num. 4. gloſſ. c. & d. cap. 12. concluſ. 2. num. 6.* Weſenbec. *in paratit. ff. de petit. hæredit. num. 11.* eamque ſententiam communiter receptam eſſe teſtantur Schneidwin. *d. loco.* Nicolaus Rucker. inter conſilia
24 Cantiunculæ *conſil. 23. num. 54. verſ. Septimo præmitto.* De † ijs vero regalibus, quæ allodialia ſunt, adeo verum eſt, hæreditatis petitionem recte inſtitui, vt id procedat non ſolum ſi ea vna cum alijs bonis allodialibus, ad hæreditatem defuncti pertinentibus, vno eodemque libello petantur, ſed & ſi ſeparatim, & de ijs ſolis vt allodialibus, petitione hæreditatis agatur, cum de ſingulis etiam rebus hæreditarijs hæc actio recte intentetur, *l. regulariter. ff. de hæred. petit. l. 1. §. quia hæreditatem. ff. ſi pars hæredit. petat.* adeo vt in minima etiam re locum habeat, *l. licet minimam. Digeſt. de hæredit. petit.*

25 Quemadmodum † autem prædictæ actiones poſſeſſorium non concernentes de regalibus dantur, ſic & poſſeſſoria
26 remedia vtilia in ijs locum habent. Nam † quantum ad adipiſcendæ poſſeſſionis remedium. Quorum bonorum attinet, quemadmodum petitionem hæreditatis de ijs competere modo dictum eſt, ſic & illud poſſeſſorium recte ab hærede defuncti inſtituitur, idque de ijs regalibus quæ allodialia ſunt, minus dubium eſt, cum iure communi generaliter hoc remedium detur hæredi necdum poſſeſſionem rerum hæreditariarum habenti *l. 1. ff. quor. bonor. §. adipiſcendæ. Inſtitut. de interdict.* & non ſolum pro rebus corporalibus, ſed & incorporalibus & ſic etiam pro regalibus competat, Caſtrenſ. *in l. vlt. numer. 15. Cod. de edict. diu. Hadr. tollend.* Rip. *in l. 2. num. 2. ff. quor. bonor.* Angel. *in l. 2. num. 1. verſ. Ad incorporalia Cod. eod.* Weſenbec. *in paratit. ff. eod. numer. 8.* Menoch. *de adipiſcend. poſſeſſ. remed. 1. numer. 83.* vbi communem
hanc

hanc ſententiam eſſe addit, & ſimul *ibidem & numer. 84.* adducit rationes quibus ea confirmatur. Neque † obſtat text. *in d. l. 2. ff.* 27
quor. bonor. dicens interdicto Quorum bonorum non teneri debitores hæreditarios. Nam in ijs debitoribus non poteſt conſiderari poſſeſſio vel quaſi, ideoque vt recte reſpondet Ripa *d. nu. 2.* & Menoch. *dicto loco. num. 85. in d. l. 2.* non negatur illud interdictum dari pro iuribus incorporalibus quæ quaſi poſſidentur *l. poſſideri in princ.* & ibi Dd. *ff. de acquir. poſſeſſ.* Non † aduerſatur etiam, quod hoc poſſeſſorium dicitur contra corporum poſſeſſores competere *in d. l. 2. ff. quor. bonor. & in d. l. vlt. in fin. Cod. eod.* 28
Quia poſſeſſorium retinendæ etiam pro rebus corporalibus dicitur concedi *in l. 1. §. hoc interdictum. ff. Vti poſſidet.* & tamen etiam pro ſeruitutibus, vt iuribus incorporalibus, competere aſſeritur alio loco nimirum *in l. ſicuti. §. Ariſto. ff. ſi ſeruit. vindicet.* Et
† generaliter in remedijs poſſeſſorijs tanta habetur regalium & 29
aliorum iurium incorporalium ratio, vt quaſi poſſeſſio eorum & poſſeſſio corporalium cenſeantur eſſe vna & eadem res in ſubſtantia, varientque tantum in rebus poſſeſſis, atque ideo ius idem ſit in vtraque poſſeſſione vt eleganter ait Zaſ. *in d. l. poſſideri. num. 4.*

Atque † hinc eo minus dubitandum eſt, de regalibus & a- 30
lijs iuribus incorporalibus hæreditarijs adipiſcendæ poſſeſſionis remedium etiam ex *d. l. fin. C. de edict. Diu. Hadrian. toll.* competere, idq; de huiuſmodi iuribus ibidem tradunt Petr. de Bellapert. *num. 17.* Cyn. *nu. 30.* Bald *num. 57.* Salicet. *nu. 21. verſ. Quæro in quo.* Caſtrenſ. *num. 15.* Zuchard. *nu. 382.* vbi addit hanc ſententiam eſſe à Dd. communiter receptam.

Non † ſolum vero ſi quis non habet poſſeſſionem rega- 31
lium vel aliorum iurium vtile remedium poſſeſſorium adipiſcendæ ei datur, ſed & ſi quis eam habuit, & per ſpolium amiſit, recuperandæ poſſeſſionis remedium ei competit Barr. *in l. 3. §. vnde vi. numer. 3. ff. de vi & vi arm.* Afflict. *in c. 1. §. ſimiliter. numer. 13. de cap. Corrad.* Socin. *in l. rem quæ nobis. numer. 13. ff. de acquir. poſſeſſ.* Ioan. Hannibal *in l. naturaliter. numer. 170. Digeſt. de vſucap. &* Bertachin. *de gabell. part. 4. principal. quæſt. 15.* Menoch.
de recu-

Digitized by Google

de recuperand. poſſeſſ. remed. 1. *numer.* 81. *& ſeq.* & comprobatur votando in terminis vectigalium inter deciſiones Cameræ apud Tileman. de Benign. *Syntagm.* 1. *decad.* 2. *vot.* 1. *num.* 3. & in terminis iuris collectandi apud eundem *ſyntagm.* 2. *decad.* 4. *vot.* 1. *nu.* 12. Item in terminis iuris venandi & iuriſdictionis apud Gylman.
32 *rer. iudicatar. lib.* 2. *deciſ.* 20. *num.* 7. Similiter † retinendæ poſſeſſionis ſiue Vti poſſidetis remedio quis vti poteſt, ſi quis poſſeſſionem regalium aliorumve iurium habeat, & in ea turbetur, Aret. *in* §. *retinendæ, nu.* 3. *verſ. Tertio competit. Inſtit. de interdict.* Rebuff. *in commentar. ad Regias Conſtitutiones Galliæ tom.* 3. *tit. de cauſis beneficior. poſſeſſorijs in præfat. num.* 6. 7. 8. *&* 9. Ferrar. *in d. form. libell. pro turbat. poſſeſſ. in princ. num.* 3. Schneidw. *in d.* §. *retinendæ, num.* 6. vbi in ſpecie vectigalium aliorumque regalium meminit Menoch. *de retinend. poſſeſſ. remed* 3. *num.* 103. 145. 148. *&* 259. eaque ſententia deciſione Cameræ Imperialis comprobata fuit in cauſa Brandenburg contra Nürnberg / & in cauſa Epiſcopi Herbipolenſis contra Comitem Henricum Adolphum de Caſtell.

33 Atque † hic obſeruandum eſt, quod, licet hoc poſſeſſorium cum petitorio cumulari non poſſit in rebus corporalibus, Bart. & communiter alij Dd. *in d.* §. *nihil commune. Can. in c. Paſtoralis.* per illum text. *de cauſ. poſſeſſ. & propriet.* Berojus *conſ.* 48. *nu* 4. *& ſeq.* Riminald. *conſ.* 193. *num.* 3. *lib.* 1. Menoch. *d. remed. retinendæ* 3. *num.* 537. Cæſar Contard. *in l. vnic. limitat.* 2. §. 9. *num.* 18. *&* 19. *C. ſi*
34 *de moment. poſſeſſ.* tamen † res ſe longe aliter habeat in regalibus & alijs iuribus incorporalibus, in quibus ea cumulatio fieri poteſt, Bart. & alij Dd *in d.* §. *Ariſto, num.* 7. *ff. ſi ſeruit. vindicet.* Ferrar. *in d. form. libell. pro turbat. poſſeſſ in verb. ad ceſſandum & deſiſtendum. num.* 8. Cæſar Contard. *d.* §. 9. *num.* 22. *&* 23. Natt. *conſ.* 627. *num.* 11. *lib.* 3. Pariſ. *conſ.* 31. *num.* 54. *lib* 4. Rip. *tit. de reſcript. lib.* 2. *cap.* 7. *nu.* 2. *&* 3. vbi dicit ita poſt Bartolum omnes Dd. *in d.* §. *nihil commune,* tenere, additque Albericus de Roſat. *d. loco* Vbertum de Bobio teſtari, ita obtentum per omnes Dd. in Studio Vercellenſi, & fuit id in Camera Imperiali obſeruatum in cauſa Brandenburg contra Nürnberg / in qua tamen petitorium vna cum poſſeſſorio per ſententiam non fuit deciſum, quod de petitorij non æque ac de poſ-

de poſſeſſorij meritis conſtiterit, & in petitorio res fuerit ſatis clara, iurique conſonum ſit, vt, quoties poſſeſſorium & petitorium ſimul intentatur, id prius decidatur, de quo iudici prius conſtat *c.2.de cauſ.poſſeſſ.& propriet.* Imol. Aretin. Alex. & Iaſ. *in d.* §.*nihil commune* Purpur. *in l.edita.nu.190. C.de edend.* Capyc. *deciſ. 86.num.6.* Cæſar Contard. *d.limitat.2.§.5.nu.26.& 27.* Hartman. Piſtor. *quæſt.45.num.17.lib.1.* Ratio † vero huius iuris, quo prædicta cumulatio admittitur, hæc eſt, quod illud petitorium, quo vindicantur regalia & alia iura incorporalia, competat etiam poſſeſſori, *l ſicuti.* §. *Ariſto ff.ſi ſeruit. vindicet.* §. *aque.* & ibi Dd. *Inſtitut. de act.l.vti frui.* §.*fin.ff.ſi vſusfruct.petat.* ideoque impedimentum contrarietatis ceſſet. Et † licet Rubeus *in d.*§.*nihil commune.numer.287.* neget, petitorium negatoriæ actionis cum poſſeſſorio retinendæ cumulari poſſe, tamen contrarium, vt verius eſt, ſic & communiter à Dd. receptum, in Camera Imperiali quoque in cauſa Ingelheim contra Churf: Pfaltz obſeruatum eſt. 35 36

Notandum † vero hic eſt, ita etiam poſſeſſorium retinendæ de regalibus inſtitui poſſe, vt cum eo cumuletur petitio pœnæ, priuilegio, quo ea conceſſa ſunt, adiecta Pfeil. *conſil. 194. numer. 48.* addens hic iuris communis & ſingularis remedia ad idem & eiusdem juris defenſionem ſpectare. Præterea tenendum eſt de Regalibus & Iuriſdictionalibus non ſolum in poſſeſſorio adipiſcendæ ſed & retinendæ & quidem etiam recuperandæ requiri, vt cum poſſeſſione verus etiam titulus doceatur, nec ſufficere ſi actus poſſeſſorij allegentur & probentur *cap.fin. de reſtitut. ſpoliat. in 6. cap. cum perſonæ de priuilegijs in 6.* Boſſ. *in tractat. crimin. tit.de Principe.numer.233.& ſeqq.* Grammat. *conſil.9.* Luc. de Penn. *in l.2. Cod. de fund.limit.* Alexander *in l.generaliter.*§.*nihil commune.ff.de acquiren. vel amitt.poſſeſſ.* Borgum *in 2.part. deciſ.36.numer. 467.* Knich. *de ſublim. territor.iur.cap.3. numer.114.& cap.5. numer. 13.& ſeq.* Florian. *in l ſicuti.* §.*ſed ſi quæratur.ff.ſi ſeruit. vind.* vbi in ſpecie etiam de vectigalibus ait, poſſeſſionem exigendi ea non prodeſſe, niſi tituli editio ac probatio fiat. 37

Atque † hæc quidem omnia ita ſe quoque excepto eo, quod de petitione pœnæ priuilegio adiectæ ſupra dictum eſt, 38

habent in regalibus, quæ non ſunt allodialia, ſed per inueſtituram acquiſita. Nam in ijs quoque poſſeſſoria remedia vtilia lo-
39 cum habent, idque † in ſpecie de interdicto Quorum bonorum, tanquam poſſeſſorio adipiſcendæ, quo quis vt hæres ab inteſtato in poſſeſſionem rerum hæreditarium, quibus etiam feudalia bona continentur, immiſſionem petit, tradunt Dec. *conſil. 424. proponitur quod magnifica. num. 10.* Pariſ. *conſil. 41. optimum ius. num. 1. 2. & 3. vol. 1.* Weſenbec. *in paratit. ff. quorum bonor. numer. 8.* Achill. Perſonal. *in tractat. de interdict. quorum bonor. numer. 471.* eamque ſententiam à pleriſque teneri ait Weſenbec. *d. loco.* eaque confirmatur textu *in cap. 1. §. ſi inter filiam, ſi de feud defunct. content. ſit int. domin. & agnat.* neque hac in re differentia conſtituitur inter regalia aliave iura incorporalia & res corporales feu-
40 dales. Et † quemadmodum interdictum Quorum bonorum ab inteſtato datur, ſic & teſtamento condito datur remedium *l. fin. Cod. de edict. Diu. Hadrian. tollend.* idque ibidem docent Alexand. *numer. 30. verſ. Aliud notabile dictum.* Iaſ. *numer. 26.* Sebaſt. Sap. *numer. 93.* Zuchard. *numer. 485.* Eandem ſententiam amplectuntur Afflict. *deciſ. 119. numer. 3. 4. & 5.* Roland. à Vall. *conſil. 1. numer. 45. verſ. Quibus tamen non obſtantibus. & aliquot numer. ſeqq. vol. 1.* id in ſpecie aſſerens de feudo regali Marchionatus & regalibus eidem annexis Brun. *conſil. 1. numer. 15. & conſil. 18. numer. 12.* Dec. *conſil. 467. numer. 9. 10. & 11. & conſil. 588. numer. 9. verſ. Prædicta concluſio.* Burſat. *conſ. 89. num. 30.* vbi *num. 31.* addit hanc eſſe receptam Dd. ſententiam.

41 Recuperandæ † remedium ſimiliter de rebus feudalibus, ſiue res corporales ſiue regalia aut alia iura ſint, intentari poteſt, idque eo verius eſt, quod & nudo vſufructuario detur. *l. 3. §. pen.*
42 *ff. vnde vi.* Et † licet interdictum Vnde vi, contra dominum competere negent, Iaſon *in l. ſi idem. §. ſi vna actio. numer. 3. ff. de iuriſd.* Dec. *in cap. 1. lect. 1. numer. 32. verſ. Limitatur tamen. de conſtit.* Zaſ. *de feud. part. 11. num. 24.* & plures alij, tamen contrarium tenent quam plurimi alij Dd. & inter hos etiam plerique Germaniæ Iuriſconſulti ex quibus ſunt Mynſ. *obſ. 91. nu. 7. & ſeqq. cent. 4.* & omnes Profeſſores & Dd. iuridici Collegij in Academia Fran-

ccſurdenſi inter conſilia German. *conſil. 21. quæſt. 1. num. 45. vol. 3.* Borch. *d. cap. 9. num. 18.* Schenck. *in cap. 1. §. ſi vero vaſallus, num. 10. & ſeqq. de milit. vaſall. qui contumax eſt.* Vult. *d. cap. 1. numer. 15. verſ. De poſſeſſorio recuperanda.* Gœd. *diſput. feudal. 10. theſi 5.* Roſenth. *de feud. cap. 10. concluſ. 23. numer. 3. & 4.* vbi *in gloſſ. c. in fin.* addit ſe putare hanc ſententiam veriſſimam eſſe, & in praxi obtineri etiam in Camera Imperiali poſſe, & comprobatur etiam ea in libro præiudiciorum & deciſionum Cameræ *in verb. vaſallus. §. accedit quod Iacobin.* Eadem & mihi magis placet, cum præſertim vaſallus per huiuſmodi actionem dominum alicuius criminis non incuſet, ſed tantum ſe poſſeſſione per vim priuatum eſſe conqueratur, reſtitutionemque per viam iuris petat, nec hæc actio de iure famoſa ſit, & facti infamiam per eam incurri minus recte obtendatur, argumentumque † à liberto ad vaſallum eo infirmius ſit, quod non ſolum patronus liberto viciſſim non teneatur, ſed & tanta inter patronum & dominum ſit diſſimilitudo, vt dominus & vaſallus regulariter ad paria teneri dicantur, ideoque textum *in cap. 1. §. vlt. de form. fidelitat.* contra dominum notabiliſſimum eſſe, & ſauctum ius continere ibidem dixerit Baldus *in princ.* Et ſi contra Conſtitutionem Imperij de pace publica vaſallum dominus offenderit, iuris via ita vti poteſt, vt & ad priuationem feudi & ſimul non minus quam contra quemlibet extraneum ad grauiſſimam pœnam banni recte agat. Gail. *de pac. publ. lib. 2. cap. 15. numer. 10.* Quibus † accedit quod reuerentia etiam quæ à vaſallo debetur domino non ſit tanta, vt, ſi agere contra eum velit, aliqua veniæ petitione ſit opus, niſi actio vere famoſa ſit, vt communiter ſentiunt Dd. teſte Alexandro *in l. generaliter. numer. 7. de in ius vocand.* Claro *in §. feudum quæſt. 25. numer. 1.* Gailio *de pignorat. obſeruat. 15. numer. 4.* Roſenth. *d. concluſ. 23. numer. 16.* vbi *in gloſſ. l.* ſimul multos alios allegat, de hac communi atteſtantes, eaque in Camera Imperiali obſeruatur & approbata eſt, idque teſtantur Gail. *dicto loco.* Fichard. in addit. ad Villalob. *in commun. opin. ſub lit. V. numer. 8.* & Roſenthal *iam citato loco.* Præter quos generaliter aſſerit Weſenbec. *de feud. part. 9. numer. 16.* eam hodie ſeruari. Quia † vero poſſeſſo-

43 44 45

ſeſſorium recuperandæ non ſolum contra extraneum, ſed & contra dominum feudi datur, vt iam dictum eſt, eo minus dubitandum eſt, poſſeſſorium retinendæ ſine diſtinctione inter illas perſonas locum habere, idque ita generaliter & indiſtincte tradunt Ioan. Fab. *in §. retinendæ. numer. 9. Inſtitut. de interdict.* gloſſ. & Dd. *in l. vnic. Cod. vti poſſidet.* Menoch. *de retinend. poſſeſſ. remed. 3. numer. 81.* Borch. *d. cap. 9. numer. 17. verſ. Et ſic quod interdictum.* Atque hic non minus quam de ijs regalibus & alijs iuribus, quæ allodialia ſunt, tenendum eſt, quod, vt ſupra oſtenſum eſt, hoc poſſeſſorium cum petitorio recte cumuletur, cum nulla hic appareat diuerſitatis ratio inter allodialia & feuda. Præ-
46 terea † notandum hic eſt poſſeſſorium retinendæ de regalibus in feudum conceſſis competere etiam quando quis abuſiue inueſtitus eſt, cum abuſiua inueſtitura in ijs & alijs iuribus incorporalibus vim traditionis habeat, & per eam quaſi poſſeſſio acquiratur, ideoque abuſiue inueſtito reales etiam actiones competant, vt ſupra dixi.

Quemadmodum vero vaſallus ob qualitatem feudalem de regalibus eas habet actiones, de quibus hactenus dictum eſt, ſic & domino de ijs ſua competunt remedia, ſiue perſonales ſiue reales actiones ſint, ſiue poſſeſſoria remedia ſpectentur. Et
47 † primum quidem tenendum eſt, quemadmodum ſupra dictum eſt vaſallo condictionem ex moribus competere ad omnia, quæ dominus ei præſtare tenetur, ſic & vice verſa domino eandem actionem dari aduerſus vaſallum ad omnia, quæ ei præſtari debent, Andr. de Iſern. *in prælud. feudor. num. 45. verſ. Ad ſeruitium. & ibid.* Afflict. *num. 74. verſ. Qua actione.* Specul. *tit. de feud. § fin. num. 3. & 6* Bald. *in c. 1. § porro dominum. num. 4. verſ. Poteſt etiam conueniri. Quæ fuit prim. cauſ. benefic. amittend.* Iaſ. *in l. vnic. num. 9. verſ. Breuiter teneas. ff. de condict. ex leg* Roſenth. *d. cap. 12. concluſ. 11. nu. 16.* plures alios allegans, & *concluſ. 12. n. 117. & concluſ. 13. nu. 1.* eamq; ſententiam communem eſſe teſtantur Schrader. *de feud. 2. part. 9. part. principal. ſect. 9. nu. 34.* & Roſenth. *d. concluſ. 11. nu. 16.*
48 Præter † eam vero condictionem habet dominus etiam ſpecialem actionem ex ſtipulatu, ſi de ijs, quæ à vaſallo præſtanda ſint, ſtipula-

ſtipulatio interuenerit *arg. c. 1. in fin. In quibus cauſ. feud. amitt. c. 1. §. fin.* & ibi gloſſ. *de capitan qui cur. domin. vendid.* Speculat. *d. numer. 6.* Andr. de Iſern: Affl ct. Bald. & Iaſ. *iam citatis locis.* Vult. *d. c. 1. n. 17.* Duaren. *de feud. c. 19 num. 1. verſ. Poteſt etiam.* Goed. *diſput. feudal. 10. theſ. 7.* Mozz. *de feud. tit. quæ actio oriatur ex feud num. 13.* Idque † ita ſe etiam habet in feudo per c Ipſum amiſſo, vel alia de cauſa fini- 49
to, ſi ſtipulatio de reſtitutione ijs caſibus facienda facta ſit. Iacob. de Bel'ouiſ. Aluarot. & Præpoſit. *in c. 1. §. ſed nec eſt alia. Quæ fuit prim. cauſ. benefic. amittend. & ibid* Laudenſ. *in §. illud tamen non lateat num. 7.* Iaſ. *in prælud. feudor. nu. 38.* Schrader. *de feud. 2. part. 9. part principalis ſect. 9. nu. 45.* Roſenth. *d. c. 12. concl. 13. n. 31.* De † plu- 50
ribus vero alijs actionibus perſonalibus, quæ domino ad recuperandum feudum ob culpam aliaue de cauſa apertum ac finitum competere poſſunt, videantur Schrad. *d. ſect. 9. n. 22. & multis ſeqq.* & Roſenth. *d. concl. 13 n. 22. & aliquot ſeqq.*

Ad † reales actiones quod attinet, merito ob directum do- 51
minium dicuntur domino de regalibus competere directa confeſſoria & negatoria actio. Nam cum nihil peculiare quoad dominum etiam de ijs actionibus in rega'ibus & alijs iuribus incorporalibus conſtitutum ſit, ad has actiones pertinet quod de rei vindicatione in domini perſona iure feudali & à Dd. traditum eſt. Rei † vindicatio vero competit, ſi aliquis rem poſſideat 52
tanquam feudum & dominus neget ſe eam in feudum dediſſe. *c. 1. §. Si vero in verb. rem ſuam petat. Quid ſit inueſtit.* Similiter contra † eum etiam, quem rem tanquam feudum poſſi- 53
dere in confeſſo eſt, dominus rei vindicationem habet, ſi felonia à vaſallo commiſſa eſt, Iacobin. de S. Georg. *in verb. Et dicti vaſalli num. 24.* Ferrar. Montan. *de feud. lib. 5. c 3. verſ Contra vaſallum autem:* Sonsbec. *d. part. 13. num. 75.* Roſenthal *d. concluſ 13. numer 15.* Vult. *d. c. 1. num. 19.* Tiraquell. *in l. Si vnquam. verb. Reuertatur num 328. C. de reuocand. donat.* eamq́ ſententiam communem appellat Schneidw. *de feud. part. 1. num. 28. in fin.* & crebriori Interpretum calculo eſſe dicit Borch. *d. c. 9. n. 21.* competitque † ea 54
cumprimis ſine dubio quando ipſo iure vaſallus feudo priuatur,

eum vtile dominium cum directo conſolidetur, & nihil aliud
55 quam poſſeſſio apud vaſallum maneat, in † qua auferenda declaratoria ſentẽtia opus eſt ex receptiſſima Dd ſentẽtia, Hartm. Piſtor. *quæſt.35 n. 6. lib.*1. dicens id ab omnibus Dd. communiter receptum eſſe, idemq; aſſerit Menoch. *conſ.534.nu.7.& ſeqq. lib.6.* Contra tertium vero etiam à Domino intentari poſſe rei vindicationem recte tradunt gloſſ. Bald. Aluarot. Præpoſit. & Afflict. *in c.1.de controu.inter dom.& empt.feud.* Schrad. *d.ſect.9.n.23.verſ. Et hanc rei vindicationem.* qui addit id manifeſtiſſimi iuris eſſe. Præ-
56 terea † poſſeſſoria Vti poſſidetis & recuperandæ domino dantur non ſolum contra tertium, ſi in ciuili poſſeſſione vel quaſi turbetur, vel ea ſpolietur, ſed & contra ipſum vaſallum, ſi hic ſeruitia aliaue, quæ domino ex conuentione vel natura feudi debentur, in totum vel ex parte turbando vel ſpoliando deneget. Affl. *in prælud. feudor. num.*74.*&* 75. Iaſ. *ibid. num.*38. Bald. *in l.iubemus nulli.*14.*nu.*1.*C de ſacroſan. eccleſ.* Menoch. *de recuperand. poſſeſſ. remed.*15 *nu.*200. Ferrar. Mont. *d. cap.*3. *v. ſed in eo quod vaſallus.* Intrigliol. *de feud. quæſt* 19. *num.*11.*&* 12. Vult. *d cap.*1. *num.*22. Affl. *de-*
57 *ciſ.395. num.*4. Etſi † vero actio confeſſoria & negatoria in regalibus & alijs iuribus incorporalibus reſpectu domini directi eis intentantis directæ actiones ſint & dici poſſint, vt ſupra dictum eſt, tamen reſpectu ſeruitutum, & quia ad exemplum earum de prædictis alijs iuribus inſtituuntur, in domino etiam agente vtiles ſunt, & ſimiliter prædicta poſſeſſoria ſunt vtilia, & ſic dicendum eſt, vtile interdictum *Vti poſſidetis*, & vtile interdictum *Vnde vi* domino competere. Obſeruandum vero eſt de actionibus, quæ de Regalibus vllo modo competere poſſunt, quod ſi plures in iudicium deducantur, non obſtet actori, ſi ex vna tantum ius foueat, ſed ex hac vna obtinere & pro eo pronunciari debeat. Felin. *c. auditis, col.2, præſcript.* Bald. *in l. ſi quis homicidij C. de accuſat.* Bart. *in l. Diuini ff. de re iud.* Iaſ. *in l.1. §. ſed & ſi mihi nu.*14 *ff. de Verb. Obl.* Rom. *conſ.*245. *nu.*6.*&* 7.

58 Porro † in vniuerſum de regalibus obſeruandum eſt, ſiue nimirum ex inueſtitura per infeudationem vel etiam ſubinfeu-

datio-

Digitized by Google

dationem, ſiue ex priuilegio, ſiue denique ex præſcriptione vel conſuetud ne acquiſita ſint, extraordinaria etiam & ſummaria remedia mandatorum cum vel ſine clauſula in ijs locum habere, & quidem inter eos, qui vtrinq; Imperio immediate ſubſunt, ex Imperij Conſtitutionibus de pignorationibus, de arreſtis & de litigioſa poſſeſſione, mandata ſine clauſula impetrari poſſunt, quando vicinus vel alius regale aliquod vel aliud ius ſibi arrogat, & propter hoc aſſertum ius bona vel perſonas capit, pignorat vel arreſtat, vel ratione litigioſæ poſſeſſionis metus armorum eſt, & ſi quis regalia per infeudationem vel ſubinfeudationem habeat, non ſolum ipſe, ſi Imperio immediate ſubiectus eſt, ſed & dominus directus eiuſmodi mandata ſine clauſula obtinere poteſt, & recte ea etiam decernuntur, ſi coniunctim per eos petantur, idq; eo quoq; caſu ita ſe habet, quo vaſallus mediate eſt Imperio ſubiectus, cum ſufficiat tali caſu dominum immediate ſub Imperio eſſe. Quod ſi vero vaſallus immediate ſubeſt Imperio, poteſt contra ipſum etiam dominum talia mandata obtinere. Atque hæc ex quamplurimis præiudiciis ac ipſa experientia & praxi Cameræ certa ſunt, ex qua & illud conſtat, non ſolum nullo omnino exiſtente ordinario proceſſu, ſed etiam poſtquam is inſtitutus eſt, & adhuc pendet, eiuſmodi extraordinarijs vijs locum eſſe, & talia mandata recte decerni, ſæpe etiam alia mandata ſine clauſula, de quibus in ordinat. Cameræ *part. 2. tit. 23* agitur, de regalibus & occaſione eorum decernuntur, vt eadem praxis Cameræ & experientia abunde teſtatum facit, & ſpecialius de hac re *ſuis locis lib. 2.* dicetur, vbi ad ſingulorum regalium, quorum *in c. vnic. Quæ ſint regal.* mentio fit, & affinium explicationem ventum fuerit, & cumprimis in ſpecie *de collectis*, illo libro *cap. 14.* oſtendetur, quomodo per mandata aut aliter executiua via de iis procedi poſſit.

CAPVT VIII.

De iudice competenti & proceſſu iudiciario.

SVMMARIA.

1 *DE regalibus ſi per priuilegium à Cæſare conceſſa ſint, & de validitate eius priuilegij controuerſia moueatur, non eſt alius, quam ipſe Imperator iudex.*

2 *De priuilegij eiuſmodi ſubſtantia quidem & validitate ſi non dubitetur, ſed de ipſa mente & interpretatione eius agatur, hoc etiam caſu ſolus Imperator iudex eſt.*

3 *Quando nec de priuilegij eiuſmodi validitate ac ſubſtantia dubitatur, nec de mente & interpretatione eius agitur, Camera iudex eſſe poteſt.*

4 *Idq; ita ſe habet, etiamſi litigantes mediate Imperio ſint ſubiecti.*

5 *Priuilegia Cæſarea, quibus regalia vel alia conceſſa ſunt, Cameræ Imperiali vt iudici ordinario præſentari, & vt exemplentur, decretumq; de ea re interponatur, inſinuari poſſunt.*

6 *De priuilegiis eiuſmodi ita contra alios in Camera frequentiſſime agi ſolet, vt condemnatio in pœnam iis adiectam petatur, & hoc nomine citatio ad videndum, ſe incidiſſe in pœnam priuilegij, impetretur.*

7 *Ad priuilegij pœnam vt quis agere, & in Camera citationem ad videndum ſe incidiſſe obtinere poſſit, quæ requirantur &* n. 8. 9. 10.

11 *De regali feudo quemadmodum ſolus Imperator iudex eſt, ſic nec de regalibus iuribus tali feudo annexis alius eſt iudex.*

12 *Connexitatis ratione idem iudex adeundus eſt.*

13 *In conſequentiam multa admittuntur, quæ principaliter non concederentur.*

14 *In feudis idem iudex eſt de acceſſorio qui de principali.*

15 *De regalibus ſeparatim ab Imperatore in feudum datis etiam Camera Imperialis iudex eſt* n. 17.

16 *In feudis Imperij omnibus regalem dignitatem annexam non habentibus idem obtinet.*

18 De re-

18 *De regalibus Camera iudex eſt, licet ea ab Imperatore non ſeorſim in feudum conceſſa ſint, ſed vna cum feudo regali, eiq́; cohæreant, ſi de vno vel pluribus eiuſmodi regalibus ſeparatim controuerſia moueatur.*

19 *De feudo regali recte etiam Camera vt iudex aditur, ſi non de toto eiuſmodi feudo, ſed tantum parte eius, quantumuis magna controuerſia moueatur, idque præiudicijs Cameræ Imperialis confirmatur.* numer. *22.*

20 *De parte idem eſt iuris, quoad partem, quod eſt de toto, quoad totum.*

21 *Fallit hoc eo caſu, quo aliud reperitur diſpoſitum in parte, aliud in toto.*

23 *Camera etiam competens iudex eſt, etiamſi de toto feudo regali & regalibus ei adhærentibus controuerſia ſit, ſi non petitorium ſed poſſeſſorium iudicium de eo inſtituatur, idque, ſi de momentanea poſſeſſione controuerſia ſit, dubio caret.*

24 *In poſſeſſorio momentaneæ poſſeſſionis latam ſententiam pro mera & pura interlocutoria habere, & de eius poſſeſſorij varijs appellationibus.* n. *25.*

26 *De regali feudo & regalibus ei annexis Camera adiri poteſt in cauſis mandatorum ſine clauſula & omnibus alijs iudicijs ſummarijs, in quibus cauſa Principalis non deciditur.*

27 *An non minus in iudicio ordinario & plenario poſſeſſorio, quam momentaneæ poſſeſſionis remedio ſolus Imperator ſit iudex de regali feudo & regalibus ei annexis? &* n. aliquot ſeqq.

28 *In poſſeſſorio ordinario iuris ordine ſeruato proceditur, plenæq́; probationes deſiderari ſolent.*

29 *Sententia in eo lata eſt definitiua, quod declaratur infra* n. *37.*

30 *De feudali re non ſolum in petitorio ſed & poſſeſſorio inter vaſallos ex iure communi ſecundum quoſdam non eſt alius, quam dominus feudi iudex, quorum tamen ſententia reprobatur infra* n. *38.*

31 *In poſſeſſorio ordinario de ipſo feudo controuerſia totaliter non dirimitur.*

32 *Sententia de poſſeſſione lata proprietati nullum affert præiudicium, nec rei iudicatæ exceptionem parit* n *33.*

Digitized by Google

34 A iudice eodem, qui in poſſeſſorio pronunciauit, petitorium determinandum eſt.

35 Continentia cauſa eſt in poſſeſſorio & petitorio, eaque diuidi non debet.

36 In plenario & ordinario mero poſſeſſorio de toto feudo regali Cameræ iuriſdictio fundata eſt, idemq; in regalibus obtinet non ſolum ſi ſeparatim in feudum conceſſa ſint, ſed & ſi feudo regali cohæreant.

39 Regalem dignitatem annexam habentia bona etiam per ſubinfeudationem à Principe inferiore factam haberi poſſunt.

40 Regalia etiam per ſubinfeudationem ab inferiore factam acquiruntur.

41 Idq; ſi ea regali vel alij feudo per ſubinfeudationem alicui conceſſo adhæreant, & annexa ſint, minus dubij habet.

42 De regalibus alicui ab inferiore per ſubinfeudationem conceſſis, nec Camera, nec etiam Imperator vel alius ſuperior dominus & mediatus, ſed proximus & immediatus iudex eſt.

43 Generaliter & indiſtincte prolata generaliter & indiſtincte intelligi debent.

44 De feudalibus rebus iudex eſt dominus immediatus & proximus contentione inter vaſallos orta.

45 In feudalibus cauſis appellationes non fiunt ad alium dominum, quam immediatum & ſuperiorem.

46 Vaſallus ſoli domino immediato non autem domino ſuperiori de quibuslibet rebus feudalibus ſeruire tenetur, licet ille eodem tempore bellum gerat.

47 De feudo dominus mediatus ac ſuperior ne quidem vaſallis conſentientibus de lite inter eos mota cognoſcere & iudex eſſe poteſt.

48 De regalibus, controuerſia non inter vaſallos ſed inter dominum & vaſallum orta pares curiæ iudices ſunt, fallit ſi alter eorum regalia pro re feudali habenda eſſe neget, n. 55.

49 Pares curiæ electi cogi poſſunt, vt iudicent, & ſi dominus eos cogendi facultatem non habeat, coactio hæc per iudicem ordinarium aut ſuperiorem fieri poteſt.

50 Pares curiæ an eiuſdem omnino conditionis & qualitatis eſſe debeant cum vaſallis litigantibus.

51 Impe-

51 *Imperatorem ipſum de iure communi iudicem eſſe, ſi cum eo de regalibus aliaue re controuerſia ſit, crebrioribus Dd. calculis receptum eſt, ex aurea Bulla vero Comes Palatinus ad Rhenum iudex eſt in Cæſaris curia vbi & ipſe præſens ſit, Ante eam Bullam vero iudex erat ex conſuetudine extra aulam Cæſaream & ad ripam Rheni prope oppidum Rhenſen iudicium exerceri ſolebat.* n.52 *ibi & de Bodini errore.*

53 *An hoc etiam ad feuda extendendum ſit?*

54 *Regalia ſi altera pars pro re feudali habenda eſſe neget, ordinarius eſt iudex inter vaſallos.*

56 *In regalibus etiamſi de qualitate feudali non dubitetur, ſi tamen controuerſia de ijs non ex iure feudali deſcendat, nec de ijs vt de feudo diſceptetur, cognitio inter vaſallos ſpectat ad ordinarium iudicem, vt & ad pares curiæ inter dominum & vaſallum* n.57.

58 *Petitio hereditatis ſi de hereditate, in qua etiam regalia in feudum conceſſa aliaue res feudales continentur, inſtituatur, ordinarius iudex adeundus eſt.*

59 *De feudalibus rebus, quibus alijs caſibus ad ordinarium cognitio ſpectet remiſſiue.*

60 *De regalibus in feudum conceſſis an inter duos vaſallos compromitti poſſit.*

61 *De regalibus feudis ad iudices priuilegiatos* der außträge *cognitio pertinet ijs caſibus, quibus dominus feudi vel pares curiæ iudices eſſe non poſſunt, nec ex compromiſſo arbiter exiſtit.*

62 *De regalibus illi priuilegiati iudices tanquam ordinarij recte cognoſcunt, ſi ea ſint mere allodialia, nec per priuilegium Cæſareum conceſſa.*

63 *Idq́ locum habet etiamſi conſtet actorem & reum de huiuſmodi regalibus litigantes alias eſſe eiuſdem domini vaſallos.*

64 *Imperator vel etiam Camera Iudex eſſe non poteſt de Ducatu alijsq́ bonis dignitatem regalem annexam habentibus, ſi ſint allodialia.*

65 *Ciuitatum Imperialium Camera vt de aliis rebus, ſic & de regalibus in prima inſtantia ordinarius iudex eſt, ſiue ab immediatis, ſiue à mediate Imperio ſubiectis conueniantur, niſi ex priuilegio vel longiſſimi temporis præſcriptione ſingulares iudices habeant, quia in re error Iohannis Fichardi notatur.*

Digitized by Google

66 *De regalibus, ſi inter Comitem, Baronem vel Nobilem, vt reum immediate, & alium mediate Imperio ſubiectum, vt actorem, controuerſia oriatur, Camera iudex eſt.*

67 *Comites, Barones & Nobiles immediate Imperio ſubiecti inter ſe quidem & cum alijs immediatis priuilegium* der außträge *habent, ſed ab alijs mediate Imperio ſubiectis in ipſa Camera conueniri poſſunt.*

68 *Idemq́ de Prælatis & de collegijs, capitulisq́ dicendum eſt, quæ immediate Imperio ſubſunt.*

69 *Principes tamen hac in re prærogatiua gaudent, & contra perſonas etiam mediate Imperio ſubiectas in prima inſtantia priuilegio Auſtregarum vtuntur.*

70 *Hi poſſunt etiam loco prædictorum iudicum priuilegiatorum ſingulares primæ inſtantiæ iudices* (beſondere außträge) *inter ſe habere.*

71 *Camera Imperialis, ſi proximus ſuperior iudex eſt, per viam ſimplicis querelæ, omnium prædictorum primæ inſtantiæ iudicum loco, adiri poteſt, ex capite iuſtitiæ denegatæ vel protractæ.*

72 *Idq́ in quibuslibet alijs etiam iudicib. iuſtitiam denegantibus vel protrahentibus locum habet.*

73 *Etiamſi controuerſia feudalis ſit, & ſiue ante ſiue poſt litem conteſtatam iuſtitia denegetur vel protrahatur* n. 74.

75 *In regalium cauſis qualis proceſſus iudiciarius ſit ſeruandus, ſiue conuentio v. l reconuentio ſiue iudicium ordinarium vel extraordinarium & ſummariſſimum ſiue etiam prima vel ſecunda inſtantia ſpectetur. Et errant, qui generaliter de regalibus opinantur, ſingulare in ijs eſſe, quod teſtes ſingulares ad eundem finem tendentes probent.*

76 *In feudalis iuris proceſſu iudiciario regulariter, & quatenus ſpeciatim aliquid aliter receptum & cautum eſſe non reperitur, ordo iure communi præſcriptus tenendus eſt.*

77 *In feudali iure nonnulla ſingularia & à iure communi aliena ſunt, quæ iure feudali in proceſſu controuerſiarum feudalium attendi debent, cuiuſmodi inter alia ſunt, quæ recenſentur* numer. *78. 79. 80. 81. 82. 83.*

84 *Eaq́ omnia & ſimilia non minus in regalibus per infeudationem acquiſitis, quam alijs feudalibus locum habent.*

Expo-

Digitized by Google

EXpoſitis ijs, quæ ad actiones pertinent, ſequitur vt de foro ſiue iudice competenti, & proceſſu iudiciario diſpiciamus. Iudex † de regalibus, ſi per priuilegium à Cæſare conceſſa ſint, & 1
de validitate eius priuilegii controuerſia moueatur, non alius eſt, quam ipſe Imperator, *l. cum de nouo. C. de legib. c. 1. de lege Corrad. c. cum veniſſent.* vbi gloſſ. *in verb. iudicari. de iudic.* Bald. *in præ'ud. feudor. num. 18.* Thom. Michael. *in diſputat. de iuriſdictione con. cluſ. 31.* idque votando aſſeritur *in cauſa* Wirtenberg *contra* Oeſterreich / *apud* Gilman. *rer. iudicatar. Camer. Imperial. lib. 2. deciſ. 54. num. 40.*
Similiter † ſolus Imperator iudex erit de regalibus, à ſe per pri- 2
uilegium in aliquem collatis, ſi de ſubſtantia quidem & validitate eius non dubitetur, ſed de ipſa mente & interpretatione eius agatur, cum eius ſolius ſit interpretari, cuius eſt dare vel condere *l. omni innouatione. C. de Ss. Eccleſ. l. fin. C de legib. l. ex facto. in prin. verſ. Beneficia quidem principalia ipſi Principes ſolent interpretari.* & ibi Dd. cumprimis vero Iaſ. *num. 4. & Rip. num. 6. ff. de vulg. & pupill. ſubſtit. c fin. de conceſſ prabend. c. inter alia. in verb. Vt igitur vnde ius prodit interpretatio quoque procedat. de ſentent. excommunic. c. ordinarij de offic. ordinar. in 6.* eodemque pertinet textus *in l. Neratius. ff. de Regul. jur.* vbi Celſus ait, Principis æſtimationem eſſe, quem velit eſſe modum beneficij ſui. Atque & huiuſmodi æſtimatio in dubio à concedente potius, pro ſe, quam pro impetrante facienda.

Quando † vero de validitate ac ſubſtantia priuilegij non 3
dubitatur, nec de mente ac interpretatione eius agitur, Camera etiam Imperialis iudex erit, Gail. *obſ. 1. nu. 7. & 13. lib. 1.* Schrader. *in l. admonendi. nu. 35. verſ. Porro licet. ff. de iureiur.* etiamſi † litigan- 4
tes non immediate Imperio ſubſint, ſed alicuius inferioris Principis, vel alterius Status Imperij ſint ſubditi, atque ita mediate Imperio ſubiecti. deciſ. & præiudic. Camer. *in verb. priuilegium. §. ſi quicquam priuilegium.* Atque † hinc priuilegia Cæſarea, qui- 5
bus regalia vel alia conceſſa ſunt, Cameræ, vt iudici ordinario præſentari, & vt exemplentur decretumque de ea re impetretur, inſinuari debent, cum exemplatio apud iudicem ordinarium impetrari ſoleat, *c. fin.* & ibi gloſſ. *de fid. inſtrument.* & per eam

in ipſa ſubſtantia priuilegij augendo vel minuendo aliave ratione nihil mutetur, vt liquet ex verbis decreti, quæ de inſinuatione priuilegij accepta ſiue admiſſa huiusmodi eſſe ſolent: Iſt dieſelbe vorbehaltlich deß Reichs Ober vnd Gerechtigkeit auch menniglich intereſſe vnd einrede dargegen jeder zeit vorzubringen/ſo viel recht/hiemit angenommen/ darüber der geſtalt vrkund erkant. Atque hac ratione inſinuationes priuilegiorum creberrime & fere quotidie
6 in Camera fiunt & admittuntur. Solet † etiam in Camera contra alios de priuilegijs, quæ de regalibus vel alijs rebus impetrata ſunt, ita frequentiſſime agi, vt condemnatio in pœnam ijs adiectam petatur, & hoc nomine citatio ad videndum ſe incidiſſe in pœnam priuilegij impetretur. Sunt tamen ea in re actores interdum minus cauti, nec requiſita, quæ hic concurrere debent,
7 ſatis attendunt. Huiusmodi † requiſitum eſt, vt, cum eorum, quę facti ſunt, ignorantia prę ſumatur, *l. plurimum ff. de iur. & fact. ignor. l. fin. ff. pro ſuo c. ignorantia de reg. iur. in 6.* parti inſinuatio priuilegij ſit facta, eique hac ratione illud notum ſit. *l. ſi quis diuinum. & l. fin Cod. de aquaduct.* Gail. *d. obſeru.* 1. *num* 9. 11. & 13. Deciſion. ſeu præiudic. Camer. *in verb. priuilegium.* §. *priuilegiorum* & §. *pri-*
8 *uilegia non inſinuata.* & §. *quando agitur.* Debet † etiam proceſſus de pœna priuilegij in Camera obtinere volens expreſſe narrare, quod inſinuatio parti facta ſit, & neceſſe etiam eſt, vt præter eiusmodi narrationem Cameræ etiam vt iudici inſinuatio facta ſit, vel ſaltem vna cum ſupplicatione ipſum originale exhibeatur. *d. l. fin.* Gail. *d. obſeru.* 1. *num.* 9. & 11. Deciſion. ſeu præiudic. Camer. *in d. verb. priuilegium.* §. *nota priuilegium ſi non ſit.* & *d.* §.
9 *quando agitur.* Quibus † accedit & illud requiſitum, quod in ſupplicatione pro obtinendis proceſſibus debeat etiam narrari, contra tenorem priuilegij ab ipſo reo vel iuſſu aut ratificatione eius ex propoſito, doloque malo actum eſſe, Deciſion. ſeu præ-
10 iudic. Camer. *in d.* §. *quando agitur.* vbi † pro ratione additur, quod quis ſine dolo non incurrat in pœnam per Bald. *in l. fin. ff. quod quiſque iur. in alium*, facitque eo textus expreſſus *in l. aliud eſt fraus ff. de verbor. ſignific.* Atque hæc quidem, quæ hactenus dicta ſunt, ita ſe habent, ſi vnum vel plura regalia per priuilegium Cæ-
ſaris in

ſaris in aliquem collata ſint. Quod ſi vero regalia non per priuilegium, ſed per inueſtituram conceſſa eſſe conſtet, attendendum eſt, vtrum alicui feudo regali, (cuius modi ſunt Ducatus & alij inferiores Principatus, item Comitatus & Baronatus) à Cæſare in feudum dato adhæreant, an vero ſeparata, & ſeorſim in feudum collata ſint. Priori † caſu quemadmodum Impera- 11
tor ſolus iudex eſt, ſi de tali feudo regali contendatur, per textum expreſſum *in conſtit. Imperij de anno 1521.* §. Ob auch ſachen & in ordinat. Cameræ *part. 2. tit. 7.* ſic & de regalibus iuribus, eiuſmodi feudo annexis, non alius erit iudex quam Imperator, cum
† ratione connexitatis idem iudex adeundus ſit, Dd. *in l. null. C. de iudic. l. 1. ff. de quib. reb ad eund. iudic. eat.* Gail. *de pac. publ. lib 1. cap. 6. num. 2.* Mynſing. *obſeru. 4. num. 3. cent. 1. & obſeru. 97. cent. ead.* 12
multaque † in conſequentiam admittantur, quæ principaliter 13
non concederentur, *l. non ſolum. ff. de reſtit. in integr. l. quod dicimus. ff. de author. tutor. l. quoties C. de iudic.* & generaliter † de feudis iu- 14
ris ſit, quod de omnibus acceſſorijs, vt quę naturam eius rei principalis ſequuntur, idem iudex ſit, qui de principali. Affl. *in cap. 1. §. præterea ſi inter, nu. 16. & ſeq. de prohibit. feud alienat. per Frideric.* Bald. *in cap. cæterum num. 4. & ibid.* Dec. *num. 14. de iudic.* Anton. de Butr. *in c. de prudentia. in prin. de donat. inter vir. & vxor.* Schrad. *de feud part. 10. num. 98. ſect. 1.*

Altero † vero caſu, quo videlicet regalia ſeparatim ab Im- 15
peratore in feudum data ſunt, Camera etiam Imperialis iudex erit. Nam textus *in d.* §. Ob auch ſachen *& dict. tit. 7.* loquitur tantum de Ducatu alijsque feudis regalem dignitatem annexam habentibus, & exceptio confirmat regulam in omnibus alijs caſibus non exceptis, eoque minus ad regalia ſeparatim in feudum conceſſa extenſio fieri debet, quod inter ea & feuda regalem dignitatem annexam habentia, non vna vel duæ, ſed multæ ſint differentiæ, vt apparet ex differentijs ſupra *cap. 3.* in ſpecie adductis. Idem igitur merito de regalibus per inueſtituram in aliquem ab Imperatore collatis ſtatuitur, quod de alijs Imperij feudis. De † his vero certum eſt, quod Camera iudex 16
ſit, nec ea ad ſolius Cæſaris forum ſpectent, idque praxis quotidiana

diana teſtatum facit, & tradunt etiam Schraderus *de feud. part. 10. ſect. 2. num. 72.* Borcholt. *de feud. cap. 10. num. 3.* Gail. *obſeru. 29. nu. 2. 3. & 7. lib. 1.* in ſpecie aliquot præiudicia allegans & Hartmannus Hartmanni *obſeru. practicar. lib. 2. tit. de feud. obſeru. 43. num. 2.* qui
17 ſimiliter aliquot præiudicia adducit, & † in ſpecie etiam de regalibus, etiamſi ab Imperatore in feudum conceſſa ſint, tamen Cameram cognoſcere & iudicem eſſe poſſe tradunt Schrader. *d. ſect. 2. num. 70.* Roſenth. *de feud. cap. 12. concluſ. 1. num. 30.* Græuæus *concluſ. 29. num. 11. lib. 1.* idque ex ipſo vſu & praxi eo certius eſt, quod frequentiſſimi in Camera ſint proceſſus primæ inſtantiæ de varijs regalibus.

18 Præterea † pertinet cognitio de regalibus ad Cameram, licet ea non ſeorſim in feudum ſint conceſſa, ſed vna cum feudo regali, talique feudo cohæreant, ſi de vno vel pluribus eiuſmodi regalibus ſeparatim controuerſia moueatur. Nam connexitas illa hic non habet eam vim, vt ob eam ſolus Imperator iudex ſit,
19 nec Camera de ijs cognoſcere poſſit, idque † eo minus mirum videbitur, quod etiamſi de ipſo feudo regali ageretur, idque non totaliter fieret, ſed tantum de parte eius, quamuis magna foret, tamen Imperator ſolus non eſſet iudex, idque conuincitur ex ipſo textu *in d. conſtitut. Imperij de anno 1521. §.* Ob auch ſachen *in verb.* Gentzlich *& in d. tit. 7.* vbi verbum Gentzlich eodem modo repetitur, ideoque ob huiuſmodi iterationem eo minus dubitandum eſt, Cameram recte iudicem de parte eſſe. Neque ob-
20 ſtat, quod † idem iuris ſit & eſſe debeat de parte, quoad partem, quod eſt de toto, quoad totum. *l. quæ de tota. ff. de rei vendic. l. iuris gentium. §. adeo. ff. de pact. l. lex quæ tutores in princ. ff. de adminiſtrat.*
21 *tutor. l. ſi cui. in princ. verſ. Proinde. ff. de legat.* 1. Nam † hoc fallit eo caſu, quo aliud reperitur diſpoſitum in parte, aliud in toto, vt oſtendit Euerhard. *in loco legal. à toto ad part. num. 7. verſ. Secundo non procedit.* Hic autem *in d. §* Ob auch ſachen *& d. tit. 7.* aliud ſe de toto quam de parte per verbum Gentzlich ſancitum eſt, cum quod de toto expreſſe & ſtricte requiritur, de parte negetur, & hic merito attendatur argumentum à contrario ſenſu, quod forte & in iure frequens eſt, vt oſtendit Euerhard. *in loco à contrario ſenſu.*

Atque

Atque hæc † ſententia, quod nimirum de parte ſolus Imperator non ſit iudex diuerſis prę iudicijs ipſius Camerę comprobata eſt, vt videre eſt in deciſionibus & præiudic. Cameræ *in verb. Cæſari reſeruata. §.1.* vbi aſſeritur id obſeruatum fuiſſe in Camera *in cauſa* Mechſelrin *contra* Fugger. *9. Januar. Anno 1588.* & additur alia præiudicia haberi apud Seilerum. Atque hæc quidem cum ita ſint non eſt audiendus Schraderus *d. ſect. 2. num. 68.* dum vult de parte etiam cognitionem ad ſolum Imperatorem ſpectare, nec Cameram de ea poſſe eſſe iudicem. 22

Neque † vero ſolum ſi de parte contendatur, ſed & ſi de toto feudo regali & regalibus etiam ei adhærentibus controuerſia ſit, ad ſolum Imperatorem cognitio pertinet, ſed Camera etiam competens iudex erit, ſi non petitorium, ſed poſſeſſorium iudicium de eo inſtituatur, cum textus *in d. §.* Ob auch Sachen/ vtatur verbo Endlich/ & *in d. tit. 7.* eodem modo eiuſdem verbi fiat repetitio. Proinde non eſt dubium, ſi ratione huiuſmodi feudi de momentanea poſſeſſione controuerſia oriatur, non eſſe neceſſe, vt Imperator adeatur, ſed in Camera procedi poterit, iuxta modum præſcriptum in conſtitutione de litigioſa poſſeſſione, quæ extat in ordinatione eiuſdem Cameræ *part. 2. tit. 21.* ſententia enim, quæ in huiuſmodi iudicio profertur, non ſolum ad petitorij deciſionem non pertinet, ſed & ne quidem poſſeſſorium plene & per definitionem determinat. Nam huiuſmodi † ſententia pro mera & pura interlocutoria habetur, textus eſt expreſſus *in cap. fin. 2. quæſt. 6. §. de poſſeſſione etiam,* & tradunt Zuchard. *in l. fin. numer. 133. verſ. Nam hoc dico C. de edict. Diu. Hadrian. tollend.* Felin. *in rubr. de treug. & pac. num. 12. verſ. Et ſuper hoc poteſt fieri præceptum.* Natt. *conſil. 121. verſ. Nam ſententia lib. 1.* Crauetr. *conſil. 140. num. 5.* Gabriel Sarai. in addit. ad Mattheſilan. *ſing. 2. nu. 3.* eoque communiter à Dd. referri ſolet textus *in l. vn. Cod. ſi de momentan. poſſeſſ. appellat. fuer.* Et † appellatur hoc remedium poſſeſſorium, præparatorium iudicij poſſeſſorij principalis & plenarij, vt notat Berojus *conſil. 11. num. 1. lib. 1.* ſic & ſummariiſſimum poſſeſſorium nuncupatur, vt in quo ſummatiſſime proceditur, Neuizan. *conſ. 81. nu. 7.* Alciat. *reſponſ. 386. nu. 1.* vbi ad- 23 24 25

dit à præcepto in tali remedio inchoari poſſe. Vocatur etiam hoc remedium prouiſionale, poſſeſſioque, de qua in eo contenditur, depoſitoria aut fideiuſſoria dicitur, Gail. *obſ.7.num.6.lib.1.* Et Hiſpani hoc iudicium Interim nominare ſolent teſte Hiſpano Iuriſconſulto Didaco Couar. *lib.2.practicar. quæſt. cap.17. num.1.* Non mirum igitur fuerit, ſi ſupradictam priorem reſtrictionem eiuſmodi eſſe dixerimus, vt ad eam pertineat hoc momentaneæ
26 poſſeſſionis remedium. Atque † eodem modo recte ad eam referemus mandata ſine clauſula & omnia alia iudicia ſummaria, in quibus cauſa principalis non deciditur, atq; ideo in his omnibus iudicijs Camera Imperialis adiri poterit de feudo regali, & ei annexis regalibus.

27 Illud † vero multo magis dubium eſt, quid de eo iudicio ſtatui debeat, quod poſſeſſorium ordinarium & plenarium à
28 Dd. nuncupari ſolet. Et † ſane proceditur in ordinario iudicio poſſeſſorio iuris ordine ſeruato, abſoluteque ac principaliter de poſſeſſione litigatur ac cognoſcitur, probationesque plenæ deſiderari ſolent, glo. *in l.1. verb filium, C.quor.bonor.* Capyc. *deciſ.55. num.8.* Cagnolus poſt alios à ſe citatos *in d. l.in pari. nu.7.* Gabriel Sarai. in addit. ad Mattheſilan. *ſing 2.num.5.* vbi ſimul hanc magis communem eſſe aſſerit, Idem ante eum teſtatur Alexand. *conſil 139. num.14. & ſeq.lib.6. & conſil.187.num.3.lib.7.* atque hanc ſententiam à ſacro concilio Neapolitano, nemine iudicum diſſentiente, comprobatam fuiſſe, teſtatum facit Afflict. *deciſ.364. num.9.* Cameram etiam Imperialem eandem ſententiam ſequi
29 affirmat Gail. *obſeru.7. num.2.* Præterea † ſententia, quæ in hoc poſſeſſorio pronunciatur, non eſt interlocutoria, ſed definitiua, Alexand. *in l.quod iuſſit num.10. ff. de re iudic.* Bald. *in l.2. num.22. C. de Epiſcop.aud.* Gail. *d.obſeru.7.n.4.* Capyc. *d.deciſ.55.nu.8.* Cagnol. *in d.l.in pari. num.7.* Et faciunt huc textus *in d.c.fin. de iudic. c.2. Vt lit.non conteſt. Et in clement.1. de cauſ.ſequeſtrat.* quibus locis ſententia in poſſeſſorio ordinario lata diſerte appellatur diffinitiua. Per ſententiam definitiuam vero res non interloquendo, ſed ipſam principalem quæſtionem dirimendo deciditur, ideoque ea ab interlocutorijs ſeparatur & ijs opponitur *in d l. qui iuſſit. ff. de re*

indic.

iudic. & in rubr. C. de ſentent. & interlocut. omn. iudic. Quibus † accedit, quod iudicem non ſolum in petitorio, ſed & in ipſo poſſeſſorio de re feudali inter vaſallos ex iure communi non alium, quam dominum feudi eſſe tradant Afflictus *in c. 1. §. praterea ſi inter, num. 2. 3. 4. 5. de prohib. feud. alien. per Frideric.* Baldus *in c. 1. §. inter pares, num. 2. de leg. Corrad.* Præpoſitus *in c. 1. num. 6. & ibid.* Baldus *num. 2. apud quem vel quos.* Zaſius *de feud. part. 11. num. 22.* eamque ſententiam communiter receptam eſſe aſſerant Baldus *in c. caterum. num. 2. verſ. Tertio oppono &* Decius *ibid. num. 66. verſ. An autem ſi agatur. de iudic.* Iacobinus de S. Georg. *de feud. in verb. & dicti vaſalli. num. 5.* Clarus *in §. feudum quaſt. 90. num. 9.* pro qua ſententia etiam ab iis, qui eam amplectuntur allegari ſolet textus *in c. 1. de milit. vaſall. qui contum. eſt.* 30

Atque hæc quidem cum ita ſe habeant, in propoſita quæſtione decidendum videtur, ex conſtitutione Imperij *de anno 1521.* §. Ob auch ſachen / ꝛc. & ordinatione Cameræ Imperialis *d. tit. 7.* cognitionem de ordinario & plenario poſſeſſorio, non minus quam de petitorio, in feudo regali ad ſolum Imperatorem ſpectare, nec Cameram Imperialem iudicem eſſe poſſe.

Verum † reclamat, quod in poſſeſſorio ordinario de ſola poſſeſſione cognoſci debeat, & de ipſo feudo totaliter controuerſia non dirimatur, nec ita ſententia pronuncietur, vt victo nulla ſuperſit actio, nihilque iudici poſt eam ſententiam determinandum reliquum ſit. Nam poſt deciſionem litis de poſſeſſorio motæ reſtat cognitio & deciſio de ipſo rei dominio. Et licet in concurſu per cumulationem poſſeſſorij & petitorij iudex, ſi de poſſeſſorio prius conſtat, de eo etiam prius pronunciare poſſit, tamen petitorium nihilominus poſt eam deciſionem dirimendum fuerit *l. ordinarij Cod. de rei vendic. l. incerti. Cod. de interdict. & l. exitus. ff. de acquirend. poſſeſſ.* Vbi Vlpianus: *Exitus*, inquit, *controuerſia poſſeſſionis hic eſt tantum, vt prius pronunciet iudex vter poſſideat, ita enim fiet, vt is, qui victus eſt, petitoris partibus fungatur, & tunc de dominio quaratur.* Proinde † Diocletianus & Maximilianus *in l. poſt ſententiam Cod. de ſentent. & interloc.* aiunt de poſſeſſione pronunciata, proprietati 31 32

33 nullum præiudicium afferre. Et † ſi is, qui de poſſeſſione ſententiam obtinuit, velit obijcere exceptionem rei iudicatæ, non audietur, perinde ac ſi definitiue pro eo non eſſet pronunciatum *l. & an eadem. §. fin. ff. de except. rei iudic.*

34 Adeo † vero certum eſt, poſt ſententiam in poſſeſſorio latam non eſſe rem omnino & finaliter deciſam, vt non poſſit ad alium iudicem in petitorio iri, ſed ab eodem, qui in poſſeſſorio pronunciauit, quod reliquum eſt, ipſum videlicet petitorium, quaſi per continuationem quandã iudicij cœpti, determinandũ
35 ſit, *d. l. nulli, C. de iudic. c. 1. de cauſ. poſſeſſ. & propriet.* Eſt † enim in poſſeſſorio & petitorio cauſæ quædam continentia & connexitas, eaq; diuidi non debet, *c. 1. §. ſed iudex de ſequeſtr. poſſeſſ. & fruct. & d. l. nulli,* quibus locis tanquam in ſede materiali communiter hac de re Dd. agunt. Quibus adde præter alios etiam id tenentes, Gail. *obſ. 32. nu. 11. lib. 1.* & Rebuff *de cauſ. benefic. poſſeſſor. art. 8. gloſſ. 2. n. 3.* vbi ſubijcit ita etiam iudicatum à ſenatu Pariſienſi pro iudice Montis ferrandi, qui, licet partes & res (vt eius verba ſonant) alibi iacerent, tamen pronunciauerat ſuper poſſeſſorio, & ſimul addiderat, ſe cogniturum etiam de petitorio, à qua ſententia appellatum fuerat ad Senatum Pariſienſem.

36 Atque † his omnibus conſequens eſt, in plenario & ordinario mero poſſeſſorio Imperatorem ſolum de feudo regali nõ eſſe iudicem, ſed Cameræ iurisdictionem de eo eſſe fundatam, ideoque merito etiam de regalibus dicendum eſt, Cameram de ijs eſſe iudicem in poſſeſſorio, non ſolum ſi ſola & ſeparatim in feudum conceſſa ſint, ſed & ſi feudo regali cohæreant & annexa ſint, & de toto eo feudo regali, atque ita ſimul etiam & coniun-
37 ctim de regalibus ei annexis diſceptetur. Nec † refragatur quod in ordinario poſſeſſorio iuris ordo obſeruetur, & probationes plenæ deſiderari ſoleant, ſententiaque in ea pronunciata definitiua eſſe cenſeatur. Nam hoc ad ſolius poſſeſſorij proceſſum & ſententiam de nuda poſſeſſione latam eſt coarctandum, nec inde vllo modo aſtrui poteſt, ita in eo iudicio procedi & litem decidi, vt nulla amplius ſententia de ea re, cuius poſſeſſorium quis obtinuit, expectanda ſit, cum ipſum petitorium reſtet.

Non

Non † facit etiam negocium quod in poſſeſſorio æque ac in petitorio ad ordinarium iudicem de re feudali cognitionem non pertinere communiter à Dd. approbatum ſit, & quod de textu *in c. milit. vaſal. qui contumax.* ſupra dictum eſt. Nam verior eſt ſententia contraria, nec textum *in d. c. 1.* ei obſtare ad longum recte oſtendit Roſenth. *de feud. cap. 12. concluſ. 11. num. 75.* Atque huic ſententiæ eo magis inſiſtendum eſt, quod ſtylo Cameræ Imperialis ſit recepta, vt aſſeritur ab eo, qui congeſſit deciſiones & præiudicia Cameræ *in verb. iuriſdictio Cameræ*, & ipſe ſcio hoc ſæpius in Camera obſeruatum eſſe, idq; teſtatur etiam Roſenthal. *d. cap. 12. concluſ. 1. num. 85.* vbi ait Cameram hoc ſæpius ſecutam eſſe. 38

Quæritur vero quid fieri debeat ſi ſubinfeudatio facta ſit?
Nam † quemadmodum bona etiam dignitatem regalem annexam habentia per ſubinfeudationem ab inferiore factam haberi poſſunt, vt de Comitatu & Baronatu tradunt Boſſ. *de regal. nu. 11.* Borch. *de feud. c. 4. num. 12.* Roſenth. *de feud. c. 2. concluſ. 1. num. 3. gloſſ. c. & cap. 5. concluſ. 2. num. 4.* Pruckman. *in rubr. Quæ ſint regal. ca. 4. num. 34.* ſic † & idem de regalibus dici poteſt, Seyſſel. *tit. Qui feud. dar. poſſ. verſ. Pone euim*, Schrad. inter conſilia Borcholt. *conſ. 18. ver. A Dd. quoq;* Knich. *de iure territor. c. 1. n. 321.* Heig. *quæſt. 19. n. 30. part. 1.* idq; † minus dubij habet, de regalibus adhærentibus & annexis regali vel alij feudo per ſubinfeudationem alicui dato, cum in conſequentiam & tanquam acceſſoria transferantur, & certi iuris ſit, in conſequentiam & acceſſorie ſæpe valere & tranſire etiam ea, quæ alias non valerent vel tranſirent *l. 1. ff. de author. tutor. l. Quoties C. de iudic. cum ſimilib.* Reſpondendum † igitur eſt, de regalibus per ſubinfeudationem acquiſitis, licet nõ ſint alij feudo annexa, nec Cameram, nec etiam Imperatorem vel alium ſuperiorem dominum & mediatum, ſed proximum & immediatum eſſe iudicem, idemque ſentit Roſenth. *d. c. 12. concl. 1. num. 24. & concl. 3. num. 38.* Atque hoc confirmatur eo, quod de his nihil quoad eiuſmodi iudicem peculiare vel aliud, quam reliquis rebus non ab Imperatore, ſed per ſubinfeudationem alicui

39 40 41 42

43 cui conceſſis, cautum ſit, & † generaliter ac indiſtinctè prolata generaliter ac ſine diſtinctione intelligi debeant *l. de precio ff. de publician. l. Regula §. fin. de iur. & fact. ignor. l. 1. §. Generaliter ff. de le-*
44 *gat. praſtand.* Generaliter † vero de rebus feudalibus dicitur, immediatum & proximum dominum iudicem eſſe contentione inter vaſallos orta. Innocent. Anton. de Butr. & Bald. *in c. cæterum de iudic.* Zuchard. *in rubr. Cod. Qui admitt. ad bonor. poſſeſſ num.* 29. Vult. *de feud. lib. 2. cap. 2. num.* 11. eamq; tam multi alij Dd. tenent, vt Roland. à Vall. eam ſententiam receptiſſimam eſſe teſtetur *conſ.* 75. *numer.* 15. *libr.* 3. & ab omnibus indifferenter
45 teneri idem aſſerat *conſ.* 21. *numer.* 12. *libr.* 4. Atque † hoc de iure feudali ita ſe habere eo minus mirum, quod appellationes etiam non fiant ad alium dominum, quam immediatum ſuperiorem, idque generaliter de rebus feudalibus ita ſe habeat, Ioan. Andr. & alij Dd. *in d. c. Cæterum de iudic.* Iacobin. de S. Georg. *de feud. in verb. Et dicti vaſalli numer.* 5. Fichard. *conſ.* 13. *numer.* 25. *libr.* 2. Vult. *de feud lib.* 2. *cap.* 3. *numer.* 4. Clar. *in §. feudum quæſt.* 90. *numer.* 11. dicens communem poſt Curt. *in tract. feudal.*
46 *part.* 7. *quæſt.* 11. *numer.* 31. & † vaſallus ſoli huic domino immediato, non autem domino ſuperiori, de quibuſlibet rebus feudalibus ſeruire teneatur, licet vterque eodem tempore bellum gerat, Iacobin. de S. Georg. *de feud. in verb. Et promiſerunt dicti vaſalli numer.* 11. Bald. *in l.* 1. *num.* 9. *C. commun. de legat.* Curt. iun. *de feud. part.* 4. *numer.* 89. Iſern. Afflict. Aluarot. & alij Dd. *in c. 1. §. illud de probibit. feud. alienat. per Frideric.* Schrader. *de feud. part.* 6. *cap.* 6. *num.*
47 58. *verſ. Decimoquinto vaſallus non mediato.* Tantum † vero abeſt vt dominus mediatus ac ſuperior inter vaſallos iudex ſit, vt ne quidem conſenſu eorum de lite inter eos mota cognoſcere & iudex eſſe queat, Frecc *in tract. de ſubfeud. lib.* 2. *fol.* 205. *pag.* 2. *v. Decima auctoritas* Schrad. *de feud. part.* 10. *ſect.* 2. *n.* 61. *verſ. Et hæc ſupra dicta declaratio.*

48 Quod ſi † vero non inter vaſallos, ſed inter dominum & vaſallum de regalibus controuerſia oriatur, non ipſe dominus, ſed pares curiæ iudices erũt, cum hac etiam in parte nihil peculiare de iis

de iis reperiatur conſtitutum,& aperti iuris feudalis ſit,pares inter dominum & vaſallum de controuerſia feudali eſſe iudices *c.1 §.pen.de prohib.feud.alien.per Frid c.1.§ ſi inter.de alien feud.pater. c. 1. de controu.feud.apud par.termin.* idq; † adeo verum eſt,vt electi pa 49
res cogi poſſint vt iudicent,&,ſi dominus eos cogendi facultatē non habeat,coactio hæc fieri queat per iudicem ordinarium aut ſuperiorem, Iſern.*in d.c.1.§.præterea ſi inter duos n.91.de prohib.feud. alien.per Frider.*& Dd.communiter *in d.c.1. de controu. apud par. termi.* Borch.*de feud.c.10.n.16.* Schrad.*d.part.10.ſect.6.n.121.& ſect.10. n.31.& aliquot ſeqq.*addens *n.*40. contrariam ſententiam eſſe falſiſſimam Roſenth *de feud.c.12.concl 4.n.51.* Fichard. *conſ.*18.*n.* 41. *lib.*1. Iacob.de S.Georg.*in d. verb. & dicti vaſalli n.* 14. addens oēs id velle *in d.§.præterea ſi inter duos & in d.c.1.de controu feud.apud par. terminand.* nec dubium eſt hanc ſententiam vt veriorem, ſic& receptiſſimam eſſe. De † eo vero magna eſt inter Dd. diſſenſio, 50
an neceſſe ſit pares eiuſdem omnino conditionis & qualitatis eſſe cum vaſallis litigantibus vel domino,&ſic ſi eiuſmodi vaſalli Principes,Comites aut Barones ſint, pares etiam tales eſſe debeant. Nam affirmatiuam ſententiam amplectuntur Innoc.Iohan. Andr.Hoſtienſ.Bald,Panorm. Anton.de Butr.Zabarell.& Bellamer.*in d.c.Cæterum* Iacob.de S.Georg.*in d.verb. & dicti vaſalli.n.* 10. Facultas Iuridica Ingolſtadienſis inter conſilia Cantiunculæ *conſ.27.n.*114.Modeſt.Piſtor.*conſ.59 n.45.lib.*1.& poſt eius conſilia *tom.2.*Ludouic.Fachſ *conſ.12.n.30.* Hartm. *tit. de feud. obſeru 21.n.5.*& tam multi alij Dd.vt hanc ſententiam communem eſſe teſtentur Fachſ.*d. loco* & poſt Cumanum à ſe allegatum Intrigliol. *de feud.quæſt.9. nu.30.* In contraria ſententia ſunt Felin. & Dec.*in d.c.cæterum*, Mynſ.*obſeru.89.nu. 3. cent.*4. Sonsbec. *de feud. p.14.n 3* Schrad.*d.p.10.ſect.7.n.40.& ſeq.* Menoch.*de retin.poſſ.remed.3.n.*438. Vult.*de feud.li.2.c.2.n.24.* Roſ.*d.c.12.concl.3 nu.26.& concl.7.n.26.*& nonnulli alij ab eo adducti,*d.concl 3.n.26.in gl.Z.* pro qua ſententia facit textus *in c.1.§.teſtes,ſi de feud inueſt.inter dom.& vaſ.lis oriat.*confirmaturq; eo,q́ ſiue res corporales,ſiue regalia aliaue iura incorporalia ſpectentur,nulla in iure feudali de qualitate pariū curiæ reperiatur diſtinctio. Quæ-

51 Quæſtionis † vero eſt, ſi cum Imperatore de regalibus, vel alia re controuerſia ſit, an non ipſemet iudex eſſe poſſit, ſiue res controuerſa ſit allodialis ſiue feudalis? Et quidem quantum ad ius commune attinet, admodum diſcrepantes ſunt ſententiæ, aliis videlicet affirmantibus, aliis negantibus, atque affirmatiua ſententia crebrioribus Dd. calculis comprobata eſt, Thom. Michael *de iuriſd. concl 30. lit. c.* omnesq; fere eam amplecti in quocunque Principe ſuperiorem non recognoſcente ſcribit Bertachinus *in tract. de Epiſc. lib.* 4. *part.* 5. *numer.* 19. Alciat. *conſ.* 161. *numer.* 22.

52 In † Imperio vero per auream Bullam Caroli Quarti cap. 5. conſtitutum eſt, de controuerſiis inter Imperatorem & alios Electorem Palatinum ad Rhenum debere eſſe iudicem, ita tamen, vt non in Palatinatu, ſed in ipſius Imperatoris curia, vbi & ipſemet præſens extiterit, Iudicium inſtituatur, & ibidem de cauſa cognoſcatur, Atque hoc ex ea conſtitutione generaliter præter Caſtald. *tract. de Imperat. quæſt.* 91. *num.* 8. tradunt cumprimis etiam multi Germaniæ ICti Heig. *part.* 1. *quæſt.* 4. *numer.* 29. & Rauchbar *part* 2. *quæſt.* 1. *in fin.* Goeden *conſ.* 5. *num.* 12. *tit. de aur. & argenti fod.* Ioach. Beuſt. *in l. admonendi num.* 194. *f.* 266. *ff de iureiur.* Thom. Michael *d. tract. de iuriſdict. concluſ.* 131. Roſenthal *de feud. c* 12. *concluſ.* 3. *num.* 13. Frecher *de orig. Palat. lib.* 1. *c.* 15. *in fin.* Vult. *ad l.* 1 *num.* 4. *& ſeq. C. vbi ſenat. & Clariſſ.* Knich. *de Saxon. non prouoc. iur. verb. Electorum c.* 1. *num.* 150. *& ſeq.* Gothofr. Anton. *diſput.* 5. *de iud.* §. 14. Gerlac. Brixtorff *in diſſertat. ad auream Bull. concl.* 77. *lit. e.* allegans plures alios: & licet Schrader *conſil.* 3. *n.* 230. tam de Imperatore, quam de Rege ſuperiorem non recognoſcente dicat, in propria cauſa eum iudicem eſſe & officio iudicis fungi poſſe, nec per reſtrictionem vllam Comitis Palatini aureæq; Bullæ mentionem faciat, tamen ſibi contrarius *in tract. de feud. part.* 10. *ſect.* 1. *nu.* 55. expreſſe & ſimpliciter aſſerit, quod Imperatores Romani per eam auream Bullam ſe ſubiecerint Iuriſdictioni Comitis Palatini Rheni, & ſtatuerint, quod is officio iudicis in litibus contra ipſos motis fungi debeat. Atque hæc eius aſſertio pluris

pluris facienda eſt, quam ſuperior contraria, tum quod per tractatus & lecturas aliquid docenti magis credendum, & fidendũ ſit, quam conſulenti, tum quod addat textum clarum & expreſſum de ea re eſſe in ea Bulla aurea, allegans ſimul pro hac ſententia Caſtaldum. Obſeruandum vero eſt ante auream Bullam etiam conſuetudine obſeruatum fuiſſe vt Imperatores coram Comite Palatino Rheni conueniri poſſint, idque non ſolum ex hiſtoriis colligi, ſed & ex ipſo textu aureæ Bullæ apparere in verbis, ſicut ex conſuetudine introductum eſſe dicitur. Probatur ea conſuetudo etiam per ea quæ habentur in ſpeculo Sueuico à Goldaſt. In Reichs ſatzungen *part.* 1. edito *lib. 1. cap.* 20. §. 4. *libr. 2. capit.* 43. §. 6. vbi Comitem Palatinum præ aliis Principibus hanc dignitatem habere notabiliter additur his verbis: Die Ehre hat er vor andern Fürſten ꝛc. Atque hoc Sueuicum Speculum antiquius eſſe aurea Bulla apparet ex enumeratione Cæſarum, qui ante Carolum Quartum imperarunt in fine facta. Idque ratione antiquitatis etiam dici poteſt de Speculo Saxonico, quod videlicet auream Bullam anteceſſerit per ea quæ ſcribit Alb. Krantz *in ſua Saxonia libr. 1. cap.* 21. & refert Gloſſ. *in proœmio eius ſpeculi numer. 2.* & ex hoc quoque ſpeculo probari nunquam illam conſuetudinem apparet ex *d. articul. 52. in fin. lib.* 3. in textu latino, concordatque cum eo textus Germanicus quatenus vtitur his verbis. Alſo iſt auch der Pfaltzgraue vber den Keyſer ꝛc. quæ generalius prolata reſtringenda ſunt ſecundum textum latinum, quod nimirum in litibus Cæſari motis, Comes Palatinus ſit ſupra Cæſarem & iudicis officio fungatur. Quantum vero ad locum iudicij attinet, diſcrepat ea conſuetudo ab eo quod in aurea Bulla conſtitutum eſſe ſupra dictum eſt.

Nam de eo nihil in prædicto Speculo Sueuico & Saxonico nec etiam in hiſtoriis reperitur. Sed olim illud Iudicium extra aulam Cæſaream & quidem ad ripam Rheni prope oppi-

dum Rhenſe haberi ſolebat. Idq; etiam eo confirmatur, quod eo loco olim negotia Imperij publica præſertim circa electionem Regis Romanorum expedirentur vt colligitur ex epiſtola Electorum ad Papam de Ludouico Quarto Imperatore data, quæ eſt apud Marq. Frecher. *tom. 1. rerum Germanicarum part. 427.* Etſi vero Bodinus ex eo, quod Comes Palatinus Rheni Imperatoris Iudex eſſe poteſt in deſpectum Imperatoris aſtruere conatur, eum non eſſe Monarcham tamen male hoc ab eo fit & plane erronium eſt. Nam nequaquam conuenitur coram Comite Palatino Rheni tanquam vero magiſtratu & ſuperiore, ſed reſpectu propriæ ac priuatæ cauſæ, & de ea ſola hic inferior cognoſcit Iudexque eſt.

53 Non † deſunt etiam, qui negant prædictam conſtitutionem aureæ Bullæ ita accipiendam eſſe, vt etiam ad cauſas feudales pertineat & in paribus curiæ à iure communi receſſum ſit. Verum loquitur ea ſimpliciter & ſine vlla diſtinctione inter allodialia & feuda, ideoq; generaliter & ſine tali diſtinctione, tam de feudis, quam de allodialibus bonis intelligenda eſt, *l. de precio ff. de publ act. l. 1. §. generaliter, ff de legat. præſtād.* idq; eo verius eſſe puto, quod bona, de quibus inter Imperatorem & Principes alioſque Status Imperij controuerſia incidere poſſit, plerumq; ſint regalia feuda vel iura regalia, aliæue res in feudum conceſſæ tanquā Imperij feuda, nec facile futurum ſit, vt de meris allodialibus bonis controuerſia oriatur. Ita vero interpretatio facienda eſt, vt dicatur id omnino diſpoſitione comprehenſum, quod communiter & plerunq; fieri ſolet, & ad ea leges dicuntur aptari debere, quæ frequenter & facile fiunt, *l. 3. 4. 5. & 6 ff. de legib.* & in correctorio etiam iure extenſio admittenda eſt, quando alias effectum non facile ſortiretur. Quibus accedit, quod quemadmodum in eadem aurea Bulla ſimul cautum eſſe diximus, ne Imperator extra ſuā aulā euocetur, ſed in ea de cauſa cognoſcatur, ſic præſumendum omnino ſit, Imperatorem ſe in cauſis etiam feudalibus potius vni iudici, & quidem Principi Electori, eiq;, qui alias etiam ex eadem aurea Bulla vna cum Electore Saxoniæ interre-

terregni tempore vicarius Imperij, directorq; ſolus in negociis & conſultationibus inter ſeculares Electores eſt, & nomine horum omnium Imperij Conſtitutionib. ſubſcribit, ſubiicere maluiſſe, quam aliis, & quidem multis, iiſque, in quibus electio iudicis non minus aduerſario quam ſibi competeret, cuiuſmodi pares curiæ iure feudali ſunt, in quibus electionis ius tam vaſallus quam dominus feudi habet *c.1.de controu.feud apud par.terminand.* Quod eo magis attendendum eſt, quod licet Elector Saxoniæ vt modo dictum eſt: vna cum Palatino interregni tempore ex eadem aurea Bulla Imperij vicarius ſit, tamen vt ea cognitio tanto magis in iudice coarctaretur ſingulariter ibidem placuerit; vt ad ſolum Electorem Palatinum cognitio & deciſio cauſæ pertineret. Atque eſt illa aurea Bulla tale ius, quod conſtitutum eſt accedente conſenſu & approbatione Electorum aliorumque Principum & Procerum Imperij, & ſic eorum qui vaſalli Imperatoris ſunt, & in prędicta controuerſia pares curię eſſent, ideoque ſi cauſas feudales ea Conſtitutione contineri noluiſſent, contradixiſſent & efficere debuiſſét, vt huiuſmodi cauſæ exciperentur, & cum illud factum non ſit, locum hic habet, quod in dubio contra eum interpretatio facienda ſit, qui efficere potuit, vt diſpoſitio apertius loqueretur *l. veteribus.ff.de pact.l. in contrahenda ff.de reg.iur.*

Atq; hæc, quæ quo ad dominum feudi & pares curiæ, vt iudices, hactenus dicta ſunt, de regalibus in feudum conceſſis ita ſe habent, tanquam de mera re feudali, & quam feudalem eſſe in confeſſo eſt, niſi quod aliquid ex aurea Bulla de Electore Palatino, Rheni additum ſit. Quod ſi † vero altera pars 54
regalia pro re feudali habenda eſſe neget, de hac controuerſia ordinarius iudex cognoſcet, nec iudex poterit eſſe dominus inter vaſallos ſiue regalia ſint, ſiue alię res feudales text. *in c* 1.*§.pen. de prohibit. feud. alienat. per Frideric. & in cap.* 1.*§. Si duo. & §. Si tres de pac.tenend.* Innocent. Panormitan. Felin. & Dec. *in d.c. Cæterum de iudic.* Weſenbec. *de feud.cap.17. numer.6. verſ. Item quoties vaſallus*, Schrader. *d.part.*10.*ſect.2.num.*22. Vult. *de feud.cap.*2.*n.*14.

*lib.*2.Menoch.*conſ.*2.*num.*95. addens communem eſſe. Sonsbec.
55 *de feud.part* 14.*numer.*31.nec † etiam pares curiæ inter dominum & vaſallum, Bald. *in d cap.*1. §. *Præterea ſi inter num.* 4. *de prohibit. feud.alienat.per Frideric.* Zaſ. *de feud. part.*11. *numer.* 12. *verſ. Quod ſi in caſu.*Sonsbec.*d.num.*31. Schrader.*d.part.*10 *ſect.*6.*num.*135. Ro-
56 ſenth.*de feud.cap.*12.*concluſ.*4.*num.*12. Similiter † licet de qualitate feudali in regalibus non dubitetur, ſi tamen controuerſia de iis non ex iure feudali deſcendat, nec de iis vt de feudo, ſed vt de qualibet alia re diſceptetur, cognitio ſpectabit ad ordinarium iudicem, non autem ad dominum feudi inter vaſallos, Innocent.Hoſtienſ. Anton.de Butr. Abb.Felin.& Dec. *in d. cap. Cæterum de iudic.*Socin.*in cap. Ex transmiſſa numer.*26. *de for. compet.* Fichard.*conſ.*128 *num.* 8.*&* 9 *lib.*2.Hartm.Piſtor.*quæſt.*15 *num.*28. *lib* 1. Coler. *de proceſſ. executiu.part.*2.*cap.*3 *nu.*311.312.*&* 313. Schra-
57 der. *d part.* 10.*ſect.*2.*num.*31. nec † ad pares curiæ inter dominum & vaſallum, Innocent. Anton. de Butr. Abb. Felin. & Bellamer. *in d.cap Cæterum*, Curt.iun.*de feud part.*7.*num fin.*Mynſing. *obſ.*99. *num* 3.*&* 7.*cent.*1. Vult.*d.c.*2.*num.*39.Schrader.*d.part.*10.*ſect.*6. *nu.*
58 40.Borcholt.*de feud.cap.*10.*num.*33.Atque † ita, exempli gratia, ſi de hereditate, qua etiam regalia in feudum conceſſa vel aliæ res feudales inter cætera bona continentur, petitio hereditatis inſtituatur, ordinarius iudex adeundus eſt, quia hæc actio ex iure communi potius, quam ex iure feudali datur, & cum vniuerſalis ſit, illæ res non per ſe & vt feudales, ſed cum vniuerſitate in hanc actionem veniunt, vt ſuperiori capite expoſitum eſt. Et q; ideo ordinarius in ea actione ſit iudex, tradit etiam Roſenth.*d.c.* 12.*concluſ.*1.*nu.*85 *& concl.*2 *n.*6.habeturq; in deciſionibus & præiudiciis Cameræ *in verb. iuriſdictio Cameræ.* §. *iuriſdictio Cameræ*, atq; eſt hoc multoties in Camera obſeruatum.

59 Præter † prædictos vero caſus ſpeciales, quibus cognitio de rebus feudalibus ad ordinarium ſpectat, ſunt & alij plures, de quibus videlicet Dd. in feudalibus lecturis & tractatibus maxime apud Schrader *d.part.*10.*ſect* 2.*& ſect.*6.& Roſenthal *d.cap.*12. *concluſ.*

concluſ. 2. & concl. 4. qui ambo fuſe & accurate de his caſibus tanquam limitationibus regulæ tractarunt. Atque hæc remiſſio ad alios ſufficit, quod noſtri non ſit inſtituti, de his omnibus in ſpecie & ad longum agere. Quæritur † vero an inter vaſallos de re- 60
galibus in feudum conceſſis compromitti poſſit, vt nimirum compromiſſarius ſit iudex? Sunt qui negant, ſicut etiam qui affirmant de feudo inter vaſallos factum compromiſſum valere, & arbitrum iudicem eſſe poſſe, quorum ſententiæ vt ſaniori accedere malim, cum textus ſint de hac re expreſſi, cumprimis *in c. 1. de inueſtit. in marit. fact. c. 1. §. ſi autem inter pares, de leg. Corrad. c. 1. an apud iudic. vel domin.* Atq; hanc ſententiam communiter approbatam eſſe teſtatur Curt. jun. *de feud. part. 4 nu. 98.* Rauen. *in d. §. ſi autem inter pares & ibid.* Aluarott *n. 4.* & communiorem eſſe ſcribunt Hanneton. *de feud. lib. 3. cap. 6.* Vult. *de feud. lib 2. cap. 2. num. 3. verſ. plures tamen.* qui ſimul hanc ſententiam veriſſimam eſſe affirmat. Et licet Menoch. *conſ. 1. n. 267 in pr.* ita loquatur, quaſi negatiua ſententia crebrior ſit, tamen *ibid. verſ. quod intelligunt Dd.* ſubjicit, hoc à Dd. noſtris intelligi verum eſſe de compromiſſo facto in arbitratorem, non in arbitrum. Neq; obſtat, quod nonnulli ex ijs, qui in contraria ſunt ſententia, obijciunt prædictos textus eſſe correctos per Lotharij & Friderici conſtitutiones alienationem feudi prohibentes. Nam per compromiſſum in arbitrum proprie non fit alienatio, ſed id potius dicendũ eſſet fieri per compromiſſum in arbitratorem. Nec refragatur, quod quidam obtendunt eos textus intelligendos eſſe de eo caſu, quo cõſenſu & voluntate domini compromiſſum factum eſt, quia loquuntur indiſtincte nec vlla in ijs conſenſus vel voluntatis domi-
ni fit mentio. Cæterum † quia de regalium vel alterius rei feudo 61
non regali quod ab Imperatore recognoſcitur, Camera Imperialis, vt Imperatorem repræſentans, loco domini iudex eſt, ijs caſibus, quibus dominus ipſe iudex eſſe non poſſet, nec ex compromiſſo arbiter exiſteret, ad priuilegiatos iudices der Außträge pertinebit cognitio, cum qualitas iurisdictionis in Camera fundandæ eſſet & merito primæ inſtantiæ priuilegio illi gaudeant, quibus illud ex ordinatione Cameræ debetur. Cumprimis † ve- 62
ro de

ro de regalibus hi priuilegiati iudices der Außträge pro ordinarijs habendi ſunt, & de ijs rectè cognoſcunt, ſi ea ſint mera allodialia, nec per priuilegium Cæſareum (ob quod iurisdictionem Imperatoris vel Cam. ..ræ diuerſo reſpectu fundatam eſſe ſupra dictum eſt) acquiſita, puta ſi quis ex legitima præſcriptione vel
63 conſuetudine vnum vel plura regalia habeat. Atque † hoc quidem adeo verum eſt, vt locum habeat etiamſi conſtet actorem & reum, de huiuſmodi regalibus litigantes, alias eſſe eiuſdem domini vaſallos Dd. cõmuniter *in c. 1. §. præterea ſi inter. de prohibit. feud. alien. per Frideric.* Felin. *in c. cum ordinem. num. 6. de reſcript.* Mozz *tit. de natural. feudor. nu. 111.* Borcholt *d. cap. 10. nu. 33.* Curt. jun. *de feud. part. 7. nu. 9.* addens id communiter tradere Canoniſtas *in d. c. cæterum, de iudic.* de qua re extant de regalibus Cameræ
64 præiudicia. Præterea † eo magis dicendum eſt, ad prædictos iudices ordinationis pertinere cognitionem de huiusmodi regalibus, quod, licet de toto Ducatu, aliove Principatu, vel etiam Comitatu aut Baronatu, ſi feuda Imperij ſint, ne Camera quidem Imperialis, ſed ſolus Imperator iudex ſit, vt ſupra oſtenſum eſt; tamen nec ad Cameram, nec etiam ad Imperatorem cognitio pertineat, ſi eiuſmodi bona regalem dignitatem annexam habentia ſint allodialia. Chriſtoph. Straſſen inter Germaniæ ICtor. conſilia *tom 3. conſ. 24. quæſt. 1. num 20. verſ. Verum hoc caſu & nu. ſeqq. vſque ad fin.* Roſenth. *d. cap. 12. concluſ. 1. nu. 30.* vbi & Schra-
65 derum pro hac ſententia allegat. Dictum † vero eſt ſupra *cap. 4. nu. 82.* ciuitates etiam Imperiales iura Imperij & regalia habere. Hæ tamen non habent ex ordinatione Cameræ priuilegium der Außträge / ſed Camera in prima inſtantia ordinarius earum iudex eſt, ſiue ab immediatis ſiue à mediate Imperio ſubiectis conueniantur, niſi ex priuilegio vel longiſſimi temporis præſcriptione ſingulares iudices, & ſic alibi primam inſtantiam habeāt, Gail. *obſ. 1. nu. 20. lib. 1.* ideoq; non minus regalium nomine quam ob alia in Camera iudicem habent & ibi conueniri debent, idque non ſolum ordinationi Cameræ *p. 2.* in qua inter eos qui immediate Imperio ſubiecti ſunt & in Camera primam inſtantiam non habent, ſed priuilegio Auſtregarum fruuntur ciuitatum
nulla

nulla omnino fit mentio, conſentaneum eſt, ſed & notiſſima praxi receptum, ideoque eo magis mirum eſt Iohannem Fichardum celeberrimum Germaniæ ICtum & ciuitatis Imperialis Francofurdianæ quondam Syndicum hac in re erraſſe & contrarium reſpondiſſe *conſ. 129. nu. 12. p. 2.*

Inter † Comitem vero etiam Baronem vel Nobilem, vt 66
Reum immediatum, & alium mediate Imperio ſubiectum, vt actorem, de vno vel pluribus regalibus, legitimo modo acquiſitis, controuerſia oriatur, Camera iudex erit, cum † Comites, Baro- 67
nes & nobiles immediate Imperio ſubiecti inter ſe quidem & cum alijs immediatis habeāt priuilegiū der Außträge ex ordinat. Camer. *part. 2. tit. 5.* ſed ab alijs mediate Imperio ſubiectis in ipſa Camera conueniri poſſint Gail. *d. obſeru. 1. nu. 17. & 46.* Idemque
† de Prælatis & de Collegijs, Capitulisque immediate ſub Im- 68
perio exiſtentibus dicendum eſt, Frider. *de mandat. iudic. lib. 1. cap. 18. nu. 2. & 3.* atque † hac in re prærogatiuam habent Princi 69
pes, qui contra actores etiam mediate Imperio ſubiectos in prima inſtantia priuilegio der Außträge vtuntur Gail. *iam citatis locis,* quod adeo verum eſt, vt procedat etiamſi Princeps non poſſideat Principatum ſed forte Comitatum ſaltem, aut alia bona. Atq; hæc quidem ita ſe habere ex quotidiana praxi notiſſimum eſt. Additur † vero ordinationi Cameræ *part. 2. tit. 2. in princ.* 70
de Principibus, quod loco prædictorum iudicum priuilegiatorum ſingulares primæ inſtantiæ iudices (beſondere Außträge) inter ſe habere poſſint. Cui rei exempla in nonnullis Principibus atque etiam Comitibus extant. Omnium † vero horum iudi- 71
cum primæ inſtantiæ loco Ordinarius eſt, & per viam ſimplicis querelæ adiri poteſt Camera Imperialis, quando requiſitione legitime facta iuſtitia denegatur vel protrahitur, & Camera proximus ſuperior iudex eſt, idque † adeo verum eſt, vt in quibus- 72
libet alijs etiam iudicibus iuſtitiam denegantibus vel protrahentibus locum habeat Ordinat. Camer. *part. 2. tit. 1.* §. So ſollen auch. Vbi † adeo generaliter textus loquitur, vt idem dicen- 73
dum ſit de feudalibus controuerſijs, ſi à domino vel paribus curiæ iuſtitia denegetur vel protrahatur, eoque pertinet textus *in*

c. 1. de

c.1.de milit.vaſall.qui contum.eſt, traditurque ab afflict.*ibid.n.97.& ſeq.* Curt.jun. *de feud.part.7.nu.13. verſ. Tertium remedium eſt* Gail. 74 *obſ.28.nu.1.verſ quod procedit etiam lib 1.*atq; † hoc quidem, quod videlicet per viam etiam ſimplicis querelę ſuperior iudex Ordinarius adiri poſſit, idem ſe habet, non ſolum ſi ante, ſed & ſi poſt litem conteſtatam iuſtitia denegetur vel protrahatur, Franc. Marc.*deciſ.281.num.7 part.1.*Schoner.*diſput.feudal.2.theſ.66.lib.2.* Roſenth.*d.cap.12.concluſ.2.nu.62.verſ.Sed ego.*Schrader.*d.part.10. ſect 1.nu.139* vbi *& nu.ſeqq.* hanc ſententiam vt veriorem late defendit, & contrariam Gailij & Mynſingeri ſententiam communiter reprobatam eſſe teſtatur, & alteram hodie in praxi ſeruandam eſſe, eo minus dubitandum, quod in deputationis receſſu 75 *de anno 1600* §.Ob auch *promotoriales* comprobata ſit. Atque † hęc quidem huc vſque ita ſe de foro competenti regalium habent. Reſtat alterum huius capitis membrum, quod eſt de proceſſu iudiciario in cauſis regalium ſeruando, de quo breuiter dici poterit, nihil ſpeciale de eo, quoad regalia cautum reperiri, ſiue cōmune, ſiue feudale ius ſpectetur. Nam ſi regalia per priuilegium vel præſcriptionem aut conſuetudinem acquiſita, & ſic pro rebus allodialibus habenda ſint, is procedendi modus obſeruandus eſt, qui iure communi & Conſtitutionibus Imperij eſt præſcriptus & vſu comprobatur, ideoque ſi ordinarium remedium inſtitutum eſt, ſiue ad conuentionem ſiue ad reconuentionem & ſiue ad primã ſiue ad ſecundam appellationis vel nullitatis inſtantiam pertineat, ordinarius etiam erit proceſſus. Si vero extraordinario & ſummario vel etiam ſummariſſimo & viæ executiuæ proceſſu opus fuerit, tenenda eſt ea iudicij forma, quæ in eiuſmodi remedijs & vijs iuri communi, ordinationi Cameræ, & ſtylo conſentanea eſt, idque ijs etiam caſibus attendendum eſt, quibus fiſcalis vel ſolus in regalium alijſve cauſis pars eſt, vel vna cum alio ſe intromittit. Et ſi conſtet reuiſionem poſt ſententiam in Camera latam in ordinario vel etiam ſummario proceſſu ita petitam eſſe, vt admittenda ſit in ea etiam non alius proceſſus obſeruandus erit, quam qui ordinationi Cameræ & Imperij Receſſibus ſtyloque conſentaneus eſt Non deſunt quidem, qui de

regali-

regalibus ſingulare eſſe docent, quod ſingulares teſtes, in eo-
rum proceſſu probent, ſi ad eundem finem tendant, verum non
recte. Nam id generaliter non ſolum de regalibus ſed & alias ve-
rum eſt, quod teſtes ſingulares probent, ſi eorum dicta ad eun-
dem finem tendant Crauett. *conſ.78.nu.6.& conſ.267.num.4.verſ.
Idem quando agitur de probando,&c.* Socin.jun. *conſ.90.nu.10. & ſeqq.
vol.2.* Crot. *in tract.de teſtib.part.7.num.140.* Maſcard. *de probation.
concl.1198.num.25.& 26.* plura huc facientia adducens. Quantum
† vero ad iudiciarium proceſſum iuris feudalis attinet, in eo et- 76
iam regulariter,& quatenus ſpeciatim aliquid aliter non reperi-
tur receptum & cautum eſſe, ordo iure communi præſcriptus
tenendus eſt *c.1.verſ. Strenuus de cognit.feud.* Iſern. & Aluarott. *in
c.1.§.penult.de prohibit.feud.alienat.per Frideric.* Iacob.de S.Georg.
de feud.in verb. & dicti vaſalli,nu.25. Duaren. *de feud.cap.21.num.1.*
Et † certum quidem eſt nonnulla eſſe ſingularia & à iure com- 77
muni aliena, quæ iure feudali in proceſſu controuerſiarum feu-
dalium attendi debent, cuiuſmodi inter alia ſunt, quod † pares, 78
ſi iudices ſint, iuramentum, quod iure communi in iudicibus re-
quiritur, in cauſis feudalibus non præſtent *c.1.* §. Pen. *de prohibit.
feud.alienat.per Frideric.& ibid.* Andr.de Iſern. *nu.6.* Afflict. *num.5.*
Schenck. *num.7.* Mynſing. magis receptum eſſe dicens *obſeru. 89.
nu. 8. cent. 4.* reconuentio † niſi de eadem vel alia re feudali inſti- 79
tui nequeat, Schenck. *in c. 1. num. 13. de controuerſ.feud. apud par.
terminand.* Weſenbec. *de feud.cap.17. num.9.* communem dicens.
Sonsbeck. *de feud.part.14. num.38.* Vult. *de feud.lib.2.cap 3.num 9.*
Mynſing. *obſ.90. verſ. Verum hac opinio. cent.4.* hanc ſententiam à
Camera Imperiali approbatam eſſe ſcribens. Roſenth. *de feud.
cap.12.concluſ.5.num.34.* iuramentum † calumniæ non habeat lo- 80
cum *c.1.de conſuetud.rect.feud.* Afflict. *in prælud.conſtitut.Neapolitan.
quæſt.12.num.8.* Laudens. *in c.1.§.in quibus etiam,num.1.qui teſt.ſint
neceſſar.ad nou.inueſtit.proband.* Weſenbec. *d.cap.17.nu.5.* Borch. *de
feud.cap.10.nu.40.* mulier † niſi ſit perſona illuſtris, & feudum ha- 81
beat, teſtis eſſe nequeat *d.c. vnic. §.fin.& ibi.* Bald. Aluarot.& alij
Dd. *qui teſt.ſint neceſſar.ad nou.inueſtit.proband.* Dec. *in c.quoniam
col.fin. verſ. Tertio limitatur de teſtib.* feloniæ † probatio non aliter 82

quam quinque teſtibus fiat *d. c. 1. in fin.* & ibi Dd. *qui teſt. ſint neceſſ. ad nou. inueſtit. proband. c. 1. in fin. de allod.* Schrader. *de feud. 2. part. 9. partis principal ſect. 13. num. 10.* Gail. *obſeru. 175. num. 2. lib. 2.* feudum
83 † nouum regulariter non per extraneos teſtes, ſed ſolos pares curiæ vel breue teſtatum à paribus ſubſcriptum probetur *cap. 1. quid ſit inueſtit. c. 1. §. ſi quis. ſi de inueſt. inter domin. & vaſall. lis oriat. c. 1. §. quod autem. de not. feudor. c. 1. qui ſucceſſor. feud. dar. teneant. c. 1.* ibi: *Probare debet per pares curtis. Si de inueſtit. feud. d. c. 1.* & ibi Bald.
84 *qui teſt. ſint neceſſar. ad nou. inueſtit. proband.* Verum † hæc omnia & ſimilia non minus in regalibus, titulo feudali acquiſitis, quam alijs iuribus incorporalibus vel rebus corporalibus, quæ feudales ſunt, locum habent, cum de regalibus ſpeciale aliquid quo ad ordinem procedendi non reperiatur iure feudali cautum vel receptum.

FINIS LIBRI PRIMI.

REGNE-

Digitized by Google

REGNERI SIXTINI IVRISCONSVLTI

De Regalibus Liber II.

Continens ſingularem & ampliſſimum commentarium ad Conſtitutionem Friderici I. quæ eſt *in c. vnic. Quæ ſint regal.*

CAPVT PRIMVM

De armadiis.

SVMMARIA.

1. *DE armadiis quid ſint magis diſcrepantes ſunt ſententiæ, quam de vllo alio regali, & in quibus erratum ſit*, n. 2. 3. 4.

5. *Per armadias veriori ſenſu intelligitur ius arma fabricandi, vel officinas illas publicas habendi, in quibus arma fabricantur.*

6. *Ad armandias etiam referri poteſt vectigal, quod ex conceſſione de armis in publicis officinis fabricandis facta præſtatur.*

7. *Officinæ huiuſmodi Imperatoriæ præcipuæ fuerunt nouendecim.*

8. *Fabricenſes quinam dicantur: Armorum genera ex Nou. 85. quæ ſint.*

9. *Scholæ ſiue corpora vndecim olim erant eorum, qui officio aliquo ad Principis miniſterium pertinente, fungebantur.*

10. *In ſcholis illis militantes dicebantur ſcholaſtici vel ſcholares.*

11. *Scholares eiuſmodi omnes erant ſub magiſtro officiorum.*

12. *Fabricenſes ex ſcholarum numero ſunt, & debent ſtigmata vel*

 notas

notas publicas in brachijs exemplo tyronum impreſſas habere, vt interno-ſci & latitantes agnoſci poſſint. Tyrones qui? Fabricenſes qua materia ad arma vti tenebantur, item, quinam & quomodo creabantur.

13. *Iuris armorum habendorum & fabricandorum etiam ante Conſtitutionem Friderici Primi* in c. vnic. Quæ ſint regal. *magna ratio habita fuit.*

14. *Armorum mouendorum ius nulli prorſus, Imperatore, vel alio ſuperiorem non recognoſcente, inſcio atque inconſulto, competit.*

15. *Armis vti non militanti iure communi non conceditur, niſi neceſſitate officij & adminiſtrationis. Ad regalia pertinet etiam ius fortilitia erigendi, cuſtodiendi, ciuitatesque muniendi.*

16. *Belli indicendi ius ad regale armandiarum pertinet, & ei affine eſt.*

17. *Imperatore aut alio ſuperiorem non recognoſcente vel ab eo poteſtatem habente excepto, nemo bellum indicere poteſt.*

18. *Bellum gerens vel exercitum comparans iniuſſu Principis & ab eo poteſtatem habentis, læſæ maieſtatis reus eſt, niſi id ad defenſionem fiat, vel copia Principis haberi nequeat, & periculum immineat* nu. 19.

20. *Belli indicendi vel eius indicendi licentiam alicui dandi ius ad maiora pertinet regalia.*

21. *Mandata auocatoria ſine clauſula decernuntur contra eos, qui propria authoritate, & ſine iuſſu Imperatoris ad offenſionem alterius delectum militum agunt.*

22. *Eaque etiam à Camera Imperiali decerni ſolent, neque ſolum ad petitionem partis, ſed & ex officio decerni talia mandata poſſunt* nu. 23.

24. *Mandatis huiuſmodi auocatorijs annectuntur ſæpe etiam mandata de non offendendo, eaque fauorabilia ſunt, & non ſolum comminationem banni annexam habent, ſed & non facta paritione ſtatim citatio ad videndum ſe incidiſſe in pœnam fractæ pacis impetrari poteſt.*

25. *Ad bellum operam ſuam exteris Principibus locantes ipſo facto pro bannitis habendi ſunt.*

26. *Ad bellum operam exteris Principibus locandi libertas Germaniæ quomodo conſtitutione Imperij coarctata ſit, & de abuſu eius libertatis. Bellum regulariter prohibitum; ex eoque capta fiſco applicantur, ac vt licitum ſit quæ requirantur. Item, quæ remedia in Imperio ad incurſiones*

ſiones bellicoſq; motus auertendos ſint propoſita.

27 Delectum habere & arma imponere, regalibus annumeratur.

28 Sequela etiam ſeu Volge/ qua ſubditi Principem, ſi bellum moueat, vel aliquis contra eum moliatur, ſequi tenentur, ad regalia pertinet. Pacis quæ commoda, & eius gratia quæ Conſtitutiones in Imperio promulgatæ ſint.

29 Ius fœdera aduerſus arma & bella faciendi de regalibus eſt. De regalibus eſt ius pacis faciendæ. Item ius fœdera aduerſus arma & bella ineundi. Fœdera in pace publica fundata prohibita non ſunt de fœderum licitorum vtilitate. Fœderum genera varia remiſſiue. Fœdus Anſeaticum antiquiſſimum potentiſſimum & in Imperio comprobatum eſt.

30 Repræſalias etiam concedendi ius eſt regali armandiarum affine, cum illæ inſtar belli ſint, & ſpeciem eius referant, ita vt quibus bellum licite inferri poteſt, aduerſus eos etiam repræſaliæ locum habeant.

31 Repræſalias concedendi ius ſolis ſuperiorem non recognoſcentibus competere, & ad maiora regalia referendum eſſe.

32 Repræſalias ab Imperatoribus Romanis non facile concedi, ſed illos potius contra eas non grauate priuilegia, etiam ſine cauſæ cognitione, concedere ſolere.

33 Repræſalias ſub- & obreptitie ac per calumniam impetrantem pœnam quadrupli incurrere, & ad omnia damna læſo reſarcienda teneri, cauſaq; cadere & ſi læſus ſtudioſus eſt, dignitate priuari ac infamia notari, quod poſtremum ad eum etiam, qui eas ipſe non obtinuit, ſed tantum iis cauſam dedit, extenditur n.34. Ad damni reſtitutionem etiam is, qui ipſe repræſalias non obtinuit, ſed iis cauſam ſaltem dedit, tenetur.

35 Mandata ſine clauſula contra repræſalias in Camera obtineri poſſe. Differentia inter repræſalias & pignorationes remiſſiue.

36 De repræſaliarum & belli magno abuſu.

37 Cameræ ordinatione, qua contra denegantes & protrahentes iuſtitiam ſuccurritur, omnes Principes & Status Imperij tanquam proprio & communi placito ligantur.

CVm generalia ſuperiori libro de regalibus præmiſſa ſint, hoc libro ſpecialiora iuxta ordinem in prooemio huius tractatus conſtitutum ita ſubiiciemus, vt ſingula regalia, de quibus conſtitutio Friderici in c. vnic. Quæ ſint regal. promulgata eſt, explicentur, & cum iis etiam affinia regalia, non ſolum minora, ſed & cumprimis maiora ſuis locis coniungantur & ſimul debita explicatio addatur. Conſtitutionem illam non eſſe Friderici III. vt nonnulli opinantur, ſed Primi, in dicto prooemio oſtenſum eſt, & ibidem ſimul nonnulla alia generaliter de eadem conſtitutione
1 adducta ſunt, quæ hic repetere non eſt neceſſe. Etſi † vero in ea varia & quamplurima regalia enumerentur, tamen inter ea nullum eſt, de quo magis à pleriſq; Dd. dubitetur, & de quo magis diſcrepantes ſint ſententiæ, quam de eo, quod eſt ordine primum, & quod Imperator armandias vocat. Nec deſunt qui de hoc regali ne diuinando quidem aliquid tradere voluerunt, ex quibus ſunt Accurſius, Baldus & Laudenſis, quemadmodum & alij nonnulli, inter quos etiam ſunt Iacob. de Beluiſ. & Frideric. Schenck, qui duo tantum abeſt vt ſuam ſententiam de hac re aperuerint, vt nihil omnino ad hoc c. vnic. commentati ſint

2 Ex † iis vero Dd. qui *in d. c. vnic.* hoc verbum ARMANDIÆ interpretari voluerunt, quidam id voluerunt intelligi de amænis viis publicis, vt referunt Andr. de Iſern. & Matth. de Afflict. qui ſimul recte addunt, abſurdum id eſſe, idque eo verius eſt, quod illud regale, quod in hac conſtitutione Friderici proxime
3 ſubiicitur, generatim via publica appelletur. Similiter † à vero alienum eſt & ridiculum, quod armandiæ ſic appellentur ab ariditate, ideoque litora maris hac voce denotentur, quam tamen ſententiam amplectitur Andreas de Iſernia, qui feudiſtarum euangeliſta dicitur, & poſt eum Matth. de Afflict. & ob e-
4 am cauſam de litoribus maris late ſimul agunt. Non † poſſum etiam probare ſententiam Ferrar. Montan. *in tractat. de feud. lib. 5. cap. 7. verſ. Ad ea, quæ Regi debentur* & nonnullorum aliorum, qui volunt hoc verbo intelligi præſtationes, quæ fiunt terrarum dominis

dominis ex ouibus,bobus,& id genus aliis pecoribus, neque vllo certo textu hanc ſuam ſententiam confirmant, quo videlicet probetur,hanc præſtationem,quam etiam gabellam vocant,ad regalia pertinere, ſed in ea per coniecturas magis ad conſuetudinem alicuius loci reſpicitur, quam ad ius commune & generalem conſtitutionem Friderici, vt ex ipſo Aluarotto, Andrea de Iſern. & Matth. de Afflict. *in hoc c.vnic.* liquet. Neq; huc vllo modo pertinet text. *in l.1. §.1.ff.de abig.* ab Aluarotto ibidem adductus.

Recte † vero meo iudicio ſentiunt, qui hoc verbum referunt ad ius arma fabricandi,vel officinas illas publicas habendi, in quibus arma fabricantur, in qua ſententia inter Neotericos primus fuit doctiſſimus Eguinar. Baro ad hoc c. vnic. & ibidem eam amplectuntur Cuiacius,Hotomanus,Gothofredus,& præter hos Vult. *de feud. libr.1. cap.5. num.7.* Peregrin. *de iur. fiſc. libr 1. tit.1.numer* 14. Roſenth. *de feud.cap.5.concluſ.*19. Inter veteres Interpretes etiam extitiſſe quibus hæc ſententia magis arriſerit, manifeſtum fit ex iis, quæ ibidem tradunt Andr. de Iſern. & Matth. de Afflict. qui inter alias ſententias & eius meminerunt. 5
Poteſt † huc etiam referri vectigal, quod ex conceſſione de armis in publicis officinis fabricandis facta præſtatur, vt videlicet hoc vectigal dicamus per armandias ſignificari. Gothofred. *in not ad hoc c.vnic num. 1. verſ.Vel eſt gabella.* Sunt, qui Iſern. & Afflict. etiam ita pro hac ſententia allegant, quaſi eam approbent, verum illi huius ſententiæ nullam faciunt mentionem. Pro armis ad bellum deſtinatis armamentarium locus fuit, in quo ad armandos milites & populum arma reponebantur Pancirol. *de 14.Region. vrbis Romæ fol.*4. vbi ſimul oſtendit Romæ pompæ magis quam belli cauſa arma in armamentario fuiſſe. 6

Quod † autem ius habendi publicas armorum officinas & arma in iis fabricandi,vel etiam vectigal, quod ex iam dicta conceſſione & licentia percipitur, ad regalia pertineat, reliquo etiam iure ciuili comprobatur,& maxime illud liquet *ex Nouell.* 85. *De armis*, vbi tales officinæ ſunt ſolius Imperatoris nec arma 7

in

in iis fabricare, vel etiam vĕdere vel vllum opus priuatum fabricandum habere, priuatisq́; fabricare permittitur, & mandatur, vt quamprimum arma fabricata ſint, deferantur in publicum Armamentarium, ideoq́; illæ armorum officinæ nuncupantur fabricæ ſacræ *in l. pen. C. de fabricenſ. lib.* 11. Atque eſt hoc Regale vnum ex maioribus Regalibus, & ad ea etiam omnia affinia regalia, de quibus ſimul *hoc cap.* agimus, pertinent, vt *libr.* 1. *c.* 2. oſtenſum eſt. Prædictas autem fabricas ſacras ſiue Imperatoris fuiſſe præcipuas nouendecim, nimirum octo in Galliis, ſex in Italia, & quinq; in Illyrico, teſtatum facit liber ille, qui inſcribitur: Noti-
8 tia Romani Imperij. Cæteræ † vero illæ perſonæ, quibus facultas fabricandi arma ab Imperatore in officinis eiuſmodi datur, dicuntur fabricenſes *in d. Nou.* 85. eoq́; pertinet totus *titulus C. De fabricenſ. lib.* 11. & in ſpecie Iuſtin. *d. Nou.* 85, addit quod illorum armorum quædam fuerŭnt arcus & ſagittæ, quædam ſcuta, claſſides & ſpathę, quędam gladij; Fabricenſium vero tantus erat numerus, vt certum ex iis conſtitueretur corpus ſiue collegium, quod etiam ſchola appellatur.

9 Erant † olim vndecim ſcholæ ſiue corpora eorum, qui munere vel officio aliquo, quod ad Principis miniſterium pertinet, fungebantur *l. vlt. C. locat.* de quibus ſcholis in ſpecie videre licet Notitiam Romani Imperij, & ius noſtrum *variis locis*, cumprimis vero *in tribus poſterioribus libris Codicis*, item de nonnullis Mercelin. qui *libr.* 22. *&* 26. ſcholæ ſcutaneorum & cibaneorum, & *d. lib.* 26. ſcholæ ſcutaneorum & cibaneorum, & *d. lib.* 26. ſcholæ
10 domeſticorum, & *libr.* 27. ſcholæ gentilium meminit. Ab † his ſcholis qui in iis meditabant, vocabantur etiam ſcholaſtici *lib.* 2. *C. de lucr. aduoc. libr.* 12. item ſcholares *l.* 3. *C. de offic. magiſt. officior. l. His ſcholaribus. C. de erog. milit. annon. lib.* 12. *l. Iis quidem C. Qui milit. poſſ. lib. eod. l. vlt. C. de decan. lib. eod. & ſimilib. locis.* Atqui hi ſunt illi ſcholaſtici ſiue ſcholares, ad quos ſpectat *tit. C. de priuileg. Scholar.*
11 Omnes † vero erant ſub magiſtro officiorum *lib.* 1. *& paſſim. C. de offic. magiſt. officior.* Ideoq; *d. Nou.* 85. ad Magiſtratus officiorŭ ſcripta fuit. Longe alij ſunt, qui ſunt ſub magiſtro militum, & ij, qui fœde-

fœderati vocantur *d.l.vlt.C.locat.* Ex † eorum vero numero, quos 12
ſcholares nuncupari diximus, ſunt etiam fabricenſes, vt in ſchola fabricenſium militantes & arma ad miniſterium Principis & totius Imperij fabricantes, de quibus notandum eſt quod *in l.3. C.de fabricenſ.* reſcribitur, dum videlicet iubentur ſtigmata ſiue puncta, vel notas publicas in brachiis exemplo tyronum impreſſas habere, vt internoſci & latitantes agnoſci poſſint. Tyronum autem nomine denotantur, qui nondum in numeros relati, lecti tamen erant, vt militarent publicis expenſis, iter faciebant & ſub Campi ductore exercebantur *l. Ex eo tempore. 42. ff. de teſtament. milit.* Vt autem eo magis ab his fabricenſibus abuſus fabricandorum armorum vitaretur, & cumprimis ne alia quam puri ferri ſpecies adhiberetur adærratio iis interdicta fuit, & ferrum etiam, non pecuniam pro fer o præſtare tenebantur, ne ferrum comparando, fraudem fabricando committerent *l.1. C.de fabricenſ.* Ideoq; iubebantur materia venæ nobilis, & quæ igni facile deduceretur ad arma vti *d l.1. Cod. de Fabricenſ.* Cautio etiam ſingulariter adhibebatur, ne alij, quam ſi omnino eſſent idonei, fabricenſes crearentur. De qua re elegans eſt textus *in l.ſi quis conſortium. 4. Cod. de fabricenſ.* vbi Impp. Honorius & Theodoſius inter alia hiſce vtuntur verbis; His quorum intereſt, conuocatis, prius acta conficiat, doceatque ſe non auo, non patre Curiali progenitum, nihil Ordini Ciuitatis debere, nulli ſe ciui manere obnoxium. Atque ita demum actis confectis vel apud Moderatorem Prouinciæ, vel, ſi is adſit, apud defenſorem Ciuitatis ad militiam quam optauerit, ſuſcipiatur.

Ex † quibus omnibus eluceſcit, quanta iuris arma haben- 13
di & fabricandi ratio etiam ante conſtitutionem Friderici *in hoc c. vnic.* habita fuerit, eoque pertinet etiam elegans locus apud Ciceronem *in oratione pro C. Rabirio*, dum his vtitur verbis: *Eo tempore ex ædificiis armamentariisque publicis arma populo C. Mario conſule diſtribuente data, vt Imperium populi Romani maieſtasq; conſeruaretur.* Facit † huc etiam quod reſcribunt Valentinia- 14

nus & Valens *in l 1. C. Vt armor. vſus. lib. 11.* vbi probibent ne vlli prorſus, Imperatore inſcio atque inconſulto, armorum ullorum mouendorum copia tribuatur, id quod ad alios etiam ſu-
15 periorem non recognoſcentes extendi poteſt. Et † Iuſtinian. *in Nouell. 17. de mandat. Princip. §. fin.* ait, armis vti alicui non militanti permitti non debere, idque ita accipiendum eſt, vt excipiatur officij & adminiſtrationis neceſſitas, ob quam non militantibus etiam vſus armorum iure communi permittitur. Petr. Antibol. *in tract. de munerib. §. Reſtat nunc videre. num. 4.* Tileman. de Benign. *Deciſion. Camer. Imperial. ſyntagm. 2. decad. 1. vot. 6. numer. 41. verſ. Nam armorum vſus*, vbi votando id adducitur *in cauſa* Teutſchmeiſters *contra* Donawerda. Quemadmodum autem ius arma fabricandi & eo pertinentia Armamētaria habendi ad Regalia ſpectat, ſic & inter eas referri poteſt & affine illis eſt ius muniendi Ciuitates & fortilitia erigendi & cuſtodiendi Clapmar. *de arcan. Rerumpubl. libr. 1. cap. 21. in verb. iura muniendi* Kirchner. *diſputat. polit. 21. theſ. 2. lit. c* Boer. *de cuſtod. clau port. numer. 36.* Atque hoc confirmatur per text. *in l. ſacra § pen. ff. de rer. diu. & argument. l. officium. § fin. ff. de re milit l. ſi quando. & l. nemo iudicium. Cod. de oper. publ.* Eoque pertinet etiam Conſtitutio Friderici I. *de pac. conſtitut. §. 1 verſ. Nos Romanorum Imp. in verb. in munit & §. ciuitates.* Et licet Bartolus, Iaſon & Dd. *in l. ex hoc iure. ff. de iuſt. & iur.* ſtatuant, hodie cuilibet licere in territorio ſuo fortalitia extruere ſine licentia ſuperioris, tamen nullo iure fundata eſt eorum opinio, & falſa contra expreſſas leges.

16 Quæ † cum ita ſint recte quis dixerit ius indicendi bellum aliquod iuſtum, & non minus etiam alij dandi licentiam eiuſmodi belli indicendi, & ad hoc armis vtendi, ad hoc, de quo
17 agimus, regale pertinere, cum † excepto Imperatore, aut alio ſuperiorem non recognoſcēte, vel poteſtatem ab eo habente, nemo id poſſit, Peregrin. *de iur. fiſc. lib. 1. tit 1. nu. 15.* vbi allegat Bart. *in l. Hoſtes. ff. de captiu. & poſtlim. reuerſ.* Abb. *in cap. Sicut. numer. 7. de iureiur.* Didac. *in cap. peccatum. §. 9. numer. 1. de reg. iur. in 6.* Idem tradunt Caſtald. *de Imperator. quæſt. 110. numer. 112.* Ferrald. *de priuileg.*

Digitized by Google

*uileg.Reg.Gall.priuileg.*19. Gail.*de pac.publ.cap.4.numer.6.lib.*1. Vult. *de feud.libr.1.cap.5.numer.*7. & Roſenthal *de feud. cap.* 5. *concluſ.*19. *ſub lit. c.* eoque pertinet ordinat. Camer. *part. 2. titul.*15. *in verbis* Aus der Keyſerlichen Majeſtet oder unſerm zugeben unnd erlaubnüß/ & Receſſus Imperij *de anno* 1555. §. Wo ſich aber &c. *cum §. ſeq.* Confirmatur † ea ſententia etiam eo, quod maieſtatis reus ſit, 18
qui iniuſſu Principis & habentis ab eo poteſtatem bellum gerit, vel exercitum comparat, Peregrin. *d. titul.*1.*numer.*15. Socin. iun. *conſ.*68.*numer.*61. *libr.*3. poſt Andr. de Iſern. Matth. de Afflict. & Mart. Laudenſ. ab ipſo allegatos. Gail. *d.cap.*4.*numer.*5. Damhoud *prax.crim.c.*82.*num.*20. eoq; pertinet text. *in l.Lex 12. tabellarum.§.Eadem.ff.Ad l.Iul.maieſt.* vbi hæc extant verba: *Eadem lege maieſtatis tenetur, qui iniuſſu Principis bellum geſſerit, delectumue habuerit, exercitum comparauerit, quiue, cum ei in prouincia ſucceſſum eſſet exercitum non tradidit.* Limitatur † tamen illud à Socino *in d. conſ.* 19
68.nu.61. duobus modis, *primo*, ſi ad defenſionem fiat, ſecundo ſi Principis copia haberi nequeat, & periculum immineat. Adeo vero † ius indicendi bellum, vel eius indicendi licentiam alicui 20
dare, ad regalia pertinet, vt id ex maioribus regalibus ſit, ſicut *li.* *1.c.2.num.*10. dictum eſt, & inter eos, qui ibidem allegati ſunt, Bodinus *de republ.lib.*1.*c.*10 aſſerit, nullum fere maius eſſe ex iis, quæ ad iura maieſtatis pertinent.

Atq; † hinc eſt quod cõſtitutione pacis publicæ *tit.* Von Man- 21
daten des Camergerichts wider Friedbrecher & ordinatione Cameræ *part.2.tit.9.§.* Und ob ſich &c. contra eos, qui propria authoritate, & ſine iuſſu ac licentia Imperatoris, ad offenſionem alterius delectum militum agunt, mandata auocatoria ſine clauſula decernantur, quibus ſub pœna banni, aut amiſſionis omnium beneficiorum & priuilegiorum non ſolum Ducibus belli, vt militem ſtatim dimittant, ſed & gregarijs ac tumultuarijs militibus, ne prece vel pretio militent, ſerio mandatur, idque ex ipſa aula Imperatoris plerumq; ita fieri ſolet, vt quemadmodum Fecialis Germ. Herold ablegari ſoleat ad bellũ hoſti denũciandũ, ſic ẽt is mittatur vt ꝑ eũ mãdata ducib. & militib. inſinuẽtur, Gail. *de pac.*

*publ.lib.*1.*cap.*4.*num.*2. Et † cum Camera Imperialis ipſam Cæſaream maieſtatem & totum Imperium repręſentet, ab ea etiam ex prædicta conſtitutione & ordinatione eiuſmodi mandata decerni ſolent, atque ita decreta ſunt in cauſa Ducis Iuliacenſis contra Ducem Ioannem Caſimirum Palatinum, & in cauſa Marchionis Badenſis contra eundem Ducem Caſimirum 18. Maij anno 1588. in cauſa Comitiſſæ de Gleichen ratione Comitatus Piermondt contra Epiſcopum Padibornenſem 29. Auguſti anno 1583. in cauſa der Münſteriſchen Regierung contra Ducem Saxoniæ Lawmbergenſem 18. Septemb. anno 1591. in cauſa ciuitatis Brunſwicenſis contra Ducem Brunſwicenſem, diuerſis temporibus, quorũ mãdatorũ ex parte mentio fit in libro deciſion. & præiudicior. Cameræ Imperial. in verb. Mandata auocatoria. Nec † ſolum ad petitionem alterius partis, ſed & ex officio huiuſmodi mandata decernuntur, vt addit Gailius *d. loco.* Annectuntur † etiam mandatis auocatoriis ſæpe mandata de non offendendo, vt non ſolum à cœpto deſiſtatur, ſed & in poſterum ab offenſione per arma abſtineatur, nec pax publica frangatur, idque ex parte in ſupra dictis etiam cauſis factum eſt. Huiuſmodi vero mandata propter publicam vtilitatem fauorabilia ſunt Gail. *de pac. publ. lib.* 1. *c.* 3. *num.* 9. Quia omni iuri diuino & humano conſentaneum eſt, ne alius inique lædatur; Ideoque ea horum mandatorum vis eſt, vt non ſolum comminationem pœnæ banni annexam habeant, ſed etiam ſi non pareatur, ſtatim citatio ad videndum ſe incidiſſe in pœnam fractæ pacis impetrari poſſit Gail. *d. cap.* 3. *num.* 3. Qui † vero exteris Principibus non obſeruatis iis, quæ in conſtitutione Imperij *de anno* 1570. cauta ſunt, operam ſuam ad bellum locauerit, ipſo facto, & ſine vlla declaratoria ſententia, pro bannitis habendi ſunt; vt videre eſt ibidem §. Da aber einiger *&c.* quemadmodum & ex receſſu de anno 1559. §. vnd dieweil *&c. & §. ſeq.* vbi cautum eſt in ſpecie de auctoribus & facibus cœtuum militarium molitionumq; in Cæſarem vel Ordines, quod ipſo facto ſine ſententia bannum inciderint & † ex iis, q̃ in d. receſſ. de anno 1570. p̃mittuntur

tuntur

tuntur, apparet, quomodo Germaniæ vetus libertas exteris Principibus operam ſuam locandi coarctata ſit propter abuſum, cuius ibidem mentio fit *in* §. Vnd ob wol vor etlichen Jahren/ ꝛc. & de nimio abuſu huius libertatis conqueritur Gail. *d. cap. 4. nu 33. & 34.* Et ſane circa hoc regale iuris indicendi bellum & ad hoc armis vtendi contra abuſum eius ex iure communi attendendū eſt, quantę effuſiones ſanguinis humani & quam multiplicia alia mala, quæ Damhoud. *prax. crimin. c. 82. princ. & num. 1.* & Bodin. *de Repub. lib. 4. c. 7.* in ſpecie enumerant, inde ſequantur, & quod omne bellum regulariter præſumatur eſſe illicitum & prohibitum Schrader. *conſ. 9. num. 16. vol. 1.* & nullum commodum ex ijs quæ in tali bello capiuntur, percipiatur, ſed ea quæ capiuntur fiſco applicentur nec capientis fiant Roſacorb. *pract. for. c. 65.* quo continentur vota Adſeſſorum Cameræ de cauſa *ibid.* ventilata, & illud votando *num. 34.* adſeritur per *l. Diuus.* & ibi gloſſ. *ff. de iur. fiſc. l. captiuus. §. expulſis. ff. de capt.* & vt bellum licitum eſſe præſumatur, præter authoritatem Principis ſuperiorem non recognoſcentis ſubeſſe debeat iuſta cauſa Menoch. *conſ. 702. num. 84. vol. 8.* Didac Couar. *c. peccatum part. 2. § 9. num. 1. & 2. de reg iur. in 6.* Damhoud. *prax. crimin. c. 82. num. 12.* & quod alia omnia remedia deficiant Roſacorb. *d. c. 65.* vbi hoc ipſum in prædicta cauſa votando additum eſt per *l. ait Prætor. §. ſi debitorem. ff. de his quæ in fraud. cred. l. ſi alius. §. belliſſime. ff. quod vi aut clam. l. nullus. C. de iudic.* Idque eo confirmatur, quod bellum debeat eſſe meræ neceſſitatis *c. 23. quæſt. 1.* Petr. Bellon. *de re militar. p. 2. tit. 1. nu. 1.* Ioh. Lupus *de bell. & bellat. §. ſi bene aduertiſti. nu. 15.* Franc. Arias *de bello nu. 14.* Petr. Gregor. *1. de Repub. c. 11. nu. 11.* quæ ſemper excepta cenſetur *l. alienationes. 13. & l. qui erat hæres. 49. ff. famil. erciſc. l. 1. ff. de fund. dot.* Quantopere vero & quam varijs & ſalubribus medijs propoſitis & comminationibus additis id agatur vt bellici motus & illicitæ incurſiones militum, tum quoad totum Imperium, tum etiam ratione ſingulorum circulorum & quidem vel vnius vel plurium euitentur & auertantur, apparet non ſolum ex Receſſ. de anno 1559. & 1570. ſupra allegatis, ſed etiam ex Ordin. Camer. *p. 2. tit. 15.* Receſſ. de anno 1442. 1448. 1495. 1522. 1555. & Receſſ.

Digitized by Google

Deputat. de anno 1564. & ſaluberrimis etiam legibus militaribus vna cum Receſſibus Imperij publice impreſſis & poſt prædictum Receſſum de anno 1570. additis.

27 Quemadmodum † autem ius arma mouendi bellumque indicendi ac gerendi regalibus annumerari diximus, ſimiliter ius delectum militem habendi & arma imponendi ijs etiam addi poteſt per text. *in d. l. lex 12. tabularum. §. eadem. ff. ad l. Iul. Majeſt.* Choppin. *de doman.* Franc. *lib. 3. tit. 26. num. 19.* Knich. *de territor.*
28 *iur. c. 3 num. 352.* Sic † & illa ſequela, qua ſubditi Principem, ſi bellum moueat, vel alius contra eum moliatur, ſequi tenentur, & quæ Volge appellari ſolet, ad regalia pertinet Knich. *de Saxon. non prouocand. iur. in verb. Ducum Saxoniæ. c. 5. num. 310. & de territor. iur. d num. 352.* Rulant *de commiſſar. part. 4. lib. 2. cap. 2 num 4. & cap. 3. n. 9.* Vt & pacificatio cum hoſte de recedendo à bello Choppin. *de doman. Regni Franc. lib. 3. cap. 26. num. 19.* Bodin. *de Repub. lib 4 cap. 7.* Quod regale eo magis affine huic regali eſſe cenſendum eſt, quod pax quæratur, non vt bellum geratur, ſed bellum geratur & pax quæratur *cap. noti 24. quæſt. 1.* Quanta vero & quam varia commoda pacem comitentur, præter alios oſtendunt Bodin. *d. cap. 7.* Petr. Gregor. *de Republ. lib. 11. cap. 13.* Atque hinc eſt quod ad conſeruationem pacis & euitandas turbationes eius ac bella, variæ nobiliſſimæ ac ſaluberrimæ Conſtitutiones de pace in Imperio promulgatæ ſunt. Ex quibus ſunt Conſtitutio Friderici quæ eſt *lib. 2. feud. cap. 27. de pace & eius violator.* nec non alia *de pace tenenda inter ſubd. & iuram. firmand. eod. lib. 2. cap. 53.* Item Conſtitutio *de pace Conſtant.* quæ ſubijcitur libris feudorum; & inter Receſſus Imperij editæ Conſtitutiones de annis 1498. 1500. 1521. 1522. 1555. 1559. §. Vnd haben vns *& ſeqq. vſque ad* §. Alſo aber / 2c. & de anno 1566. §. der *diſpoſition, cum multis ſeqq. vſque ad* §. Nach dem dann der Gemeine / 2c. Item de anno 1570. §. Weiter alß auch / 2c. *cum 2.* §§. *ſeqq.* Cumprimis vero etiam huc pertinet *Conſtitutio pacis publ.* de anno 1548. Ordinat. Camer. Imp. *p. 2. tit. 9. 10. 16. 17. 19.* & Conſtitutio pacis Religionis, quæ anno 1555. promulgata & anno 1557. §. So haben wir vns zu vnſer 2c. plene & cum omnibus clauſulis repetita atque confirmata.

Quem-

Quemadmodum vero ius pacem faciendi de Regalibus
eſt Bodin. *de Republ. lib. 1. cap. 10.* Choppin. *de doman. regn. Franc.*
lib. 3. cap. 26. numer. 19. Waremundus ab Erenbergk *de fœderib.*
cap. 2. numer. 228. & 237. Matth. Stephan. *de Iuriſdict. lib. 2. p. 2.*
c. 3. nu. 3. Ita & † ius fœdera aduerſus arma & bella ineundi ad Re- 29
galia pertinet Franciſc. Marc. *deciſ. 364. numer. 3. & 4. part. 1.* allegans Innocentium, Panormitan. Bartolum & Baldum, Roland. *de Commiſſar. part. 4. lib. 2. cap. 3. numer. 1.* Choppin. *d. cap. 26. num. 19.* Waremund. de Erenb. *d. cap. 2. num. 28.* Eoque pertinet Conſtitutio Imperij de anno 1495. & 1521. & Aurea Bulla Caroli IV. *tit. de conſpir. 15.* vbi *in fin. princ.* generali prohibitioni confœderationum annectitur limitatio ſiue reſtrictio de fœderibus in pace publica fundatis. Quanta autem ſit vtilitas fœderum licitorum & ad bonum finem factorum, Item, quot, & quam multa ac varia fœdera diuerſis temporibus & locis ante hæc inita fuerint, tradunt Bodin. *de Repub. lib. 5. cap. 6.* & Waremund. ab Erenbergk *d. tractat. de fœder. cap. 1. & 2.* Notandum vero eſt, quod fœdera alia facta ſint inter eos, qui hoſtes ſunt; alia inter eos, qui nec hoſtes nec amici ſunt; alia inter ſolos amicos. Item alia inter ſolos ſuperiorem non recognoſcentes; alia inter ſolos ſuperiorem immediate non recognoſcentes; alia denique inter eos, qui partim immediate, partim mediate ſuperiori ſubiecti ſunt. Ad quod poſtremum genus pertinet Anſeaticarum Ciuitatum fœdus ſiue ſocietas, cum hæ partim Imperio & alijs regnis immediate partim alijs Principibus ſuperiorem recognoſcentibus ſubiectæ ſint. Atque eſt hoc fœdus tanquam anno circiter 1279. cœptum antiquiſſimum, & ratione magnæ multitudinis earum, & potentię, ob quam in Receſſu Imp. de anno 1542. §. Demnach. *verſ.* Dergleichen auch/ꝛc. anſehnliche vermögende Städte appellantur, poteatiſſimum, & vel hoc nomine tanto maioris fieri debet, quod in Imperio ob immunitates & priuilegia conceſſa alijsque de cauſis comprobatum ſit, vt de hac approbatione videre eſt apud Matth. Steph. *d. c. 3.* pręter quem Waremundus de Erenberg *d. c. 2. num. 44.* affirmat, ſe certo ſcire Anſeaticum fœdus gratia Carol. IV. approbatum & confirmatum eſſe.

Simili-

30 Similiter † huic regali affine eſt ius concedendi repræſalias, cum ex inſtar belli ſint, & ſpeciem eius referant Gail. *obſ. 28. num 9. lib. 1. & de pignor. c. 2. nu. 2.* alijque Dd. ſupra *lib. 1. c. 2. nu. 12.* allegati ita vt quibus bellum licite inferri poteſt, aduerſus eum etiam repræſaliæ locum habeant Laudenſ. *in tract. de repraſ. nu. 5. 6. 8.* Weſenb. *conſ. 46. nu. 9. & 29.* Iacob. de Canib. *de repraſal. part. 1. num. 15.* Knich. *d. cap. 5. num. 451.* Gail. *obſ. 28. num. 9. lib. 1. &*
31 *de pignor. cap. 2. nu. 2.* Ideoque † ius eas concedendi ſolis ſuperiorem non recognoſcentibus competit Laudenſ. *d. num. 8.* Coler. *de proceſſ. executiu. part. 1. cap. 2. num. 280.* Heig. *quæſt. 12. nu. 26. part. 1.* Bonifac. *in tractat. de furt. §. 10. num. 42. & 44.* Weſenbec. *d. loco.* Guid. Pap. *deciſ. 33. in fin.* & de regalibus eſſe adeo verum eſt, vt inter maiora referendum ſit, & ne Electores quidem iure communi illud habeant, quemadmodum ſupra *lib. 1. cap. 2. num. 12.* dictum eſt, vbi omnes quatuor de ea re allegati id aſſerentes Dd. ſunt partim Saxonici partim Brandeburgici ICti. Præter quos & Heigius ICtus Saxonicus *d. quæſt. 12. num. 2.* etiamſi nominatim Electorum non meminerit, tamen generaliter de ſuperioribus Dominis, inter quos etiam Electores & alij Principes ſunt, loquitur, & ait conceſſionem repræſaliarum à quodam impetratam per ſententiam Sapientum retractatam fuiſſe, & ſimul monet, vt in poſterum Principes & Reſpublicę ab earum conceſſio-
32 ne abſtineant. Neque † etiam facile Imperatores Romani repræſalias conſueuerunt, ob denegatam iuſtitiam vel etiam ob aliam cauſam concedere, vt Gailius, qui non ſolum Cameræ Imperialis adſeſſor, ſed & poſtquam ſe eo munere adſeſſoratus abdicauit, in Imperatoris aula referendarius fuit, ait *d. c 2. nu. 3.* vbi addit ſe meminiſſe hoc ſæpe petitum fuiſſe, ſed denegatum; quia in concedentis repræſalijs pugna quodammodo offertur, vnde bellum ſequitur, ac infinita ſecum trahit incommoda, & latrocinijs atque publicis ſcandalis viam aperit, quibus ſummus Princeps anſam præbere non debet; & *num. 4.* ſubdit Imperatorem potius contra eas haud grauate concedere priuilegia Statibus Imperij & liberis ciuitatibus, idque etiam ſine cauſæ cognitione facere, quod talis conceſſio pacem publicam concernat, neque alicu-

alicuius præſentiam requirat. Qui † vero repræſalias ſub & ob- 33
reptitie ac per calumniam impetrat, ijsque ita abutitur, in pœnam quadrupli incurrit, & ad omnia damna læſo reſarcienda tenetur, Laudenſ. *in d. tract. num. 55. & ſeq.* Iacob. de Can. b. *d. part. 1. n. 47. in fi.* Menoch. *conſ. 244. n. 22.* Damhoud. *prax. crim. c. 98. n. 30.* vbi *num. 31.* addit, eum cauſa etiam cadere, & ex *Auth. habita. C. ne filius pro patr.* dignitate priuantur & infamia notantur, qui contra ſtudioſos repræſalijs vtuntur. Imo † & is, qui nō ipſe obtinuit 34
repræſalias, ſed ijs tantum cauſam dedit, ad refuſionem omnis damni tenetur *l. ſi ſeruus communis. §. quod vero ff. de furt.* Bart. Bal. *& Dd. in l. nam & ſeruius. ff. de negot. geſt.* Menoch *d. conſ. 244. num. 62.* Mynſing. *obſ. 1. nu. 10. cent. 6.* eamque communem opinionem eſſe teſtantur Iaſ. *in l. 2. § fin. num. 23. ff. de verb. oblig.* & Franc. Viu. *comm. opin. lib. 2. opin. 35. num. 1.* Poſſunt † etiam contra repræſalias 35
mandata executiua ſine clauſula in Camera obtineri. Nam quēadmodum contra arreſta & pignorationes eiuſmodi mandata inter eos, qui immediate Imperio ſubiecti ſunt, ſuo & ſuorum ſubditorum nomine impetrari poſſunt: ſic merito dicuntur ea contra repræſalias locum habere, idque eo verius eſt, quod in conſtitutione Imperij *de anno 1570.* §. Wann auch die arreſta, vbi de illis mandatis decernendis agitur, etiam repræſaliarum mentio fiat, nec nō de his & arreſtis hoc fundamentum eorum mandatorum ponatur, quod generaliter iura prohibita ſint. Et quia repræſaliæ ad quatuor caſus, de quibus in ordinat. Camer. *part. 2. tit. 23.* agitur, pertinent, ideoque mandata ſine clauſula ex eo titulo contra repræſalias impetrari poſſunt; non eſt ad huiusmodi impetrationem neceſſe, vt partes Imperio vtrinque ſint immediate ſubiectæ, ſed ſufficit ſolum reum talem eſſe, cum hoc ita ſe generaliter in huiuſmodi mandatis habeat, Gail. *obſeru. 13. nu. 6. & obſeru. 16. num. 12. lib. 1.* eoque pertinet Receſſus deputat. *de anno 1600.* §. Es wird nicht weniger/ ꝛc. Etſi vero pignorationes & repræſaliæ iure communi nonnunquam confundi videantur, ſicut *in Nouel. 52. vt ne pign. fiant. c. 1. de iniur. & damn. dat. in 6.* promiſcue prohibentur, tamen magnum inter eas eſt diſcrimen Gail. *in tract. de pign. obſ. 1. num. 4. & 5.* Frider. *de proceſſ. execut. lib. 1. cap. 46.*

§. *2. & 3.* Matth. Steph. *de Iurisdict. lib. 3. part. 2. cap. 9. num. 15. & 16. 17. & 18.* & Gail. *d. obſ. 1. num. 6.* Frider. *d. cap. 46.* De Arreſtis etiam, quæ Receſſ. de anno 1570. § Wenn auch die *arreſta, &c.* non minus quam repræſalias prohibita eſſe dicuntur, addunt quale inter ea duo ſit diſcrimen. Eoq; ex parte etiam pertinent à Matth. Stephan. *d. cap. 9.* adductæ pignorationum & repræſaliarum differentiæ. Arreſta vero tam ſunt odioſa, vt *in d.* §. Wenn auch gleich die *arreſta, &c.* non ſolum comparentur repræſalijs, & mandata ſine clauſula in Camera contra ea decernenda eſſe, conſtitutum ſit, verum etiam poſt paritionem in cauſa principali procedi non poſſit, ſed ea ad ordinarium remittenda ſit, licet in pignorationibus, ſi mandata ſine clauſula in Camera impetrata, & paritio ſecuta fuerit, obſeruetur, vt non fiat remiſſio cauſæ principalis ad ordinarium, ſed ibidem in ea procedatur per poſſeſſorium retinendi Gail. *obſ. 8. numer. 7. lib. 1. & de pign. obſ. 21. numer. 3.* eoque pertinet etiam Conſultum Cameræ Imperialis Anno 1576. *in dub. 6.* vbi dicitur ordinarium poſſeſſorium retinendi plenius deducendum eſſe Denaiſ. *in iur. Cameræ cap. 83. num. 9.*

36 Et † ſane quemadmodum belli magnus eſt abuſus, quem acriter reprehendit Eraſmus *Chilad. 4. cent. 1. adag. 1. & in libris ſingular.* quos inſcribit *Querela pacis, &, Belli deteſtatio*, vt ex eo refert Heig. *dict. quæſtion. 12. numer. 50.* ſic idem etiam de arreſtis & pignorationibus, & maxime de repræſalijs dici poteſt, cum de ijs quoque experientia teſtatum faciat, quam facile & inique ſæpe ab ijs etiam, qui ſuperiorem recognoſcunt, ad eas deueniatur, à quibus ita ijs abutentibus expendi debebat, quantum & quam excellens hoc ſit regale, quam difficulter repræſaliæ ab ipſo etiam Imperatore concedantur, quam graue & durum ſit homines & res innocentes pro nocentibus capi, & quomodo refugium ad Cameram contra iuſtitiam denegantes vel protrahentes ſine repræſalijs haberi poſſit ex ſaluberrima conſtitutione Imperij, quæ eſt in Ordinat. Camer. *part. 2.*
37 *tit. 1.* §. Es ſoll auch / *&c.* qua † conſtitutione quoscunque Imperij Status, & quidem Electores etiam, tanquam proprio & communi Ordinum placito ita ligari, vt deinceps contrauenire non poſſint.

Digitized by Google

poſſint, recte ait Coler. *d. cap. 2. numer. 28. per l. digna vox. Cod. de legib. cum ſimilib.* Ideoque minus mirum eſt Gailium ſupra allegato *cap. 2. numer. 3. de pignorat.* teſtari & affirmare, quod meminerit à Cæſare repræſalias non attenta etiam denegatione iuſtitiæ vel alia cauſa denegatas eſſe. Fateor tamen, & res ipſa loquitur, non quidem culpa Dominorum Cameralium, ſed ob cauſarum, quæ in Camera ventilantur, multitudinem, & alia impedimenta, non raro eos, qui Cameræ ſubſidium contra denegantes & protrahentes iuſtitiam implorarunt, tam tarde & difficulter iuuari, vt hoc nomine eo magis in abuſu repræſaliarum contra illam conſtitutionem & ius commune perſeueretur.

Capvt II.

De via publica.

Svmmaria.

1. Viarum quadam publica ſunt, quadam priuata, quadam vicinales.

2. Via priuata agraria à quibuſdam dicuntur.

3. Ha ſunt duplicis generis.

4. Via vicinales qua?

5. Via publica qua?

6. Harum latitudo quanta eſſe debeat?

7. Appellantur etiam pratoria & conſulares, item militares num. 8. *Baſilica & regales* num. 10.

9. A Germanis nominantur offene ſtraſſen vnd Landſtraſſen/ Item Kayſerliche freye heer oder Reichsſtraſſen/oder Bahne.

11. Vias publicas nominatim inter regalia in hoc cap. vnic. Qua ſint regal. referri Imperator Fridericus voluit.

12. Earum tanta ratio habita fuit, vt Imperatores certos curatores earum conſtituerint.

13. Cenſorem etiam, antequam Imperatores rerum potirentur, ea fuit functio, vt harum curam gererent.

14. Viarum peculiaris regius magiſtratus in Gallia eſt, qui curam earum habet, & via ſtres de ports paſſages & chemins vocatur.

15. Via publica an ad quaslibet etiam ciuitates, quæ ſuperiorem recognoſcunt, pertineat.

16. Viam publicam vel etiam jurisdictionem in ea non competere ijs, qui ſolam jurisdictionem ab vtraque eius parte habent.

17. Extra viam publicam ſi caput occiſi reperiatur, cognitio ei competit, qui merum & mixtum Imperium habet.

18. Via publica non probatur, ſi per teſtes docetur, publice & vulgo ab omnibus & quidem longi temporis ſpacio per eam itum eſſe.

19. In priuato etiam loco obſeruari, quod publice & vulgo per eum eatur, nec obſtare, quod plerunque per viam publicam eatur, & eius vſus jure gentium communis ſit nu. 20.

21. Vt via publica dicatur, non quod per ipſam à priuatis etiam publice eatur, ſed quod proprietas ſoli ad ipſos non ſpectet, conſideratur.

22. Viam publicam probare volentem tria coniunctim probare debere, & quanam ſint illa?

23. Imperator ipſe non ſolet permittere, vt aliquid in ea fiat, vnde damnum priuati patiantur, & quod vſum eius impediat.

24. Conceſſio ab Imperatore facta ita interpretanda eſt, ne inde alteri incommodum aut iniuria inferatur.

25. In via publica vt priuatus non poteſt ædificando vel alia ratione vſum priuati impedire, ſic multominus ei nocere poteſt, qui viam publicam velut vnum ex regalibus iure proprietatis habet nu. 27.

26. Interdictum Ne quid in loc. publ. eſt populare, in eoque quanti actoris interest, condemnatio ſit.

28. Via publica vſus ne quidem ab Imperatore vel alio qui hoc regale ex conceſſione aut præſcriptione acquiſiuit prohiberi poteſt, limitatur in prohibente ex iuſta cauſa nu. 31.

29. Commercia jure gentium libera eſſe debent.

30. Mandata ſine clauſula etiam in Camera decernuntur contra eos, qui communem vſum viæ vel fluminis publici ſine cauſa impediunt.

32. Via

32 *Viæ publicæ ſecuritatis cura ad eos, qui hoc regale habent, pertinet, idq́; in Imperio receptum eſt.* n. 33.

34 *De via publica, moneta & obſeruatione fidei data, aureum dictũ Philippi Haſſiæ Principis, & laudatur etiam ſummopere Imperator Rudolphus I. quod ſumma cura ſtudioq́; ſecuritatem viarum contra graſſatores præſtiterit.*

35 *Viam publicam habentes damnum in ea deprædatis illarum reſarcire tenentur, maxime ſi ab iter facientibus aliqua penſitatio reſpectu iſtius ſecuritatis accipiatur idq́;* n. *36. non tantum Cameræ Imperialis, aliiſque præiudiciis & Imperij Conſtitutione confirmatur, ſed & de iure Saxonico idem obtinere oſtenditur, fallit tamen ſi quis à ſolita via deflectat infra* num. 40.

37 *Mandata ſine clauſula decerni poſſunt contra eum, qui ſaluum conductum denegauit, ſi denegationem ſpoliatio ſecuta ſit.*

38 *In viis publicis ſine metu commeari, Imperatoris intereſt, & publica vtilitas flagitat.*

39 *Regalia ideo quis habet, vt iis regaliter vtatur, & ſic vias etiã publicas regia manu ſuis ſumptibus ſecuras teneat. Nec excuſatur dominus, aut à damni præſtatione liberatur, ſi prætendat culpam vel negligentiam officialium.*

40 *Regula de damno reſarciendo, limitatur in deflectente, à ſolita via, & quidem etiam in Electoribus, ad electionem futuri Imperatoris iter facientibus, Cæſaris Commiſſariis, legatis & omnibus perſonis Cameralibus, ſublimitatur, quando ea via ita eſſet periculoſa, vt viatori per ſaluum conductum proſpici non poſſet.*

41 *Saluus conductus ſiue ſecuritatis præſtatio ad regalia pertinet.*

42 *Salui conductus conceſſio ad ſupremum Principem ſpectat.*

43 *Saluum conductum etiam à ſuperiorem recognoſcentibus concedi poſſe, ſi habeant poteſtatem ardua explicandi.*

44 *Salui conductus ius competit etiam omnibus iis, qui ex conceſſione ſupremi Principis vel præſcriptione conſuetudineue aliud acquiſiuerunt.*

45 *Salui conductus iure quis non ſolum in ſuo ſed & alieno territorio vti poteſt, ſi modo ei regale viæ publicæ in eo competat.*

46 A.

46 Alciati opinio exiſtimantis Principi ſolum jus ſalui conductus in via publica competere & ſic hanc tantum reſpectu ejus juris inter regalia numerandam eſſe, refutatur.

47 De pœnis eorum, qui ſaluum conductum violant & eum habentem offendunt remiſſiue.

48 Neq; ſolum punitur impetrantem ſaluum conductum, ſed & ejus vxorem neceſſariamque familiam vt, quæ etiam eo comprehenduntur, offendens.

1 SEcundum regale eſt via publica. Vlpianus † *in l. 2. §. Viarum ff. Ne quid in loc. publ.* Viarum, inquit, quædam publicæ ſunt,
2 quædam priuatæ, quædam vicinales. De † priuatis ibidem
3 addit eaſdem etiam agrarias à quibuſdam dici. Et † paulo poſt ſubiicit eas dupliciter accipi poſſe; vel has, quæ ſunt in agris, quibus impoſita eſt ſeruitus, vt ad agrum alterius ducant; vel has, quæ ad agros ducunt, per quas omnibus permeare liceat, in quas exitur de via conſulari, & ſic poſt illam excipit via,
4 vel iter, vel actus ad villam ducens. Vicinales † vero dicit eſſe vias, quæ vel in vicis ſunt, vel in vicos ducunt, atque hæ publicæ ſunt, quando ex agrorum priuatorum collatione ſunt factæ, modo hominum memoriam excedat ea collatio, idq; idem Vlpianus reſpondet *in l. fin. ff. de loc. & itinerib. publ. & in d. l.* 2. §. *Viarum*, vbi ea ratione reſtringit & interpretatur quorundam veterum Iuriſconſultorum ſententiam, qui vicinales vias et-
5 iam ſimpliciter appellabant publicas. Annectit † quoque *in d. §. Viarum. circa fin.* ſe putare, & illas priuatas vias publicas appellari poſſe, quæ poſt conſularem, id eſt, publicam in villas & alias colonias ducunt. Alioqui *in §. Ait prætor*, qui proxime antecedit *d. §. Viarum* idem Iuriſconſultus vias publicas ita deſcribit, vt dicat eſſe eas, quarum ſolum eſt publicum, ſimulq; oſtendat, priuatas eſſe longe alias, vt quarum ſolum eſt alienum &
6 priuatum, & quæ potius ſeruitus ſunt in alieno ſolo. Debet † autem ex l. 12. tabular. viæ publicæ latitudo eſſe pedum octo in directum, quoad anfractum vero pedum ſedecim, vt vnus currus alteri cedere queat *l. via latitudo. ff. de ſeruitut. prædior. ruſticor.*

Viv.

Digitized by Google

Viv. *deciſ.* 488. *num.* 3. *libr.* 3. vbi ſimul explicat menſuram pedis,
palmi, digiti. Habent † vię publicæ etiam alias appellationes, & 7
quidem prætoriæ & conſulares quoque nuncupantur, vt *in d.*
§. Viarum additur. Eædem † militares vocantur *in d. l. fin. ff. de loc.* 8
& itiner. publ. A † Germanis appellantur Offene Straſſen vel 9
Landtſtraſſen / item Keyſerliche Freye Heer oder Reichsſtraſſen / oder
Bahne / quod ditiones omnes Romani Imperij ab ipſo Impera-
tore partim immediate, partim mediate dependeant, vt ait
Gail. *de pac publ. libr.* 2. *cap.* 1. *numer.* 12. Præterea † in iure no- 10
ſtro etiam baſilicæ, hoc eſt, regiæ ſiue regales appellantur *d. §.*
Viarum. & Siculus Flaccus *in libro de condit. agror.* dicens viarum
non eſſe vnam eandemque conditionem, de publicis viis ita lo-
quitur, vt eas regales appellet, ad eamque appellationem ſpe-
ctat textus de impetratione à Principe facta *in d. l.* 2. *§. Si quis à*
Principe. ff. ne quid in loc. publ. & quod *in l. ſi in publ co. §. fin. ff. de aq. &*
aq. pluu arcend. proditum eſt, per viam publicam aquam duci
non poſſe ſine permiſſu Principis. Atque ad has vias publi-
cas pertinent viginti nouem illæ viæ Romanorum, quas recen-
ſet Panciról. *de region.* 14. *vrbis Romæ. f.* 22. vbi etiam addit appel-
lationes illas de quibus dictum eſt, nimirum huiuſmodi vias
nuncupari etiam βασιλικὰς ſiue Regias, prætorias, conſulares &
militares. Sane † cum hæc ita ſe habeant, eo minus mirum vide- 11
bitur, quod Fridericus Imperator *in hoc c. vn.* vias publicas nomi-
natim voluerit inter regalia numerari.

Tanta † vero fuit habita ratio harum viarum, vt Impera- 12
tores conſtituerint certos curatores earum. Eoque pertinet
quod Siculus Flaccus *in d libr. de condit. agror.* ſcribit, vias regales
accipere curatores, cuiuſmodi curatorem generum ſuum A-
grippam eſſe voluit Auguſtus, teſte Suetonio *in eius vita,* & Ale-
xander Seuerus Romæ vrbis regionū & viarū curatores 14. con-
ſtituit, vt refert in eius vita Lamprid. Atq; ad hos curatores per-
tinet locus Pauli *libr. ſententiar. titul.* 6. vbi ſolicitudinem viarum
publicarum ad curatores earum ſpectare dicit, eoſque ibidem
Cuiacius Viocuros appellat, atq; illud vocabulum apud Varro-

nem

nem *lib 4.de ling latin.*reperiri ait Briſſonius *de antiq lib.4.cap.14.*
vbi ad Ædilium officium etiam curam viarum pertinuiſſe tra-
13 dit. Fuit & Cenſorum ea functio, antequam Imperator. † rerum
potirentur, vt harum viarum curam gererent, & eas ſternendas
in vrbe ſilice, glarea, extra vrbem ſubſternendas, marginandasq;
locarent, teſte Liuio, qui addit ab iis primis omnium eiuſmodi
14 locationem eſſe factam. In † Gallia peculiaris eſt Regius magi-
ſtratus, qui curam habet viarum, & vocatur *Maiſtres de ports paſſa-
ges & Chemins Petr. Greg. Tholoſſ. ſyntagm. lib. 3.c.13.n.5.*

15 Sunt † tamen nonnulli Dd. qui opinantur publicam viam non ſolum ad populum Romanum vel Imperatorem, ad quem Lege Regia poteſtas eius translata fuit, ſed etiam ad quaslibet ciuitates, & quidem eas quoque, quæ ſuperiorem recognoſcunt pertinere. Ex horum numero quaſi anteſignanus Interpres eſt gloſſ. *in d.l.2.§. viarum. ff. Ne quid in loc.* Ab aliis Interpretibus idem creberrime *in l. Continuos. §. Cum quis. de verb. obligat.* proditum eſſe, aſſerit Alciat. *in l. Quantum ad iuris num. 9. de verbor. ſignif.* & ſolum Bartolum ita allegat, quaſi hoc creberrima Dd. ſententia ita ſe habere aſſerat *in d. l. Cum quis.* Sed nullam hic ſententiæ creberrimæ vel communis facit mentionem, & ne vllum quidem ex omnibus Interpretibus ita ſentientem nominat præter gloſſam, de qua ipſe etiam non omnino aſſertiue, ſed ita loquitur, quod videatur in hoc æquiparare Principem, ſenatum & ciuitatem. Deinde refragatur, huic opinioni, quod viæ publicæ expreſſe & indiſtincte *in h. c. vn.* regalibus annumerentur & ab Andr. de Hern. Matth. de Afflict. Aluarott. aliisq; omnibus *ibidem* traditum ſit, aliisq; locis à plerisq; aliis Do. aſſeratur, eam viã regale eſſe, idq; ita communiter faciant, vt proprietatem & iuriſdictionem ab hoc regali non ſeparent. Accedit ipſa regalium, quibus etiam via publica annumeratur, definitio ſupra *lib.1.cap.1.* poſita, & quod vt ſupra oſtenſum eſt, huiuſmodi viæ appellentur βασιλικαὶ & regales, iureque Romano aliæ ciuitates, quam Roma, priuatorum loco habeantur, vt *lib.1.cap.4. numer.* 88. dictum eſt. Solet etiam in eo, quod in via publica prohibitum

bitum eſt, Principis authoritas vel conſenſus requiri *l. Sin in publico. §. fin. de aq. & aq. pluu. arcend. l. ſeruitutes §. Publico de ſeruitut. l. 2. §. ſi quis à Principe. ff. ne quid in loc. publ. l. Fluminum ff. de damn. infect. cum ſimilib.* & licet quoad flumina publica *in l. quo minus ff. de flumin.* non ſolum Imperatoris ſed & Senatus mentio fiat, tamen per Senatum non alium, quam Romanum intelligit, & per adiectam diſiunctiuam particulam, *Aut*, ſatis à Iuriſconſulto innuitur, ſolius etiam Principis authoritatem ſufficere. Denique in Imperio hodie vſus optimus legum interpres abunde teſtatur, ad quaslibet ciuitates ſuperiorem recognoſcentes publicas vias non pertinere. Nam licet is hodie Imperij ſit Status, vt non omnes ciuitates excepta Roma loco priuatorum ſint, nec pro talibus haberi poſſint ciuitates Imperiales, vt quæ Imperij Status ſunt, & Imperij iura habere dicuntur, vt *d. cap.* 4. expoſitum eſt, tamen hoc ad quaslibet alias ciuitates, quæ etiam Principibus inferioribus & aliis Statibus ſimpliciter ſubiectæ ſunt, ratione viarum publicarum, vel aliorum regalium non eſt extendendum, niſi quatenus legitima conceſſione vel præſcriptione conſuetudineue regale viæ publicæ vel aliud acquiſiuerunt, idq; † in via publica adeo verum eſt, vt licet aliqua ex eiuſ- 16
modi ciuitatibus iuriſdictionem ab vtraque parte viæ publicæ habeat, tamẽ ipſum viæ regale vel iuriſdictio in ea illi non competat, ſi peculiariter conceſſione vel præſcriptione conſuetudineue non acquiſiuerit, idq; de aliis etiam ſolam iuriſdictionem ab vtraque parte viæ habentibus dici poteſt. Nam in ſeparatis & diuerſis ab vno ad aliud non infertur nec extenſio fit, idque cumprimis in regalibus locum habet, vt in d.c.4.*n.*64.*65.* & *66.* oſtenſum eſt.

Atque ex his omnibus & ſimilibus ſatis etiam liquet, minus rectè ſentire Iacobum Aurelianenſem *in aurea ſua praxi Rubric.* 12. *numer. 68. & aliquot ſeqq.* eiuſque ſequaces exiſtimantes, quod in ipſa etiam via publica iuriſdictio ſit omnium eorũ, qui circumquaq; iuriſdictionem habent, ſiue ciuitates ſint, ſiue alij, eique ſententiæ præter ea, quæ ſupra adducta ſunt, & infra *nu.* 45.

 dicen-

dicentur, illud etiam obſtat, quod & ei, cui conceſſum eſt in ſpeci- merum & mixtum Imperium, vel caſtrum cum ſuo territorio in tali territorio in quo eſt via publica, iuriſdictio in ea non competat, nec is, ſi aliquis in via interficiatur, homicidam punire poſſit, ſed hanc facultatem puniendi penes illum ſit, qui viam publicam habet, vt tradunt præter alios Dd. multi Germaniæ Iuriſconſulti, ex quibus etiam ſunt Schneidw. *in §. Summa autem num. 67. Inſtit. de interdict. & in tractat. de feud. part. 2. numer. 101. & 102.* Borcholt. *in d. c. vn. numer. 26.* Ioachim, Beuſt *in l. Admonendi fol. 483. ff. de iureiur.* & Knich. *de Saxon. non prouoc. jur. c. 5. numer.* 165. atq; hanc ſententiam ante quamplurimos annos etiam alij doctiſſimi viri in controuerſia inter Erphordienſes & Duces Saxoniæ de via publica, & mero Imperio in eo exercendo mota aliquot conſilijs tutati ſunt, & confirmatur eo, quod
17 ſi † caput occiſi reperiatur extra viam poſitum, hoc caſu cognitio & puniendi facultas ei, cui conceſſum eſt merum & mixtum Imperium tantum eo nomine debeatur, quod non putetur in via, ſed extra eam necatus, quia caput nobilius membrum eſſe cenſeatur *l. fin ff. de relig. & ſumt. idque tradit* Knichen *d. c. 5. num. 166. & 167.* & adducunt Borcholt. & Beuſt. *jam citatis locis &* Schneidw. *d. part. 2. numer 102. & 103.* vbi ſimul monet hoc ideo, quia quotidianum in practica, notandum eſſe. Atque id eo etiam caſu obſeruari vidi, quo vnus Princeps Imperij habuit ab vtraque parte viæ publicæ territorium, alterius vero Principis ipſa via erat, & eius fuerat, antequam territorium ab vtraq; parte viæ habens illud factus fuit poſt mortem eius, qui non erat Princeps, ſed inferioris conditionis, ita tamen, vt dum viueret, illud territorium cum mero & mixto Imperio pleno iure ad eum pertineret & ipſe Imperio immediate eſſet ſubiectus.
18 Porro † ſi de probatione viæ publicæ dubitatio emergat, obſeruandum eſt, non ſufficere, vt per teſtes doceatur publice & vulgo ab omnibus & quidem longi temporis ſpacio per locum aliquem itum eſſe, Bart. *in l. 1. §. ſumma. de his qui de ec. vel effud.* vbi dicit hoc eſſe notandum, In eadē ſententia ſunt, & ſimiliter monent

nent ſingulariter notandum eſſe Mattheſil. *in ſing.* 92. incip. *Nota vnum*, & Cæpol. *de ſeru. ruſt. prædior. c.* 3. *num.* 18. Eidem ſententiæ accedunt Apoſtill. ad Bartol. *in l.* 1. *de via publ. & itin. publ.* Franc. Marc. *deciſ.* 594. *nu.* 3. Caualcan. *dec.* 3. *n.* 66. *lib.* 5. (addens, etiamſi totus mundus per locum aliquem iuerit, tamen non eſſe viam publicam) Gabr. Saray. in add. ad Mattheſil. *in d. ſingul.* 92. vbi pro hac ſententia adducit textum *l.* 1. §. 1. *de his quæ in teſtam. delent.* qui textus tamen ab ea ſententia alieniſſimus eſt. Verus textus, quo hæc ſententia confirmatur, eſt *in d.* §. *ſumma.* vbi Vlpianus de ſecuritate per aliquem locum euntibus præſtanda agens, & Edictum Prætoris explicans ſubiicit hæc verba: *Parui autem intereſſe debet, vtrum publicus locus ſit, an priuatus, dummodo per eum vulgo iter fiat, quia iter facientibus proſpicitur, non publicis viis ſtudetur.* Ex † quibus verbis euincitur in loco, etiam priuato obtinere, & obſeruari, quod vulgo & publice per eam eatur, ideoq; malam eſſe conſequentiam ad probandam viam publicam, ſi teſtes dicant per locum litigioſum publice & vulgo ab omnibus itum eſſe, etiamſi addant per longum tempus id eſſe factum. 19

Neque † aduerſatur quod plerunque per viam publicam iri ac commeari ſoleat *l.* 2. §. *viam ff ne quid in loc. publ.* & eius vſus iure gentium communis ſit, & quorumlibet priuatorum commodo ſeruiat *l. fluminum, de damn. infect. l.* 1. *de loc. & itin. publ. d. l.* 2. *in princ.* §. *Hoc interdictum ad ea, verſ. Ad ea igitur. ff. Ne quid in loc. publ.* ideoque interdicto contra eos, qui huiuſmodi vſum impediunt, experiri liceat *d. l.* 1. *d. l.* 2. *in princ.* §. *Hoc interdictum ad ea. v. Ad ea igitur, &* §. *Ait Prætor. ff. ne quid in loc. publ.* Nam † vt viam aliquam publicam eſſe dicamus, non id attenditur, quod per eam à priuatis etiam publice & vulgo eatur, & commeetur, communiſque eius ſit vſus, ſed quod ſolum ipſum & proprietas non ſit priuatorum, vt ipſe Vlpianus *in d.* §. *Viam.* ſatis oſtendit. Tria † igitur dicemus concurrere & probari debere, vt via pro publica habeatur, nimirum quod per eam publice eatur, quod ſolum ſit publicum, & quod nos ducat in ciuitatem, villam vel coloniam. Ripa *in l. Quo minus num.* 92. *ff. de flumin.* Bertazzol. *conſ.* 470. *nu.* 3. 20 21 22

 Caual-

Caualcan. *d. deciſ.3. num.66.* Knichen *de Saxon. non prouocand. iur. c.5. num.*160. qui *num.* 161. addit coniunctim ea probare debere, qui viam publicam dicit, & ad hoc allegat Ripam *d. n.92*, & Cornazzanum *deciſ.152. n.1.*

23 Quod † autem dixi viam publicam deſeruire priuatorum etiam vſibus, id adeo verum eſt, vt etiam ipſe Imperator non ſoleat alicui permittere, vt aliquid faciat in ea, quod eiuſmodi vſum impediat, & vnde damnum alij priuati patiantur *d. l. 2. §.*
24 *Merito.* Et † ſi conceſſio aliqua facta eſt, ab Imperatore ita Interpretatio fieri debet, vt ea conceſſio facta eſſe ſine incommodo & iniuria alterius dicatur *d. l.2. §. ſi quis à Principe.* Et facit huc textus *in §. illud, Nouell. 81. & l. ex facto, in princ de vulg. & pupillar. ſubſtit.*

25 Quia † vero priuatus non poteſt publicum vſum impedire, & cum incommodo alterius priuati propria authoritate in via publica ædificare *l. 1. ff. ne quid in loc. publ.* vel monumentum extruere *l. 2. ff. de loc. & itin. publ.* vel aquam per hanc viam ducere *l. ſi in publico §. fin. ff. de aq. & aq. pluu.* vel cloacam per eam emittere *l. 2 §. Si quis cloacam.* vel ſpecum pontemque per eam facere *d. l. 2.* vel denique alio modo deteriorem eam reddere *d. l. 2. §. Deinde ait Prætor.* adeo vt interdicto hoc nomine agi poſſit à priuatis *d. l. 1. ff. de loc. & itin. d. l. 1. & 2. & paſſim ff. ne quid*
26 *in loc. public.* & † huiuſmodi interdictum populare ſit, & quanti actoris, id eſt, hominis priuati intereſt, condemnatio contingat *d. l. 2. §. Hoc interdictum perpetuum & §. Hoc interdictum non tem-*
27 *porarium.* Quia † hæc inquam ita ſe in priuatis habent, conſequitur multo minus ei, qui viam publicam, vt vnum ex regalibus proprietatis etiam iure habet, vel ædificando vel alia ratione aliqua noceri in ea poſſe.

28 Sed † quæſtionis eſt, an ſupremus Princeps vel alius ex conceſſione eius aut præſcriptione hoc regale viæ publicæ habens poſſit, licet vſus viæ publicæ non fiat deterior, nec vllo modo impediatur, aliis tranſeuntibus & ea vti volentibus hunc vſum prohibere? Reſpondendum eſt, hoc fieri non poſſe, cum vſus viæ

viæ publicę iure gentium ſit communis & quorumlibet priuato-
rum commodo ſeruiat (vt ſupra oſtenſum eſt) & ipſa naturæ et-
iam æquitas dictet, vt quilibet permittat, quod ſibi non nocet, &
alij prodeſt *l. 2. §. quanquam. ff. de aq. & aq. pluu. arcend. l. in creditore.*
ff. de euict. pugnaretque eiuſmodi præceptum non ſolum cum
caritate proximi, ſed & cum legibus, & ipſorum Imperatorum
conſtitutionibus, quę † commercia iuris gentium libera eſſe vo- 29
lunt Matth. de Afflict. *in d. c. vnic. num. 1.* Peregrin. *de iur. fiſc. lib. 1.*
tit. 1. num. 22. Schrader. *in tractat. de iurib. incorporal. §. 25. num. 19.*
Roſenth. *de feud. c. 5. concluſ. 21. num. 2. ſub lit.* c. atque ideo ijdem
hanc ſententiam amplectuntur ibidem, nec † ſemel ea appro- 30
bata eſt deciſione Cameræ Imperialis, adeo vt etiam mandata
ſine clauſula contra talem prohibitionem communis vſus in via
vel flumine publico tanquam omni iure prohibitam ibidem de-
cernantur, idque ſæpius factum eſt Roſenth. *d. concluſ. 21. nu. 3.* vbi
in ſpecie varia præiudicia adducit. Quod † ſi vero tranſeuntes 31
vel legitime inſtitutum vectigal ſoluere recuſent, vel hoſtes ſint,
vel alia aliqua iuſta prohibendi cauſa exiſtat, non tenetur is, qui
hoc regale habet, tranſitum ac vſum viæ publicæ permittere.
Afflict. & Peregrin. *modo citatis locis. &* Roſenth. *d. nu. 2.*

Incumbit † autem Imperatori & alijs ſuperiorem non re- 32
cognoſcentibus, nec non Ducibus, Marchionibus, alijsq; Prin-
cipibus, Comitibus, ciuitatibus & alijs, qui viam publicam con-
ceſſione, præſcriptione vel conſuetudine legitima habent, vt cu-
rent ea, quæ ad ſecuritatem huiuſmodi viæ ſpectant, quo videli-
cet à malis hominibus purgetur, & ne à latronibus, plagiarijs,
prædonibus & furibus infeſtetur *l. 1. §. ſumma ff. de his qui effud. l. 3.*
in fin. l. congruit. ff. de offic. præſid. l. ne quid. ff. de incend. ruin. naufrag.
Atque † hoc vſu hodie in Imperio receptum eſt, ita vt non ſo- 33
lum ab Imperatore, ſed & alijs Imperij Principibus, item Comi-
tibus, Baronibus, alijsque quibus via publica ex conceſſione Im-
periali, præſcriptione conſuetudineve competit, obſeruari ſo-
leat. Atque † hoc ipſum, vt & probam monetam ac obſeruatio- 34.
nem fidei datæ tanti fecit Philippus Haſſiæ Princeps nunquam
ſatis laudatus, vt dicere ſolitus ſit: Man ſol einen Fürſten kennen bey

reiner Straſſen/ guter Müntz/ vnd Haltung beſchehener Zuſage/ hoc eſt: *Princeps agnoſcendus eſt ex tuta via, proba moneta, & obſeruatione fidei alicui data*, ideoque quemadmodum de proba moneta admodum fuit ſollicitus, & fidei ſemel datæ ſeruandæ ſtudioſiſſimus; ſic & acerrimus ac ſeueriſſimus ſemper extitit vindex eorum, quę in via publica committerentur. Imperator Rodolphus I. etiam maximam ſibi laudem & authoritatem cōparauit, quod ſummo ſtudio operam dederit, vt graſſatoribus hinc inde conquiſitis, eorumq; arcibus & latibulis demolitis ſecuritatem Imperio redderet Criſpin. & Mutius *in eius vita*.

35 Et † ſane adeo ad ſecuritatem viarum præſtandam tenentur qui viam publicam habent, vt in ea deprædatis omne damnum, quod paſſi ſunt, reſarcire debeant, ſi præſertim, vt hodie communiter fieri conſueuit, ab iter facientibus aliqua penſitatio vel tributum reſpectu iſtius ſecuritatis & pro ſaluo conductu accipiatur, vt prolixe oſtendunt Germaniæ Iuriſconſulti Zaſ. *conſ. 14. nu. 8. & ſeqq. lib. 1.* Gail. *lib. 2. obſeru. 64.* Mynſing. *obſeru. 70. cent. 5.* Schneidw. *de feud. part. 2. nu. 115.* Borcholt. *in hoc c. vnic. nu. 29.* Ioach. à Beuſt. *in rubr. ff. de iureiur. nu. 168.* Wurmbſer. *practicar. obſeruat. tit. vlt. obſeru. 6.* Roſenth. *de feud. cap. 5. concluſ. 22.* quibus præter alios addi poſſunt Bart. & Dd. *in l. ne quid. ff. de incend. ruin. naufrag.* Bald. *in c. 1. in verb. Marchio. num. 5. qui feud. dar. poſſ.* A ſin. *de execut. §. 9. cap. 55. num. 4.* Matth. de Afflict. *in hoc c. vnic. in verb. via publica. num. 14.* Iacobin. de S. Georg. *in tract. de feud. in verb.*

36 *Marchio in Italia verſ. quaritur etiam, nu. 4.* Atque † in hac quæſtione, quæ in Imperio crebro occurrit, aliquando in Camera Imperiali contra Epiſcopum Herbipolenſem, in cuius via publica deprædatio fuit facta, pronunciatum eſt, & comprobata ſententia affirmatiua teſte Gailio *d. loco. num. 1.* ſicidem & in alijs cauſis & inter alias partes non ſemel pro ea ſententia factum eſt, & in Gallia eam obſeruari multis præiudicijs oſtendit Choppin. *de legib. academ. cap. 59. num. 1.* Quibus accedit quod etiam Conſtitutione Imperij de anno 1555. § Nach dem aber ein jeder Churfürſt/ ꝛc. conſtitutum ſit, omnes Electores aliosq; Principes & ſtatus Imperij ita ſecuritatem itinerum viarumq; publicarum ſolum ſuo

ſumptu

ſumptu præſtare debere, ne circulus aliquid ad eam rem conferre teneatur. Et poſtea alia conſtitutione Imperij *de anno 1559.* §. Damit dann die Obrigkeiten/ ꝛc. expreſſe cautum eſt, damnum ab illis, qui ſaluum conductum & ſecuritatem dederunt, læſis refundi debere. Concordat ius Saxonicum *lib.2. art.27.* his verbis: Wann einer einem Geleidt gibt / der ſoll jhnen für Schaden behüten/ oder ſoll jhme den Schadē gelten. Nec excuſatur Dominus aut à damni præſtatione liberatur ſi obtendat negligentiam & culpam officialium, quia etiamſi Domini neſciant, à quo damnum datum ſit, tamen cum officialium & ſubditorum negligentia de Domini voluntate facta præſumatur, & ex malitia familiarum præſumi dicatur contra Dominos, ſi ex culpa negligentiaque officialium tenentur ad damnum præſtandum Mynſing. *obſ. 70. numer. 6. & 7. cent 5.* vbi addit, quod Domini territorij in huiusmodi caſu non de alieno ſed potius proprio delicto, id eſt, ex propria negligentia & culpa puniri dicantur.

Adeo † vero certum eſt ius ſalui conductus in via publica 37 habentes ad ſecuritatem præſtandam teneri, vt, etſi ſaluus conductus petenti denegetur, & quis poſtea in via publica ſpolietur, mandata ſine clauſula decerni poſſint contra eum, qui ſaluum conductum denegauit. Atque ita eiuſmodi mandatum decretum eſt ad inſtantiam ciuitatis Francofordienſis contra Ducem Wirtenbergenſem, quo Duci mandatum fuit, vt ſecundum petitionem reſtitueret mercatoribus ſpoliatis merces ablatas, & in poſterum tempore nundinarum Francofordenſium ſaluum conductum petentibus, vt in Imperio vſitatum eſt, concederet. Huius mandati meminit Roſacorb. *practicar. obſeruat. cap. 18. num. 3.*

Atque † hæc quidem ita ſe habere, eo minus mirum videbitur quod nō ſolum, ſi ſecuritas in vijs publicis, & maxime tempore nundinarum, non præſtetur, eaque denegetur, libera commercia & negociationes impediantur, ſed & Imperatoris interſit, publicaque vtilitas flagitet ſine metu & periculo per itinera commeari, *d. §. ſumma,* idque dubio omnino careat, & Principis 38

ſub fi-

ſub fide & authoritate aliquem decipi nefas ſit, *l.1.* §. *ſed & qui. C. de latin.lib. toll.l.1. C.de his qui ven.ætat. l.fin.C.de omn.agr. deſert.lib.*
39 *11.* Zaſ. *d.conſ.14. nu.32. & 45.* ideoque † quis regalia habere cenſeatur, vt ijs propter excellentiam dignitatis regaliter vtatur, & ſic vias etiam publicas regia manu ſecuras & purgatas à latronibus, furibus, plagiarijs & prædonibus ſuis ſumptibus teneat, quemadmodum aſſerunt Mynſing. *d. obſeru.70. num.9.* & Gail. *d. loco.nu.3.* eoque ad Imperatorem ipſum & alios ſuperiorem non agnoſcẽtes pertinet definitionis ſupra de regalibus poſitæ membrum vltimum, quo aſſeritur regalia competere ad tuendam dignitatem & ſalutem Reipubl. Ad ſalutem enim ſpectat, vt ſecuritas viarum publicarum præſtetur, ideoque iuri ſalui conductus non ſolum huiusmodi ſecuritas & defenſio, ſed & punitio facinoroſorum ineſt, nec ſine ea talis defenſio & ſecuritas conſiſtere poſſe cenſetur, *l.congruit, ff. de offic.præſid. l. 1.* §. *quoties ff. de offic. præf.vrb.* Tileman. de Benign. *ſyntagm.2.dec 4. vot.3.nu.77 & 78.* vbi hoc adducitur in cauſa *inter Marchionem Brandenburgenſem & ciuitatem Norinbergenſem*, die fraiſſliche Obrigkeit belangendt.

40 Addenda † vero his eſt limitatio de ijs, qui à ſolita via deflectunt & inſolita vti malunt. His enim, ſiue mercatores ſint ſiue alij, damnum, quod paſſi ſunt, non reſarcitur, Bart. *in d.l.1.* §. *ſumma, ff. de his qui deiec. vel effud.* Gail. *d.obſ.64. nu.11.* Mynſing. *d. obſ.70. num.4.* Roſenth. & Borch *ſupra citat. loc.* Facit pro hac ſententia text. *in d.* §. *ſumma verſ. parui autem*, quem textum Gailius notabilem eſſe dicit, & per quem Bartolus ibidem *num. 2.* ait, eo caſu, quo quidam à via ſolita deflexerat, & per Alpes iuerat deciſam fuiſſe controuerſiam Florentinorum & Vbaldinorum, qui promiſerant quidem ſe velle vias ſecuras tenere, ſed negabant ſe de damno in inſolitis vijs illato conueniri poſſe, quod promiſſio de ſolitis vijs intelligenda & ad eas reſtringenda eſſet. Facit etiam ſingulariter pro huius ſententiæ confirmatione, quod fraudati vectigalis crimen committere dicatur, qui inuſitata & prohibita via vtitur, vt infra *cap. 6.* oſtendetur. Notandum etiam eſt ex aurea Bulla Caroli IV. ratione viæ ad ſaluum conductum pertinentis, in ea *cap. 1.* in ſpecie de Electoribus ad electionem futuri Impe-

Digitized by Google

Imperatoris iter facientibus cautum eſſe, vt ijs, à quibus conductum habituri ſunt, non ſolum tempeſtiue tempus ſui itineris ſignificent, ſed & de ipſa via, qua tranſituri ſunt, eos certiores faciant, eoque minus eis alia via quam præſcripta vti liceat. Atque ideo hi Electores ad eam viam adſtricti ſunt, nec, ſi ab eo deflectant, de damno ſibi illato aduerſus conductum concedentes conqueri poſſunt. Circa eam vero, de qua hic agimus limitationem, per ſublimitationem tenendum eſt, quod fallat eo caſu, quo via ſolita adeo eſſet prædationibus infeſta & periculoſa, vt viatori per ſaluum conductum ſatis proſpici non poſſet Græuæus *practic. concluſ. lib. 2. concluſ. 64. numer. 13. 14. 15.* Alioquin adeo vera eſt prædicta limitatio, vt ea etiam in Cæſaris Commiſſarijs locum habeat, vt oſtendit Ruland. *de Commiſſar. part. 1. lib. 7. cap. 8. numer. 24.* vbi idem de legatis addit: nec immerito hoc de omnibus Cameralibus perſonis ob eandem rationem dicendum eſt, vt, licet ex Ordinat. Cameræ Imperialis *part. 1. tit. 49.* ſecuritatem & ſaluum conductum habeant, tamen via regia & ſolita vti teneantur, nec ad inſolitas deflectere poſſint, ſi beneficio ſecuritatis gaudere velint.

Quia † vero ex ijs, quæ iam dicta ſunt, ſatis apparet ad præ- 41
ſtationem ſecuritatis in via publica eos, qui hoc regale habent, teneri, eaque eidem regali annexa eſt, dici poterit, talem etiam ſecuritatis præſtationem ſiue ſaluum conductum ad hoc regale pertinere, & inter regalia numerandum eſſe, idque tradit Schneidwin. *de feud. d. part. 2. numer. 114.* Bodin. *de republ. lib. 1. cap. 10.* Petr. Gregor. *ſyntagmat. lib. 3. cap. 13. numer. 5.* Renat. Choppin. *de doman. Franc. lib. 2. tit. 7. num. 21. & tit. 8. numer. 11.* vbi addit, licet in Gallia olim Magiſtratus ciuiles & militares ſibi hoc ius aſſciuerint, tamen Anno 1536. edicto Regio art. 15. ijs ademptum eſſe. Similiter ad Regalia referendum eſſe ſaluum conductum notatur in deciſionibus Meichſneri *tom. 2. lib. 2. deciſ. 4. numer. 172. in cauſa* Ingelsheimb *contra* Pfaltz / idemque tenet Alciat. *in l. quantum. numer. 103.* Gail. *d. obſeru 64. numer. 3 & 4.* & Mynſing. *d. obſ. 70. numer. 9. & 10.* Et † confirmatur hæc ſententia eo, quod ad 42
ſupremum Principem ſalui conductus conceſſionem ſpectare

Digitized by Google

tradant Bart. & Alberic. de Roſat. *in l. relegati, ff. de pæn.* Decian. *reſponſ. 96. num. 1. lib. 3.* per textum *in l. 1. ff. ad l. Iul. Maieſt. & d. l. relegati,* Angel. *in l. 4. §. ſi quis mortis, verſ. & allegatur hic textus. ff. de inoffic. teſtam. & in l. vtimur. ff. de ſepulch. violat.* Rutg. Rulant. *de commiſſar. part. 1. lib. 3. cap. 12. numer. 6.* Zaſ. *conſil. 9. numer. 10. lib. 1.* &
43 Roland. à Vall. *conſil. 68. numer. 23. lib. 1.* Addit † tamen Decian. *in d. reſponſ. 96. num. 1* quod ſaluus conductus etiam concedi poſſit à ſuperiorem recognoſcentibus, ſi habeant poteſtatem ardua explicandi. Idem docent Angel. *in d. l 1. ff. ad l. Iul. Maieſt.* & Barr. *in d. l. relegati per textum in l. prohibemus, §. plane, ff. quod vi aut clam,* Rutg. Rulant. *d. cap. 12. num. 9.* Burſat. *conſil. 345. numer. 1. lib. 4.* vbi ſubijcit non ſolum Bart. ſed etiam reliquos Dd. id tenere, *in d. l.*
44 *relegati.* Et † poteſt generaliter dici, ius ſalui conductus ijs omnibus, qui illud ex ſupremi Principis conceſſione, vel præſcriptione, conſuetudine ve acquiſiuerunt, competere, iuxta ea, quæ de
45 modis acquirendi regalia late *lib. 1. cap. 5.* adducta ſunt. Vti † vero quis hoc iure præſtandæ ſecuritatis poteſt, non ſolum in ſuo, ſed & in alieno territorio, ſi regale viæ publicæ ipſi in eo competat,
46 Andr. Knich. *d. cap. 5. num. 100* idque vſus comprobat. Tanti † vero hoc ius ſalui conductus ſiue ſecuritatis præſtandæ faciendum eſſe exiſtimat Alciat. *in l. quantum ad iuris num. 9. ff. de verb. ſignif.* vt hoc vnicum Principi in via publica competere tradat, & ſic tantum eius ſalui conductus ſiue ſecuritatis reſpectu hanc inter regalia numerandam eſſe putet. Sed textus *in hoc cap. vnic.* indiſtincte eam viam regalibus annumerat, nec vllus Dd. ibi hoc regale ad ſolam eiusmodi ſecuritatem reſtringit, & eius reſpectu diſtinctione vtitur, faciuntque pro eius ſingularis ſententiæ refu-
47 tatione, quæ ſupra *num. 15.* dicta ſunt. Quæ † vero pœnæ in ijs qui ſaluum conductum violant, & eum habentem offendunt, pro qualitate factorum locum habeant, videre eſt *in l. 1.* & Dd. *ibid. ff. ad l. Iul. Maieſt. cum ſimilibus,* & præter alios apud Caſtrenſ. *conſil. 433. numer. 9.* Menoch. *de arbitr. iud. quæſt. caſ. 337.* vbi omnes
48 pœnas enumerat. Neque ſolum † is punitur, qui impetrantem ſaluum conductum offendit, ſed & qui id fecit aduerſus vxorem & neceſſariam eius familiam, cum & hæ perſonæ conceſſione ſalui

ſalui conductus comprehenſæ cenſeantur Petr. de Bell. *de re milit. part. 9. tit. vnic. numer. 13. & 29.* Angel. *in l. Papinianus. §. ſi quis mort. ff. de inoffic. teſtam.* Idque eo confirmatur, quod ſtatuitur in Cameræ Ordinatione *d. tit. 49. §. 1. in verb.* Sampt allem jhrem Haußgeſindt vnd Haußhaltung/ ꝛc. juncto §. Item die Geſchworne/ ꝛc.

Capvt III.

De fluminibus nauigabilibus & ex quibus alia fiunt nauigabilia.

Svmmaria.

1. *De falſa huius capitis inſcriptione, quæ eſt in priori vicioſiſſima huius tractatus editione inſcio auctore facta.*

2. *Flumina quædam publica ſunt, quædam priuata.*

3. *Flumen publicum dicitur, quod perenne eſt.*

4. *Declaratur.* §. flumina, Inſtit. de rer. diuiſ. & l. nemo. §. fin. ff. eod.

5. *Flumen perenne eſt, quod continuo & ſemper fluit.*

6. *Flumina torrentia ſunt priuata.*

7. *Fluminis priuati definitio à Zaſio adducta refutatur.*

8. *Flumen ob coarctationem, quæ fit per limites territorij, non eſt dicendum priuatum, ſi perpetuo fluat.*

9. *Si manu factum ſit, nec ſemper fluat, priuatum eſt.*

10. *Flumina, quæ priuata ſunt, nihil à cæteris locis priuatis differunt.*

11. *Verbum* Flumen *ſimpliciter poſitum pro publico accipitur.*

12. *Fluminum publicorum quædam ſunt nauigabilia, quædam non nauigabilia.*

13. *Nauigabilia ea etiam eſſe cenſentur, quæ natura ſunt nauigationi apta, & in quibus nauigari poteſt, etiamſi re ipſa & actu nunquam in ijs ſit nauigatum.*

14. *Non nauigabilium quædam faciunt alia nauigabilia, quædam non.*

15. Flumina publica non ea ſola eſſe, quæ ſunt nauigabilia, vel alia nauigabilia efficiunt, contra Franciſcum Marcum aſſeritur.

16. Flumina, quæ alia nauigabilia efficiunt, ſunt reliquis præſtantiora, nec tam facile in his, quam alijs aliquid facere permittitur.

17. Flumina nauigabilia tantum, & ea, ex quibus nauigabilia fiunt, Fridericus in hoc c. vnic. Quæ ſint regal. *inter regalia referri voluit.*

18. Guntherus, Radeuicus & Sigonius, qui indiſtincte fluminum meminerunt, & ea regalibus annumerarunt, declarantur.

19. Nauigia Mutius non recte ex Friſingenſi inter regalia refert, niſi forte per nauigia flumina nauigabilia & per quæ nauigabilia fiunt, vel etiam nauium præſtationes intelligat.

20. Flumina Dedochinus Abbas inter regalia ad hoc c. vnic. *pertinentia omiſit.*

21. Flumina tum nauigabilia, tum aliud nauigabile efficientia conceſſa cenſentur, quando regalia generaliter ſunt conceſſa.

22. Non facta generali conceſſione, etiamſi vnum vel plura regalia in ſpecie exprimantur, tamen ea flumina non cenſentur ſine ſpeciali eorum mentione conceſſa.

23. Alueus fluminum nauigabilium aut nauigabilia efficientium, an & quatenus de regalibus ſit.

24. Alueus quem flumen publicum ſibi fecit, etiamſi antea priuatus fuerit, publicus eſſe incipit.

25. Idque ita ſe habet, tam quoad proprietatem, quam iuriſdictionem.

26. Superficies ſolo cedit.

27. Fallit in flumine publico, vt & in fundo dotali, & pluribus alijs caſibus, nu. 28.

29. Inſula in flumine nauigabili, vel ex quo nauigabile fit nata hodie eſt de regalibus.

30. Flumina nauigabilia & ex quibus nauigabilia, fiunt iuxta quoſdam ſi ſpectentur vniuerſa, eſſe proprietate Cæſaris & aliorum ſuperiorem non recognoſcentium, ſi vero ſpectentur ſingula, eſſe eorum, per quorum territoria tranſeunt, veriori tamen ſententia, vtroque reſpectu proprietate ſolius Cæſaris, & aliorum ſuperiorem non recognoſcentium, eſſe num. 31.

32. Fallit

32 *Fallit ſi conceſſione vel præſcriptione conſuetudineue per alios regale fluminum ſit acquiſitum.*

33 *Manent etiam huiuſmodi flumina, quoad vſum publica, & cuilibet iis ſine tamen iniuria alterius vti licet.*

34 *In flumine publico tria ſunt conſideranda, proprietas, iuriſdictio & vſus.*

35 *Proprietas fluminis publici & iuriſdictio eſt eius, qui regalia habet, vſus vero communis manet.*

36 *Fluminis publici vſum ſi quis impediat contra eum interdictum competit.*

37 *Nauigationis magna emolumenta.*

38 *Nauigatio reipublicæ maxime neceſſaria eſt.*

39 *Nauigare in flumine publico cuilibet licet, nec ſi merces vehantur, cogi quis poteſt, vt hoc vel illo loco eas exponat.*

40 *Mandata ſine clauſula decerni poſſunt contra eos, qui aliquem cogunt, vt merces hoc vel illo loco exponat.*

41 *Prohiberi ne quidem per ſummum Principem aliosq́, regalia habentes ſine iuſta cauſa aliquis poteſt, ne flumine per liberam nauigationem vtatur.*

42 *Mandata ſine clauſula contra eos, qui in flumine publico nauigare prohibent, decerni poſſunt.*

43 *Piſcatio an & quatenus licita ſit, remiſſiue.*

44 *Ædificare & deſtruere in flumine publico cuilibet ſine incommodo alterius licet.*

45 *Molendinum in priuatis fluminibus & aquis ſine vlla authoritate Principis ædificari poſſe.*

46 *Rerum ſuarum quilibet moderator & arbiter eſt.*

47 *Ædificare in ſuo etiam in præiudicium alterius licet.*

48 *Molendinum in flumine priuato vtriq́, eorum, quorum illud commune eſt ædificare licet, etiamſi vnius molendinum alteri noceat, modo id principaliter, vt ſibi proſit, faciat.*

49 *Damnum aut iniuriam alteri inferre humanæ ſocietatis vinculum non permittit.*

50 *Vt dolus eius qui principaliter alteri nocere ſtudet & ad æmula-*

Digitized by Google

tionem quid facit, excludatur, naturalis ſuggerit æquitas.

51 *Molendini in ſuo fundo extruendi licentia fauorabilis & diſpoſitio eam impediens odioſa iuriſq́; correctoria cenſetur.*

52 *Molendinum in ſuo fundo extruere prohibens diſpoſitio reſtringi debet,* num. 54.

53 *Molendina extruendi licentia conceſſa hominibus alicuius regionis vel territorij porrigitur etiam ad ciuitates, pagos, collegia, reliquaſq́; vniuerſitates illius loci.*

55 *Molendinum quis in ſuo ædificare poteſt, etiamſi alius molendinum ſolus habuerit per immemoriale tempus, vel etiam mille annorum.*

56 *Molendinum quis in ſuo extruere nequit, ſi præſcriptio poſt prohibitionem ei factam ſecuta ſit.*

57 *Præſcribi niſi poſt prohibitionem à præſcribente factam nequeunt, quæ meræ facultatis ſunt.*

58 *Molendinum in ſua extruere, eſt res meræ facultatis.*

59 *Ne ſubditi quidem cogi poſſunt, vt molant vel coquant in molendino vel furno domini, etiamſi id per centum & multo plurium annorum ſpacium fecerint.*

60 *Fallit tamen ſi alibi molere aut panes coquere prohibiti fuerint, & tali prohibitioni tam diu vt præſcriptio eam ſecuta ſit, acquieuerint &* n. 64. *probariq́; debet à prohibente obtemperatum prohibitioni & poſt eam 30. annorum ſpacium elapſum fuiſſe.*

61 *Idq́; ita ſe habet ſiue prohibitio fuerit tantum maiori parte facta, ſiue iudicialis, ſiue trajudicialis, ſiue etiam ſpecialis, ſiue generalis* numer. 62.

63 *Prohibitio generalis tantam vim habet quoad omnes perſonas ſub illa generalitate comprehenſas, quantam ſpecialis quoad perſonas quibus ſpecialis prohibitio facta eſt.*

65 *Molendinum etiam in flumine publico ædificari poteſt etiam ſine licentia Principis ſupremi vel alterius hoc regale legitime habentis ſi ſine inuidia & æmulatione alterius fiat, nec vſus eius deterior reddatur.*

66 *Fluminum publicorum non nauigabilium ex quibus aliud nauigabile fit, non tanta eſt vtilitas, quanta nauigabilium.*

67 *Molendina etiam in nauibus extrui poſſunt.*

Digitized by Google

68 *Molendina in nauibus extructa loco nobilium habentur.*

69 *Molendinum, quod alas habet, & vi ventorum agitur, ſine licentia ſuperioris quilibet in ſuo fundo extruere poteſt.*

70 *Aeris vſus omnium communis & ſuper fundo ſuo cuilibet liber eſt.*

71 *Molendina etiam quæ alas habent & vi ventorum aguntur inter mobilia referuntur.*

72 *Molendinum an in fluminibus etiam nauigabilibus ſine licentia eius, qui regalia habet citra alterius incommodum & publici vſus detrimentum ædificari poſſit?*

73 *Interdictum prohibitorium in quolibet loco publico nō aliter locū habet, quam ſi tale quid fiat, quod in aliorum damnum redundat.*

74 *Facere cuilibet licet quod ſibi prodeſt & alteri non obeſt.*

75 L. Quo minus ff. de flumin. *declaratur.*

76 L. Seruitutes. §. publico ff. De ſeruit. *declaratur, & refutātur qui aſſerunt ſemper per ædificationem molendini in flumine publico nauigationem & vſum eius deteriorem reddi.*

77 *Molendinum an in ſuperiore parte fluminis publici conſtrui poſſit inuito eo qui in inferiore parte eius fluminis molendinum habet, diſtinctione explicatur, eademq́;* n. 78. *textibus confirmatur.*

79 *Molendinum illicite ædificare quis cenſeatur?*

80 *Præſumitur in dubio quilibet principaliter ad ſuam vtilitatem & non animo nocendi ædificare, fallit ſi impenſæ in molendinum factæ excedant commodum, quod inde percipi poteſt* n. 83 *vel ſi extruens inde nullum ſentiret commodum* n. 84.

81 *Præſumitur in dubio in meliorem partem, non autem quòd quis delinquere & doloſe agere voluerit.*

82 *Iure ſuo qui vtitur, nemini iniuriam inferre videtur.*

85 *Molendina & alia, quæ ad æmulationem alterius extruuntur, Noui operis nunciationis remedio impediri poſſunt.*

86 *Contra Molendinum poſt denunciationem ſibi factam ædificantes mandata inhibitoria ſine clauſula in Camera Imperiali impetrari poſſunt.*

87 *Molendina exſtruendi jus non eſt de regalibus.*

88 *Mo-*

88 Molendinum habere non eſt iuriſdictionis.

89 Molendinum licet ipſe dominus loci habeat, non tamen aliquis ex ſubditis aliud ædificare prohibetur.

90 Cum tamen flumina ſint de regalibus, conſultius fuerit eorum, quibus regalia competunt, conſenſum impetrare, id plerumque multis locis fit.

91 Regalia habentes naufragiorum compendia ſibi paſſim vendicãt, & in Sicilia, Anglia & Italia inter regalia referuntur.

92 Quod tamen iuri naturali & æquitati repugnat.

93 Naufragiorum compendia non tantum veteri Romano iure prohibentur, ſed & conſtitutione Friderici ſecundi, & criminali conſtitutione Caroli Quinti ita damnantur, vt omnes contrariæ conſuetudines tanquã corruptelæ & irrationabiles caſſentur.

94 Ex naufragiis emolumentum quærentes, aut naufragium paſſos ſpoliantes, de iure canonico, ipſo facto ſunt excommunicati.

95 Naufragium paſſos ſi quis ſpoliet prætextu alicuius conſuetudinis, contra eum mandata ſine clauſula in Camera Imperiali decernuntur.

96 In naufragij cauſa tenetur iudex etiam ex officio inquirere de omnibus iis, quæ à naufragio dependent, & fit ea inquiſitio libere ac ſummarie.

97 Naufragio qui interfuerunt, etiam parte non citata examinari poſſunt. Caroli V. conſtit. criminal. c. 219. pertinet etiam ad res furtiuas vel per rapinam oblatas & ad eum caſum quo auriga currum ſubuertit & aliquis inde ex improuiſo periit.

98 Mare & littora eius an & quatenus inter regalia referenda ſint, late diſcutitur.

1 TErtium regale ſunt flumina nauigabilia, & ex quibus alia fiũt nauigabilia, idque de vtriſque ex textu huius conſtitutionis Friderici manifeſtiſſimum eſt, nec † mihi vnquam in mentem venit, vt inſcriberem hoc caput, quod ad vtraque illa ſpectat, de ſolis fluminibus nauigabilibus, & nõ etiam de iis, quæ non ſunt nauigabilia ac aliud nauigabile reddunt, in vitioſiſſima tamen priori editione, me inſcio facta, inſcriptum eſt hoc caput de ſolis

lis nauigabilibus. Tenendũ † vero generaliter eſt, flumina quædam publica eſſe, quædam priuata *l. 1. §. 1 ff de flum.* Flume publicum † Vlpianus ibidem ex Caſſij ſententia definit, ꝙ perenne eſt. Ea ratione paſſim ab Interpretibus noſtri iuris definitur, vt videre eſt apud Bart. Iaſ. & alios Interpretes *in l. Quo minus ff. de flum.* item apud Dd. *in §. flumina. Inſt de rer. diuiſ in l. Nemo. §. fin. ff. eod. in hoc c. vn. Quæ ſint regal. & aliis locis.* Ad hoc genus fluminum textus *in d. §. flumina* eſſe omnia flumina publica dicens, coarctari debet, vt videlicet omnia flumina perennia intelligantur eſſe publica, ideoque Marcianus *in d. §. fin.* ita publica eſſe aſſerit omnia flumina, vt adijciat verbum *pene*, quaſi dicat, exceptis non perennibus omnia flumina eſſe publica. Perenne † vero flumen eſt, quod continuo & ſemper fluit, nec ideo tamen minus perenne erit, vel appellationem perennis fluminis amittet; quod forte aliqua æſtate exaruerit, vt ab eodem Vlpiano proditum eſt *in d. §. 1.* 2 3 4 5

Atque ex his quidem omnibus ſimul liquet, quæ ſint priuata flumina, quod † nimirum torrentia priuata ſint, vt quę tantum hyeme fluant *d. §. 1.* A † Zaſio *in not. ad tit. ff. de rer. diuiſ. num. 15.* priuatum dicitur eſſe flumen, quod limitibus territorij diſtinguitur & coarctarur. Sed neminem vidi, qui huiuſmodi definitionem priuati fluminis conſtituat, & ſane, quemadmodum dicit hanc ſuam definitionem in textibus iuris non reperiri, ſic reuera ab ijs aliena eſt, & repugnat rationi. Nam omne flumen indiſtincte cenſetur eſſe publicum, quod perpetuo fluit, ſecundum definitionem ſupra poſitam. Ob † coarctationem vero quæ per limites territorij fit, non erit dicendum flumen aliquod non eſſe publicum, ſi ſemper illud fluere conſtet, quemadmodum nec foſſa manu facta priuata eſt, ſed publica, ſi flumen publicum, hoc eſt, tale quod perpetuo fluit, per eam fluere conſtet *d. l. 1. §. foſſa ff. de flumin.* licet † alioqui, quæ manu facta ſunt, priuata eſſe cenſeantur, & priuatum etiam flumen ſit, ſi manu eſt factum, nec ſemper fluit gloſſ. *ad d. §. flumina* Cæpoll. *in tract. de ſeruitut. ruſticor. prædior. cap. 22. numer. 1.* Burſat. *conſ. 41. numer. 12. lib. 1.* 6 7 8 9

10 *lib.1.* idq; colligere licet ex *d §.foſſa.* Verumenimuero † flumina, quæ priuata ſunt, nihil differunt à cæteris priuatis locis, vt ait Vlpianus *in d.l.1.§.1.& §.Item ſi amnis.*

11 Quandocunque † vero ſimpliciter verbum *flumen* ponitur, pro publico accipiendum eſt, idque ita fieri debet *in l. Inter eos. l. ergo & l altius.ff.de acquirend.rer.dom. & paſſim alÿs locis*, vbi ſimpliciter fluminis fit mentio Aym.Parmenſ. *de jur. alluu. libr.1. cap. 15. numer. 6.* vbi addit, id etiam in inſtrumento de flumine confecto ita ſe habere. Accedit Beroius *conſ.140.num.16.lib.3.* vbi ait, flumina omnia publica eſſe, niſi probetur contrarium, & facit huc textus *in d.§.flumina.in verb. Omnia. Inſtit.de rer. diuiſ. & in d.l. Nemo.§.fin.in fin.ibi.* pene omnia.*ff.eod.* Neque vero illa flumina, de quibus Imperator Fridericus *in hoc c. vn.* loquitur, ſunt alia quam publica, quæ tamen etiam non omnia vult regalibus annumerari.

12 Etenim † horum alia ſunt nauigabilia, alia non nauigabi-
13 lia *d l.1.§.non autem.§.ſi in mari.& l.1.ff ne quid in loc.publ.* Et † nauigabilia quidem ea etiam eſſe cenſentur, quæ natura ſunt nauigationi apta, & in quibus nauigari poteſt, etiamſi re ipſa & actu
14 in iis nunquam ſit nauigatum Leonin. *conſ 9.n 3.* Non † nauigabilium quædam faciunt alia nauigabilia, quædam non, idque conuincitur ex *l.ſi autem plures §.fin.ff.de aq.pluu.arcend & d.l. Quominus.ff.de flum.* Atque eam publicorum fluminum non nauigabilium diuiſionem de iure reſpondendo ita adducit Decius *conſ.244.numer.2.verſ. Et pro reſolutione* vt addat illud, de quo ibidem loquitur, eiuſmodi extitiſſe flumen publicum, quod nec
15 nauigabile eſſet, nec alind efficeret nauigabile. Non † recte igitur Franc.Marc.*deciſ.111.num.8 & 344 num.1.part.1.* flumina publica ita deſcribit, quaſi ea ſola ſint publica, quæ ſunt nauigabi-
16 lia, vel alia nauigabilia faciunt. Illa † vero quæ alia nauigabilia faciunt, merito ob bonum publicum reliquis, quæ id non præſtant, cenſetur eſſe præſtantiora, ideoq; legibus noſtris non tam facile in illis, quam in his aliquid fieri permittitur *d. l.ſi autem plu-*
17 *res.§.fin.& d.l.quo minus.* Hinc † etiam *in hoc c.vn.* diſerte ſola nauiga-

uigabilia, & ea, ex quibus nauigabilia fiunt, inter regalia numerantur, & eorum appellatione decorantur.

Siue igitur flumina recta in mare fluunt, nec ipſa nauigabilia ſunt; ſiue in aliud quidem flumen ingrediuntur, ſed ſine eo effectu vt illud nauigabile reddant, non pertinent ad regalia. Proinde † verba Guntheri *lib.* 8. dum fluminum præciſe & indiſtincte meminit, & inter regalia numerat, non alio ſenſu accipienda ſunt, quam quod loquatur de ſolis publicis fluminibus nauigabilibus, & ex quibus nauigabilia fiunt. Nec aliud dicendi ſunt voluiſſe Radevic *lib.2.c.5.* & Sigon. *de regn. Ital. lib.2. & 12.* etiamſi ſimiliter fluminũ ſimpliciter meminerint inter regalia, niſi hos oẽs Scriptores ita loquentes erraſſe placeat affirmare. Et ſane potuiſſent & debuiſſent ea de re magis perſpicue & diſtincte loqui. Mutius † *Chron. li.18.* ex Friſingenſi fluminum nullam faciẽs mentionem, in claſſem regalium refert & nauigia, per quę ſi flumina nauigabilia & ea, per q̃ fiunt nauigabilia, intellexit, recte ſenſit, ſed minus recte & obſcure locutus eſt. Diuerſiſſima enim ſunt ipſa flumina, & nauigia, quibus in fluminib. vtimur, nec alij ſcriptores ita loquuntur, neq; Frider. in hoc c. vn. aliter nauigiorum meminit, quam quod poſt plura alia regalia etiã plauſtrorũ nauiumq; præſtationes ad regalia referat, ideoq; rectius videtur dici poſſe, eo pertinere nauigia de quibus Mutius loquitur. Dedochin. Abb. † de his regalibus ita loquitur, vt & ipſe fluminum quoq; nullam omnino faciat mentionem, nec etiam aliud afferat, quod eorum loco ſit, ꝙ quidem eo minus mirum eſt, quia & nonnulla alia regalia Friderico in Italia reſtituta omiſit, quorum non ſolum ipſe Imperator *in hoc c. vn.* ſed & alij hiſtorici Scriptores meminerunt.

18

19

20

Cenſentur † autem flumina tum nauigabilia, tum aliud nauigabile efficientia alicui conceſſa, etiamſi non ſit in ſpecie eorum facta mentio, ſed regalia generatim fuerint conceſſa, Boſſ. *de aquis & fluminib. num.* 12. allegans pro hac ſententia Bartol. *in rubric. ff. Vt in flum. publ. nauigar. lic.* & Cardinal. *conſ.* 38. *col.2.* & ſimul addens hanc ſententiam eſſe claram, & Roſenthal. *de feud. cap.* 5. 21

22 *concl.30.n.*1.ait, de hoc ambigi non debere. Si † vero in ſpecie vnius atque alterius regalis mentio fiat, non eſt dicendum regale fluminis conceſſum eſſe, cum generali regalium facta mentione non cenſeantur flumina conceſſa, niſi expreſſe & in ſpecie eorum fiat mentio, Afflict. *in hoc c. vn. in verb. flumina. nu.* 7. per text. *in c.*1.§. *In generali. ſi de feud. defunct. fuer. controu.* Iſern. *ibid. n.*3. Gylman. *Rer. iudicat. lib.2. deciſ.*23.*n* 6. *&* 7. vbi id à Referente votando in Camera Imperiali eo caſu diſcuſſum eſt, quo quidam pontem & vectigal in feudum recognoſcebat, & vrgebat eo ipſo ſe etiam flumina in feudum habere.

23 Quemadmodum † vero ipſa flumina nauigabilia & ex quibus nauigabilia fiunt regalibus annumerantur, ſic & eorum alueum (quem ventrem fluuiorum appellat Bart. *in tract. de alueo. in verb. Alueo.* & lectum fluminis vocat Bald. *in rubr. ff. de rer. diuiſ. nu.*29.) quouſq; deſeruit flumini publico, eiuſdem iuris & de regalib. eſſe tradit Pereg. *de iur. fiſc. li.*1.*tit.*1 *n.*22. Aym. Parmenſ. *de iur. alluu. li.*1.*c.*11.*n.*7.*& c.*12.*n.*8. Corn. *conſ* 287 *n.*11.*lib.*3. Heig. *qu.* 40 *n.*129 *part.*2. Beroius *d. conſ.*140.*n.*1. *&* 9. *vol.*3. Rulant *de commiſſar. part.*4 *lib.*2.*c.*15.*n.*2. Schneidw. *in* §. *quod ſi naturalis. n.*2. *Inſt. de rer diuiſ.* idq; votando in Camera Imperiali aliquando cōpropatum eſt *in cauſa* Balthaſar von Flodorff *contra* Hauprechten von Gröge Tileman. de Benign. *ſyntagm.* 2. *decad.* 2. *vot.* 7. *n.* 28. 29. *&* 30 pro huius ſententiæ confirmatione facit textus elegans *in l.* 1. §. *ſimili modo. verſ. Ille etiam alueus ff. de flumin.* vbi † etiam ille alueus
24 quem ſibi flumen fecit, etſi priuatus antea fuit, tamen publicus eſſe incipit, & adnectitur generalis ratio quia impoſſibile eſt, vt
25 alueus fluminis publici non ſit publicus. Addit † etiam Aym. Parmenſ. *d. c.* 12 *nu.*9. illud verum eſſe tam quoad proprietatem, quam quoad iuriſdictionē, & hoc expreſſe quoq; probat Corn. *in d. conſ.* 287. *n.* 11. adducens pro hac ſententia textum *in l. adeo.* §. *quod ſi toto. ff. de acquir rer dom.* quatenus ibi dicitur, quod nouus alueus eiuſdem ſit iuris, cuius eſt ipſum flumen. Idem reſpondit Collegium Ferrarienſe, vt videre eſt apud Riminald. *conſ* 64. *nu.* 11. *lib.*1. quem de hac re ita allegat Aym. Parmenſ. *d. n.* 9.

Obſtare

Obſtare † quidem videtur quod ſuperficies cedat ſolo §. 26
cum in ſuo. Inſtit. de rer. diuiſ. & l. adeo. §. cum in ſuo ff. de acquirend. rer. domin. Sed † dicendum eſt, exceptionem ſtatui in flumine publico, idque adeo verum eſt vt, quemadmodum ſupra dictum eſt, impoſſibile eſſe cenſeatur, vt fluminis publici alueus non ſit publicus. 27 Atque † eo minus mirum eſt hic conſtitui exceptionem, quod & plures alij ſpeciales caſus reperiantur, in quibus ſuperficies non cedit ſolo, cuiusmodi (exempli gratia) eſt, quod in fundo dotali à marito ædificatum non cedat ei ſolo *l. Senatus. § Marcellus* & ibi Bald. Raphael Fulgoſ. Iaſ. & plures alij Dd. *ff. de legat. 1.* Boer. *ad conſuetud. Biturricenſ. tit. Des couſtumes concernan. mariag. §. 2.* eaq; communis eſt Dd. opinio teſte Villalob. *commu. opinion. lib. 1. in verb. AEdificium factum.* 28

Inſulam † vero etiam in flumine nauigabili, vel ex quo nauigabile fit, natam hodie de regalibus eſſe nec ad priuatos pertinere, in Camera Imperiali votando adductum eſt in prædicta cauſa Balthaſar von Flodorff contra Hauprechten von Gröge Tileman. de Benign. *d. vot. 7. num. 31. & ſeqq. vſque ad verſ. Accedat* vbi id eo confirmatur, quod acceſſorium ſequatur naturam ſui principalis, resque eadem diuerſo iure cenſeri non debeat, & quod iuris in re principali eſt, idem ſit in eius augmento, ac ex iure feudali vt flumina ſunt de regalibus, ſic & omnis vtilitas ex iis profluens ad dominum fluminis pertineat. Apparet etiam ex ſententia prædicto voto ſubiecta ſecundum hoc ipſum votum in Camera pronunciatum eſſe. 29

Vocatur † autem ab Interpretibus in dubium, an hæc, de 30
quibus agimus, publica flumina nauigabilia & ex quibus nauigabilia fiunt, proprietate ſint Cæſaris & aliorum ſuperiorem non recognoſcentium, an vero cuiuslibet alterius per cuius territorium fluunt? Baldus *in l. ſi plures. num. 13. verſ. Sed hæc ratio. C. de condit. inſert.* putat, quoad vniuerſitatem quidem, ſi vniuerſa flumina ſpectentur, verum eſſe, quod ſint in dominio Cæſaris & Romani Imperij, ſed ſi ad ſingula reſpiciatur, eorum proprietatem pertinere ad illos, quorum territorium tranſeunt. Eadem ſententia probatur Ioanni de Imol. *in l. fluminum. num. 3. ff. de*

Digitized by Google

damn. infect. Præpoſito *in c. 1. §. ſi quis de manſo. num. 12. ſi de inueſtit. feud. controuerſ. fuer.* Iaſoni *in d. l. quo minus. numer. 39 ff de flumin.* Alexandro *conſil. 194. numer. 8. lib. 2.* Signorolo de Homod. *conſil. 70. num 1. & 2.*

31 Sed † verius eſt ſiue ratione vniuerſitatis omnia, ſiue particulariter ſingula ſpectentur flumina nauigabilia, & ex quibus nauigabilia fiunt, proprietatem eſſe Cæſaris & aliorum ſuperiorem non recognoſcentium. Nam regalia ad eos pertinent eorumque ſunt proprietate, eſtque ea receptiſſima Dd. ſententia. Et ſane niſi proprietas ipſorum eſſet, minus recte regalium nomen haberent à Rege, quaſi eius propria. Flumina vero publica nauigabilia, & ex quibus nauigabilia fiunt, eſſe de regalibus, tum ipſe Imperator Fridericus *in hoc c. vnic.* aſſerit, tum à Dd. ibidem & paſſim alijs locis inculcatur, tum denique fatentur ipſe Baldus & reliqui modo pro contraria ſententia citati Interpretes. Relinquitur ergo ea flumina non quorumlibet, per quorum territorium fluunt, ſed ſolius Imperatoris in Imperio Romano, vel aliorum ſuperiorem non recognoſcentium propria, & in eorum dominio eſſe, ſiue vniuerſaliter ſiue particulariter conſiderentur, niſi alium ſuperiorum recognoſcentes, per quorum territorium tranſeunt, ex conceſſione vel præſcriptione conſuetudineve ea habere conſtet.

Non obſtat quod Baldus *in d. l. ſi plures* ad ſtabiliendam ſuperiorem contrariam ſententiam obijcit, eandem eſſe rationem territorij, quod aquis non eſt tectum, & eius, quod ſub aquis eſt, vel ipſarum aquarum. Nam contrarium vel inde manifeſtum euadit, quod maxima differētia ſit inter mare, quod omnium hominum commune eſſe dicitur *in §. & quidem. Inſtit. de rer. diuiſ. & l. 2. in fin. ff. eod.* & terram, ſiue ea loca, quæ non ſunt operta mari, in quibus dominia plerumq; priuatis hominibus competere ſolent, & cōſtet territorium, quod in terra quis habet, & per quod flumina nauigabilia vel nauigabile facientia fluunt, longe aliud & diuerſum eſſe ab ipſis fluminibus nec ab eo ad hæc inferri poſſe. Ex his igitur abunde liquere puto, erroneam eſſe ſententiam Bald. & eius aſſeclarum, nec recte etiam ſentire eos, qui exiſtimant

mant Cæſarem & alios ſuperiorem non recognoſcentes tantum tuitionem & defenſionem in fluminibus habere, vel etiam qui putant, tantum iurisdictionem ſuperiorem eorum eſſe, proprietatem vero ad ſingulos eos pertinere, per quorum territorium tranſeunt. Noſtram vero ſententiam vt ſaniorem amplectuntur etiam quamplurimi Interpretes, & quidem præter alios Boſſ. *tit. de aquis & flumin. n 34. & 35* Cæpoll. *de ſeruit. ruſtic. prædior. c. 31. nu. 4* Petr. Gregor. *in ſyntagm lib. 3. part. 1. c. 14. n. 3. & de repub. lib. 9. c. 1. n. 27.* Roland. à Vall. *conſ. 97. n. 4. lib. 3.* Berojus *d. conſ. 140. n. 4. vol. 3.* Iacob. de S. Georg. *in tract de feud. in verb. Et cum fluminib. num. 1.* (quem non recte pro Baldi & aliorum contraria ſentẽtia allegat Ioan. Fich. in addit. ad comm. opin. Baptiſtæ de Villalob. *in v. rb. flumina nauigabilia)* Affl. *in hoc c. vn. ad verb flumina. nu. 1.* Peregr. *de iur. fiſc. lib. 1 tit. 1. n. 19.* Ferrar. Mont. *de feud. l. 5 c. 7. v. Ex fluminibus, & verſ. Tametſi ius piſcandi.* Petr. Heig. *quæſt. ſuar. lib. 2. quæſt. 40. nu. 123. & 124.* Rulant *de commiſſar. part. 4. lib. 2. c. 10.* Weſenb. *in parat. ff. de flum. nu 3. verſ. Ac ad Principem.* Mynſ. *reſponſ. 19 nu. 4. decad. 2.* Tembec. *quæſt. 23. n. 11.* Aym. Parmenſ. *de alluu. iur. lib. 1. c. 15. n. 12.* quibus accedunt deducta in cauſa Balthaſar von Flodorff contra Hauprechten von Gröge in ſupra allegato voto Camerali *n. 21. 22. & 28.* Etſi vero Fichardus alteram ſententiam cõmuniorem eſſe aſſerat, tamen contrarium dicere malo, tum ob ſupra allegatos Dd. tum ob plures alios *in §. flumina. Inſtit. de rer. diuiſ. & alijs locis* ſententiæ noſtræ accedentes. Et vt maxime altera pro communiori haberi poſſet, tamẽ hæc vt verior præferenda, & ſecundum eam potius iudicandum eſſet, cum pręſertim & vſus accedat, qui teſtatur non quorumlibet, per quorũ territorium flumina tranſeunt, ſed ſolius Imperatoris vel aliorum ſuperiorem non recognoſcentium ea eſſe, niſi † vt ſupra obiter dictum eſt, cõceſſione 32
vel præſcriptione conſuetudine ve per alios hoc regale ſit acquiſitum, vt in ſuperiorem recognoſcentibus Principibus, Comitibus & nonnullis alijs experientia in Imperio docet.

Verum enimvero † licet in Romano Imperio proprietas 33
eorum fluminum ſit Imperatoris, tamen quoad vſum publica manent, & cuilibet licet ijs vti, modo ſine iniuria alterius id fiat *l.*

fiat *l.riparum.ff.de rer.diuiſ.§.flumina & §.riparum. Inſtit.eod.l.1.§.non autem.ff.de flumin.l.1 ff.Vt in flum publ.nauig.lic.l.diligenter.C.de aquaduct. lib.11. l.fluminum.ff.de damn. infect.* vbi ab Vlpiano expreſſe flumina & viæ publicæ hac in re æquiparantur, idemque
34 fit *in d.l.1.ff.vt in flum.publ.nauig.lic.* Ideoque † non minus quam in via publica tria conſideranda ſunt in flumine publico; proprietas,iurisdictio & vſus. Stephan Forcat. *dialog.14.nu.5.* Aym.
35 Parmenſ. *d.cap.15.num.11.& 12.* Heig. *d.cap.40.nu.123.* Inter † ea proprietas & iurisdictio eſt quidem eius, qui regalia habet,vt ſupra oſtenſum eſt,vſus vero ſecundum iam allegata iura communis manet,idque addunt Parmenſ. & Heig. *iam citatis locis.* Idem de vſu, quod videlicet communis maneat, tradunt Cæpoll. *de ſeruitut.ruſticor prædior.cap.31.num.6.* Iacobin.de S.Georg. *de feud. in verb. Et cum fluminibus num.4.* Roſenth. *de feud.cap.5. concluſ.13. num.2.* Vult. *de feud.cap.5.num.6. verſ. Flumina publica.* vbi pro hac ſententia præter alios allegat Bald. Aluarot.Iſern. Affl &.Baron. & alios *in hoc c. vnic.*

Proinde quemadmodum contra eos,qui huiuſmodi vſum in vijs publicis impediunt interdicto aliquem experiri poſſe,
36 ſuperiori capite diximus:ſic † & aduerſus eos,qui vſum fluminis deteriorem reddendo vel alia ratione obſtant,quo minus in fluminibus publicis hic vſus liber ſit,interdictum competit *d l.1. in princ.& §.deterior.ff.de flumin l.1.ff.ne quid in flum.publ. & d.l.1.ff.vt in flum.publ.nauig.lic.* Magna vero propter illum,de quo ſupra dictum eſt, vſum ad priuatos etiam homines non minus ex flumi-
37 nibus, quam vijs publicis, redit vtilitas. Nam † certum eſt nauigationis magna eſſe emolumenta & commoda,idque experientia docet, & teſtatur ICtus *in l. 1. in princ. & §.ſi is qui nauem. ff. de*
38 *exercit. act.* vbi nauigandi vſum neceſſitatem vocat, & † Reipublicæ maxime neceſſariam eſſe nauigationem ait Menoch. *de retinend poſſeſſ. remed.6.nu.54.* additque Dd.id ſcribere *in d. l. quo*
39 *minus. ff. de flumin.* ideoque † merito eo magis cuilibet in fluminibus publicis nauigare licere cenſetur, *d.l.riparum. d.§.riparum. & d.l.1. vt in flum.publ.nauig.lic.* ſiue homines, ſiue merces naui vehantur, nec, ſi merces vehantur, cogi quis poteſt vt hoc vel il-
lo loco

lo loco eas exponat, quemadmodum conuincitur ex locis iam citatis generaliter & indiſtinctè de libertate nauigandi loquentibus, idque Mynſing. in graui controuerſia, in Camera Imperiali olim inter duas ciuitates Imperiales agitata, dum Aſſeſſorio munere ibi functus eſt, votando aſſeruit *reſponſ.19. nu.3.* Et † poſ- 40
ſunt tanquam ob factum omni iure prohibitum contra eos, qui aliquem cogunt vt merces hoc vel illo loco exponat, nec ſine tali onere libera nauigatione vtatur, mandata ſine clauſula decerni, obtinuitque 6. Auguſti anno 1575. tale mandatum ciuitas Spirenſis contra Electorem Palatinum.

Et cum hæc ita ſint, quemadmodum ſuperiori capite de via publica oſtenſum eſt, à ſummo etiam Principe, vel alio ex conceſſione vel præſcriptione regalia habente, non aliter quam ex iuſta & legitima cauſa vſum tranſeuntibus & ea vti volentibus prohiberi poſſe: ſic † hoc ipſum huc etiam applicandum eſt, 41
& dicendum, quod nec per ſupremum Principem, vel alios regalia habentes prohiberi poſſit, ne quis flumine per nauigationem liberam vtatur, niſi iuſta & legitima cauſa ſubſit, idque de fluminibus ita tradunt Peregrin. *de iur. fiſc. lib.1. tit.1. num.22. in fin.* Schrader. *de iurib. incorporal. lib.* §. *25. num.19.* Roſenth. *de feud. cap.5. concluſ.21. num.2. & concluſ.23. num 3.* Leonin. *conſ.9. num.4.* Andr. de Iſern. *in hoc cap. vnic. in verb. flumina nauigabilia. num.7. verſ. Sic debet intelligi*, vbi ait iura de Principis poteſtate loquentia ita debere intelligi, vt ſemper faciat cum cauſa. Ita etiam loquitur Affl. & *in d. verb. flumina. num.8.* addens quod alias Princeps peccaret, ſi ſine cauſa faceret, & quod non dicatur poſſe, quod cum peccato fieri poteſt. Accedit his Rauchbar *quæſt.23. part.1.* vbi, licet in vtramque partem de huiuſmodi prohibitione diſputet, tamen *num.10. verſ. Verum his non obſtantibus* concludit, ita prohibitionem rectè fieri, ſi Principes regalia habẽtes iuſta cauſa moueantur, & ſic non minus quam modo allegati Dd. legitimam & iuſtam cauſam requirit, & *num.15.* addit plures eandem ſententiam probare, adducitque nominatim pro ea Bart. Bonauent. Strach. Peregrin. & Petr. Frider. Et † ſane adeo vera & æquitate 42
ſubnixa eſt hæc ſententia, vt in Camera Imperiali comprobata

ſit, & mandata etiam ſine clauſula ab ea contra prohibentes &
impedientes decernantur, & antehac ſæpius decreta ſint. Atque
ita memini ante multos annos *in cauſa ciuitatis Bremenſis contra Co-*
mitem Oldenburgenſem eiuſmodi mandatum fuiſſe decretum, cui
vt pareretur, Comiti Oldenburgenſi, non obſtantibus eius exce-
ptionibus, iniunctum fuit. Sic etiam ciuitas Colonienſis contra
Archiepiſcopum Colonienſem aliquando mandatum ſine clau-
ſula obtinuit, cum contra ius & Imperij conſtitutiones ab anti-
quo vectigali recederet, & maius à tranſeuntibus nauigijs poſtu-
laret, nauigationemq; ea ratione impediret. Gylm. *Symphorem.*
ſupplicat. tom 2. part 3. tit. 6. ſupplicat. 1. vbi id *in fine* additur, & præ-
mittitur aliud præiudicium ſimilis mandati ſine clauſula, perti-
netq; etiam huc, quod ſuperiori capite de varijs præiudicijs con-
tra viæ publicæ vel fluminis vſum communem prohibentes ac
43 impedientes dictum eſt. An † autem & quatenus piſcatio etiam
hodie cuilibet libera ſit, oſtendemus vbi venerimus ad illud re-
gale, quod Imperator Fridericus *in hoc cap. vnic.* piſcationum re-
ditus appellat.
44 De † ædificandi vero & deſtruendi iure in flumine nomi-
natim aſſerit Vlpianus *in d. l. fluminum. in pr. ff. de damn. infect.* cuili-
bet id publice liberum eſſe in fluminibus publicis ſine incõmo-
do alterius. Vnde quæſtio emergit, quid de molendinis ſtatui de-
beat, an videlicet & quatenus ea liceat hominibus priuatis in flu-
45 minibus publicis extruere? De † priuatis fluminibus & aquis cer-
tum eſt, libere & ſine vlla authoritate Principis molendinum in
illis ædificari poſſe, cum ea nihil ab alijs locis priuatis differant, *d.*
46 *l. 1. §. 1. & § item ſi amnis. ff. de flum.* & † quilibet ſuarum rerũ ſit mo-
47 derator & arbiter, *l. in re mandata. C. mandat.* & † in ſuo liceat etiã
in præiudicium alterius ædificare *d. l. fluminum. §. fin. & l. Proculus.*
48 *ff. de damn. infect.* Atq; † hinc, etiamſi duo habeant flumen priua-
tum vterq; habet liberam facultatem extruendi molendinum,
licet vnius molẽdinum alteri noceat, & ſic in ſuperiori parte flu-
minis priuati recte ædificatur molendinum inuito eo, qui in in-
feriori parte eiuſdem fluminis habet, modo principaliter id fa-
ciat vt ſibi proſit, non vt alteri noceat, cui ſi principaliter vellet
obeſſe

Digitized by Google

obeſſe, is, qui præuenit ædificando, poterit obſtare, quo minus extruatur molendinum in ſuperiore parte fluminis Bart. *in d. l. quo minus, nu. 2.* & *ibid.* Iaſ. *nu. 21. & ſeq.* Alexand. *conſ. 194. num. 3. & 4 lib. 2.* Ferrar. communem eſſe ſententiam dicens *in ſua pract. in form. libell. actionis confeſſor. in verb. ſeruitus aquaeductus nu. 7.* Bald. *in l. item lapilli. num 7. ff. de rer. diuiſ.* Angel. *in l. ſi manifeſte. num. 3. C. de ſeruitut. & aq.* Modeſtin. Piſtor. *conſ. 19. nu. 3. & 5. lib. 1.* Gail. *obſeru. 69. num. 27. lib. 2.* (vbi communem eſſe dicit) Franc. Viu. *commun. opinion. lib. 2. opin. 181.* vbi addit hanc ſententiam ab omnibus Interpretibus eſſe receptam *in l. ſi quis ex argentarijs. 6. §. ſi initium. ff. de edend. & in d. l. ſi manifeſte. C. de ſeruit. & aq.*

Pro hac ſententia non ſolum faciunt textus *in l. Proculus. ff. de damn. infect.* & alij iam citati, ſed & textus *in l. 1. §. denique. ff. de aq. pluu. arcend.* Facit † etiam quod, vt alteri damno ſimus & iniuriam faciamus, humanæ ſocietatis vinculum non permittat, *l. ſeruus in fin. ff. de ſeru. export. & l. in fundo. §. conſtituimus ff. de rei vindic.* & † naturalis æquitas flagitet vt dolus eius, qui principaliter alteri nocere ſtudet, & æmulationem alterius quid facit, excludatur *l. 2. §. item pars. ff. de aq. pluu. arcend.* eamque rationem ponderat Iaſ. *in d. l. quo minus. num. 22.* Atque † hinc licentia extruendi molendinum in ſuo fundo fauorabilis eſſe cenſetur *arg. l. nemo exterus. C. de iudæis. d. l. in re mandata, & l. 2. ff. ſi quis à par. manumiſſ.* & econtra diſpoſitio eiusmodi ædificationem prohibens odioſa eſt *arg. l. cum eo, & l. Imperatores. ff. de ſeruit. vrban. prædior.* iuriſque correctoria Schrader. *de iurib. incorporalib. §. 9. num. 15. 18. 19.* atque † ideo hæc reſtringi, & econtra illa licentia extendi debet *l. cum quidam. ff. de liber. & poſthum. l. præcipimus Cod. de appellat. c. odia. de reg. iur. in 6.* Schrader. *d. §. 9. num. 16. & 20.* addens † *num. 17.* ſe veriſſimum iudicare licentiam extruendi molendina conceſſam perſonis, hominibus ſiue incolis alicuius regionis vel territorij, porrigi etiam ad ciuitates, pagos, collegia, reliquasq; vniuerſitates illius loci, idq; ſingulariter cõfirmat ibidem *nu. 11. & 12.* & † *n. 21.* ſubijcit diſpoſitionẽ prohibentẽ hominibus, perſonis vel incolis alicuius regionis vel territorij extruere molẽdina in fundis proprijs, non extẽdi ad ciuitates, pagos vel

49 50 51 52 53 54

collegia reliquasq; vniuerſitates illius regionis vel territorij, arg. eius, quod tradit Imol. & Abb. *in c. nouit, de his quæ fiunt à Prælat. ſine conſenſ. capit. & l. 3. §. hæc verba, ff. de negoc. geſt.*

55 Præterea † tanta eſt facultas & licentia ædificandi molendinum in ſuo, vt ne quidem, ſi alius per immemoriale tempus ſolus molendinum habuit, hoc ei obſtaculo ſit, quo minus molendinum in ſuo extruere poſſit, Borcholt. poſt Iacob. de S. Georg. & Cæpoll. à ſe adductos *in hoc c. vnic. nu. 34. & 36.* Schneidw. *in §. ſumma autem diuiſio. nu. 61. Inſtit. de interdict.* vbi ait eiusmodi ædificationem molendini admittendam eſſe, etiamſi per mille annos alius molendinum habuiſſet, idque tradit etiam *in tractat. de*
56 *feud. part. 2. nu. 47.* ſimulque † ibidem vt & *d. num. 61.* hoc ius limitat eo caſu, quo prohibitio illi alteri facta eſt, & is tam diu in prohibitione acquieuit, vt poſt eam præſcriptio ſecuta fuerit, quam limitationem adducunt etiam Bald. *in l. 1. nu. 10. C. de ſeruit. & aq.* Iaſ. *in d. l. quo minus, nu. 155. ff. de flumin.* Brun. *conſ. 56. nu. 6.* Crauett. *conſ. 111. num. 22.* Weſemb. *conſ. 67. nu. 29.* Alexand. *conſ. 194. num. 7. lib. 2.* communiterque approbatam eſſe aſſerunt Roland. à Vall.
57 *conſ. 97. nu. 7. lib 3.* & Franc. Rip. *in d. l. quo minus, num. 14.* Et † facit pro ea quod generaliter expediti iuris ſit, ea, quæ meræ faculta-
58 tis ſunt (inter † quæ etiam eſt extruere in ſuo molendinum *arg. l. cum eo, & l. Imperatores ff. de ſeruit. vrban. præd.* Schneidw. *d. part. 2. num. 54.* Schrader. *de iurib. incorporalib. §. 5. nu. 44.* Borcholt. *in hoc c. vnic. num. 34.*) non præſcribi niſi poſt prohibitionem à præſcribente factam, *c. ſignificante* & ibi Dd. communiter *c. poſſeſſiones 16. q. 1. de appellat.* Cyn. *in l. cum notiſſimi, §. ſed cum illud, C. de præſcript. 30. vel 40. annor.* Felin. *in c. cum acceſſiſſent. nu. 27. de conſtit.* Balb. *de præſcript. 4. part 5. part. principal. quæſt. 5. num. 2.* Roland. à Vall. *conſ. 21. nu. 13. 14 & 15. vol. 1.*

59 Atque † hinc prædicta limitatio etiam locum habet contra ſubditos, qui liberam facultatem habent eundi ad molendum in molendino domini ſui, vel ad coquendum panes in furno domini. Nam licet etiam poſt centum & multo plurium annorum ſpatium, quo ita ad molendum vel coquendum panes iuerunt, in futurum vt ibi molant vel coquant, cogi non poſſint, nec præſcri-

præſcriptio iis eo nomine obſtet, cum & hæc res ſit meræ facultatis: Rip. *in d.l.quo minus,n.32.ff de flum.& in c.cum Eccleſia Sutrina n.44.de cauſ.poſſeſſ.& propriet* Zoannet *in repet.l.*1.*n.*154. *C.de pact. int.empt.& vend.& in tract.de venat.n.*83.Borcholt *in hoc c.vn.n.*35. Alciat.*in l.certis annis n.*16.*C.de pact.*Roland.à Vall.*conſ.*52.*n.*21.*& 22.lib.2.*Crauet.*de antiq.temp part.4.§ materia iſta,n.*98.Theſſaur. *deciſ.61.n.1.& 2.* addens ita ſemper pronunciaſſe ſenatum Pedemontanum, & vt veram ac communem ſententiam ſeruare Choppin etiam *lib* 1. *de legib. Andorum c.*13. *in pr.* teſtatur, eam ſententiam pronunciando ſæpe in Gallia comprobatam eſſe: tamen † ſi hi ſubditi alibi molere aut panes coquere prohibiti fuerint, & huic prohibitioni tam diu acquieuerint, vt præſcriptio poſt eam prohibitionem ſecuta ſit, non poterunt alibi molere & coquere, Iacobin. de S.Georg. *de feud in verb. & cum molendinis n.*5.Borcholt *d loc.n.*37.*verſ.& deniq. ſubditi* Balb. *d.quæſt.*5.*num.*3. Guid.Pap.*quæſt.*298.*n.*1.*&* 2.Panor. *in c.Abbatis S. Syluani nu.*10. *de verb ſignif.*Crauett.*conſ* 111.*n.*22.Zoannet.*d.n.*154.*& d.n* 83.Iaſ. *in d.l.quo minus n.*28.29.30.*&* 31.vbi multos allegat. Eamque ſententiam communem eſſe aſſerit Rulant *conſ.*22.*n.*23.*lib.*2. 60

Atque † hæc quidem de prohibitione ita ſe habent, etiãſi maiori parti fiat Boer *deciſ.*125.*n.*5.Theſſaur *d.deciſ.*16.*num.*7.*verſ. ſufficereq. hoc*, & ſimiliter etiamſi eam non iudicialiter, ſed extra iudicium factam eſſe conſtet, Balb.*d.quæſt.*5.*n.*3.*verſ. Quod procedit etiam*, Rol.à Vall.*conſ.*80.*nu.*41.*vol* 3.Zoannet.*d.nu.*154.*& d.n.*83. Panorm. *in d.c.Abbatis S.Sylu n.*11,Borcholt *d.nu.*37. Roſenth. *de feud.c.*5.*concl* 27.*n.*1.Theſſaur.*deciſ.*209.*n.*26.poſt alios eſſe adductos, & † ſiue ea prohibitio fuerit ſpecialis, gloſſ. *in l qui luminibus ff.de ſeruitut.vrban.prædior.*& poſt eam Schrader.*d.§.*5.*nu.*49.ſiue generalis, per proclama ſcilicet facta, Iacobin. de S. Georg. *in d. tract.de feud.in verb.& cum venationibus, n.*2.Balb.*d.quæſt.*5. *num.* 4. Schrader.*d.§.*5.*nu.*50.cum † prohibitio generalis tantam vim & efficaciam habeat quoad omnes perſonas, ſub illa generalitate comprehenſas, quantum habet prohibitio ſpecialis reſpectu illarum perſonarum, quibus ſpecialis prohibitio facta eſt. *arg.l.ſi duo* 61 62 63

duo & ibi Bart.*n.* 1.*ff.de adminiſtr.tutor.l. Gallus*, §.*quid ſi verb. inſtituens ff.de liber.& poſth.l.ſi chorus in princ.ff.de legat.*3.Bart. *in l. centurio.n.*17.*ff.de vulg.& pupil.ſubſtit.*Ronchogal.*in l.*3.§. *vbi duo, n.*112.
64 *ff.de duob.reis*. Schrad.*d.*§.5.*n.*52. Non † ſufficit tamen ſpecialem vel etiam generalem prohibitionem eſſe factam, niſi ſimul doceatur, poſt ipſam prohibitionem legitimum tempus præſcriptionis eſſe lapſum, Crauett.*in d tract.de antiq.temp.part.*4.§.*Materia iſta, quæſt.*24.*nu* 99. vbi plures alios Doctores pro hac ſententia allegat, hoc vero legitimum tempus cenſetur eſſe triginta annorum Guid.Pap.*conſil.*171.*num.*5.Kirchou.*libr.*2.*com.opin. tom.*2.*in verb.molendinum*.Natta *conſil.*522.*num.*1.Ioſeph.Ludovic. *in deciſ. Peruſ.*106.*num.*15.Etſi vero non deſunt, qui de probatione cui nimirum incumbat probare, quod prohibitioni obtemperatum fuit, exiſtimant, prohibenti eiuſmodi onus nō incumbere, tamē contrarium verius eſt, quod præſumptio Iuris pro iis, quibus prohibitum eſt militet, facitq; pro hac ſententia *l cum in debito & l.ab eo ff de probat*. Theſſaur. poſt alios *d deciſ.*.6.*num.*8. addens ita per Senatum Pedemontan. iudicatum fuiſſe à Senatu Mediol.& Affl.*deciſ.*388.*nu.* o dicere ſic etiam per totum conſilium Neopolitanum contra prohibentē pronunciatum fuiſſe.
65 Quantum † vero ad publica flumina attinet, in his quoq; dicemus molendinum ædificari poſſe, nec licentia Principis ſupremi vel alterius ex conceſſione, conſuetudine aut præſcriptione hoc regale habentis opus eſſe modo ſine inuidia & æmulatione alterius id fiat, nec vſus fluminum deterior reddatur, idque in non nauigabilibus fluminibus etiamſi ex illis aliud na-
66 uigabile fiat, minus eſt dubium, quod † eorum non tanta ſit vtilitas, quanta nauigabilium, idq; de iis non nauigabilibus tradunt Specul.*tit.de cauſ.poſſeſſ.& propr.*§ *quia vero,n.*19.*verſ. item quod flumen* Rip.*in d.l.quo minus n.*17.Franc.Marc. *deciſ.*40. *n.*4.*part.*1. & *deciſ.*50.*n* 3.*p.ead* Corn.*conſ.*268.*col.vlt.vol.*4.Schurff.*conſ.*38.*n.*1 & 2.*cent.*3.Rol.à Vall.*conſ.*97.*n.* 7.*vol.*3. vbi plures alios nominatim huius ſententiæ ſuffragatores adducit, ſimulq; ait eam ab omnibus paſſim & indiſtincte receptam eſſe, & Boſſ.*in tract.de aquis & flumin.*

Digitized by Google

*flumin.num.*35. ait,omnes ita tenere *in d l. Quo minus.*

Ex † quibus inter alia conſequitur in nauibus recte etiam ex- 67
trui molendina, quæ ſunt in fluminibus non nauigabilibus, cu-
iuſmodi molendina in nonnullis locis reperiuntur, id q; in ſpe-
cie de eiuſmodi molendinis docet Franc. Marc. *deciſ.*386.*n.*3.*par.*
1,Bart. *in d.l.quo minus,n.*34.*ff.de flum.*Caſtr. *in d.l.fluminum, n.*3. *ff.*
*de damn.infect.*De † his proditum etiam eſt,quod mobilium loco 68
habeantur, Tiraq. *de retr conſang.*§.1 *gloſſ.*7.*n* 92. *&* 94. Rulant *de*
*commiſſ.part.*4 *lib.*2.*c.* 7 *membr.*2.*nu* 18. Vult. *de feud.c.*5 *nu* 5. *lib.*1.
Roſenth *de feud.cap.*4.*concl.*4.*n.*2. Cumprimis † vero de eo gene- 69
re molendini,quod alas habet, & vi ventorum agitur, certũ eſt,
ſine licentia etiam ſuperioris per aliquem in ſuo fundo illud ex-
trui poſſe, Schrad. *de iurib. incorporalib.* §.5. *n* 9. idq; eo confirma-
tur, quod non ſolum rerum ſuarum quilibet moderator & arbi-
ter ſit, & in ſuo etiam in præiudicium alterius ædificare poſſit, vt
ſupra dictum eſt,ſed etiam quod † aer ſit omnium communis *l.* 70
fin §.*iniuriarum,ff.de iniur.* & vſus eius ſuper fundo ſuo cuilibet li-
ber eſſe debeat,*l fin.in princ.*& ibi gloſſ. *in verb quia cœlum,ff.de ſer-*
*uit.*Caſtr.*ibid in* 1 *lect.n.*3.*&* 4.alteri quo per ædificationem eiuſ-
modi molendini communis aer nullo modo obſtruatur aut im-
pediatur. Atque † hæc etiam inter immobilia inter mobilia re- 71
ferri poſſunt,niſi talia ſint,vt loco non moueantur, Tiraq.*d.gloſſ.*
*7.nu.*94.*verſ.ſed & ex conſuetudine,* Rulant.*d.loc.n.*19. Vult.*iam cita-*
to loco, Roſenth.*d.concl.*4,*n.*1. facitq; eo text.*in l.Titius horreum*, *ff.*
de acquir.rer.dom.

Etſi † vero non pauci reperiuntur Interpretes qui putant, 72
quod de fluminibus non nauigalibus diximus, in nauigabilibus
non habere locum,quaſi in illis ſolis, non etiam in his ſine licen-
tia & authoritate eius, qui regalia habet, liceat molendinum
citra incommodum alterius & impedimentum vſus publici æ-
dificare,tamen contra ſentire Bald. Iaſ. Boſſ. Corneum & Fran-
ciſc.Marc.aſſerit Rol.à Vall.*in d.conſ.*97.*n.*7.*verſ.imò fortius.* Ean-
dem ſententiam amplectitur Weſemb. *conſ.* 67. *num.* 11. vbi pro
ea etiam allegat Iaſ. *in l. Quo minus,ff de flum.* Bald. Salicet. Albe-
ric.

ric & alios *in l.ſi manifeſte, C.de ſeruit.* & Schurff.*conſ.42. Diligenter, centur.2* additque hanc ſententiam eſſe communem. Ego vero ſententiam hanc etiam veriorem eſſe exiſtimauerim, eique accedere malim. Nam Vlpian.*in d l.fluminum de damn. infect.* generatim de fluminibus publicis loquendo, & nullam diſtinctionem inter nauigabilia & non nauigabilia adhibendo tam in illis quam in his permittit cuilibet ædificare & deſtruere, dummodo hoc ſine incommodo cuiuſque fiat. *Sic in l.1.ff.de fluminibus.* verba Prætoris generaliter de fluminibus publicis ſunt concepta, & dum vetatur, ne in iis, ſiue ſint nauigabilia ſiue non, aliquid fiat, quo vſus deterior reddatur, ſimul eo ipſo permittitur, vt quis iis libere vtatur, ſi vſum publicum deteriorem non faciat, & ſic aliis non officiat, atque ideo Vlpian.*in d l.1.§.non autem*, ſic ait, nõ eſſe, quod in flumine publico ripaue fit, vt coerceatur à Prætore, ſed ſi id fiat, quo deterior ſtatio & nauigatio fiat. Accedit
73 his † quod interdictum prohibitorium in quolibet loco publico, cuiuſmodi etiam eſt flumen publicum, ſiue ſit nauigabile ſiue non, aliter locum non habeat, quam ſi tale aliquid fiat, quod in aliorum damnum redũdat, *l 2.verſ.propter quod,ff. ne quid in loc. publ.* ideoq; Rofred.*in ſuo proceſſ.jud. tit. de interdict. ne quid in flum. publ. vel rip. ejus ponat.* enumerans requiſita interdicti, quo agitur contra eum, qui ædificare vel aliud facere vult in flumine publico, octauum requiſitum eſſe dicit, vt tale quid fiat, propter quod flumen fiat deterius, vt apud eum eſt videre, *d.titul.numer.2.verſ.octauum quod illud*, vbi ita ea de re loquitur, vt id oſtendat, cumprimis in nauigabili flumine locum habere, & addat in non nauigabili flumine vtile interdictum competere, ſi id deterius reddatur. Si igitur ceſſat actio, vt in loco aliquo publico, ſic & in flumine, quando aliquid fit, quo publicus vſus non deterior redditur: merito id æque in nauigabili atq; in non nauigabili debet eſſe liberum, ſiue quis molendinum velit ædificare, ſiue aliud facere, nec actio aliqua contra tale aliquid facientem locum
74 habet. Deniq; † vendicat ſibi locum hic regula naturalis æquitatis, per quam conceditur, vt ab aliquo fiat aliquid, quod ipſi prodeſt,

prodeſt, & alteri non nocet, *l. 2. §. quanquam ff. de aq. & aq. pluu. arc. l. in creditore, ff. de euict.*

Nec † obſtat l. quo minus, ff. de fluminibus. Nam primum, 75
quod eo loco non permittitur ex flumine publico, ſi nauigabile eſt, aut ex eo nauigabile fit, aquã ducere, ita iuxta textus modo adductos accipiendũ eſt, ſi eiuſmodi factum ſit, vt alteri noceat, & vſum fluminis deteriorem reddat. Id enim etiam vult Vlpian. *in d. l. 1. in prin. & d. §. non autem item d. l. 2. & d l. fluminum* vbi hic idem Iuriſconſultus conſenſum & authoritatem Principis requirit eo caſu, quo ædificatur vel deſtruitur cum incommodo alterius, neque alio pertinet reſponſum Pauli *in l. ſi autem plures, §. fin. ff de damn. infect.* atque huc faciunt, quæ per fallentiam adducit Boſſ. *tit. de aq. & flum. num.* 33. Deinde ex eod. text. *d. l. Quo minus*, vt & ex text. *d. §. fin.* confirmatur potius, idem obtinere in fluminibus nauigabilibus quod in non nauigabilibus, ex quibus nauigabile fit, cum in vtroq; textu ſimpliciter vtriusq; generis fluminum mentio fiat.

Non † obſtat etiam text. *in l. ſeruitutes, §. publico. ff. de ſeruitut.* 76
ſiquidem licet viarum publicarum & fluminum publicorum eadem cenſeatur eſſe ratio, *d. l. fluminum, & in d. §. publico* proditum ſit, à Principe peti ſolere, vt per viam publicam aquam ducere ſine incommodo publico liceat, tamen reſponderi poteſt cum Accurſ. *in d. §. publico* ſubintelligendum ibi eſſe verbum *maxime,* quaſi Iureconſultus dixerit, maxime ſine incommodo publico, atq; ita præter alios reſpondet Roland. à Vall. *d. conſ. 97. n. 7. verſ. non obſtat,* vbi allegat quoq; Iaſ. *in d. l. Quo minus, quæſt.* 13. *nu.* 19. & Boſſ. *d. loc. nu.* 36. eodem modo ad *d §. publico* reſpondentes, quib. accedit Paul. de Caſtr. *in d. § publico,* qui ita eum locum interpretatur, vt licentia Principis eo demum caſu ſit opus, quo aliquid fit cum incommodo publico, atque hanc conciliationem vrgẽt textus diuerſi ſupra adducti. Sic igitur ex his omnibus ſtatuendũ eſſe puto, in flumine publico, ſiue nauigabile ſit ſiue non, poſſe libere molendinum extrui, ſi non noceat alij, nec publicus vſus deterior reddatur, eo vero caſu, quo cum alterius iniuria & impedi-

pedimento publici vſus aliquid fit, ædificando molendinum vel ſimili ratione, opus eſſe authoritate & permiſſu eius, qui regale habet in flumine nauigabili vel non nauigabili, ideoq; vtroq; caſu licite molendinum extrui tam in nauigabili quam in non nauigabili flumine. Non deſunt, qui ideo indiſtincte putant, licentia ſummi Principis vel eorum, qui conceſſione, conſuetudine vel præſcriptione hoc regale habent, opus eſſe, quod ſemper per ædificationem molendini in flumine publico nauigatio & vſus eius deterior reddatur. Sed econtra attendendum eſt in ſupra allegatis & pluribus aliis textibus eo ipſo, quod vtantur hac exceptione, ſi non deterior fiat vſus, ſatis innuatur & præſupponatur, non ſemper per molendinum nauigationem impediri vel etiam alia ratione vſum fluminis publici deteriorem reddi, idq; tempore veterum Iuriſconſultorum, ita ſe habuiſſe, ac ſimiliter poſtea ſecutos pragmaticos Iuris interpretes in Germania & aliis regionibus, in quibus ea, quæ flumina publica concernunt, nota ſunt, idem ſenſiſſe. Et ſane notorium eſt reperiri loca, in quibus ſine impedimento publico & deterioratione fluminum publicorum, molendina ædificata ſunt.

77 Quæſtio † vero illa an in ſuperiori parte fluminis publici molendinum conſtrui poſſit inuito eo, qui in inferiori parte eius fluminis molendinum habet, ita decidi poteſt, vt vtamur diſtinctione inter eũ caſum, quo quis licite in inferiore fluminis parte molendinum ædificatum habet, & quo licite non habet. Priore caſu eo inuito non poteſt aliud molendinum in ſuperiori parte fluminis ædificari, neque aqua coarctando impediri, quo minus lucrum ſuum molendinum in inferiori parte extructum percipiat: poſteriori vero caſu poteſt impediri, Dyn. Oldrad. Iaſ. Rip. & alij Dd. *in d. l. quo minus*, Iſern. *in hoc c. vnic. in verb. Flumina, nu. 5. & ibid.* Afflict. *nu. 3. verſ. Et breuiter*, Ferrarienſ. *in ſua pract. in form. libell. actionis confeſſoriæ, verb. ſeruitus aquæductus, num. 7.* vbi hanc ſententiam communem dicit. Idem affirmat Iaſ. *in d. l. Quo minus, nu. 2.* Sic etiam Franciſ. Viv. *commun. opin. opin.* 81. afferit eandem ſententiam ab omnibus approbari Interpretibus *in l ſi ex argen-*

argentariis,§.ſi initio,ff.de edend.& in l.ſi manifeſte,C.de ſeruitut.& aq. Corroboratur † hæc ſententia eleganti textu *in l.concedendo,8.ff.* 78 *de aq.pluu.arcend.* item *in l.2.§.idem ait,15.ff.ne quid in loc.public.* vbi hæc extant verba: *Idem ait,ſi in publico ædificem, deinde hoc ædificium ei obſtet, quod in publico ædificaueras, ceſſare hoc interdictum, cum tu quoque illicite ædificaueris, niſi forte tu iure tibi conceſſo ædificaueras.*

Cenſetur † autem illicite ædificare molendinum,qui hoc 79 facit ſine licentia Principis in æmulationem & iniuriam alterius &non principaliter vtilitatis publicę cauſa vel in ſuum commodum, aut vſum fluminis deteriorem reddendo ædificat, ſed vt alteri potius noceat Gail. *d obſ.69.n.28.* cum,vt ſupra in terminis priuati fluminis oſtenſum eſt,vt alteri damnum inferamus &iniuriam faciamus, humanæ ſocietatis vinculum non permittat, & naturalis ratio flagitet, vt dolus eius, qui alteri principaliter nocere ſtudet, & ad æmulationem alterius quid facit, excludatur & auertatur. In † dubio vero quilibet præſumitur ædificare 80 principaliter ad ſuam vtilitatem, & non animo nocendi vel ad æmulationem aliquam alterius, gloſſ. *in l.fluminum, §.fin. ff. de damn.infect.* Bart. *in l.item lapilli,n.4.ff.de rer. diuiſ.& in l. merito, nu. 1.ff.pro ſoc.* Idem Bartol. Iaſ. & Dd. *in d. l. Quo minus.ff.de flumin.* Schneidw. *de feud part.2.numer.46.& in §.ſumma autem diuiſio.numer.59.Inſtit.de interdict.* Gail. *d.obſ.69.num.* 30. Quia † in dubio 81 præſumitur in meliorem partem, non autem quod quis delinquere & doloſe agere voluerit. *d. l.merito.ff.pro ſoc.* & † qui iure 82 ſuo vtitur, nemini cenſetur facere iniuriam *l. quod & lex Fauia §. is tamen.ff.de liber.hom.exhib. l.iniuriarum §.1.ff de iniur. d. l.flumin. §.fin.& l.1.§.deniq.& l.ſi in meo fundo.ff.de aq.pluu.arcen. l.Nullus.ff. de reg.iur.*

Verum † hoc ius, quo in dubio quis non præſumitur ædi- 83 ficare ad æmulationem alterius, fallit, ſi impenſæ in molendinū factæ excedunt commodum quod inde percipi poteſt, Felin. *in c.nonnulli.numer.1.in princ. de reſcript.* Rip. *in d. l. quo minus. argum. l.Mediterranea.*& ibi Bart. *C.de annon. & tribut, libr.10.* Schrader.

84 *d. iur. incorp.* §.5.*n.* 18. vel † ſi extruens ex tali molendino nullum ſentiret commodum. Paul. de Caſtr. *in l. Altius C. de ſeru. & aq.* Schrader *in d.* §.5,*num.*17. Cæpol. *in tractat. de ſeru. præd. vrban. cap.* 39.*num.*3 *verſ. Sed ſi facit. & cap.*62.*nu.*2.*verſ. in dubio tamen arg. l.* 2 *§. deniq. de aq. pluu. arcend. l. & qui data opera in pr. ibi*, ſine lucro hoc affectauit *ff ex quib. cauſ. major.*

85 Poſſunt † vero eiuſmodi molendina & alia quæ ad æmulationem alterius in fluminibus extruuntur noui operis nunciationis remedio impediri *l. opus nouum. ff. de oper. publ. l. Quicunque caſtellorum Cod. de funct. limitroph. libr.* 11. Bartol. *in l. ex hoc jure. numer.*7 *ff. de iuſt. & iur. & in l.*1.*numer.* 2. *ff. Quod quiſque iur.* Iaſon. *in d. l. ex hoc iure numer.*12. *& in d. l. Quo minus. num.* 24. Gail. *d. obſ.* 69.

86 *num.*18. Idq; † adeo verum eſt, vt mandata etiam inhibitoria ſine clauſula contra eos, qui poſt denunciationem ędificant, decerni poſſint, idque in Camera Imperiali obſeruatur, ſi vtraque pars vel ſaltem reus immediate imperio ſubiectus ſit, Gail. *obſeru.* 16. *nu.*12.*lib.*2.

87 Addendum † vero his omnibus, quæ de molendinis dicta ſunt, & illud, non deeſſe quidem, qui in dubium vocant, an molendina vel potius ius ea extruendi ſit de regalibus, ſed verius eſſe ad regalia non pertinere tenent Petrus à Petr. *de fideicomm. quæſt.*11.*num.*580. Rutger. Rulant *de commiſſ. part.*4.*lib.*2.*cap.*13, *nu.* 1. Bellug. *in ſpeculo princ.* §.28.*numer.*11. Cephal. *conſ.*150. *num.* 2. *li.* 2. Roſenth. *de feud. c.*5.*concl.*28.*nu.*2 Idque confirmatur eo, quod ſupra oſtenſum eſt in priuato & publico etiam flumine non ſolum non nauigabili, ſed & nauigabili molendinum ædificari poſſe ſine licentia Principis, ſi ſtatio vel nauigatio deterior non red-

88 datur, ſimileue aliud incommodum inde ſequatur. Accedit † q molendinum habere non ſit etiam iuriſdictionis Weſenb. *conſ.* 67.*nu* 27. vbi pro hac ſententia allegat *l* 2.*Cod. de quadrien. præſcr.* & Dd. illud ibi tradentes Frider. *de mand. cap.*38.*num.*9. & Iacob de S. Georg. *in ſua inueſt. verb. & cum molend. n.*5: vbi decidit, licet ipſe

89 dominus † habeat molendinum, tamen non prohiberi aliquem ex ſubditis aliud ædificare, idq; docet etiam Chaſſan. *in conſuet.*

Burgun

Burgund. Desforeſtr. §. *vlt. num.* 1. & Roſenth. *d. concluſ.* 28. *num.* 2. addens hanc ſententiam indubitatam eſſe. Sed † cum flumina 90
publica ſint de regalibus, ideoque hodie regalia habentes ægre ferant, molendinum in ijs ædificari, conſultius fuerit eorum conſenſum impetrare, vt plerunque in multis locis fieri ſolet. Roſenth. *d. concluſ.* 28. *nu.* 7.

Videri autem poſſet huic regali fluminum nauigabilium, & alia nauigabilia facientium affine eſſe compendium naufragiorum, cum † varijs locis huiusmodi compendia ſibi vendicent 91
regalia habentes, & ea inter regalia in Sicilia, Anglia & litoribus Italiæ annumerari ſcribunt Luc. de Penn. & Ioan. de Plat. *in l.* 1. *de naufrag. lib.* 11. Matth. de Affl&t. *in Neapolit. conſt.* 59. *lib.* 1. Petr. Greg. *in ſuo ſyntagm. lib.* 3. *part.* 1. *cap.* 14. *num.* 8. *in fin.* & Choppin. *de doman. Franciæ lib.* 1. *cap.* 15. *num.* 10. & *de Regno Franciæ* addi poteſt Ioann. Guttierrez *canonic. quæſt. lib.* 1. *cap.* 9. *num.* 20. Sed vt huiusmodi † compendia naufragiorum admittantur & inter regalia 92
referantur, iuri naturali & æquitati repugnat, cum iniquiſſimum & abſurdiſſimum ſit, ex re omnino calamitoſa & luctuoſa emolumentum capere, & quem noſtris opibus ſubleuare debebamus, ei reliquias, quas ad litus vel ripam eiectas bona fide reſtitui oportebat, diripere *l. ne quid ex naufragijs. ff. de incend. ruin. naufrag.* & *d. l.* 1. affl&toque affl&ionem addere *l. Diuus. ff de offic. præſid.* & *l. tam dementis. C. de Epiſcop. au l. c. At ſi clerici* § *fin. de iudic.* ideoque barbarum illud eſſe dicit Bodin. *de Republ lib.* 1. *cap.* 10. additque, ſi in ea re non vero errore, ſed ſcientia peccatur, ſcelus eſſe, quod erroris ſpecie prætenditur.

Neque † vero tantum veteri iure Romano eiusmodi com- 93
pendia naufragiorum prohibita ſunt *d. l. neque ex naufragijs.* & *d. l.* 1. ſed etiam conſtitutione Imperatoris Friderici II. *de ſtatut.* & *conſuet.* §. *nauigia.* & in de ſumpta inde *auth. nauigia. C. de furt.* ita damnantur, vt omnium locorum conſuetudines huic conſtitutioni aduerſantes omnino tollantur. Et ſimiliter conſtitutione criminali Caroli V. *cap.* 219. eiusmodi conſuetudines tanquam corruptelæ & irrationabiles caſſantur & in perpetuum tolluntur in has Ioann. Guttierrez *d. cap.* 9. *num.* 20. quoad Franciæ Regnum

ita inuehitur, vt vtatur etiam his verbis: *quid Principem Chriſtianiſſimum mouere poteſt, vt eiuſmodi impiam & crudelem conſuetudinem probauerit, aut à iudicibus ſeruari permiſerit.*
94 Quibus † accedit quod de iure Canonico ipſo facto ſunt excommunicati, qui ex naufragijs emolumentum quærunt & naufragium paſſos ſpoliant *c. excommunicati. de raptorib.* Panorm. *in princ. ibidem.* Gail. *obſ. 18. nu. 3. lib. 1.*
95 Atque † hæc quidem cum ita ſe habeant adeo & odioſa & omni iure prohibita eſſe cenſentur compendia, quæ ex naufragijs quæruntur & conſuetudines quibus ea comprobantur, vt contra eos qui ita naufragium paſſos ſpoliant, & in huiusmodi conſuetudinibus ſe fundant, à præcepto inchoari poſſit, & mandata ſine clauſula in Camera Imperiali decernantur Gail. *d. obſ. 18. num. 6.* Ita factum eſt in cauſa ciuitatis Lubecenſis contra Comitem Oldenburgenſem, & in cauſa ciuitatis Bremenſis contra eundem Comitem, & Gail. *d. loco* teſtatur, id etiam factum eſſe in cauſa ciuitatis Hamburgenſis contra Duces Holſatiæ. Tene-
96 tur † etiam iudex ex officio inquirere in cauſa naufragij de omnibus ijs, quæ à naufragio dependent, contra ſurripientes bona eorum, qui naufragium perpeſſi ſunt, ac fit ea inquiſitio libere ac ſummarie. *l. quoties & l. ſubmerſis. C. de naufrag. lib. 11.* Marant. *de ord. iudic. part. 6. in verb. Et peruenitur aliquando per viam inquiſit. num. 140.* vbi non ſolum dicit de ea re eſſe textum *in d. l. quoties. & d. l. ſubmerſis,* ſed Dd. etiam illud ibidem tradere, ideoque etiam
97 teſtes † qui naufragio interfuerunt, parte etiam non citata examinari poſſunt Hyppol. *ſing. 24. num. 2.* Bart. *in l. 2. num. 4. C. de naufrag. lib. 11.* Felin. *in cap. 2. num. 10. de teſtib.* Gail. *d. obſ. 18. num. 6. in fin.* per text. *in d. l. ne quid ex naufragio. § de his autem.* Habent etiam hæc omnia locum ſiue naufragia facta ſint in flumine ſiue in mari, in quo tamen ea crebriora ſunt, vt & perículoſior in ea nauigatio eſt. Atque hæc quidem, quæ de bonis eorum, qui naufragium patiuntur dicta ſunt, ita ſe habere eo minus mirum eſt, quod in allegata conſtitutione Caroli V. *d. cap. 219.* conſuetudines illorum etiam locorum, quibus magiſtratus rerum furtiuarum vel per rapinam ablatarum, ac apud furem vel raptorem inuen-

iuuentarum & eo caſu quo auriga currum ſubuertit, & aliquis ex improuiſo & inopinato inde læditur, & perit ipſius currus & equorum bonorumque dominium ſibi vendicant.

Quæſtionis † vero de mari & eius litore eſt, an ſicut flumi- 98
mina nauigabilia, & per quæ alia nauigabilia fiunt, inter regalia referantur, ita etiam ipſum mare, eiusque litus de regalibus ſint? Cacheran, *deciſ.155 num.81.* & Ferrar. Montan. *de feud. lib.5. cap.7. verſic. Tametſi ius piſcandi.* maris adminiſtrationem & ipſum etiam dominium ad regalia refert, nec inter mare & flumen publicum diſcrimen conſtituit, & Mynſing. *reſponſ.1. numer.162. decad.11.* proprietatem maris regalium ſpeciem eſſe ait, & pro ea ſententia allegat textum *in hoc cap. vnic.* idque videtur confirmari per textum *in l. litora. ff. ne quid in loc. public.* vbi litora maris, in quæ populus Romanus Imperium habet, populi Romani eſſe dicuntur. Populi vero Romani ius per legem Regiam in Imperatores translatum eſt §. *ſed & quod Principi. Inſtitut. de iur. nat. gent. & ciu.* ideoque ob textum *in d. l. litora. ff. ne quid in loc. public.* Aym. Parmenſ. *de iur. alluu. lib 1. cap. 15. numer.11. & 12.* poſt Iacob. de Aren. à ſe allegatum, ait, litora eſſe propria populi Romani vel Cæſaris non ſolum ratione iurisdictionis, ſed & proprietatis.

Sed verius eſt maris & litoris proprietatem de iure communi non eſſe de regalibus. Nam nec *in hoc cap. vnic.* vlla fit mentio maris vel etiam litorum eius, nec etiã Andr. de Iſern. Matth. de Affl &. Aluarot. Bald. Laudenſ. Borcholt. Cuiac. & alij Dd. ibi tradunt maris vel litorum proprietatem eſſe Principis vel populi Romani & inter regalia referenda. Imo Iſern. & Afflict. licet velint *in hoc c. vnic. in verb. Armandiæ* litora etiam per armandias ſignificari, (quam interpretationem erroneam eſſe ſupra *cap. 3.* oſtenſum eſt) tamen Iſern. *ibid. nu.1.* expreſſe dicit litora non aliter ad regalia pertinere, quam quoad Regis defenſionem & protectionem, vt videlicet prohibeat ibi fieri quicquam, quo vſus litorum impediatur, additq; litora maris nõ eſſe in patrimonio regis, quod diſtẽt hæc ab illis, quæ ſunt in fiſci vel Cæſaris dominio, & Affl &. *ibid. ad verb. Armandia, nu.2.* ait, quoad iurisdictionem,

prote-

protectionem & defenſionem litora eſſe regis, & ſimul *nu.3.* penes Principem propterea, quod litora non ſint eius, ſed tantum protectionem & defenſionem eorum habeat, non eſſe poteſtatem dandi alicui licentiam ædificandi in litore, ideoque ſi concedat illam licentiam plus poſſe contradictionem populi eius ciuitatis, vbi eſt litus, quam permiſſionem Principis. Sic & Borch. *ibidem num. 31. verſ. proprietas vero.* ait, maris & litoris proprietatem communem & omnibus æque patere, idque in fluminibus non ita ſe habere tradit, & eo ipſo negat proprietatem maris Imperatoris eſſe vel alterius regalia habentis. Accedunt his Viuius *deciſ.344.num.1.* Heigius *quæſt.40.num.57.lib.2.* & Bellug. *in ſpecul. princ.rubr.28.num.10.* Rulant *de commiſſar.part.4. lib.2.cap.10.nu.3.* plures etiam alios allegans Peregrin. *de iur fiſc. lib.1.tit.1.num.17.* aſſerens maria Principum non eſſe proprietate, ſed tantum reſpectu iuriſdictionis & protectionis. Idem tenent gloſſ. *in §. & quidem. Inſtit. de rer. diuiſ. & in d. l. litora. ff. ne quid in loc. pub ic. & in §. litorum. Inſtit. de rer. diuiſ. & ibid.* Angel. *num.1.* & Faber *num 2.* dicentes maria non eſſe in alicuius alterius dominio, quam Dei. Hyppol. de Marſil. etiam *in l. fin. num. 180. ff de iuris dict. omn. iudic.* poſt Bart. Bald. Angel. Alexand. & Gemin. ita de mari loquitur vt nullam dominij vel proprietatis faciat mentionem, ſed tantum iuriſdictionis, & de communi ſententia Cagnol. *ibid. nu. 2. & 3.* ita teſtatur, vt iuriſdictionis tantum, non autem proprietatis meminerit, ideoque non recte à Cacherano *in d. deciſ. 155. nu. 18.* ita Cagnol. de hac communi Dd. opinione allegatur, quaſi non ſolum de iuriſdictione & protectione ſed etiam dominio loquatur. Similiter male eo ſenſu Hyppolit. de Marſil. & alij plures ab eodem Cacherano allegantur, cum & hi non de dominio, ſed de iuriſdictione & protectione loquatur.

Confirmatur etiam hæc ſententia eo, quod mare & litora diſerte in nullius bonis eſſe dicantur, *§. litorum. & §. inſula. Inſtit. de rer. diuiſ. l. litora. ff. de contrah. empt. l. adeo. § inſula. & l. quod in litore 14. & l. ergo. §. fin. ff. de acquir. rer. domin.* Quod de fluminibus non ita eſt proditum nec dici poteſt, cum eorum quæ publica eſſe dicuntur, certa ſint dominia. *d. l. quod in litore* ideoque expreſſe ea in-

ea inter regalia referuntur, nulla ſimul facta mentione maris vel litorum. Atque eo minus dici poteſt, illud ius, quo in nullius bonis eſſe dicuntur, abrogatum eſſe, nec hoc à Dd. *in d. cap. vnic.* vel etiam *in d.* §. *litorum* aut *alijs ſupra allegatis ſimilibusque locis* docetur. Quin & Mynſing. ipſe licet *in ſupra allegato reſponſ. 1. num. 162.* ſentiat, maris proprietatem etiam eſſe de regalibus, tamen *in d.* §. *flumina. num. 13. & d.* §. *litorum.* tradit, mare & litora in nullius dominium tranſire, ſed communia eſſe ac omnibus patere, nec vllo verbo aliquid hac in re nouo iure correctum eſſe innuit. Et dum *in d. reſponſ. 1. num. 162.* proprietatem maris ſpeciem eſſe regalium dicens addit hæc verba: *vel vſus eius*, dubitanter loquitur. Et ſane vſum maris etiam non eſſe alicuius proprium, ſed omnibus hominibus communem, certum eſt, *d.* §. *litorum. & d. l. litora. & l. ſeq. ff. ne quid in loc. publ. l. iniuriarum.* §. *ſi quis me prohibeat. ff. de iniur. & d. l. litora. ff. de contrah. empt.* eaque receptiſſima eſt Dd. ſententia.

Quemadmodum autem Mynſingero non patrocinatur textus *in d. cap. vnic.* ſic Aym. Parmenſ. *ſupra allegat. lib. 1. cap. 15. num. 11. & 12.* & ab eo adductus Iacob. de Arena tenentes litora eſſe populi Romani vel Cæſaris non ſolum ratione iurisdictionis, ſed etiam proprietatis, non recte ſe fundant *in d. l. litora. ff. ne quid in loc. publ.* Nam ex ijs, quæ ſupra adducta ſunt, ſatis apparet, hos textus non eſſe intelligendos de proprietate, ſed de iurisdictione & protectione, vt nimirum prohibeatur, ne quid in litoribus fiat, quo vſus eorum deterior reddatur vel impediatur Iſern. *in d. cap. vnic. ad verb. Armandia. num. 1.* vbi hoc ſenſu allegat. *d. l. litora* idem tradit gloſſ. *in* §. *& quidem. Inſtit. de rer. diuiſ. & in l. 2. ff. eod.* ſibi ſubijciens *d. l. litora*, dicit eam accipiendam eſſe de iurisdictione, idq; facit etiam in ea lege, & ſimiliter Cępoll. *de ſeruitut. ruſtic. prædior. cap. 27. num. 2.* eandem legem de iurisdictione intelligendam eſſe dicit. Quibus accedit præſtantiſſimus Iureconſultus compater & quondam Collega meus Vulteius *in d.* §. *Et quidem. nu. 3.*

CAPVT IV.
De Portu.

SVMMARIA.

1. Portus quid?

2. Statio quid? an & quatenus ex l. 12. tabb. portus appellatione domus contineatur, item de Hoſtienſi portu, & peculiari Comite portus eoque, qui centenarius dictus eſt.

3. Portus quare fluminibus proxime à Friderico ſubijciantur?

4. Portus ſunt publici.

5. Ad portus reparandos & conſeruandos etiam priuilegiati tenentur.

6. In portu non minus quam flumine publico cuilibet piſcari licet.

7. In fluminibus publicis nihil facere licet, quo ſtatio deterior fiat.

8. Portuum & fluminum publicorum quemadmodum ante Friderici Primi tempora par ratio fuit, ſic & ipſe vtraque inter regalia retulit, & à quibus alijs inter regalia numerentur nu. 9.

10. Vectigal quod ex portu percipitur inter publica fiſci regalia referri, ideoque ad regalia illud pertinere non eſſe dubium, portus alios naturales alios artificiales eſſe, & vtrique ad hoc regale pertinent.

11. Per portus in hoc c. vnic. intelligendum eſt illud vectigal ſeu portorium, quod ex portu percipitur.

12. Portorium à portu nomen habet.

13. Portorium nonnunquam vocatur illud vectigal quod pro tranſitu per pontem penditur, idque à Gallis pontenage vocatur nu. 14.

15. Portorij quidam generaliter etiam meminerunt.

16. Portitores quinam à ſcriptoribus vocentur?

17. Portitores vocantur etiam redemptores.

19. Iidem communi appellatione publicanorum comprehenduntur.

QVartum regale ſunt portus. Vlpian. *in l. portus. de verb. ſignif.*
1 portus † inquit, appellatus eſt concluſus locus, quo importantur merces, & inde exportantur, eaque nihilominus ſtatio eſt con-

eſt concluſa atque munita, inde angiportum dictum eſt. Idem Vlpianus *in l.1. §.ſtatio. ff. de flumin.* ſtationem † dicit eſſe locum, 2
vbicunque naues tuto ſtare poſſunt, eoque pertinet & illud, in portu nauigare, hoc eſt in tuto nauigare. In l. 12. tabb. portus appellatione domus denotatur per hæc verba: cui teſtimonium defuerit, is tertijs diebus ob portum obuagulatum ito. Nec tamen ea appellatio pertinebat ad quamlibet domum, ſed tantum ad eam inſulam, quæ remota eſſet ab alijs ædibus, & ſic tuta ab incendijs, fumis & incurſionibus & merces eo tutius in ea conſeruari indeque exportari & importari poſſent *l. 3. §. effracturæ de offic. præfect. vigil.* Gœddæ. *in l. portus. numer. 4 ff. de verb. ſignific.* Spatium eius erat duorum pedum cum dimidio, vt circumiri inſula poſſet Cuiac. *lib. 1. obſ. 4.* Gœddæ. *in d. l. portus num. 3.* Portum vero Caietæ celeberrimum fuiſſe ait Cicero *in Orat. pro l. Manil.* Et Hoſtienſis talis & tam celebris præ alijs fuit, vt ſimpliciter facta portus mentione hic Hoſtienſis intelligeretur: & ob hunc portum tantum fuit olim peculiaris Comes, qui Comes portus dictus fuit Pancirol. in comment. ad notit. Imp. ocdent. *cap. 9.* vbi late de huiuſmodi Comite agit. Atque idem *eod. lib. cap. 18.* ratione portuum centenarium etiam fuiſſe oſtendit, vt is cum centum aut plus minus militibus portum tueretur.
Fridericus † Imperator *in hoc cap. vnic.* regalia enumerans flu- 3
minibus proxime voluit ſubijcere portus, quod quidem eodem modo fecit, quo Imperator Iuſtinianus *in §. flumina. Inſtit. de rer. diuiſ.* de fluminibus agens ſubiungit portus, quemadmodum & idem facit Marcianus *in l. nemo. §. fin. ff. eodem.*

Quemadmodum † vero portus cum fluminibus coniun- 4
guntur *in d. §. flumina. & d. §. fin.* ſic etiam vtrobique portus dicuntur publici, & quod portus tales ſint, confirmatur per *l. ad portus. Cod. de oper. public.* vbi † omnes & quidem etiam priuilegia- 5
ti tenentur ad portus, vt quæ publica ſunt loca, reparandos & conſeruandos.

Additur tamen *in d. §. flumina.* non † minus in portu, q̃ in flu- 6
minibus publicis cuilibet licere piſcari, eoq; ipſo abũde innuitur publicum vſum tam in portu q̃ in fluminibus admitti, & eo per-

tinet text. *in l. Cæſar. de public. & vectig.* Eodem ſpectat quod in verbis Prætoris adductis ab Vlpian. *in l. 1. ff. de flumin.* & explicatis
7 ibid. *in §. non autem* prohibetur † etiam, ne quid in fluminibus publicis fiat, quo ſtatio fiat deterior, ideoque aduerſus eos, qui contra faciunt, interdictum prohibitorium competit *d. l. 1. §. deterior ſtatio.*

8 Quemadmodum † igitur ante Friderici tempora portuum & fluminum publicorum par fuit habita ratio, ſic & Imperator tam portus, quam flumina publica nauigabilia & ex quibus nauigabilia fiunt, inter regalia *in hoc cap. vnic.* referri voluit, & por-
9 tus, vt ſupra attigimus, fluminibus mox ſubiungit. Simpliciter † etiam portuum meminerunt & regalibus annumerant Radeu. *lib. 2. cap. 5.* Gunth. *lib 8.* & Sigon. *de reg. Ital. lib. 7. & 12.* Sic etiam Bald. *in hoc c. vnic. num. 1.* ait, omnes portus ad Regem pertinere & Cæpoll. *d. loc. c. 28. num. 2. verſ. hodie vero* aſſerit, vt flumina, ſic portus iure communi eſſe Principis. per *hoc cap. vnic.* idemque tradit Petr. Gregor. *de republ. lib. 9. cap. 1. num. 27. & in ſuo ſyntagm. lib. 3. part. 1 cap. 14. num. 7.* vbi dicit portus etiam publici & regij iuris eſſe *per hoc c. vn c.* Etſi vero *in l. ad portus. ff. de oper. publ.* portus alij naturales eſſe dicantur alij artificiales ſiue manu & arte facti; tamen nulla differentia inter eos conſtituenda eſt, cum ſupra allegati textus *in l. portus. ff. de verb. ſignif. l. 1. §. ſtatio. ff. de fluminib. §. flumina. Inſtit. de rer diuiſ. l. nemo. ff. eod. l. ad portus ff. de oper. public. l. Cæſar. ff. de public. & vectigal. & in hoc ipſo cap. vn. quæ ſint regal.* verbo *portus* vtantur generaliter, nec vlla diſtinctio inter naturales & artificiales portus addatur, idemque fiat à Dd. & alijs Scriptoribus iam adductis, & Iuris expediti ſit ſimpliciter & generaliter ſine diſtinctione prolata debere intelligi generaliter & indiſtincte *l. 3. in fin ff. de offic. præſid. l. de pretio. §. cum concordantibus. ff. de public. in rem act. l. 1. §. generaliter. ff. de legat. præſtand.*

10 Quibus ita ſe habentibus, & cum † prouentus ipſe & vectigal quod ex portu percipitur, inter publica fiſci vectigalia generaliter numeretur *in l. inter publica. §. fin. ff. de verb. ſignif.* non eſt dubitandum, quin hoc ipſum vectigal ſiue portorium ad hoc regale pertineat, nec vlla diſtinctione inter naturales & artificiales

ea in

ea in re opus ſit, ideoque † Andr. Iſern. Affl. Aluarot. Præpoſ. Cuiac. & Hotom *in hoc c. vn.* Cæpoll. *de ſeru. ruſt. præd. c.* 24. *num.* 2. per portus apud Fridericum dicunt intelligendum eſſe illud vectigal ſiue portorium quod ex portu percipitur. Quibus accedit Rebuff. *in l. inter publica* §. *fin. in verb. vectigal portus. ff. de verb. ſign.* & Iacob. Spiegel. *in ſuis ſchol ad Gunther. lib.* 8. enumerando aliquot regalia inter ea non portus, ſed portoria refert. Et ſane tãtus eſt hac in re Interpretum conſenſus, vt merito dici poſſit crebriori calculo eorum receptam eſſe hanc Interpretum ſententiam, quod hoc portorium ſit illud vectigal, ſiue ille prouentus, qui ratione portus percipitur.

Huiuſmodi portorij mentio fit etiam *in l.* 3. *C. de vectigal. & commiſſ.* appellaturq; vectigal portus *in d. l. inter publica.* §. *fin.* Portorij meminit & vetus lex cenſoria de qua eſt textus *in l. in lege cẽſoria ff. de verb. ſignif.* vbi Alfenus ait, in lege cenſoria portus Siciliæ ita ſcriptum erat, ſeruos quos domo quis ducet ſuo vſu, pro his portorium ne dato. Quærebatur ſi quis à Sicilia ſeruos Romam mitteret fundi inſtruendi cauſa, vtrum pro his hominibus portorium dare teneretur, nec ne. Reſpondit duas eſſe in hac ſcriptura quæſtiones. Primam, quid eſſet domum ducere. Alteram, quid eſſet ſuo vſu ducere. Hæc Alfenus, ſubiiciens vtriusq; quæſtionis ſolutionem & explicationem Etſi † vero portorium 12
à portu nomen habeat, & portus vectigal vocetur *d.* § *fin.* tamen nonnunquã † & illud vectigal portorium nuncupatur, quod ꝓ 13
tranſitu per pontem penditur *l. cum in plures.* §. *vehiculum ff. locat.* vbi hæc extant verba: *vehiculum conduxiſti, vt onus tuum portaret, & ſecum iter faceret; id dum pontem tranſiret, redemptor eius pontis portorium ab eo exigebat. Quærebatur, an pro ipſa ſola rheda portorium daturus fuerit &c.* Hoc † portoriũ Galli Pontenage vocant, Chop- 14
pin. *De Doman. Franc. lib.* 1. *tit.* 9 *num.* 2. Meminit † autem genera- 15
liter portoriorum Tacitus *lib.* 13. vbi ſcribit Senatum Neroni diſſuaſiſſe, ne portoria tolleret, & addit, ſublatis portoriis ſequi, vt tributorum abolitio poſtuletur. Et Cicero *ad Attic lib.* 11. *Epiſt.* 6 *portoriis Italiæ ſublatis,* inquit, *quod vectigal domeſticum ſupereſt præ-*

ter viceſimam? Qui † vero exigunt portorium, portitores à ſcriptoribus appellantur, vt præter alios oſtendit Rebuff. *in d. l. portus. in verb. vectigal portus. ff. de verb. ſignif.* De qua re videatur etiam Forner. *ſelect. lib.* 1. *c.* 20. Iidem † vocantur & redemptores *in d. §. vehiculum & l. in honoribus. ff. de excuſat. muner.* ac † comprehenduntur communi appellatione publicanorum *l. eum qui. ff. de verb. ſignif. l.* 1. *§. publicani autem ff de publican. & vectigal.* idq; eo minus mirum eſt, quod portorium diſerte inter publica fiſci vectigalia referatur, vt ſupra dictum eſt.

CAPVT V.

De ripaticis.

SVMMARIA.

1 R*Ipa quid?*

2 Riparum proprietas non eſt publica ſed priuata eorum, quorum prædiis hærent.

3 Vendito fundo, cenſetur etiam vendita ripa, fuit etiam olim peculiaris Comes ripaticorum.

4 L. 3. ff. de fluminibus, *vbi ripæ dicuntur publicæ, declaratur.*

5 Riparum proprietas licet ſit priuatorum, tamen vſus publicus eſt.

6 In ripis ſi inuito eo, cuius prædiis hærent, ædificatur, ædificium non ſit ædificantis.

7 In ripa mea extructum ædificium propria authoritate deſtruere poſſum.

8 Ne ripæ ſed ripaticæ ſunt regalia.

9 Per ripatica prouentus & commoda intelliguntur, quæ tanquam vectigal quoddam occaſione riparum percipiuntur.

10 *Ripatica à quibuſdam etiam portorium, à quibuſdam vero gabellæ appellantur.*

11 *Ripatica præſtantur, ſi de ripa in ripam flumen tranſeatur.*

12 Ripatica etiam à Sigonio inter regalia numerantur, licet nec Radeuicus, nec Guntherus, nec Dedochinus Abbas, nec Mutius earum meminerint.

13 *De ri-*

13 *De ripaticis iure communi nihil cautum reperitur, ideoq́. Iſern. & Afflictus dicunt Principes ea potius per abuſum contra ius commune habere, quod refellitur* nu. *14.*

15 *Vox* Ripaticum *longe ante Imperatoris Friderici tempora fuit nota.*

16 *An ripaticorum ſolutionem vt quis euitet, flumen ſic vt nec ponte nec nauigio vtatur, tranſire poſſit.*

QVintum regale ſunt ripatica. Ripa † ea eſſe putatur, quę ple- 1
niſſimum flumen continet. *l 3 ff de flum.* & ab Vlpian. *in l.* 1. *§ ripa.ff.eod.* ita recte dicitur definiri, vt ſit id, quod flumen continet, naturalem rigorem curſus ſui tenens. Quemadmodum autem de via publica reficienda peculiare interdictum propoſitum eſt, ſic placuit vt & de ripa munienda peculiare edictum proponeretur, quod extat *tit.ff.de ripa muniend.*

Etſi vero viarum publicarum, fluminum publicorum nauigabilium, & ex quibus nauigabilia fiunt, & portuum proprietas priuatorum non eſt, vt ſuperius de ſingulis ſuis locis eſt oſtenſum, tamen riparum ea in parte longe alia eſt cauſa. Harum † e- 2
nim proprietas non eſt publica, nec ad eam acquirendam Principis vel alicuius populi authoritas neceſſaria eſt, ſed ea proprietas eſt eorum, quorum prædiis ripæ hærent & vicinæ ſunt, ideoque arbores in iis natæ eorundem ſunt. *l riparum ff. de rer. diuiſion. § riparum ff. Inſtitut eod. l. ergo. §. 2. de acquirend. rer. domin* vbi arbor ſecundum eum agrum in ripa nata ideo dicitur mea eſſe, quia ſolum ipſum meum priuatum eſt. Atque † hæc quidem a- 3
deo vera ſunt, vt ſi ab aliquo vendatur fundus, ripa etiam tanquam appendix, & quæ quoad proprietatem eiuſdem cum fundo eſt iuris, cenſeatur vendita, vt poſt Bart. & Bald. à ſe allegatos tradunt Matth. de Afflict. *in hoc cap. vn. ad verb. Ripatica. num.* 3. & Cæpoll. *de ſeruit. ruſtic. prædior. cap. 36. n. 6.* Fuit tanta riparum & ad eam pertinentium ripaticorum de quibus hic agimus habita ratio, vt peculiaris etiam Comes fuerit conſtitutus, qui riparum Comes dictus eſt, vt oſtendit Pancirol. in comment. ad notit. occident. Imperij c. 8.

Neque

Digitized by Google

Quemadmodum autem viarum publicarum, fluminum & portuum, ſic & multo magis litorum non eſt eadem hac in parte cauſa, quæ riparum. Nam litorum proprietas non minus, quam ipſius maris, & quę ſubiacent mari, terræ vel arenæ dicitur eſſe nullius, vt dictum eſt ſupra *c.3 nu.vlt.*

4 Nec † obſtat his, quod ripæ ſimpliciter non minus quam ipſa flumina dicantur eſſe publicæ, ideoq; proprietas non videatur eſſe priuatorum, quorum prædiis adhærent *l.3.ff. de flum.* vbi expreſſe ripæ dicuntur publicæ. Nam hoc *in d. l.3.* ad publicum

5 vſum coarctandum eſt. Etenim † licet proprietas etiam ſit priuatorum prædia proxime habentium, tamen vſus earum cenſetur eſſe publicus. Ideoque & Iuſtin. *in d.§. Riparum.* & Caius *in d l.Riparum* ait, Riparum vſum iure gentium eſſe publicum, ſicut ipſius fluminis, & vtrobiq; additur, hac de cauſa ſicut per ipſum flumen publicum nauigare, ſic & ad ripas naues appellere, funes ex arboribus ibi natis religare, retia ſiccare, pondus aliquod in his reponere cuilibet liberum eſſe. Concordat text. *in d l.ergo.§.* 1. eodemque pertinet *l.1.§.fin.ff.vt in flum.publ. nauig.lic.* vbi permittitur cuilibet etiam pecus appellere ad ripas, & aduerſus eos, qui huiuſmodi vſum impedire volunt, interdicto experiri licet.

6 Neque † tamen eo hoc ius publici vſus in ripa porrigendum eſt, vt à quolibet in ea ædificari poſſit, ideoque ſi ędificetur, eo inuito, cuius prædio adhæret ripa, non fit ædificium ædificātis *l. Qui autem.ff.de acquir.rer.dom.* Bart. *in l.quo minus in qu.7.nu.15.*

7 *ff.de fluminib.* vbi addit, ſe plus eſſe dicturum, ædificium † in ripa mea extructum propria authoritate à me deſtrui poſſe, *argum. l. quemadmodum.§.1.ff.ad l. Aquil. l.ſi item.§.ſi ad ianuam.ff.ſi vi aut clam. l.de pupillo.§.meminiſſe ff.de oper. nou. nunciat.* Idem docet Cæpoll. *de ſeru.ruſtic.prædior. c.36.n.6.*

8 Quæ † quidem omnia cum ita ſe habeant, non mirum videbitur, quod Fridericus licet ipſas vias publicas, ipſa flumina publica nauigabilia & ex quibus nauigabilia fiunt, ipſos deniq; portus regalia vocarit, tamen non etiam ipſas ripas, ſed ripatica inter regalia referri & ſic appellari voluerit. Neque enim ripæ ipſæ

ipſæ poſſunt dici Principis, ſed propriæ dicuntur eorum, quorum prædiis hærent, & vſus ipſe non vnius etiam eſt hominis, ſed publicus, ita vt Principis authoritas non ſit in ripis acquirendis ſpectanda, iuxta ea quæ ſuperius ſunt adducta, neque hoc ius Fridericus ſua conſtitutione antiquare voluit, ſed in hac conſtitutione eo ſpectat, vt † prouentus & commoda, quæ tan- 9
quam vectigal quoddam occaſione riparum percipiuntur, Principis ſint, & regalibus annumerentur, eaque ripatica appellat. Atque ita hanc vocem in hac conſtitutione intelligunt Andr. de Iſern. Matth. de Afflict. Bald. Præpoſ. Aluarot. Cuiac. Hotom. Borcholt. & alij *in hoc cap. vnic.* receptiſſima interpretatione, neque quoad ipſarum riparum proprietatem & publicum vſum per illud à prædicto veteri iure receſſum eſſe docent. Atque illa interpretatio communiter etiam ab aliis Dd. comprobata eſt, inter quos etiam ſunt Ferrar. Montan. *de feud. l br. 5. cap. 7. verſ. ſunt & riparum.* Vultei. *de feud. cap. 5. numer. 7. verſ. ſi ripatica.* Roſenthal. *de feud. cap. 5. concluſ. 32.* Peregrin. *de iur fiſc. libr. 1. titul. 1. numer. 23.* vbi addit ius illud ripaticum, quod Princeps habet in ripis publicorum fluminum priuato non competere, niſi ex conceſſione Principis. Neque aliud *in hoc cap. vnic.* Eguinar. Baro vult, dum ripatica vocat iura riparum Principi competentia, quemadmodum & Matth. de Afflict. illa nominat non ſolum vectigal, ſed & ius, quod occaſione riparum percipitur. Cuiacius † vero & Hotoman. etiam portorium nomi- 10
nant. Gabellæ appellantur ab Aluarot. & Præpoſit. qui annectit hæc ripatica † ita præſtari, ſi de ripa in ripam flumen tranſ- 11
eatur. Idem dicit Bald. *ibid nu 1.* & Ferr. *ſupra citato loco* vbi ſimul nominatim aliquot locorum ripæ Rheni meminit, in quib. huiuſmodi ripatica penduntur pro traiectione, quæ naui fit ab vna ripa in alteram.

Horum † ripaticorum meminit etiam Sigon. *de regn Italia lib.* 12
7. & ea ibidem inter regalia numerat, ſed in vita Friderici, cuius conſtitutionem nunc hic interpretamur, Sigon. *libr. 12.* nullam ripaticorum nec etiam riparum mentionem inter regalia

facit. Similiter nec Radeuicus, nec Guntherus, nec Dedochin. Abbas; nec Mutius ripaticorum vel ripatum meminerunt, ne-
33 que † etiam in iure communi aliquid nominatim de ripaticis cautum reperitur, ideoq; Andr. de Iſern. *in hoc c. vnic. ad verb. Ripatica* & poſt eum Matth. de Affl. dicunt Principes ripatica potius per abuſum contra ius commune habere.
34 Cæterum † hæc nihil obſtant, cum ſatis ſit hodie rem ex ipſius Imperatoris Friderici conſtitutione & verbis *in hoc c. vnic.* claram eſſe, quod videlicet hic Imperator expreſſe velit, ripatica inter regalia eſſe referenda, idque receptiſſima Interpretum ſententia comprobatum eſt, ita vt Andr. de Iſern. & Matth. de Affl. *etiam ſupra citato loco* fateantur hæc ripatica hodie eſſe de regalibus.
35 Et † ſane longe ante Friderici tempora vocem *ripaticum* fuiſſe notam, planum fit vel ex ſolis verbis beneficij Caroli Magni, quod eſt conceſſum S. Vincentij & Germani Eccleſiæ Pariſienſi. Verba hæc extant apud Annonium Monachum, & ſic habent: *Portum donamus, qui eſt inter pagum Senonicum & Mildunenſem, ita vt nullus alius ibi portum habeat, neq; teloneum, aut rotaticum, ſeu vultaticum, ſeu piſtaticum, ripaticum vel ſaluaticum.*
36 An † vero quis ad euitandam ſolutionem ripaticorum poſſit flumen de vna in alteram ripam ita tranſire, vt nec ponte, nec naui ad eam rem vtatur, in dubium vocat Præpoſ. *in d. c. vnic. n. 3.* & *ibid.* cum Bald. *in l. 3. n. 4. C. de priu. fiſc.* reſpondet id fieri poſſe. Contrariam ſententiam præter alios tenet Matth. de Affl. *in hoc c. vnic. verb. vectigalia num. 52. quæ ſint regalia* Matth. Coler *de proceſſ. executiu. part. 1. c. 3. n. 74. & ſeqq.* vbi inter cætera adducit etiam pro eius confirmatione varios textus ex *l. fin. §. dici ff. de public. & vectigal. l. qui fiſcales C. de nauic. l. cum proponas C. de naut. fænor.*
37 *l. ſi quis C. de curſ. publ. lib. 12. l. obſeruare ff. de offic. proconſ.* ita † tamen vt conſuetudo etiam hac in re attendatur. Idem cum eodẽ Bald. ſentiunt Aluar. *in d. c. vn. n. 2.* Schneidw. *de feud. par. 2. n. 114.* & Iacob. de S. Georg. *in tract. de feud. in verb. cum mero, nu. 21. in fin.* Pro hac ſententia faciunt etiam verba Caroli Magni, *in l. vt nulli cogantur*

gantur, titul. de Episc. libr. 3. L L. Longobard. vbi ait nullus cogatus ad pontem ire ad fluuium tranſeundum propter telonei cauſam, quando in alio loco compendioſius tranſiri poteſt fluuius.

Capvt VI.

De vectigalibus.

SVMMARIA.

1 *VEctigalia vnde dicantur, & quid ſint?*

2 *Vectigalia alia ἐξαγωγικὰ alia εἰσαγωγικὰ ſunt.*

3 *Vectigalia latiori ſignificatione accepta quid denotent?*

4 Ea in l. omnium rerum, C. de vectigal. *appellantur publicæ functiones.*

5 *Vectigalia publica frequentius præciſe vocantur vectigalia.*

6 *Vulgo à Dd. appellantur telonia & quare? atq; ita etiam in iure Pontificio & Saxonico vocantur.* n. 10.

7 *Vectigalium conductores cur dicantur publicani?*

8 *Telonia à tollo ſic dict Iſern. Affl. & Aluar. male docent.*

9 *Vectigalia & telonia referuntur inter regalia.*

11 *Vectigalia Dd. etiam vocant gabellas, appellationeq; vectigalium ac gabellarum promiſcue vtuntur.*

12 *Gabellarij ac Daciarij qui dicantur?*

13 *Ad vectigalia referuntur etiam Pedagia ac Guidagia.*

14 *Vectigalia à Dd. dicuntur eſſe de ſummo Imperio.*

15 *Vectigalium ius etiam ante Fridericum I. iure ciuili Imperatori competiit, & in iis inſtituendis conſenſus eius neceſſarius fuit.*

16 *Idemq; conſtitutione Imperij de Anno* 1570. *de inſtituendis & augendis iis confirmatum eſt.*

17 *De inquiſitione contra noua vectigalia inſtituentes & vetera augentes habenda.*

18 *De vectigalium & aliorum onerum magno abuſu &* n. 19.

20 *Cur noua vectigalia non inſtituenda nec vetera augenda ſint, rationes variæ in prædicta conſtitutione adducuntur, & quænam ſint?*

21 *Vectigalia noua propria authoritate inſtituentes pœna ambitus puniuntur.*

22 *In vectigalibus nouis inſtituendis vel veteribus augendis hodie Electorum etiam Imperij conſenſus requiritur.*

23 *Mandata ſine clauſula in Camera aduerſus eos, qui vel noua vectigalia inſtituunt, vel vetera augent, obtineri poſſunt.*

24 *Vectigalia vetera ſi augeantur, noua inſtitui cenſentur.*

25 *Augmentum ſequitur naturam ſui principalis cui accedit, & eiuſdem cum eo iuris eſſe cenſetur, fallit ſi diuerſa ſit ratio* n. 29.

26 *De dotis augmento idem, quod de dote iudicandum.*

27 *Augmentum rei alicuius ex contractu debita ei acquiritur, cui res ipſa debetur, quod & ad augmentum latens, cuiuſmodi eſt alluuio,* n. 28. *extenditur.*

30 *Acceſſorium non ſequitur naturam ſui principalis, quando in acceſſorio diuerſa apparet ratio.*

31 *Vectigalia vetera ſicut augeri, ita etiam diminui propria authoritate non poſſunt.*

32 *Vectigalia noua præſumuntur per vim & impreſſionem extorta.*

33 *Vectigalia etiam tollendi eorumq́; immunitatem largiendi facultas ad regalia pertinet.*

34 *Reſcriptum Imperatoris ab aliquo de non ſoluendis vectigalibus impetratum non valet.*

35 *Vectigabilia ob publicam vtilitatem inſtituuntur & non immerito nerui reipubl. dicuntur.*

36 *Vectigalia quænam, & quando cenſeantur odioſa?*

37 *Mercimonia de iure communi ſunt cuiuis libera.*

38 *Vectigalia licita, & ob publicam vtilitatem inſtituta, cenſentur fauorabilia.*

39 *Vectigalia noua tantum, non autem vectigalia antea inſtituta inter regalia referenda eſſe, quidam ſentiunt, quorum ſententia* nu. 40. *refellitur, & ad fundamenta eorum* n. 41. *reſpondetur.*

42 *Vectigalia noua inſtituere & vetera augere, ad maiora, antea inſtituta habere, ad minora pertinet regalia.*

43 *Vectigalia noua inſtitui & vetera augeri poſſunt ſi ob publicam vtilita-*

Digitized by Google

vtilitatem vel neceſſitatem aliquam iuſta cauſa ſubſit.

44. *Sine ea ne quidem à ſummo Princ pe id fieri poteſt.*

45. *Adeo vt Princeps contra faciens peccare dicatur & quidem mortaliter.*

46. *Principes quid in impoſitione vectigalium cauere debeant.*

47. *Vectigalia licite inſtituuntur ad inſtructionem viarum vel pontium, vel ad auertendum periculum in vijs publicis contra prædones aut in aquis contra piratas*, nu. 48. *vel ad defendendam patriam contra hoſtes*, nu. 49. *vel pro defenſione fidei*, num. 50. *vel ad compenſanda diſpendia, quæ ex publicis neceſſitatibus tollerantur vel ob inſtar laboris mercedem.*

51. *Ius exigendi vectigal per Imperatorem vel alium ſuperiorem non recognoſcentem recte datur, ſi tenuitas patriæ, cui conceditur, hoc vrgeat.*

52. *Vectigalia quibus alijs ex cauſis iuſte inſtituantur, remiſſiue.*

53. *Vectigalium ius vt ab Imperatore impetretur narrari debet, locum, in quo nouum vectigal inſtituendum eſt, non fuiſſe alijs vectigalibus vel pedagijs grauatum.*

54. *Reſcripta aut priuilegia impetrare volens nihil ſubticere debet, quo expreſſe vel omnino non, vel non facile ea à Principe impetrari potuiſſent.*

55. *Ciuitates iure Romano, an & quatenus ex conceſſione dicantur habere vectigalia.*

56. *Præſcriptione temporis immemorialis ab inferioribus acquiruntur, & recte inſtituta vel aucta cenſentur.*

57. L. vlt. C. noua vect g. inſtit. non poſſ *declaratur.*

58. *Non eſt rarum in iure noſtro, vt ob materiam ſubiectam copula vim & naturam diſiunctiuæ induat.*

59. *In præſcriptione immemoriali iuſtum etiam titulum ab Imperatore impetratum requiri, male nonnulli ſentiunt, eaque ſententia communiter reprobatur & non ſolum probatione ſed & allegatione tituli non opus eſt.*

60. *Præſcriptione etiam decem annorum cum titulo vectigalium ius acquiritur, ſi ſuperiorem agnoſcens illud habeat, ſine titulo vero longiſſimo temporis ſpacio opus eſt*, nu. 61.

62. *Immunitas vectigalium, quanto temporis ſpacio præſcribatur*

mala fides non ſolum longi vel longiſſimi, ſed etiam immemorialis temporis præſcriptioni obſtat.

63. *Vectigalis nomine quod penditur, eſt octaua pars rei pro qua vectigal ſoluitur.*

64. *Octauiarÿ qui dicantur in* l. à legatis C. de vectigal.

65. *Vectigal quod olim pro venalibus mancipÿs pendebatur, non vicesima quinta, ſed quinquageſima fuit.*

66. *Vectigal iudiciarium fuit eius ſumma, de qua litigabatur, quadrageſima.*

67. *Vectigal iudiciarium primum à Cajo Caligula eſt inſtitutum.*

68. *Vectigal iudiciarium etiam Gallis à Carolo Nono Rege Galliæ fuit olim imperatum, & poſtea ſublatum.*

69. *Vectigalis genus præclariſſimum & apud omnes obſeruatu digniſſimum quodnam ſit?*

70. *De vectigali hæreditatum.*

71. *Vectigal viceſima eorum, qui manumittebantur, antiquiſſimum & aliquot ſæculis ante Imperatorum tempora anno nimirum vrbis Romæ conditæ 397. inſtitutum fuit.*

72. *Vectigalia ab Octauiano originem non ducunt, vt Ægidius Tomat. & Albericus de Roſate minus recte docuerunt.*

73. *Vectigalia etiam tempore Ciceronis fuerunt inſtituta, eorumque tria erant genera.*

74. *Vectigalia à Cajo Caligula primum introducta eſſe aſſerentium ſententia refellitur.*

75. *Octaua, quam Cajus Caligula ex diurnis quæſtibus deberi voluit, leges non meminerunt.*

76. *In vectigalibus omnibus conſuetudo ſpectari ſolet.*

77. *A vectigali octaua fere paſſim per conſuetudinem vel ſaltem conceſſionem Imperatoriam receſſum eſt, ita tamen vt plerunq; minus quam octaua ſoluatur.*

78. *In vectigalibus conſuetudo, quæ octaua exceditur barbarica à nonnullis Dd. vocatur.*

79. *Vectigal quodnam ex rebus venditis ſoluatur apud Hiſpanos.*

80. *Vectigalis nomine quod ſoluitur, in pecunia conſiſtit, neq; vt ex rebus ipſis ſeu ſpeciebus præſtetur, neceſſe eſt, idē amplius confirmatur,* n. 82.

81. Vaſa

Digitized by Google

81. *Vaſa vini & cereuiſiæ, quæ vehuntur, aperire, indeque vectigal ſumere non licet, etiamſi ita conſuetudine receptum ſit.*

83. *Species pro vectigalibus Negus Rex AEthiopum accipere ſolitus eſt.*

84. *Vectigalium nomine Perſarum Reges, antequam Darius Hiſtaſpis rerum potitus eſt, nihil à ſubditis exegerunt, ſed tantum ea, quæ per eos vltra dabantur, ceperunt.*

85. *Germani veteres quicquid penſitabant ſua ſponte conferre ſoliti ſunt.*

86. *Vectigalium ius regale habentes alienare ea non poſſunt.*

87. *Locari tamen vectigalia poſſunt, & à conductoribus recte ſublocantur,* nu. 88. *qua in re magna eſt differentia inter vectigalia & monetas, vt quarum ius non poteſt locari, multo minus ſublocari.*

89. *Non minori tamen ſpacio quam triennij locatio vectigalium fieri poteſt.*

90. *Vectigalium conductor, ſi ſingulis annis penſionem non ſoluat, cadit ſuo iure, etiamſi tempus conductionis nondum ſit completum.*

91. *Vectigalia an & quando fiſcalibus debitoribus locari poſſint?*

92. *Ad vectigalium conductionem nemo ab ijs, quibus hoc regale competit, cogi poteſt.*

93. *Fallit, ſi ea quis antea ex conductione habuerit, & multum inde lucratus fuerit, nec alij conductores reperiantur, niſi forte bellum vel peſtis ſuperuenerit,* nu. 94.

95. *Vectigalia regalariter quilibet ſoluere tenetur.*

96. L. omnibus, C. de vectigalib. *declaratur.*

97. *Ius ſingulare contra tenorem rationis propter aliquam vtilitatem introducitur.*

98. *Regula nulla tam firma quin aliquam reſtrictionem patiatur, etiamſi talis regula vniuerſalis ſit,* nu. 99.

100. *Vectigal tantum perſonæ priuatæ ſoluere dicuntur.*

101. *Incluſio vnius eſt excluſio alterius.*

102. *Vectigal Fiſcus ſoluere non tenetur.*

103. *Vectigalia locans ſi alius ſit quam fiſcus non eſt immunis, ſed conductori ſoluere vectigal tenetur.*

104. *Immunitates à vectigalibus diuerſimode concedi ſolent, & quomodo?*

105. A ve-

105. A vectigalium ſolutione, an & quatenus nauicularij ſint immunes, & nu.108. 110. *& quare?* nu.109.

106. Nauicularij ſiue naucleri qui ſint?

107. Nauiculariorum certum olim erat corpus.

111. A vectigalium ſolutione præſides Prouinciarum immunes eſſe dicuntur, item Principum, Cameræ, & Parlamentorum Conſiliarij, Aſſeſſores, Fiſcales, Secretarij. & ſimiles nu. 112.

113. Vectigal legati an & quatenus ſoluere teneantur.

114. A vectigabilibus immunitatem habent hoſpitalia, item Eccleſiæ, perſonæque Eccleſiaſticæ in ijs rebus proprijs, in quibus nulla exercetur negociatio num.115.

116. Vectigal non tenentur etiam ſoluere Academiarum Profeſſores, & omnes qui earum veluti liberi, vxores, famuli, typographi vel alij membra ſunt pro libris, alijsque rebus proprijs, quas ſtudiorum cauſa habent, quod confirmatur infra nu.119. & 134.

117. L. vniuerſi C. de vectigalibus *declaratur, & de vera eius lectione.*

118. Ratio vbi eadem, ibi idem ius ſtatuendum.

120. De vectigalibus ſoluendis priuilegium ſcholaribus conceſſum ob auaritiam Publicanorum non ſatis, vt debet, ſeruatur.

121. Si vectigal ex conſuetudine à ſcholaribus exigatur, ea de iure non ſubſiſtit.

122. Si, cum vectigal exigitur, quid illicite rebus ſuis ſcholares adiecerint, illicita tantum in commiſſum cadere æquius quidem & humanius, contrarium tamen de iure verius eſt.

123. Fallit ſi res licita ſit alicuius doloſe non agentis, ſed eam cum illicitis coniunctam eſſe ignorantis.

124. Vectigal earum rerum non præſtatur, pro quibus non eſt conſuetum præſtari.

125. Vectigal rerum exercitui paratarum non ſoluitur.

126. Agricultura quantus ſit fauor, & quam varia ea habeat priuilegia? remiſſiue.

127. Vectigal pro ijs rebus, quæ ruris exercendi cauſa vehuntur, non penditur.

128. Vectigal pro ijs rebus non ſolui, quæ ad proprium alicuius vſum vehun-

vehuntur, adeo verum eſt, vt conſuetudo contrarium inducens non valeat, nu.129. *& etiam in ijs rebus, quæ quis pro vſu familiæ ſuæ comparauit, ex communi Dd. ſententia locum habeat*, nu.130.

131. *Vſus ſui gratia quænam res cenſeantur comparatæ, ad hoc ne vectigalium oneri ſubiaceant?*

132. *Vectigal non ſoluitur pro annulis, quibus quis in digitis vtitur, nec pro veſtibus precioſis, quas dorſo portat.*

133. *Vectigal etiam penditur nomine eius, quod quis domus ſuæ ædificandæ vel reficiendæ cauſa vehi curat.*

135. *A vectigalibus immunes perſonæ quarum rerum nomine priuilegiatæ non ſint?*

136. *Vectigal etiam cum priuilegiatis contrahentes ſoluunt, etiamſi res Eccleſiæ ematur*, nu.137.

138. *Priuilegium perſonale perſonam eius, cui conceſſum eſt, non egreditur.*

139. *Vectigal ſoluit is, cuius gratia contractus celebratus eſt, vel qui inde commodum percipit, ideoque emptor etiam tantum ſoluit vectigal & non venditor.*

140. *De vectigali ſi pactum inter emptorem & venditorem ineatur, ne emptor id ſoluat, vel vt venditor rem venditam vltra locum, quo vectigal ſoluitur, tradat, non valet.*

141. *Mutuo etiam conſenſu, ſi à contractu recedatur, nihilominus vectigal debetur.*

142. *De vectigalibus ſoluendis priuilegium ſingulare ſumma aliqua neceſſitate vrgẽte aduerſus priuilegiatas perſonas interdum concedi ſolet.*

143. *Vectigal an debeatur, & an quis immunitatem habeat, ſi quæratur; in dubio pro libertate & immunitate pronunciatio & interpretatio fieri debet.*

144. *Pœna legis Iul. de ambitu, qua nouum aut inſolitum vectigal inſtituentes tenentur, non eſt ipſa l. Iulia, ſed ſenatusconſulto per interpretationem expreſſa.*

145. *Exactores noui ac inſoliti vectigalis tenentur pœna legis Iuliæ de vi publica.*

146. *Pœna legis Iuliæ de vi publica, qualis hodie ſit, & qualis olim fuerit? & infra* nu.148.

147. *Deportatio quam pœnam ad ſe trahat?*

149. *Vectigalia noua vel inſolita inſtituentes pœna legis Iul. de ambitu, exercentes vero pœna legis Iul.* de vi publ. *tenentur.*

150. *Vectigalium nomine ſi plus debito quis exegerit ex edicto pratorio ijs, à quibus id publice vel priuatim exactum eſt, tenetur in duplum, in quo tamen etiam eſt rei perſecutio* nu. 151.

152. *Vectigal nouum vel inſolitum ſi vi extortum fuerit, cum pœna tripli reſtitui debet.*

153. *Contra vectigal exigentes à priuilegiatis pœna capitalis conſtituta eſt, idque in ſpecie ſe ita habet etiam in ſcholaribus* nu. 154.

155. *A ſcholaribus vectigal exigentes incurrunt etiam alias pœnas* & nu. 157.

156. *Vectigal à priuilegiato ſi exigat priuilegiatus, priuatur priuilegio ſuo.*

158. *Qui vectigal exigendo vel alia ratione negocium faceſſunt nauicularijs, decem libris auri mulctantur.*

159. *Aduerſus vectigalia indebita & inſolita antea legibus conſtituta pœna per auream Bullam Caroli IV. confirmantur.*

160. *Vectigal illicitum exigentes de iure Canonico pœna excommunicationis ſubiacent.*

161. *Vectigal qui praſtare tenetur nec praſtat, coram Deo delinquit, & in foro conſcientia peccare cenſetur, & res ipſa in commiſſum cadit* num. 162.

163. *Vectigal etiamſi quis poſt omiſſam profeſſionem ſoluere paratus ſit, nihilominus tamen res in commiſſum cadit.*

164. *Eandem pœnam incurrit, qui alia via uſus eſt, ſi conſtet eam eſſe inuſitatam vel prohibitam.*

165. *Nec releuat ab ea pœna, ſi vel auriga in dominum mercium vel dominus in aurigam culpam conferat.*

166. *Tranſit hac commiſſi pœna etiam in haredes eius, qui fraudati vectigalis delictum commiſit, modo viuo delinquente quaſtio mota ſit* num. 167.

168. *Eiuſdem pœna perſecutio aduerſus quemlibet poſſeſſorē competit.*

169. *Vectigalis fraudati quanam ſit pœna de iure Saxonico, & quid de conſuetudine ſeruetur.*

170. Ob

170. *Ob vectigal fraudatum ſi res in commiſſum cadat, ſtatim fraudantis eſſe deſinit, & dominium ipſo iure amittitur.*

171. *Poſſeſſio tamen eius rei ſine facto hominis non amittitur, ſententiaque declaratoria de ea opus eſt, & in eo omnes concordant* nu. 172. *licet generali conſuetudine aliud obtineat* nu. 173.

174. *Ob vectigal non ſolutum commiſſi pœnam nō incurrit, cui transeundi licentia data, modo intra ſeptem dies ea licentia vſus ſit*, num. 175.

176. *Eadem pœna ceſſat, quando ob aduerſam tempeſtatem onus exponitur, vel ob aliam neceſſitatem vrgentem (qualis eſt metus latronum vel peſtis) res transuehuntur* nu. 177. *Item ſi quis abſente publicano pecuniam eo loco, vbi vectigal ſoluendum eſt, depoſuerit* nu. 178. *Vel vectigalia ſint illicite inſtituta & iniuſta* nu. 179. *Vel poſt commiſſum publicanus vectigal recepit aut profeſſionem admiſit* nu. 180. *Vel etiam ſoluere volentem decepit* nu. 181.

182. *Similiter ea pœna ceſſat in fœminis, & in militibus* num. 183. *in pupillis intra diem triceſimum ſoluentibus* nu. 184. *in minoribus, reſtitutionem in integrum petentibus, & dolo carentibus*, n. 185. *item ſi res commiſſa intra quinquennium non petatur* nu. 186. *vel ſine poſſeſſoris dolo perierit*, nu. 187 *quod & ad latam culpam extenditur* nu. 188.

189. *Lata culpa dolo æquiparatur.*

190. *Ob vectigal non ſolutum commiſſi pœnam non incurrit ſocius ob culpam ſocij ſui rem communem non profitentis, cum pœna teneat ſuos auctores.*

191. *Nec in commiſſum cadit ea rei pars, quam quis fuit profeſſus, etiamſi altera pars fuerit occultata, & ſimiliter ſi quis rem furtiuam vel vi raptam non profiteatur ceſſat commiſſi pœna, & domino rei contra publicanum à fure eam accipientem rei vindicatio competit.*

192. *Non habet etiam hac pœna commiſſi locum, ſi iuſta cauſa, ob quam vectigalia fuerunt inſtituta, ceſſet.*

193. *Commiſſi pœna ceſſat ſi dolus abſit, & ex probabili ignorantia vel errore peccetur, vbi ſimul oſtenditur quid eo caſu, vbi ignorantia probabilis non eſt, ſtatuendum ſit.*

194. L. fin. §. licet quis. ff. de publican. *declaratur.*

195. *Dolus in dubio non præſumitur.*

196. *Immunitas à vectigalibus non excuſat perſonas immunes à profeſſione rerum.*

197. *Non immunes, etiamſi res profiteantur, tamen ſi non ſoluant etiam vectigal, puniuntur, non quidem pœna commiſſi, ſed dupli vectigalis.*

198. *De remedijs & actionibus vectigalium partim ſpecialiter, partim generaliter & remiſſiue.*

1 SExtum regale *in hoc cap. vnic.* ſunt vectigalia: Hæc † à vectura ſic dicuntur, ideoque ſi proprietas vocabuli ſpectetur, vectigal eſt, quod pro inuectione & euectione mercium debetur, eo-
2 que † pertinet, quod vectigalia alia ἐξαγωγικὰ alia εἰσαγωγικὰ eſſe ſcribat Strabo *lib. 7.* & Choppin. *de Doman. regn. Gall. lib. 1. cap. 9.*
3 *num. 1.* Latiori † vero ſignificatione Vlpianus *in l. inter publica. §. fin. de verb. ſignific.* ita loquitur de vectigalibus, vt dicat publica vectigalia ea eſſe intelligenda, ex quibus fiſcus vectigal capit, & tale eſſe vectigal pontis, venalium rerum, ſalinarum, metallorum, piſcatorum. Vectigalia vocantur eo loco publica, quemadmodum & in *l. 1. §. familia. & l. locatio. §. fin. ff. de publican. & vectig.*
4 *& in l. quanta. §. fin. eod. tit.* Eademque † ratione *in l. omnium. C. de vectigal. & commiſſ.* nuncupantur publicæ functiones. Atque hinc conductores vectigalium appellari ſolent in iure noſtro Publicani *l. 1. § 1. ff. de publican.* vbi dicuntur à publico nomen habere eodemque pertinet textus *in d. l. quanta. §. fin. & l. cum qui. ff. de verb. ſignif.*

5 Frequentius † tamen & fere paſſim hæc publica vectigalia præciſe vocantur vectigalia, vt videre eſt *in tit. ff. de publican. & vectig. & tit. C. de vectig. & commiſſ. & tit. ſeq. alijſque locis.* Idem fit *in hoc c. vnic.* vbi per vocem *vectigalia* non denotantur alia, quam
6 publica vectigalia, eademque † dicuntur *in hoc c. vn.* telonia vulgo appellari. Τέλος græce inter alia ſignificat vectigal, eoq; voca-
7 bulo ita vtitur Modeſtin. *in l. 15. §. ὁ τέλη ff. de excuſ. tut.* atque † hinc vectigalium conductores telonæ vocantur & telonarij. Male vero
8 † Andr. de Iſern. Matth. de Afflict. Præpoſit. Aluarot. *in hoc c. vnic. ad verb. vectigalia* docent, telonia ſic dici à voce tollo, quod octaua pars nomine vectigalis tollatur, ex ijs quæ vehuntur. De teloni**j**

telonij canone legimus etiam apud Caſſiod. *variar. lib. 5. Epiſt.* 39. vbi Theodoricus Gothorum Rex, telonij, inquit, canonẽ nulla faciatis vſurpatione confundi, ſed modum rebus vtiliſſimum, quem præſtare debeant, imponentes, commerciandi licentiam æquabili ratione reuocate, ne ſe tendat in vagum ambitioſa enormitas exigentium.

Teloniorum † etiam in vita Friderici primi inter regalia 9 meminerunt Radeuic. *lib. 2. cap.* 5. Gunth. *lib.* 8. & Sigon. *de regn. Ital. lib.* 12. idque ita ab iis fit, vt quemadmodum fit in ipſa conſtitutione Friderici, ſimul nominatim vectigalium faciant mentionem. Neq; aliter de iis inter regalia loquitur Mutius *Chron. li.* 18. Dedoch. Abb. teloniorum tantum, non autem etiam nominatim vectigalium meminit, vt & Radeuic. *lib. 2. c.* 41. vbi *regalia,* inquit, *monetam, telonium, pedaticum, portus, comitatus & alia ſimilia, ſi qua ſunt communia Mediolanenſium, dimittet, & vltra ſe non intromittet.* Vectigalia † vocantur telonia etiam in iure pontificio *c.* 10 *ſi quis Romipetas* 24. *qu.* 3. & in ſpeculo Saxonico *lib. 2. cap.* 27. vbi aliquoties teloniorum fit mentio, nec vectigalia ibi aliter appellantur. Solent † Dd. vectigalia quoque vocare gabellas, ac pro- 11 miſcue vtuntur appellatione vectigalium ac gabellarum, vt apud eos paſſim videre licet & teſtatur Boſſ. *tit. de vectigal. num.* 2. Atque † hinc ab iis Dd. conductores vectigalium nonnunquam 12 appellantur gabellarij, quemadmodum & daciarij dicuntur in Ducatu Mediolanenſium vt dicit Boſſ. *iam citat. loc.* cum vectigal etiam dacium à nonnullis Dd. vocetur.

Referuntur † ad vectigalia etiam pedagia & guidagia, & 13 ita eorum meminit ius pontificium *in c. innouamus. de cenſibus c. quanquam eod. lib. 6. cap. ſuper quibuſdam §. præterea de verb. ſignif. d. c. Si quis Romipetas* 24. *q.* 3. Pedagia vero vocantur etiam pedagica à Radeuico *lib. 2. c.* 5. *& c.* 41. & vtrobiq; ab eodem inter regalia referuntur. Cuiac. *ad hoc c. vn.* pedagica appellatione vectigalium ibidem comprehendi docet. Verum vt in hoc c. vnic. Sic & reliquo iure ciuili expreſſe pedagicorum vel pedagiorum vel etiam guidagiorum nulla fit mentio.

Cæterum præſtationes & functiones publicæ, quæ colle-
ctæ vocari ſolent, huc non pertinent, nec appellatione vectiga-
lium continentur, ideoq; de iis ſeorſim infra *cap.* 16. agemus. Di-
14 cuntur † autem à Dd. vectigalia eſſe de ſummo Imperio, Bald. *in
l.* 3. *C. de iur. fiſc.* Salyc. *in l. vectigalia num.* 2. *C. nou. vectig. inſtitut.* Si-
chard. *ad rubr. C. eod num,* 2. Boſſ. *titul. qui vectig. poſſ. impon. numer.* 4.
(rationem addens, quod non alij competant vectigalia quam
Principi ſummo.) Choppin. *de Doman. Franciæ li.* 1. *tit.* 1. *n.* 6. *& tit.*
10. *n.* 2. Bertachin. *de gabellis part.* 1 *nu.* 1. Purpurat. *conſ.* 493. *num.* 4.
Mazoll. *conſ.* 56. *nu.* 3 Lancelot. *in templo iudic. libr.* 1. *c.* 1. *in verb. colle-
ctas & gabellas imponit n.* 2. Corſet. *de poteſt. reg. part.* 4 *qu.* 48. Mynſ.
obſ. 29. *num.* 1. *cent.* 5. Rip. *reſponſ.* 181. *nu.* 1. Natt. *conſ.* 661. *n.* 1. Knich.
de Saxon. non prou. iur. cap. 5. *num.* 60. *&* 66. & ſane de regalibus ſu-
premi Principis ea eſſe, & à Friderico I. *in hoc c vnic.* expreſſe in-
15 ter ea referri, eo minus mirum videbitur, quod † etiam antea iu-
re ciuili Imperatori horum ius competierit, & in iis conſtituen-
dis conſenſus eius neceſſarius fuerit *l.* 1. 2. *&* 3. *C. nou vectig. inſtit.
non poſſ. l. vectigalia ff. de public, & vectig. c. innouamus, De cenſib. & c.*
16 *Super quibuſdam § preterea de verb. ſignif.* idemq; † in Comitiis an-
no 1576. Ratisbonæ ab Ordinibus Imperij habitis cautum eſt
conſtitutione Imperij §. Weiter ſeindt. §. Dardurch dan. & § Der-
halben damit. vbi & diſerte vectigalia referuntur ad ſuperiorita-
tem ac reſeruata ſiue regalia Cæſaris & ſimul vetatur, ne priuata
authoritate alicuius ex ordinibus Imperij aliorumq; hominum
17 noua vectigalia inſtituantur, vel etiam vetera augeantur. Et † vt
hac in parte abuſui eo magis occurratur *in d.* §. Derhalben damit
expreſſe omnibus ordinibus Imperij in ſingulis circulis, & no-
minatim etiam circulorum Ducibus & eorum adiunctis manda-
tur, vt ſedulo inquirant, an, vbi, & qua ratione noua vectigalia in-
ſtituãtur, vel vetera augeantur, quocunq; tandem prætextu hoc
fiat, additurq; ibidẽ, debere in inquiſitione illa comperta in de-
putatorum ordinum conuẽtu ad Cæſareos commiſſarios ac ſex
Electorum conſiliarios deferri, & ab his, re prius deliberata, Cæ-
ſari relationem fieri. Et quod de vectigalibus non etiam augen-
dis

dis in ea conſtitutione additur, ſatis expreſſe quoq; proditum eſt *in d. l. vectigalia.*

Vt autem prædicta conſtitutio in Imperio promulgaretur, eo conſultius & magis neceſſarium fuit, quod magnus † paſ- 18
ſim reperiatur abuſus vectigalium, Ferr. Mont. *de feud. li. 5. c. 7.* vbi ait totum orbem vectigalibus nouis premi, & Alber. de Roſat. *in rubr. C. Nou. vect. inſt. non poſſ.* male, inquit, ſeruatur in Italia hic titulus, Sichard. etiam *ibidem* eum allegans aſſerit, ſe vereri ne peius in Germania & paſſim ſeruetur. Natta *in tract. de Principe lib. 2.* mihi *pag.* 249. generaliter loquens de Principib. & quidem etiam inferioribus ait, Onerant populos tributis, vectigalia inſtituunt noua, augent vetera, conquiritur vndiq; materia cogendę pecuniæ. Et Bodin. *de Republ. lib. 1. c. 10.* conqueritur, priuatos paſſim vectigalia exigere, idq; non ſolum in Gallia, ſed & in variis aliis regnis fieri. Sunt † etiam, qui tantum in indicendis & au- 19
gendis oneribus publicis abuſum paſſim eſſe dicunt, vt pauperibus vix precarius relinquatur ſpiritus, quemadmodũ ait Bald. *in l. hoc iure circ. fi. ff. de iuſt. & iur.* & poſt eum Weſ. *conſ. 45. n.* 15. Vaſq. *illuſtr. controu. lib. 1. c. 8. n.* 8. Rol. à Vall. *conſ. 66. n. 22. lib. 1.* Proinde eo magis opera danda eſt, vt per leges & conſtitutiones huiuſmodi abuſus tollatur, vt factum eſt per ſupra allegatã conſtitutionem Imperij de an. 1576. vbi expreſſe etiam abuſus vectigaliũ fit mẽtio *in §.* Weiters ſeind/ *& in d. §.* Darburch dann. *& §.* Derhalben damit. & † in ſpecie diuerſæ prægnantes & notabiles ſubiiciuntur 20
rationes, ob quas in ea conſtitutione tantopere prouiſum eſt, ne noua inſtituantur vectigalia, nec vetera augeantur. Ex his rationibus eſt, quod facultas id faciendi non ſolum ad ſuperioritatem & regalia Imperatoris pertineat, ſed & quod, ſi priuata authoritate vectigalia noua inſtituerentur, vel vetera augerentur, id in ſingularis præeminentiæ & reſeruatorum Imperatoris, ac eiuſdem Electorumq; Imperij dignitatis contemptum & diminutionem vergeret, publicæ vtilitati repugnaret, pretia rerum in commerciis & iis, quæ ad victualia ſpectant, augerentur, & facile cauſa ad impatientiam & ſeditionem ſubditis præberetur.

beretur. Quatenus vero ſingularis præeminentiæ & reſeruatorum Imperatoris ibidem ſit mentio, eo verius eſt, ius vectigalium, ſi præſertim de nouo inſtituantur, vel vetera augeantur, hodie etiam ad regalia & præeminentiam Imperatoris pertinere, idq; illa conſtitutione comprobari & confirmari, vt *lib.1.c.2.n. 43.&* 44. dictum eſt.

Merito igitur nulli Principi vel alij ſuperiorem agnoſcenti licet vectigalia noua propria authoritate inſtituere, vel etiam vetera augere, & ſic etiam *in d. l. vectigalia ff. de publ.* nec præſidi prouinciæ, nec aliis id ſine præcepto Imperatoris permittitur *& in d.l.2.C.Nou. vectig. inſt.* negatur decreto etiam ciuitatum inſti-
21 tui poſſe noua vectigalia. Et † ſane qui authoritate propria noua vectigalia inſtituere deprehenduntur pœna ambitus puniuntur
22 *l.vn.ff.ad leg.jul.de ambit.* Vt † autem eo minus & difficilius ad vectigalia noua inſtituenda vel etiam vetera augenda deueniatur, hodie in Imperio ad eam rem vna cum Imperatore etiam Electorum Imperij conſenſus requiritur, idque de nouis vectigalibus non inſtituendis continetur capitulatione Cæſarea cum Electoribus facta, & de vtriſque diſerte etiam ſancitum eſt in prædicta *conſtitutione d.* §. Weiter ſeindt §. Dardurch dañ. *&* §. Derhalben damit. & omnis etiam prætextus, qui ex nomine Vngeldts/ Auffſchlags/ Brückengelds/ Weggelds/ aut alia ratione obtendi poſſit, ibidem præciditur.

23 Eſt † igitur eiuſmodi factum, quo noua vectigalia ſub aliquo prætextu inſtituuntur vel vetera augentur, tam odioſum, atque adeo publicæ vtilitati & legibus conſtitutionibusque repugnat, ipſoque iure nullum eſſe cenſetur, vt mandata pœnalia etiam ſine clauſula aduerſus eos, qui vectigalia noua inſtituunt, vel iam antea conſtituta augent, obtineri poſſint, atq; ea ratione ab ipſa executione recte inchoetur, Cameraque Imperialis huiuſmodi mandata pœnalia ſæpiſſime decreuerit contra eos, qui noua vectigalia inſtituere vel vetera augere conati ſunt, idque ipſa experientia & praxis docet. Atque ita 5. Octobris anno 1588. decretum eſt mandatum in cauſa ciuitatis Colonienſis

contra

contra Ducem Iuliacenſem, in cauſa eiuſdem ciuitatis contra Iſenberg, in cauſa ciuitatum Imperialium contra Archiepiſcopum Colonienſem. Item 21. Maij anno *1591.* in cauſa Altenhaſeln contra Iſenberg. Et eodem anno *19.* Nouembr. in cauſa Nobilium & aliorum Ordinum Ducatus Pomeraniæ contra Ducem Pomeraniæ Stetin. ſimileq́ue mandatum decretum eſt in cauſa ciuitatis Spirenſis contra Electorem Palatinum. De huiuſmodi præiudiciis videre licet etiam deciſion. & præiudic. Cameræ. *in verb. Mandata ſine clauſula pag. 191. & in verb. Vectigal.* 150. extantq́ue multo plura præiudicia adeo, vt apud Gilmannum *Symphoremat. ſupplicat. tom. 2. part. 3. titul. 7. ſupplicat.* 4. aſſeratur, quod innumera huiuſmodi præiudicia allegari poſſint.

Quod † autem priuata authoritate aliquid facere non minus in veteribus augendis, quam nouis inſtituendis prohibitum 24
eſt, id ea ſubnixum eſt ratione, quod vetera etiam augendo noui aliquid fiat, & vectigalia etiam noua eſſe cenſeantur, cum vetera augentur *l. Licitatio. §. eadem. ff. de public. cap. Probibemus.* & ibi Dd. *de cenſibus.* Salicet *ad d. l. 2. numer. 1. Cod. nou. vect. inſtit non poſſ.* Cuiac. *in parat. ad eundem titulũm & ibidem* Azo *in ſua ſumm. num. 1.* Weſenb. *conſ. 45. n. 45.*

Verum quidem eſt, quod augmentum † cenſeatur ſequi 25
naturã ſui principalis cui accedit, & eiuſdem cum eo iuris eſſe dicatur *l. ſi ex toto & l. Quod in rerum. §. ſi quid poſt. ff. de leg. 1.* & ſic
de † dotis augmento idem iudicandum ſit, quod de ipſa dote *l.* 26
inter ſocerum. §. cum inter. ff. de pact. dotal. l. etiam. Cod. de iur. dot. &
augmentum † rei, quæ ex contractu aliquo debetur, ei acqui- 27
ratur, cui res ipſa debetur, *l. ſi fundus in princ. & l. Paulus. §. ſi domus. ff. de pignor & hypoth.*
idq́ue † in latenti etiam augmen- 28
to ſibi locum vendicet, cuiuſmodi eſt alluuio *l. Si conuenerit. §. ſi nuda. ff. de pignor. act. l. id quod. ff. de peric. & commod. rei vendit. l. ſi ego. §. vltim. ff. de public.* Sed hæc non refragantur quo minus aliud dicendum ſit, tam in augmento veterum vectigalium, quam in
ipſis veteribus vectigalibus. Nam argumentum † non ſequi- 29

tur naturam ſui principalis, cui accedit, quando diuerſa eſt ra-
tio in augmento. *l. Qui fundum,* §. *1. ff. pro emptor.* Corn. *conſ.* 240.
verſ. Nec obſtat quod augmentum. libr. 3. Menoch. *conſil. 26. numer.*
35. Tiraquell. *de retract.* §. 1. *gloſſ.* 18. *numer.* 59. Facit huc quod
30 generaliter † negetur idem obtinere in acceſſorio, quod in
principali, quando in acceſſorio apparet diuerſa ratio. *l. ex pla-*
cito. Cod. de rei vindic. l. ſi is à quo. Cod. de præd. minor. non alienan. late
Hyppol. de Marſil. *in ſing. 17. numer. 3.* Iam vero longe alia eſt
ratio in veteribus vectigalibus, vt quæ iam antea ex neceſſaria
cauſa inſtituta ſunt, & ideo fauore ſuffulta, alia vero in augmen-
to eorum, vt re noua & omnino odioſa, id quod ex iis, quæ de o-
dioſis vectigalibus paulo poſt vberius dicturi ſumus, planius e-
uadet.

31 Quemadmodum † autem vectigalia vetera augeri non
poſſunt priuata authoritate, ſic & ea diminuere tali authoritate
interdictum eſt, textus eſt expreſſus *in l. vectigalia. ff. de publican.*
vbi Iuriſconſultus primum ſine præcepto Imperatoris genera-
liter negat, vectigalia præcedentia reformari poſſe, deinde ſpe-
ciatim ſubiungit, nec addi iis, nec etiam diminui ea ſine tali præ-
cepto poſſe, atque Azo *in ſua ſumm. ad tit. Cod. nou. vectigal. inſtitui*
non poſſe num. 1. nouum vectigal interpretatur etiam illud eſſe,
quod minus eſt, quam vetus erat. Cui accedit Cuiac. *in parat. e-*
iuſdem tituli dum generatim dicit, noua vectigalia eſſe, quæ ab-
32 horrent à priſca conſuetudine. Adeo † vero odioſa, & prohibita
ſunt vectigalia, ſi omnino noua, vel vetera mutata ſint, vt per vim
& impreſſionem extorta eſſe præſumantur, Weſenbec. *conſ. 45.*
n. 45. verſ. dicuntur autem noua. poſt Bald. *in c. 1. verb. pactiones. de pac.*
Conſt. Lucas de Penn. *in l. hac lege D. de aqueduct.* Iacobin. de S. Ge-
org. *in tractat feudal. verb. Et cum mero mixtoq; imperio n. 16.* vbi alle-
gat Baldum *in c. 1. qualiter vaſallus iur. deb fid.* dicentem iura noua à
ſubditis præſumi extorta, & ſe ita cuidam magno viro in facto
valde arduo conſilium petenti reſpondiſſe.

Atque ex his quidem, quæ hactenus dicta ſunt, conficitur, nō
ſolum omnino noua vectigalia aliquo loco inſtituere, ſed & an-
tea

tea inſtituta augere vel diminuere,ad regalia pertinere,atq; hoc eo minus mirum videri debet,quod moneta,quæ poſt vectigalia in hoc c.vn. proximum regale eſt, per augmentum vel etiam diminutionem mutari,ſine legitima cauſa non poſſit,vt *ſuo loco* demonſtrabitur.

Cum † vero hæc ita ſe habeant,facultatem etiam tollendi vectigalia, & immunitatem eorum largiendi ad regalia ſpectare dicendum eſt,Bodin.*de Repub.lib.1.c.*10. Sichard.*in Rubr. C.Noua vectig.inſtit.*& Peregrin *de iur.fiſc.lib.6.tit.5.nu.2* vbi ait,huiuſmodi immunitatem & exemptionem per magiſtratus inferiores dari non poſſe,ſed eius conceſſionem tantum ad Principem,vel eius conſilia maiora,quæ ſummum Reip. Imperium tenet, pertinere. Et ſane ſi reformare & minuere vectigalia eſt de regalibus, & tale aliquid ſine conſenſu Imperatoris fieri non poteſt, conſequitur idem merito ſtatui in facultate tollendi vectigalia & concedendi immunitatem eorum *ex d.l.vectigalia*. Eoq; † pertinet,quod non valeat reſcriptum etiam Imperatoris ab aliquo de non ſoluendis vectigalibus impetratum *l. vectigalia. & l.quicquid C.de vectig.* Eodem ſpectat *tit.C.de immun nem.conced.lib.*10.*l. vacuatis C.de annon.lib.eod.*& text. *in l omnium. C.de vectig.* vbi Imperatores aiunt, vectigalium non paruam eſſe functionem, quæ debet ab omnibus, qui negotiationis & transferendarum mercium habent curam æqua ratione defendi. 33 34

Sane † cum vectigalia ob vtilitatem vel neceſſitatem publicam inſtituantur.*l.fin.Cod.de vectig.l.1.C.vectig.nou.inſtit.non poſſ.* Bart.& Dd. *in l.omnium.Cod.de vectig.* tanta eorum eſt functio, vt quemadmodum tributa *in l. 1. §. in cauſa. ff. de quæſt.* dicuntur nerui eſſe Reipublicæ, ſic idem elogium vectigalibus recte & neceſſitate vrgente inſtitutis tribui poſſit. Neque obſtat quod vectigalia † odioſa etiam eſſe cenſeantur *l.quicquid.Cod de vectig. l.3 & l.fin.C.nou.vectig.inſtitui non poſſe.* Boſſ.*tit.de vectig.num.*10 & Corn.*conſ.*199.*col.*4.*vol. 1.* & huc pertineat conſtitutio Imperij anno 1576 promulgata §.Dardurch dañ/ *& §.ſeq.* eodemq; † faciat, quod mercimonia iure communi cuiuis libera ſint *l ſemper* 35 36 37

§. *Negotiatores de iur. immun. l. inuitum & l. Dudum Cod. de contrah. empt. l. ſicut Cod. de obligat. & act. l. inuitos Cod. locati.* Nam odioſa quidem ſunt, quæ contra veterem conſuetudinem, neceſſitate non vrgente, vel omnino noua ſunt, vel vterum augmentum, vel cum à conductoribus vectigalium plus debito exigitur, *d. l. vectigalia. ff. de public. d. l. 1. l. 2. & l. 3. Cod. Nou. vectig. inſtit. non poſſ.* eoque pertinet *d. l. fin. & d. l. quicquid. cum ſimilibus*, neque aliud vult prædicta conſtitutio Imperij *in d.* §. Darburch dann. & §. *ſeq.* quatenus diuerſæ & prægnantes rationes aſſignantur, cur huiuſmodi vectigalia odioſa vel potius odioſiſſima ſint, ideoque
38 non admittenda, ſed † illa quæ licita ſunt, & vtilitas neceſſitaſque publica efflagitauit, merito fauorabilia cenſentur. *l. vectigalia Cod. de vectig.* Beroius *conſ. 37. nu. 29. vol. 3.* Surd. *deciſ 96. nu. 19. & 31.* & poſt hos Andr. Knichen *de Saxon. non prou. Iure c. 5. nu. 78.* facitq; huc quod eiuſmodi vectigalia Reip. nerui ſint, vt ſupra oſtenſum eſt.

39 Sunt † autem nonnulli, qui inter vectigalia antea inſtituta, & ea quæ noua ſunt, hac diſtinctione vtendum eſſe opinantur, vt hæc regalibus annumerentur, non autem illa. Ita enim ſentiunt Alciat. *in c. quod ſedem. num. 47. de offic. deleg.* Roland. à Vall. *conſ. 42. numer. 33 lib. 2.* & Petr. Gregor. *de Republ. lib. 9. cap. 1. num.*
40 *30.* Sed † multa ſunt, ob quæ ea ſententia pro erronea habenda ſit. Nam primum conſtat textum *in hoc c. unic.* ſimpliciter de vectigalibus loqui, nec aliquo modo innuere, quod ea vectigalia, quæ antea inſtituta ſunt, non ſint inter regalia numeranda. Radeuic. quoq; *lib. 2. c. 5. & c. 41.* aliiq; ſcriptores, qui in eiuſdem Imperatoris vita vectigalium ac teloniorum inter regalia meminerunt, indiſtincte etiam ac ſimpliciter id faciunt. Et ſi minuere vel augere vetera vectigalia antea inſtituta non licet ſine authoritate & conſenſu Imperatoris, aut ſuperius edoctum eſt, conſequitur eadem illa vectigalia eſſe Principis, & ad regalia eius pertinere, vt & paſſim in iure ciuili ad patrimonium Principis ſiue fiſcum ſpectare dicuntur.

Accedit his & vſus. Nam Imperator ipſe inſtituta etiam vecti-

vectigalia vt regalia & ad ſuperioritatem ſuam pertinentia habet, & ijs vtitur, & in Ducum, Marchionum, Landgrauiorum, aliorumque Principum inferiorum, & multorum Comitum inueſtituris inter regalia, quæ à Cæſare habent, vectigalium etiam multo ante inſtitutorum & ijs conceſſorum ſolet fieri mentio. Denique Bald. Andr. de Iſern. Matth. de Afflict. Aluarot. & alij Dd. *in hoc c. vn.* item Alberic. de Roſat. Bald. Salic. Ioan. Fichard. & alij Dd. *ad tit. C. nou. vectig. inſtit. non poſſ.* & cæteri Interpretes iuris alijs locis, crebriori conſenſu ita de vectigalibus loquuntur, vt non minus inſtituta, quam inſtituenda, ſiue noua, ad regalia referant, nec recte Petr. Gregor. *in d. lib. 9. cap. 1. nu. 30.* ita Dd. generaliter pro contraria ſententia allegat, quaſi eam *in hoc cap. vn.* amplectantur.

Neque † obſtat *l. 1. 2. & 3. C. nou. vectig. non inſtit. poſſ. & l. vectigalia. de public.* Nam licet ijs locis non liceat ſine conſenſu Imperatoris noua vectigalia inſtituere, idque apud omnes Interpretes in confeſſo ſit: tamen inde non conſequitur, vectigalia iam antea ab ipſo Imperatore vel ab alijs eius authoritate & conſenſu inſtituta inter regalia non eſſe numeranda, vel potius hoc ipſo, quod iam inſtituta ſint, deſinere eſſe regalia. 41

Illud † rectius dicetur, quod noua vectigalia inſtituere, vel vetera augere excellentius quid ſit, quam iam inſtituta habere, ideoque illud ad maiora regalia (vt à nobis inter ea relatum eſt ſupra *lib. 1. cap. 2. num. 40.*) hoc vero ad minora pertineat, & ſic inſtituta vectigalia ad minora referunt Zaſ. *in epit. feud. part. 5. num. 13.* Seyſſel *in ſpec. feud. ad tit. qui feud. dar. poſſ. verſ. Quadam vero.* Schneidw. *de feud. part. 2. num. 97.* nec aliud vult Ferrar. *de feud. lib. 2. cap. 1. & lib. 5. cap. 7.* dum ſimpliciter vectigalia annumerat minoribus regalibus, vt nec Zaſ. qui idem facit *conſ. 16. num. 64. lib. 2.* & niſi ita accipiatur, ſecum pugnaret, vt ſupra citato loco ſola inſtituta vectigalia retulit inter minora. 42

Etſi † vero noua vectigalia inſtitui, & vetera augeri nequeant, tamen ſecus ſe res habet, ſi ob publicam vtilitatem vel neceſſitatem aliquam rationabilis iuſtaque cauſa ſubſit. *l. 1. Cod. nou. vectigal. inſtit. & l. vlt. C. de vectig.* Atque † huiusmodi iuſtam 43 44

 & ra-

& rationabilem cauſam debere interuenire, idque in ſupremo etiam Principe locum habere, non ſolum per text. *in d. l. 1. & d. l. vlt.* probatur, ſed & tradunt Dd. *in cap. inuocamus. de cenſib.* Hoſtienſ. *in ſumma eius tit § ex quibus cauſis col. 3.* ibi: *ſed nunquid ſine cauſa.* Bart. & alij Dd. *in l. vectigalia. C. de publican.* Ferdinand. Vaſqu. *de ſucceſſ. progreſſ. in præfat. num. 115.* Hubert. Zuchard. *in l. fin. num. 6. C. de Edict. Diu. Hadrian. toll.* Paris de Put. *in tractat. de Syndic. in verb. exceſſ. Imperat. nu. 6. verſ. & quando ſine cauſa.* Mynſ. *obſ. 31. num 3 cent. 5.* Roland. à Vall. *conſil. 91. nu. 22. & 26. lib. 2.* Boſſ. *tit. qui poſſ. impon. vectigal. nu. 12.* Roſenth. *de feud. cap. 5. concluſ. 44. num. 5.* Idem in explicatione huius *cap. vnic. ad verb. vectigalia* docent Iſern. *nu. 15.* Matth de Afflict. *num. 2* & Borch. *num. 26.* inter
45 † quos Iſern. dicit, Principem contra facientem peccare, & Affl. ait, mortaliter peccare, & ſine dubio maximam facturum iniuſtitiam ſecundum Innocent. *in d. c. inuocamus, de cenſib.* idque ita
46 etiam addit Roland. *in d. conſ. 91. num. 30.* & ſimiliter † *nu. 40.* grauiter Principes monet, vt ſtudeant ne exactores, ſed Dei rectores nominentur, nec in ſubditos per vectigalia vel alia ratione crudeliter ſæuiant, ſed illos regaliter amplectantur, & forma ſint ipſorum non dominatores.

Dictum autem eſt ſupra, iuſtam cauſam eſſe neceſſitatem
47 vel vtilitatem publicam, atque † in ſpecie huiusmodi cauſa eſt, ſi vectigal inſtituatur ad inſtructionem viarum vel pontium *l. ad inſtructionem Cod. de SS. Eccleſ.* Homod. *in conſil. 108. col. 3. in princ.*
48 Roland. à Vall. *conſil. 91. num. 24.* vel † ad auertendum periculum, & diſcrimen in vijs publicis contra prædones, aut in aquis contra piratas, Hoſtienſ. *in ſumm. de cenſib. num. 10. verſic. Sed numquid ſine cauſa* Roland. à Vall. *d. conſ. 91. num. 25.* Hubert. Zuchard.
49 *in repet. d. l. fin. num. 7. Cod. de edict. Diu. Hadrian. toll.* vel † ad defendendum patriam contra hoſtes, Roland. à Vall. *d. conſil. 91. nu. 25.* (vbi plures alios allegat.) *& num. 27.* Hoſtienſ. *d. verſ. Sed numquid*
50 *ſine cauſa.* Hubert. Zuchard. *d. num. 7.* vel pro † defenſione fidei, vt Hoſtienſ. Roland. à Vall. & Hubert. Zuchard. addunt *iam citatis locis* vel ad compenſanda diſpendia, quæ pro publicis neceſſitatibus tolerãtur *l. fin. C. de vectigalib.* vel ob iuſtam laboris mercedem

cedem Bargal. *in tract. de dolo lib. 1. c. 7. nu. 48.* & Didac. Couar. *in c.*
peccatum part. 2. §. 5. num. 4. & 5. verb. quod ſi vectigal. de reg iur. in 6.
Et † recte etiam per Imperatorem vel alium ſuperiorem non 51
agnoſcentem, datur jus exigendi vectigal, ſi tenuitas patriæ, cui
conceditur, hoc vrgeat, Bald. *conſil. 340 num. 3. verſ. Et quando pa-*
tria. vol. 5. Mynſing. *obſ. 31. num. 3. cent. 5.* & facit pro hac ſententia
l. 1. C. nou. vectigal. inſtit. non poſſ. Poſſunt † iam adductis cauſis ex 52
parte & illæ addi, quas de tributis recenſet Boniſac. *in tractat. de*
furt. §. fraudoloſa. num. 26.

Notandum † vero eſt, quod Mynſing. *d. obſ. 31 num. 1.* teſta- 53
tur Dominos Camerales cenſuiſſe, quod vt quis vectigalium ius
ab Imperatore impetret, facienda ſit mentio, locum, in quo no-
uum vectigal inſtituendum eſt, non fuiſſe alijs vectigalibus vel
pedagij grauatum. Idq; ſimiliter in alijs, quæ exprimenda ſunt,
ita ſe haber. Nam † generalis eſt doctrina, in impetrandis pri 54
uilegijs ac reſcriptis nihil omnino ſubticendum eſſe, quod, ſi di-
ctum eſſet, Principem in aliam ſententiam mouere potuiſſet, &
ſubac obreptitium cenſetur, ſi ea qualitas, cuius intuitu obten-
tum eſt, falſa ſit vel taceatur, qua expreſſa Princeps vel omnino
non, vel non facile fuiſſet conceſſurus. *l. praſcriptione. Cod. ſi contr.*
jus vel vtil. publ. cap. ſuper literis. c. poſtulaſti. & c. fin. de reſcript. Gail.
obſ. 14. num. 3. & 4. lib. 1. Mynſing. *d. obſ. 31. num. 2.* Gilman. *rer.*
judicatar. Camer. Imper. lib. 2. vot 5. num. 38. & 40. Oldrad. *conſil. 22.*
num 4. Socin. jun. *conſ. 246 num. 4. in fin. lib. 3.* Iaſ. *conſ. 165. in princ.*
lib. 4. Exiſtente vero iuſta cauſa, & ſubac obreptione nulla acce-
dente, recte inferioribus vectigalia conceduntur, eoque † perti- 55
net, quod jure noſtro ciuitates Imperio ſubiectæ ex conceſſione
dicantur habere vectigalia, *d. l. 1. C. nou vectig. d. l. vlt. C. de vectig. l.*
ex praſtatione C. eod. l. 3. C. de compenſat. l. licitatio, aliter locatio. §. debi-
tores l. ſed & hi. ff. de publican. Eaque ratione *in d. l. vlt.* cum reſtri-
ctione fiſco duæ partes in huiusmodi vectigalibus tribuuntur, i-
pſis vero ciuitatibus tertia dicitur deberi reſpectu ſuarum neceſ-
ſitatum, & vt onera ſua ſuſtineant.

Præter † conceſſionem, à ſupremo Principe ex iuſta cauſa 56
factam, legitima etiã preſcriptio, cuiusmodi eſt immemorialis,
efficit,

Digitized by Google

efficit, vt vectigalia ab inferioribus acquirantur, & recte cenſeantur inſtituta vel aucta, *d. cap. ſuper quibuſdam. §. præterea de verb. ſignific.* vbi cum conceſſione ita coniūgitur tempus immemoriale, vt alterutrum ſufficiat. Et quod huiuſmodi prǽſcriptio immemorialis in vectigalibus legitima ſit, tradunt Iſern. Afflict. Bald. Præpoſ. & plures alij Dd. *in hoc cap. vnic.* eandemque ſententiam amplectuntur Mynſing. *obſ. 29. num. 10. & ſeq. cent. 5.* Iacobin. *in ſua inueſtitura in verb. & cum mero, num. 19. & 21.* Maſcard. *de probat. concluſ. 835. num. 4. & 5.* Mozz. *de feud. tit. de natur. feud. num. 64.* Schneidw. *de feud. part. 3. num. 113.* & Dd. *in d. c. ſuper quibuſdam. §. præterea* Boſſ. *in tract. crim. tit. qui vectig. imponere poſſ. nu. 3.* Roland. à Vall. *conſ. 91. num. 12. 13. & 14. lib. 2.* qui *ibidem num. 15.* addit, nec ſcientiam quidem ſuperioris requiri, eamque ſententiam eſſe magis communem eaque confirmatur per ea, quæ ſupra *lib. 1. c. 5. nu 149. 150. 151. & 152.* de ſcientia & patientia generaliter, quoad regalia, de quibus etiam ius vectigalium eſt, dicta ſunt.

57 Neque † aduerſatur *l. vlt. Cod. vectig. noua inſtit. non poſſ.* vbi antiquitas temporis & conceſſio Imperialis ſimul requiri videntur. Nam ita hic textus accipiendus eſt, quaſi reſcriptum Imperatoris velit per vtrumque idem in vectigalibus ita effici, vt alterum ſufficiat, idque vrgent textus *in d. §. præterea d. l. 1. & 2. C. noua*
58 *vectig. inſtit. d. l. vectigalia* & ipſa etiam iuris ratio, conſtatq; † non eſſe rarum in iure, quod ob materiam ſubiectam copula vim & naturam diſiunctiuæ induat, & pro ea ponatur, *l. ſæpe. ff. de verb. ſign* Fortun. Garſ. *in l. Gallus, §. quidam recte n. 24. ff. de lib. & poſthu. & ibidem* Marian. Salom. *num. 45.* Anton. Rub. *num. 39.* Sichard. *in rubr. C. vectigal. nou. inſtit. num. 6.* vbi id in terminis noſtris tra-
59 dit. Atque hæc quidem cum ita ſe habeant, eorum † ſententia, qui opinantur præter immemoriale tempus requiri, vt iuſtus titulus ab Imperatore impetretur, merito vt minus vera communiter improbata eſt, vt teſtatur Mynſing. *obſ. 29. num. 8. cent. 5.* vbi *nu. 9.* addit eam à Camera Imperiali etiam eſſe reiectam & contrariam approbatam. *& obſ. 30. cent. 1.* poſt Alexand. à ſe allegatum oſtendit, in tali præſcriptione, non ſolum probatione, ſed & allegatione eiuſmodi tituli opus non eſſe, idque tradunt etiam

Schneidw.

Schneidw. *ad tit. Inſtit. de vſucap. cap. quot ſpecies ſint præſcriptionis. num.32.* Heig. *quæſt.15.nu.50. lib.1.* & licet Mynſing. *in obſ.30.cent. 5.* in terminis juris vectigalium doceat, tituli allegationem in eiusmodi præſcriptione requiri, tamen ſibi eatenus in eo contrarius eſt, quatenus *d.obſ.30.cent.1.* generaliter de pręſcriptione immemoriali tradit, neceſſariam in ea non eſſe tituli allegationem, neque *in dicta obſ.30.cent.5.* vllam rationem, quare peculiariter in immemoriali præſcriptione juris vectigalium aliud ſtatuendum ſit, adducit, & eiusmodi præſcriptionis tanta efficacia eſt, vt ipſa ſit loco veri, & per conceſſionem Imperatoriam acquiſiti tituli, Thom. Grammat. *vot.12.num.9.* Afflict. *in c.1. §.ſi quis per triginta num.10. ſi de feud. controuer. inter domin. & agnat.* Gabriel *commun. concluſ.lib.5.tit. de præſcript. concluſ.1. num.1.* Roland. à Vall. *conſil. 66.num.41. & ſeq.lib.2.* Gail. *obſ.21. num.15. in fin. lib.1.* imo firmius & potentius jus eſſe dicatur, quod per eiusmodi præſcriptionem, quam quod per priuilegium, vel conceſſionem Cæſaream acquiritur Bald. *in l. Imperium num.13. verſ. Sed jus quæſitum per præſcriptionem.* & *ibid.* Ioann. Baptiſt. Caccialup. de S. Seuerin. *nu.41. & 46.* Caſpar. Valaſc. *num.32. ff. de juriſdict. omn judic.* Pruckman. *d.cap.6.nu.15.* quibus accedit, quod res aliqua non amplius, quam ſemel mea eſſe poſſit, & ex pluribus cauſis, idem, nobis jure dominij acquiri poſſe negetur *l. & an eadem. §. actiones ff. de except. rei judicat. l. non vt ex pluribus. ff. de reg. jur. §. ſed rem legatarij. Inſtitut. de legat.* vbi additur, illud adeo verum eſſe, vt licet legatarius rem ſuam ſibi legatam alienauerit, tamen non ſolum res ipſa ei non debeatur, ſed nec æſtimatio eius.

Quod ſi † vero ſuperiorem recognoſcens eiusmodi jus habeat, decem annorum ſpacio cum titulo præſcribi poſſe, tradunt Bart. *in l. ſi publicanus. §. in omnibus. ff. de publican. & vectigal.* Salycet. *in l. vectigalia. num.4. in fin. C. non. vectigal. inſtit.* Anton. de But. *in c. peruenit de cenſib.* Ferrar. *in form. libelli actionis confeſſor. pro ſeruitut. in verb plenam & omnimodam juriſdictionem. n.15.* Roſenth. *de feud. cap. 5. concluſ. 45. num. 4.* Hartman. Hartmanni *in pract. forenſ. lib.2. tit. de præſcript. obſeru.2. num.7.* Schrader. *de jur ib.2. part. 5. principal. quæſt. 4. num.2.* addens id communiter à Dd. eſſe ap- 60

Tt proba-

61 probatum. Sine † titulo longiſſimo temporis ſpacio opus eſſe tenent Bart. Salyc. Anton. de Butr. Roſenth. Hartman. Hartmanni, Schrader. & Balb. *iam allegatis locis.*

62 Immunitatem † autem contra fiſcum vel rempublicam 40. annorum præſcriptione acquiri tradunt *in d. §. earum*, Bart. *n. 3.* & Caſtrenſ *n. 1.* Anto. Boidius *ad rubr. C. non. vectigal. inſtit. non poſſ. num. 58.* Ferrar. *in d. verb. plenam & omnimodam iuriſdictionem num. 17.* Balb. *d. part. 2. partis 5. principal. quæſt. 5. num. 2.* Grammat. *deciſ. 100. num. 24.* Peregr. *de iure fiſc. lib. 6. tit. 8. num. 28.* Ruin. *conſil. 217. numer. 8. verſ. Nec prædictis obſtare videtur, libr. 1.* Roman. *conſil. 275. num. 8* Crauett. *conſil. 111. num. 12.* Roſenth. *d. cap. 5. concluſ. 46. num. 3.* vbi plures alios allegat, & hanc ſententiam non ſolum veriorem, ſed & receptiorem eſſe dicit. Eandem communem eſſe, ſi titulus & bona fides accedat, teſtantur Soarez *in theſaur. comm. opinion. verb. immunitas & exemptio.* Franciſcus Viu. *commun. opin. lib. 1. verb. immunitas & exemptio.* Aduerſus priuatum vero etiam decem annos cum titulo & bona fide ſufficere tenent Bartolus *d. num 3.* Balbus *d. quæſt. 5. num. 1. in fin.* & Antonius Boidius *d. num. 58.* De defectu autem bonæ fidei, ſeu potius de mala fide generaliter tenendum eſt, non ſolum in decem, vel viginti, vel etiam triginta annorum, ſed & in qualibet alia, & quidem etiam immemoriali præſcriptione, eam nocere & obſtare, quo minus quis ea niti, & exceptione præſcriptionis ſe tueri poſſit, vt ſupra *lib. 1. cap. 5. num. 165.* late in terminis regalium oſtenſum eſt.

63 Eſt autem † id, quod vectigalis nomine penditur, octaua pars rei, pro qua vectigalis ſolutio fit, ſi videlicet merces exportantur vel importantur, *l. ex præſtatione Cod. de vectig. l. 2. Cod. de eunuchis, & l. ſi cum Hermes Cod. locat.* vbi vectigal octauarum nun-
64 cupatur. Atque † inde fit, quod ij, qui conductores vectigalium
65 ſunt, octauarij appellentur, *in l. à legatis Cod. de vectig.* Erat † autem præter octauæ vectigal olim etiam vectigal, quod pro venalibus mancipijs pendebatur, idque Tacitus *lib. 13. annalium* viceſimam quintam vocat, ſed Iuſtus Lipſius in ſuis comment. ad eum locum recte monet, legendum eſſe quinquageſimam, & fuiſſe hoc mancipiorum venalium vectigal quinquageſimam

ſcribit

ſcribit etiam Dion. *lib. 55. in actu anni 760.* Reliquarum rerum venalium vectigal fuiſſe centeſimam memoriæ proditum eſt à Tacito *lib. 1.* qui *lib. 2.* addit, hanc tandem à Tyberio ad ducenteſimam fuiſſe redactam.

Erat † etiam vectigal iudiciarium, ſiue eius ſummæ, de qua 66
litigabatur, eaque fuit quadrageſima: De hoc vectigalis genere videatur Bertachi *in tractat. de gabell. in 4. membr. octaua part. princ.* vbi *num. 1. 2. & ſequentibus,* nonnulla ad id pertinentia tradit. Eſt autem † primum hoc vectigal inſtitutum à Cajo Caligula. Nam 67
Sueton. *in eius vita cap. 40.* præmittens eum vectigalia noua atque inaudita primum per publicanos, deinde per centuriones, Tribunosque Prætorianos exercuiſſe, nullo rerum aut hominum genere omiſſo, ſubiungit eum voluiſſe pro litibus etiam atque iudicijs vbicunque conceptis exigi quadrageſimam ſummæ, de qua litigaretur, nec ſine pœna, ſi quis compoſuiſſe vel donaſſe negocium conuinceretur. Caroli † Noni regis Galliæ quoque 68
edicto iudiciarium vectigal Gallis imperatum eſt, idque eo conſilio factum, vt effrenata litigantium licentia cohiberetur & lites minuerentur, vt ſcribit Bodin. *de Republ. lib. 6. cap. 2.* vbi annectit, iudicum ac magiſtratuum, quibus de quæſtu detrahebatur, aſſiduis querelis ſublatum eſſe, vix vllum tamen afflictis ærarij opibus vtilius, & regno Galliæ, innumerabili multitudine oppreſſo, ſplendidius excogitari potuiſſe.

Paulo † ante *eod. cap. 2.* aliud præclariſſimum & omnibus, 69
præſertim apud Chriſtianos, obſeruatu digniſſimum vectigalis genus magis commendat his verbis: quod ſi quis eſt, qui ſcire de me velit, quodnam genus vectigalium immortali Deo gratiſſimum, ciuitatibus pulcherrimum, principibus honeſtiſſimum, plebi vtiliſſimum videatur, illud eſt, quod ijs rebus imponitur, quæ ad corrumpendos ciuium mores, quæ ad delicias, quæ ad luxum, quæ ad libidinem ſpectant, aurea, inquam, & argentea ſuppellex, odores, pigmenta, innumerabilia veſtium ornamenta, colores precioſiſſimi, gemmæ, margaritæ, cupediæ, cæteraque generis eiuſdem, quæ prohibenda non ſunt, nec ſi velis poſſis: vt Platoni viſum eſt, *cap. 505. legum ſuarum*, cum ea

ſit inſita hominibus vis ac natura, vt nihil auidius expetant, quam quæ ſanctiſſime vetantur. Quamobrem Principes, qui Aquilonijs regionibus imperant, nullum vectigal maius habent, quam ex vino, quo ſubditi, vt carere poſſint, nolint tamen, ſed aſſidue locis omnibus ſeſe ingurgitabunt ſemper.

Apud Romanos vero erat & vectigal viceſimæ hæreditatum, & eorum, qui manumitterentur.
70 Viceſimæ hæreditatum † vectigal teſte Dion. *lib. 55. in actis anni 759.* locupletandi ærarij cauſa extraneis hæredibus non inopibus irrogatum, & primum ab Auguſto inſtitutum eſt, qui profeſſus eſt, ſe D. Iulij commentarijs edoctum id facere. De hac viceſima primo ſcripſit Aulus Ofilius teſte Pompon. *in l. 2. §. ex his auditoribus. ff. de orig. iuris* & de eadem duos libros edidit. Iul. Macer vt ex varijs legũ inſcriptionibus colligitur. Meminit etiam eius Iuſtin. *in l. fin. C. de edict. diu. Adri. toll.* & Paul. *ſentent. recept. lib. 4. tit. 6.* vbi Cuiac. *in ſuis notis* de hac viceſima ait, eam Neruæ, Trajani, Adriani, Marci & aliorum cõſtitutionibus vel acciſam, vel ex integro reductam, vel ad poſtremum abolitam eſſe, nec fidem adhibendam Alciato aſſerẽti, eam à Gratiano ſublatam eſſe. Teſtatur & Iuſtinia. *in d. l. vlt.* eam abolitam, non tamen addens, à quo id factũ ſit. De hac Choppin. *de Doman. Franciæ lib. 1. tit. 2. nu. 4.* ait: Non poſſum aliter, quin exclamem in Roman. viceſimam hæreditatum, principio forſan tolerabile tributum, in hæredes extraneos diuites lege Iulia (vt retulit Dion. *lib. 55.*) ſed poſtea graue domeſticis ac liberis, quorum lachrymæ vectigales reddebantur, ideoque temperata viceſimæ lex & ad extremum abolita.

71 Vectigal † viceſimæ eorum, qui manumitterentur, antiquiſſimum eſt. Nam inſtitutum eſt aliquot ſeculis ante Imperatorum tempora, nimirum anno vrbis Romæ conditæ 397. Martio Rutilio & Manlio Capitolino Conſulibus. Liuius *lib. 7. ab altero*, inquit, *Conſ. (Manlio ſcilicet) nihil memorabile geſtum, niſi quod legem nouo exemplo ad Sutrium in caſtris tributim de viceſima eorum, qui manumitterentur, tulit. Patres, quia ea lege haud paruum vectigal inopi ærario additum eſſet, authores fuerunt.*
72 Proinde † non recte Ægidius Tomat. *in tract. de collect. §. Exactio munerum nu. 3.* ex Al-

ex Alberic. de Roſat. *ad tit. C. de vectigal.* docet, vectigalia ab Octauiano originem duxiſſe, quaſi nullum antea vectigal conſtitutum fuerit, neq; Alberic. hoc eo loco dicit. Et eſt hoc eo magis à vero alienum, quod † ex ſola oratione Ciceronis *pro l. Manilia* 73
colligatur, eius ætate, hoc eſt, antequam Octauianus rerum potitus eſt, inſtituta fuiſſe apud Romanos vectigalia, & quidem tria eorum extitiſſe genera, decumarum, quæ pro frumento, vino, oleo & frugibus minus exigebantur. Scripturæ, quæ ex paſcuis; Portorij, quod ex mercibus importandis vel exportandis recipiebatur.

Non † deſunt autem qui primum à Caio Caligula vecti- 74
galia introducta eſſe aſſerunt, ſuęq; ſententię ſuffragatorem laudant Sueton. *in vita eius cap.* 40. verum hæc ſententia abſurdior eſt, quam ſuperior, cum ab iis etiam Imperatoribus, qui Caium Caligulam anteceſſerunt, nonnulla de vectigalibus conſtituta ſint, vt nominatim de Auguſto & Tyberio ſuperius dictum eſt. Nec Sueton *in d.c.* 40. ſcribit, primum à Caligula vectigalia inſtituta eſſe, ſed noua atque inaudita, hoc eſt, à vectigalibus prioribus aliena, per eum introducta eſſe dicit.

Cæterum vt eo vnde digreſſi ſumus, hoc eſt, ad id, quod tanquam vectigal penditur, redeamus; viceſima, quadrageſima, quinquageſima, centeſima, ducenteſima eiuſmodi ſunt vectigalia, vt leges noſtræ partim eorum nullam omnino faciant mentionem, partim ea ſublata eſſe teſtentur. Octauæ diſerte meminerunt, nec ea per vllam conſtitutionem nouam eſſe abolita. Illius † tamen octauæ, cuius meminit Sueton. *in vita Caij Caligulæ* 75
cap. 40. & quam ille ex diurnis quæſtibus deberi voluit, nulla fit in legibus noſtris mentio. Verum de † ea octaua, cuius ius no- 76
ſtrum dixi meminiſſe, Baldus *in l. ex præstatione Cod. de vectigalibus* quæ de ea loquitur, ponderat hæc verba, more ſolito, additque, ſi non eſt de more ſolito, non eſſe octauam ſoluendam. Et ſane in omnibus vectigalibus conſuetudo ſpectari ſo'et, idq; principalibus conſtitutionibus cauetur, vt ait textus *in l. ſi publicanus §. fin. ff de publican.* Experientia † vero teſtatum facit, fere paſſim per 77

conſuetudinem vel ſaltem conceſſionem Imperatoriam à vecti-
gali octauæ receptum eſſe, ita tamen, vt plerunque minus, quam
octaua ſoluatur. Aſſerit autem Sichardus Germaniæ Iuriſcon-
ſultus doctiſſimus *ad rubr. C de vectig. num. 8* ſe ſcire, quod hodie
non reperiatur certa & Canonica, ſed conſuetudo ſpectanda ſit.
78 Quando † vero exceditur octaua, barbarica eſſe cenſetur exa-
ctio, vel etiam conſuetudo, qua talis exactio recepta eſt, Ro-
land. à Vall. *conſ. 91. numer. 44. libr. 2. allegans pro eadem ſententia*
Bald. *ad rubr. ff. de rer. diuiſ.* id tradentem per *l. fin. Cod. nou. vectigal.*
79 *inſtit. non poſſ.* Apud † Hiſpanos omnium rerum venditarum ſi-
ue mobilium ſiue immobilium decima pars debetur, vt dicit
Didac. Couar. *in cap. peccatum, part. 2. §. 5.* & poſt eum Roſenth. *de
feud. c. 5 concl. 35 n. 2.* Licet Choppin *de doman. libr. 1. tit. 9. nu* 8. ſcri-
bat, Hiſpanorum mercatores octauam partem pendere exce-
ptis iis, quæ ad Regem deferuntur.
80 Vtrum † vero, quod tanquam vectigal ſoluitur, in pecunia
conſiſtat, an vero ex ipſis rebus ſiue ſpeciebus (vt eæ appellan-
tur *in l. fin. §. ſpecies ff. de publican. l. à legatis Cod. de vectigal l. 1. l. 2. & l.
5. C. de nauicular. lib.* 11.) præſtari debeat, diſputat contra iniquos
publicanos Henning. Gœden *conſ. 7. nu. 17. in fi. & conſ* 8. *nu. 4.* &
in pecunia ſolui ſuſtinet, allegans pro ea ſententia gloſſ. *in l. ſi pu-
blicanus §. 1. in verb. municipium ff de publican.* Bart. *in l. 1. verſ. venio
ad tertium ſcilicet munera patrimonialia num. 36. C. de mulier. & in quo*
81 *loc. lib. 10.* Et ſimul † Gœden *d. conſ. 7. num. 9. verſ. Quia autem vi-
num & d. conſ.* 8. *num.* 3. *& ſeqq.* oſtendit ſingulariter peccare eos,
qui accepturi vectigal, vaſa vini & cereuiſiæ, quæ vehuntur &
pro quibus vectigal pendi debet, aperiunt, indeque ſolutionem
vectigalis ſumunt, nec prætextu conſuetudinis tale factum de-
fendi poſſe, ſed huiuſmodi conſuetudinem, vt irrationabilem &
naturali æquitati, publicæque vtilitati repugnantem, non vale-
re, cum non ſolum res ipſa pro vectigali capiatur, ſed & ex aper-
tione & euacuatione vaſorum ſequatur corruptio potus. Idem
tradit Schneidw. *in §. capite tertio n. 13. Inſtit. de leg. Aquil.* vbi etiam
Gœd. *d. conſ. 7. & 8.* allegat.

Neque

Neque huc pro contraria ſententia trahi poteſt, quod de octaua parte rei pro qua vectigalis ſolutio fit, ex text. *in l. ex præſtatione C. de vectigalib. l. ſi cum Hermes C. locati & l. 2. C. de Eunuchis* ſupra dictum eſt. nam ibi non agitur de vlla partis ipſius rei præſtanda, ſed de pretio, quod per pecuniam pro octaua rei parte ſoluendum eſt.

Sane † quod in pecunia conſiſtat vectigal præter alios textus euincit *l. vniuerſi, C. de vectigal.* vbi dicitur pro rebus præſtari debere: aliud igitur quam res ipſa ſoluitur, cuiuſmodi eſt pecunia; idq; inde etiam colligitur, quod ob non ſolutum vectigal res ipſa illud eſſe dicatur, quod in commiſſum cadit *l. 2. Cod. de vectigal.* Accedit quod Feſtus Pompeius *in verb. potuit* ita vectigal definiat, vt genus conſtituat in ære, & ſic pecuniam ſolui oſtendat. Denique corroboratur hoc generali conſuetudine, qua fere paſſim non per ipſas ſpecies ſed per pecuniam vectigal penſitatur. Rex † Æthiopum vero, qui *Negus* appellatur & potentiſſimus eſt, ſpecies pro vectigalibus accipere conſueuit, vt ſcribit Franciſc. Aluareſ. *in Æthiopica Hiſtoria*, eſtque illud ſimul admiratione dignum, hæc vectigalia ita in eo regno præſtari, vt nihil imperetur, ſed omnia ſponte offerantur, quod tanti Principis Maieſtatis videatur indecorum à ſubditis aliquid extorquere vel etiam poſtulare. Simileque † memoriæ proditum eſt de veteribus Perſarum Regibus, qui antequam Darius Hiſtaſpis rerum potitus eſt, nihil à ſubditis ſoliti ſunt excutere vel exigere, ſed ea tantum capere, quæ vltro per eos darentur Herodot. *in Euterpe.* Sic † & veteres Germani ſua ſponte ſoliti ſunt conferre, quicquid penſitabant, authore Tacito *in libr. de morib. Germanorum* mos eſt, inquit, ciuitatibus vltro ac viritim conferre Principib. vel armentorum vel frugum, quod pro honore acceptum neceſſitatibus ſubuenit; ex quo loco ſimul notandum eſt, non per pecuniam ſed per armenta & fruges pręſtationem eſſe factam.

(margin: 82, 83, 84, 85)

Porro ſciendum hic eſt, quod licet † ab iis, qui hoc ius regale vectigalium habent, alienari illud nequeat, Roland. 86

à Vall.

à Vall. poſt multos alios à ſe adductos *conſ.1.num.100.& 101.vol.2.*
nonnulli que etiam Imperatores ob alienationes vectigalium il-
licite factas à Scriptoribus reprehendantur, tamen locatio eo-
87 rum admittatur *l. non intelligitur.* §. *cum quinquenniū l. Moſchis in pr.*
88 *ff.de iur.fiſc.l.penes illum & l.fin.in fin. C.de vectigal.* adeo † vt à con-
ductoribus ſublocari etiam poſſint, Peregr. *de iur. fiſc.lib.6.tit.5.n.*
13.per textum *in d.l. Moſchis* §. *Æmilius. & in l.viam veritatis Cod.*
locat. Atq; hinc liquet, quantum diſcrimen hac in re ſit inter ve-
ctigalia & monetas. Nam ius monetæ cudendæ, non ſolum ven-
di, permutari, donari, vel alio modo alienari, ſed & locari ab ali-
quo non poteſt, multoq; minus ſublocatio in eo locum habet, &
quiſquis contra facit, priuatione huius regalis, & mulcta quatu-
or marcarum auri punitur ex conſtitutione de anno 1551. §. **So**
haben wir vns auch ꝛc. & de anno 1570. §. **als dann auch die müntzge-**
gerechtigkeit ꝛc Pœna priuationis ſtatuitur quoque in edicto mo-
netali de anno 1559. §. **ferner als ſich** ꝛc. & §. *ſeq.* & de anno 1594. §.
Wir ordnen/ wollen vnd gebieten auch ꝛc. De conductoribus in ſpe-
cie in eodem edicto monetali §. **Deßgleichen da ein Müntzmei-**
ſter ꝛc. ſancitur, pœnam decem marcarum auri incurrere præfe-
ctos ſiue magiſtros monetales, ſi ab iis, qui hoc regale habent fa-
cultatem monetæ cudendæ, lucri cauſa conducant.

89 Etſi † vero ſupra dictum eſt, locationem in vectigalibus
permitti, minori tamen ſpacio, quam triennij, ea fieri non de-
bet, idq; pro ſingulari limitatione tenendum eſt, *d.l.penes illum.*
& ibi Bald. Salicet. & Angel. C.de vectigal. Boer. *deciſ.249.num.1.*
Peregr. *d.tit.5. nu.3.* addens conſuetudine hoc diuerſimode ob-
90 ſeruari. Quod † ſi ſingulis annis penſiones non ſoluantur, ca-
dit conductor ſuo iure, etiamſi tempus conductionis nondum
91 ſit completum *l. Vectigalia.* §. *fin. ff. de publican.* Vt † autem eo mi-
nus periculoſa & damnoſa ſit locatio vectigalium, caute in ea
verſandum, ideoq; prohibitum eſt, ne fiſcalibus debitoribus ea
locentur, niſi per idoneos fideiuſſores cauerint de ſolutione de-
bitorum antea contractorum *l. licitatio.* §. *licitatores ff. de publican.*
92 Non † poteſt aliquis ad conductionem vectigalium cogi, *d.l.lici-*
tatio.

textio & l. non intelligitur. §. Diuus ff. de iur. fiſc. niſi † ea antea etiam 93
ex conductione habuerit, & multum inde lucratus fuerit, nec a-
lij conductores reperiantur, quibus concurrentibus, ea priori-
bus penſionibus ſuſcipere tenetur *l. Cotem ferro §. fin.* & ibi Bart.
ac alij Dd. *ff. de publican.* Peregrin. *d. titul. 5. num. 6.* Boer *deciſ. 249.
numer. 2.* vbi † limitando addit id locum non habere, ſi ſuperue- 94
nerit bellum vel peſtis, & pro eadem ſententia allegat etiam Ber-
tachinum & Ripam.

Atque hæc quidem hactenus: Quibus addemus nonnulla de perſonis, quæ vectigal ſoluere tenentur, & de rebus, pro quibus ſoluendum eſt, item de pœnis circa vectigalia conſtitutis.
De † perſonis ſtatuitur hæc regula, quod quilibet ad vectiga- 95
lium præſtationem teneatur *l. ex præſtatione*, ibi *nullius omni-
no &c. & in verb. omnium hominum genus. Cod. de vectigal.* vbi *in
fin.* ſimul ſubiicitur, nullam in eo militarium etiam perſona-
rum exceptionem faciendam eſſe. Neque † obſtat *l. Omnibus* 96
Cod. eod. titul. Nam eo loco milites tantum pœna commiſſi liberantur ob omiſſam profeſſionem, ſolutionem vero vectigalis nihilominus ab iis fieri oportere, ex eod. textu haud obſcure euincitur.

Verum vtcunque hæc ita ſe habeant, tamen ius ſingulare
contra † tenorem rationis propter aliquam vtilitatem authori- 97
tate conſtituentium recte introducitur *l. ius ſingulare ff. de legib.*
nec † vlla eſt regula, quæ non patiatur aliquam reſtrictionem 98
vel limitationem *l. Omnis definitio ff de reg. iur.* atque † hoc etiam 99
in iis regulis locum ſibi vendicat, quæ vniuerſales ſunt. Sic enim verbi gratia *in l. Omnia ff. de regul. iur.* Omnia, quæ iure contrahuntur, contrario iure perire dicuntur, & *in l. nihil tam naturale ff. eod. titul.* nihil tam dicitur eſſe naturale, quam eo genere quicquam diſſolui, quo colligatum eſt, & tamen hoc ita vniuerſaliter proditum ius regulare ſuas admittit exceptiones, adeo vt hoc ipſum in regula etiam de eadem re tradita, quæ extat *in l. fere ff. eod. tit.* expreſſe oſtendatur per dictionem *Fere.* Non mirum igitur fuerit, ſi de vectigalium quoque præſtatione dixerimus, reperiri

perſonas & res, in quibus vniuerſalis regula ſupra poſita officium ſuum perdat.

100 Primum † vero *l. Omnium Cod. de vectigal.* dum in ea priuatarum perſonarum mentio fit, obſeruandum eſt, regulam iſtam non eſſe porrigendam ad illas perſonas, quæ non ſunt pri-
101 uatæ. Incluſio † enim vnius eſt excluſio alterius *l. Prætor ff. de iudic. l. ob æs Cod. de præd. minor &c. cum eccleſia Sutrina: de cauſ. poſ-*
102 *ſeſſ. & proprietat.* Atque † hinc nominatim de fiſco proditum eſt, nihil ab eo præſtari *l. vniuerſi Cod. de vectigal. l. licitatio §. fin. ff. de publican.* vbi ſimul additur, eos, qui de fundis fiſci mercari conſueuerunt, nullam ſoluendi vectigalis publici immunita-
103 tem vſurpare poſſe. Sic etiam † ſi alius quam fiſcus vectigalia locauerit, non eſt immunis à ſolutione vectigalium, ſed conductori ſoluere tenetur, eamque ſententiam contra diſſentientes non ſolum veriorem, ſed & communem dicit Boerius *deciſ.* 230. *num.* 2. & poſt eum Parlador. *Rerum quotidianar. libr.* 2. *cap.* 3. §. 1. *nu.* 32.

Quia vero immunitas ſiue libertas à vectigalibus ſoluendis peculiari priuilegio & legitima præſcriptione acquiri poteſt, vt ſupra oſtenſum eſt, non eſt dubium, ab eiuſmodi locatore & aliis quibuslibet, qui huiuſmodi conceſſione vel priuilegio muniti ſunt, exigi vectigalia non poſſe, idque in priuilegium habentibus eo magis ſibi locum vendicat, quando eiuſmodi priuilegiis certa pœna pecuniaria aduerſus vectigal exigentes adie-
104 cta eſt, vt plerumque fieri ſolet. Acquiri vero † ſolet immunitas per priuilegium vel præſcriptionem experientia & vſu teſte (vt *lib.* 1. *c.* 3. *n.* 71. dictum eſt) diuerſimode, ita vt alij minorem, alij maiorem, alij de omnibus mercibus aliisq; bonis mobilibus non priuilegiatis, alij de certo genere eiuſmodi rerum, alij per pauciora, alij per plura loca habeant.

Vt autem ad eos, qui iure communi immunitatem ha-
105 bent, redeamus, ex his † ſunt etiam nauicularij *l.* 1. §. *fin. C. de nauicul. ſeu naucler. libr.* 10. & *d. l. omnium in fin. l. nauicularios l. Solos & l. ſeq. Cod. Theod. de nauicul.* Hi appellantur etiam naucleri *in d.*

Rubr.

Rubr. Cod. de nauicular. ſeu naucler. & in l. 1. eod. denotantur † hac 106
nauiculariorum ſeu naucleorũ appellatione illi naturæ, qui publice annonæ vehendæ cauſa ſeruiunt *l. Semper §. negotiatores ff. de iur. immunitat. l. Nullam Cod. Theodoſ. de nauicul.* Horum † o- 107
lim certum erat corpus *l. 1. §. 1. ff. Quod cuiuſq. vniu. nom. d. l. Semper §. licet l. Quiſquis & l. eum qui Cod. Theodoſ. de nauicular.* Calliſtratus *in d. §. Negotiatores* generaliter † dicit, eos immuni- 108
tatem à muneribus publicis conſequi, quamdiu in huiuſmodi actu ſunt, & Imperator Conſtantinus *in d. l. Nauicularios C. Theod. de Nauicul.* nauicularios, inquit, omnes per orbem terrarum per omne æuum ab omnibus oneribus & muneribus, cuiuſcunque fuerint loci vel dignitatis, ſecuros, vacuos, immuneſque eſſe præcipimus &c. Rationem † tanti priuilegij hanc aſſignat 109
Calliſtratus *in d. §. Negotiatores.* quod remuneranda ſint pericula eorum, & ornanda præmiis, vt qui peregre muneribus publicis & quidem cum periculo & labore funguntur. Sed † quia 110
nauicularij non alij intelliguntur, quam in quibus hæc ratio procedit, & qui videlicet, vt ſuperius diximus, publicæ annonæ vehendæ operam nauant, male ſentiunt iſti Interpretes, qui ita de hoc priuilegio loquuntur, vt ſimpliciter nautas vectigalium immunitatem habere doceant. Ex quibus Interpretibus eſt etiam Bertach. *in tract. de gabell. c. 7. nu. 4.* Inter priuilegiatos † referendi ſunt etiam Illuſtriſſimi Illuſtres, Generoſi & Nobiles Guid. Pap. *deciſ. 41. 384. & 387.* Freder *de mandat. Iud. lib. 2. cap. 42. num.* 10. ita in Imperio obſeruari, addens Waremund. ab Eromb. *de onerib. ſubdit. n. 66.* præſides prouinciarũ *l ſi publica-* 111
num §. 1. vbi Dd. *ff de publ.* item † Principum, Cameræ & Parlamẽ- 112
torum Cõſiliarij, Aſſeſſores, Fiſcales, Secretarij & ſimiles, Papo *Arreſt. lib. 5. tit. 11. n. 13.* Frid. *de mand. iud. lib. 2. c. 42 n. 6.* Rulant *de Cõmiſſar. part. 4. li. 2. c. 5. nu. 28. & 35.* Matth. de Vauz. *in tr de peages p. 5. v. 6.* Eoq; pertinet quod de huiuſmodi perſonis habetur in ordinatione regiminis Imperij promulgata Auguſtæ *anno.* 1500. §. *Item* ſollen Churfürſten & Wormaciæ *anno* 1521. §. *Item* ſollen auch

Churfürſten & in Ordin. Camer. Imper. *part. 1. titul. 49. in princip.*
113 Accedunt † his priuilegiatis perſonis de iure communi & legati exterarum gentium *l. à legatis Cod. de vectigal.* vbi tamen in iis immunitas vectigalium ita reſtringitur, vt immunes quidem ſint à præſtatione vectigalium pro ſpeciebus exportandis, pro iis vero, quas de propriis locis, vnde veniunt, deportant, & ita in locum, vbi vectigal præſtari ſolet, important, teneantur vectigal pendere.

114 Habent † etiam immunitatem vectigalium hoſpitalia, Matth. de Vauzell. *d. part. 5. §. 5. & ſeq.* Rulant *d. cap. 5. numer. 36.* I-
115 tem † Eccleſiaſticæ perſonæ, & ipſæ Eccleſiæ in rebus propriis, in quibus nulla exercetur negociatio, *cap. Quanquam. de cenſib. in 6. clem. fin. eod.* idque tradunt Dd. communiter *in auth. nulla communitas Cod. de Sacroſ. Eccleſ.* Bertachin. *de Gabell. part. 6. qu. 7.* Roland. à Vall. *conſ. 61. num. 1 libr. 4.* vbi ait, ſic concludere Petr. Cyn. & Bald. *in l. Omnis C. de Epiſc. & Cleric.* per *l. Placet C. de Sacroſ. Eccleſ.* Olim etiam Ægyptiis Sacerdotibus & Perſicis & Athenienſibus & denique etiam Gallorum Druidibus conceſſum fuit, vt à tributis, vectigalib. omnino immunes eſſent, vt ait Bald. *in ſuo Conſtantin. libr. 1.* vbi ſimul allegat de hac re Moyſen *Geneſ. 47.* Eſdr. *libr. 1. cap. 7.* Diodor. *libr. 2.* Xenophon. *de vectig. Cæſar lib. 6. de bello Gallico.* Eccleſiaſticis vero perſonis, quas de iure immunitatem habere diximus, annumerandus etiam eſt totus Ordo Teuthonicus, iuxta ea, quæ addicuntur in deciſ. Meichſneri *tom. 2. lib. 1. deciſ. 6. n. 5.*

116 Præterea † inter priuilegiatos referendi ſunt & ij, qui in Academiis Profeſſores agunt, & omnes, qui literis operam dant in Academiis, earumque ſunt membra. Nam & hi pro libris aliiſque rebus propriis, quas ſtudiorum cauſa habent, nullum tenentur ſoluere vectigal, vt *in Auth. habita. Cod. ne filius pro patre* docent Accurſ. Iacobin. Butrig. Alberic. de Roſ. Cyn. Bartol. Salicet. Bald. & alij Dd. communiter: Idem tradunt Ferret. *de collect. numer. 168 & ſeq.* Afflict. *in hoc cap. vnic. ad verb. vectigalia num. 9.* Horat. Luc. *de priuileg. Scholar. priuil. 54* Bertach *in tract.*
de ga

de gabell. part. 7. quæſt. 39. Rebuff. *in tract. de priuil. ſcholar. priuil. 146. num. 1. & 2.* qui ita de ea re agit, vt varia etiam adducat priuilegia Regum Galliæ, quibus hoc comprobatum eſt, & in ſpecie etiam profeſſoribus & ſcholaribus indulta priuilegia ad eorum vxores, liberos, famulos, typographos, ſcribas, bedellos & totam familiam extendenda eſſe, & ijs omnibus data cēſeri tradunt, Sichar. *in d. auth. habita nu. 11.* Rebuff. *in d. tract. priuileg. ſcholar. 156.* Frider. *de continent. cauſ. cap. 19. num. 19.* Menoch. *de arbitrar. iud. quæſt. caſu 376. num. 8. & 9.* Vran. *conſil 7. num. 4.*

Iuri vero † communi hoc conſonum eſſe, non recte nonnulli ita colligunt ex d. l. vniuerſi, quaſi expreſſus ibi de hac re ſit textus, & legatur exercendi juris cauſa. Nam licet in nonnullis editionibus Codicis legatur *juris*, tamen in alijs & quidem etiam in ea, cui Accurſij gloſſæ adiectæ ſunt, textus habet verbum *ruris*, eaque lectio melior eſt, cum ibi de agriculturæ priuilegio agatur, quemadmodum etiam gloſſ. & plerique alij Interpretes recte de eo textu ſentiunt, atque hinc etiam Afflict. *d. num. 9.* eum textum de rure accipiens, limitationem conſtituit in rebus ruratibus. Si quis tamen dixerit, quod ruri ibi tribuitur, merito & ſtudijs tribui, non male argumentum inde ſumendo id dixerit, cum ſtudiorum cauſa non minus ſit fauorabilis quam agricultura, & ſic ex † eadem ratione vtrobique ob ſummum fauorem militante idem jus in vtroque ſtatuatur *l. illud. ff. ad l. Aquil. l. à Titio. ff. de verb. oblig.* 117 118

Rectius vero † & propius accommodabitur huic priuilegio ſtudiorum text. *in d. auth. habita.* Siquidem licet immunitatis vectigalium & ſimilium expreſſe ibi nulla fiat mentio, tamen eo ſpectant hæc verba, *veniant, & ſecure &c.* Et pertinet ea Conſtitutio Friderici Secundi ad ſola ſtudia. Non facit autem iter, nec habitat ſecure ſatis, qui grauatur vectigalibus & ſimilibus oneribus, atque hęc interpretatio eorum verborum crebrioribus calculis Interpretum *in d. auth. habita* eſt recepta. Quibus accedit, quod plerunque priuilegia, quæ Academijs aliquo loco erectis per Imperatorem & alios ſuperiorem non recognoſcentes conceduntur, paſſim plerumque eo dirigi ſoleant, vt docentes & diſcen- 119

diſcentes eiuſmodi immunitate vectigalium & ſimilium one-
120 rum gaudeant, licet † eo per nimiam audaciam & auaritiam pu-
blicanorum deuentum ſit, vt hoc priuilegium non, vt debet, ſer-
uetur, & iſti homines nonnunquam ſoleant priuilegium ex *d.*
auth. habita. allegantibus reſpondere. Habita vbi vis & ſolue, vti
de hac re non immerito conqueritur Horat. Lucius *in tract. de*
121 *priuil. ſcholar. priuil. 55.* vbi † ſimul reſpondit, etiamſi alibi conſue-
tum eſſet, à ſcholaribus exigere vectigal, tamen hanc conſuetu-
dinem non eſſe attendendam nec ſubſiſtere, vt quæ damnata ſit
in d. auth. habita, pro qua ſententia & alios Dd. allegat.

Monendi vero ſunt ſcholares, vt illicitè aliquid rebus ſuis
non adijciant, & ſic efficiant vt fiſco omnia vindicentur. Nam
122 † æquius quidem & humanius eſt, illicita tantum in commiſſum
cadere, vt notat Bald. *in l. cum proponas num. 11. Cod. de naut. fæn.* ei-
que ſententiæ accedit Rebuff. *in tract. de priuil. ſchol. priuil. 146. nu.*
3. & Franciſc. Marc. *deciſ. 214. num. 3. part. 2.* Franciſc. Lucan. *in*
tract. de priuil. fiſc. quæſt. 2. quarta princip. quæſt. Alberic. *part. 2. ſtatut.*
quæſt. 4. Ferret. *de gabell. num. 182.* De jure tamen verius eſſe con-
trarium, quod videlicet quando illicita reperiuntur cum licitis,
hæc licita etiam in commiſſum cadant & confiſcentur, commu-
niter ſentiunt Dd. per *l. Comitem. §. Dominus. ff. de publican. & d. l.*
cum proponas. Cod. de nautic. fæn. vbi textum clarum dicit eſſe Boe-
rius *deciſ. 178. num. 25.* & *ibidem* vt & *num. 27.* atteſtatur de prædi-
cta communi opinione, additque eam per leges & ordinatio-
nes regni Galliæ approbari. Salycet. etiam *in d. l. cum proponas.* di-
cit communiter ita obſeruari propter ſtatuta & conſuetudines
vbique vigentes, & Guid. Pap. *deciſ. 572. num. 1. verſ. Sed quid de Bil-*
lonis ſecundum hanc ſententiam ait determinatum etiam fuiſ-
ſe per Cameram conſilij Delphinatus, cum de facto quæſtio in-
123 cidiſſet. Limitatur † tamen hæc ſententia, nec locum habet,
quando res licita fuit alterius non doloſe agentis, nec ſcientis
eam cum illicitis eſſe coniunctam, Guid. Pap. *d. num. 1. verſ. Sed*
hoc verum. Boer. *d. deciſ. 178. num. 28.* per text *in d. §. dominus. verſ.*
Quod ſi abſente. vbi etiam addit hoc notari à Bartol. & Dd. *Cod. de*
nou. non excuſ. lib. 11.

Porro

Porro † de rebus, pro quibus vectigal ſolui non eſt neceſſe, 124
generatim proditum eſt *in l. licitatio. §. earum. ff. de publican.* earum rerum vectigal non præſtari, pro quibus non eſt conſuetum
præſtari. Sic † & rerum exercitui paratarum vectigal non ſolui- 125
tur, vt hac immunitatis illecebra ad commeatus caſtrenſis rationem excitentur mercatores, & ea in parte eo magis publicum bonum promoueatur *d. l. licitatio. §. res exercitui*, vbi Dd. *ff. de publican.* Petr. Gregor. *Syntag. lib. 3. cap. 9. lib. 5.* Peregrin. *de jure fiſc. lib. 6. tit. 5. num. 23. verſ. item res exercitui*, vbi addit ſe vidiſſe hoc de facto obſeruatum.

Agriculturæ † vt rei maximè neceſſariæ quantus ſit fauor, 126
& quam varia ſint priuilegia planum fit *ex l. 2. ff. de nundin. l. omnes Cod. de fer. l. 1. Cod. de agricol. & cenſit. lib. 11. l. 1. Cod. de collat. fund. patrim. lib. eod. & multis alijs ll.* ac de hac re prolixe tractat Renatus Choppin. *in ſuo tractat. de priuileg. ruſtic.* Inter † hæc priuilegia 127
& illud eſt, quod pro ijs rebus, quæ ruris exercendi cauſa vehuntur, non pendatur vectigal. *l. vniuerſi. Cod. de vectigal.* Eiusmodi ſunt res omnes, quæ ad rem ruſticam & ad ipſam agriculturam pertinent, vt ſunt, exempli gratia, fructus ad ſeminandum Rulant *d. cap. 5. num. 76* poſt Matth. Vauzell.

Quia † vero iniquum iudicatum eſt, pro ijs etiam rebus, 128
quibus quis ad vſum ſuum carere non poteſt, vectigalis onus ſuſtinere, Conſtantinus *in d. l. vniuerſi* reſcribit harum rerum, quæ ad proprium alicuius vſum vehuntur, vectigal nullum exigendum eſſe. Concordant *l. ſi Publicanus. §. de rebus. ff. de publican. & l. in lege Cenſoria. ff. de verb. ſignif.* atque eſt hoc communiter à Dd. receptum & comprobatum teſte Iaſone *in l. cætera. § ſed ſi quis in 5. notab. ff. de legat. 1.* Idem de communi opinione teſtantur etiam Anton. de Petruc. *de iuram. effect. 72. verſ. Decimo.* Villal. *in comm. opin. in verb. Gabella verſ. Gabella ſi debet.* Ioſeph. Ludouic. *concluſ. 15. nu. 56.* idque in quadam cauſa votando in Camera Imperiali ita deductum eſt, vt ſimul additum ſit, id tam de veteri conſuetudine, quam etiam de jure ita ſe habere, licet ex proprijs fundis iſtæ res nō percipiantur, nec ducantur, vt videre eſt apud Gilm. *rer. judicatar. Camer. Imper. lib. 1. deciſ. 8. nu. 4. & 5.* vbi

ſimul

ſimul aſſeritur, male hoc hodie paſſim ſeruari, & in tota fere Germania illud jus commune ab aula receſſiſſe, ac vix ad practicam deduci poſſe aſſerit Ioan. Koppen. *deciſ.50.num.34.* Generaliter etiam de conſuetudine teſtatur Cumanus *in d.§.de rebus circa fin.* vbi tamen
129 † conſuetudinem talem prauam eſſe dicit. Et quod ea tanquam irrationabilis, non valeat, tradunt etiam Hoſtienſ. *in tit de cenſib.§.ex quibus ver. Quid ſi quis* Angel. de Clauaſio *in ſua ſumma.in verb.pedagium num.3.* Ioan. Fab. *in d.l.vniuerſi* per text. *in clement.final.de cenſib.* Natt. *conſil 655.numer.2.* Ioſeph. Ludouic. *d.concluſ.15.num.58.* Roland. à Vall. *conſil.42.num.29.lib.3.* allegans Anchor. *conſil.264.* jure vero communi adeo verum eſt, quod ſupra de rebus ad vſum proprium pertinentibus di-
130 ctum eſt, vt in ijs † etiam, quæ quis pro vſu familiæ ſuæ comparauit, locum habere, communis ſit Dd. ſententia, ſicut aſſerit Peregr. *de jure fiſc. lib.6. tit.5. verſ. contra vero.* vbi ſimul ait, hanc ſententiam optime juuari textu *in l.2.§.1.& l.pen.§.1.ff.de vſu & habitat. & in d.l. in lege Cenſoria.§.1.ff.de verb ſignif & d.§.de rebus.*
131 Vſus vero † ita hic coarctatur, vt illud tantum eo contineatur, quod victus ſui cauſa ab aliquo paratum eſt, vt Alfen. interpretando verba veteris legis Cenſoriæ docet *in d.l. in lege Cenſoria.* Eodemque facit text. *in l.cum in teſtamento.ff.de aur.& arg.leg.* vbi ex eiusdem Alfeni reſponſo, ſi quis argentum, quod vſus ſui cauſa paratum eſt, legarit, illud duntaxat debebitur, quod victus ſui
132 cauſa ad vſum quotidianum parauerit. Pro † annulis tamen, quibus quis in digitis vtitur, etiamſi precioſi ſint, & pro precioſis veſtibus, quas dorſo portat, non ſoluitur vectigal, cum vſus cauſa ferri dicantur Bart. & Bald. *in l.2.ff.ad l.Rhod.de jact.* Idem Bart. *in l.ſed & ipſi.ff.naut.caupon.ſtab.* & poſt hos Bertach. *de gabel.2.memb.8.part.num.5.* Ioſeph. Ludou. *d.concluſ.15.num.6.*

133 Ex † his ſatis promptum fuit decidere illam quæſtionem, quam Guido Papæ *in deciſ.4.* ſcribit, aliquando in Camera Concilij Delphinatus motam eſſe, An videlicet, quod quis domus ſuæ ædificandæ vel reficiendæ cauſa vehi curat, ita dicatur ad proprium vſum ſpectare, vt non ſit eo nomine ſoluendum vectigal, recteque deciſum eſt in eadem Camera, vectigal pro huius-
modi

modi re præſtari debere, de qua deciſione teſtatur Guido Pap. *d. deciſ. 4. num. 1.*

Quæ † cum ita ſint, conſequitur, in aſſignanda ratione, cur 134
literis operam in Academia dantes in libris, & alijs rebus proprijs, quas ſtudiorum cauſa habent, immunes ſint, errare eos Dd. qui vel hanc ſolam adducunt, quod *in d. l. vniuerſi, & alijs ſimilibus ſupra citatis legibus* res ad proprium vſum ſpectantes ſint à vectigalibus liberæ, vel eam cum alijs rationibus coniungunt. Nam quod eſt *in d. l. vniuerſi & ſimilibus legibus* de vſu proprio, reſtringitur, vt diximus, ad id, quod ſolius victus cauſa paratum eſt. Libri vero & huiusmodi aliæ res eorum, qui literis nauant operam, quas ſtudiorum cauſa habent, ſunt etiam ab huiusmodi neceſſario victu ſeparatæ, nec eſſet etiam priuilegium peculiare ſtudioſorum, ſi hoc haberent ex *d. l. vniuerſi.* Et ſimiliter non recte doceretur ab ijsdem Dd. eos, qui membra Academiarum eſſe deſierunt, non gaudere amplius hoc priuilegio.

Tenendum † autem eſt generaliter de alijs priuilegiatis 135
& immunibus perſonis, earumque rebus, quod earum rerum nomine, quas negociationis gratia, vel ex alia cauſa à priuilegio aliena habent, non ſint immunes *d. l. vniuerſi. C. de vectigal.* & † ſi- 136
militer alij cum ijs de rebus eorum, licet priuilegiatis, contrahentes non gaudeant immunitate, ſed ad ſolutionem vectigalis teneantur, Bart. Alberic. de Roſat. & Caſtrenſ. *in d. l. licitatio. §. fin. ff. de publican.* Salicet. *in d. l. vniuerſi. num. 2.* Ferrarienſ. *in form. libell. ſuper ſolut. pedagiar. in verb. ceciderunt in commiſſum. num. 8.* Iaſ. *conſil. 20. in præſenti conſultatione nu. 2. 3. & ſeqq. vol. 1.* Dec. *conſ 48. mature. num. 1.* Roland. à Vall. *conſil. 16. magnificus. nu. 16. & ſeqq. lib. 4.* Peregrin. *de jur. fiſc. lib. 6. tit. 5. numer. 26.* Tiraquell. *de retract. conſanguin. §. 1. gloſſ. 13. num. 12.* vbi † in ſpecie de rei eccleſiaſticæ 137
emptore communem Dd. ſententiam eſſe dicit, quod ab eo neceſſario vectigal ſoluendum ſit, licet ipſa eccleſia ab eo ſit immunis, idque poſt eundem Tiraquell. de communi ſententia etiam teſtatur Eman. Soar. *in theſaur. receptar. ſententiar. in verb. Gabella.* Facit † huc quod priuilegium perſonale eius perſonam, cui con- 138
ceſſum eſt, non egrediatur *l. quia perſonale. ff. ſolut. matrim.* &

 in d. §.

in d. §. fin. verſ. Mercatores diſertis verbis fiſcus ita dicatur à vectigalibus immunis, vt per reſtrictionem ſubjciatur, mercatores, qui de fundis fiſcalibus mercantur, nullam immunitatem ſol-
139 uendi publici vectigalis vſurpare poſſe. Cui † accedit, quod natura cuiuslibet contractus ſuadeat, vt is vectigal ſoluat, cuius gratia contractus celebratur, vel qui ex contractu primum commodum capit, *l. debet verſ. Quid ergo. ff. de adilit. edict.* Bald. *in l. ſi pradium. n. 8. C. de adilit. actionib.* Iaſ. *in l. fin. n. 41. C. de jur. emphyteut.* Salicet. *in rubr. C. de reb. credit. num. 2.* Ioann. Koppen *quaſt. 50. num. 15.* Ideoque merito pro rebus venalibus, emptor tantum vectigal
140 ſoluat, non etiam venditor. Nec † valet pactum emptoris & venditoris, ne emptor ſoluat vectigal, vel vt venditor rem venditam tradat vltra locum, quo vectigal ſoluendum eſt, Ioan. Koppen. *d. quaſt. 50. num. 19.* vbi addit hodiernis temporibus in fraudem
141 legis id ſæpius fieri. Non † habet etiam mutuus conſenſus, quo à contractu receditur, eam vim, vt non debeatur nihilominus vectigal, quod ob initum contractum ſoluendum erat, Bald. *in l. ſi conſtante. numer. 4. verſ. Facit etiam. C. de donat. ante nupt.* Vaſq. *de ſucceſſ. creat. lib. 3. §. 25. num. 5.* late Tiraquell. poſt alios multos à ſe allegatos *de retract. conuent. §. 6. gloſſ. 2. num. 10.* qui ſimul *num. 12. & nu. 19.* refutat eos, qui hac in re diſtinctione vtuntur inter incontinenti & ex interuallo contractum diſſoluentes.

142 Præterea † obſeruandum eſt fieri poſſe, vt ob magnam in pontibus vel aggeribus contra impetum fluminis ſuſtentandis difficultatem, vel alia ſumma neceſſitate vrgente, ſingulare priuilegium concedatur aduerſus prædictas priuilegiatas perſonas, ne videlicet à vectigali immunes ſint, quemadmodum recte tradit Frider. *de mandat. executor. lib. 2. cap. 42. num. 6.* vbi exemplum adducit in Imperiali ciuitate Argentina, quæ Rhenanum pontem longiſſimum habet, & maximos ſumptus in eum neceſſario facit, ideoque priuilegium peculiare obtinuit, ex quo omnino nemo ſine vectigali pontem tranſire poteſt, etiamſi ſint Eccleſiaſticæ aliæve perſonæ, vel res à vectigalibus de jure communi immunes.

143 Quando † vero de vectigalibus res dubia eſt, an videlicet vecti-

vectigal debeatur, & aliquis contra illud immunitatem habeat, pro libertate & immunitate pronunciatio & interpretatio fieri debet, Iaſ. *in l. 1. num. 7. verſ. Pro iſta parte. ff ſi ex noxal. cauſ. agat.* Bart. *in l. ſi pupillus in princ. & numer. 3. ff. ad l. Falcid.* Socin. *in l. fructus. ff. ſolut. matrim.* Crauett. *conſil. 111. num. 26. conſil. 23. numer fin.* Bertazzol. *conſil. 256. num. 17.* Æmil. *conſil 60. num. 8.* Parlador. *rer. quotidianar. lib. 1. cap. 3. §. 2. num. 36.* Dec. *conſil. 48. num. 5. verſ. Et maxime* Grat. *conſil. 61. num. 55. lib. 1.* Syluan. *conſil. 66. num. 22. verſ. Præterea.* Burſat. *conſil. 186. num. 27.* & Ioſeph. Ludouic. *concluſ. 15. num. 27.* hanc ſententiam communem eſſe dicit, facitque pro ea, quod contra publicanos in dubio præſumendum eſſe dicatur *l. quanta audacia. ff. de publican.* Crauett. *conſil. 814. num. 11.*

Reſtat, vt de pœnis circa vectigalia conſtitutis dicamus. Vectigal nouum inſtituentes pœna ambitus teneri ſupra obiter diximus. Non † eſt quidem hæc pœna ipſa lege Iulia, ſed Sena- 144
tusconſulto ad interpretationem eius legis expreſſa, vt apparet *ex l. vnic. ff. ad l. jul. de ambit.* vbi diſerte Senatusconſulti fit mentio, & pœna centum aureorum cum infamia irrogatur. Qui † 145
vero exigunt nouum ac inſolitum vectigal, ſiue hoc omnino antea non ſit inſtitutum, ſiue vetus augeatur, & ſic plus quam debetur, poſtuletur, Legis Iuliæ de vi publica pœna tenentur, *l. vlt. ff. ad l jul. de vi public.* quæ † pœna eſt deportatio §. *item lex Iu-* 146
lia de vi. Inſtit. de public. judic. Olim erat aquæ & ignis interdictio *l. qui dolo §. vlt. ff. ad l. jul. de vi public.* in cuius locum ſucceſſit deportatio *l. 3. ff. ad l. jul. pecul. & d. §. item lex julia de vi.* Deportatio
† ad ſe trahit publicationem bonorum *l. 2. Cod. de bon. proſcript.* 147
Mynſing. *obſ. 29. numer. 3. cent. 5.* Borcholt. *in hoc cap. vnic. num. 47.* atque hæc pœna publicationis bonorum *in l. ſi quis ad ſe in fin. C. ad l. jul. de vi public.* expreſſe de vi publica adijcitur deportationi. Hodie † vero legis Iuliæ de vi publica pœnam arbitrariam eſſe 148
tradunt Clar. *in §. fin. quæſt. 83. numer. 4.* Cacher. *deciſ. 105. numer. 7.* Guid. Pap. *quæſt. 423. numer. 5.* Vult. *in d. §. item lex julia de vi numer. 3.* Menoch *de arbitrar. jud. quæſt. lib. 2. cent 4. caſ. 394. nu 1.* Crauett. *conſil. 220. num. 13. & conſil. 224. num 1. & ſeq.*

Sunt † qui ita de pœna exigẽtium inſolitum & nouũ vectigal 149

 loquun-

loquuntur, quaſi etiam ad eos pertineat, qui vectigalia noua tantum inſtituunt, & ita allegant textum *in d. l. vlt. ff. de vi publ.* Sed *in ea lege* expreſſe & ſtricte ICtus loquitur de exercentibus noua vectigalia. Ideoque gloſſ. recte *in d. l. vnic.* docet, inſtitui poſſe ab aliquo vectigalia, vt tamen ea non exerceat, ſiue exigat, ideoque pœnam ambitus pertinere ad ſolos noua vectigalia inſtituentes, vt quorum tantum *d. l. vnic.* meminit, pœna vero leg. Iul. de vi publica animaduerti in exercentes noua vectigalia, vt de quibus loquitur *d. l. vlt.* idque tradit etiam Cuiac. *in paratit. C. nou. vectigal. inſtit.* Menoch. *d. caſ. 394. num 92.* Decian. *in tract. crim. lib. 8. cap. 22. num. 17. & cap. 23. num. 5.* Azo *in ſumm. C. ad l. iul. de ambit.* Atque eſt hæc ſententia ab alijs Interpretibus communiter comprobata.

150 Præſtatur † vero ijs, à quibus debito plus exactum eſt, ex Edicto prætorio duplum per eos, qui exegerunt, ſiue publice ſiue priuatim eſt exactum *l. 1. in pr. l. hoc edicto §. quærentibus. & l. licitatio. §. quod illicite. ff. de publican.* ex † quibus *duabus poſterioribus legibus* ſimul colligitur, hanc pœnam eiuſmodi eſſe, vt in duplo ſit

151

152 etiam rei perſecutio, & † additur *in d. §. quod illicite*, ſi per vim extortum ſit vectigal, cum pœna tripli reſtitui rem debere. Ex conſtitutione Conſtantini *in l. fin. C. non. vectig. inſt.* perpetuo exilio puniuntur, qui plus debito exigunt.

153 Idem † Imperator *in d. l. vniuerſi. C. de vectigal.* adducens aliquot caſus, in quibus immunitas vectigalium datur, & qui priuilegiati ſunt, ſubijcit pœna capitali plectendos eſſe ſtationarios & alios, quorum auaritia contra eos, qui ita ſunt priuilegia-

154 ti, vectigal exigendo aliquid tentatur. Ideoque pœnæ † capitali teneri eos, qui à ſcholaribus vectigal exigunt docet Bolognin. *in authent. habita. num. 19. C. ne filius pro patr.* Idem ſentit Horat. Luc. *in tract. de priuil. ſcholar. priuil. 56.* dum vult pœnam etiam, de qua

155 *in d. l. vniuerſi* agitur, contra iſtos exactores locum habere. Et † cum in ſcholarium fauorem *in d. auth. habita*, quadrupli pœna ſtatuatur, huic etiam pœnæ locũ eſſe, ſi vectigal ab ijs exigatur, tradunt Bolognin. *in d. auth. habita, d. nu. 19.* Bald. *nu. 4.* & Salicet. *n. 4.* Item Horat. Luc. *in priuil. 56.* vbi addit, idem dicendum eſſe de

omnibu

omnibus aliis pœnis, de quibus agitur *in d. auth. habita*, *& aliis locis* aduerſus eos, qui illicite vectigal exigunt, conſtitutis.

Qui à † priuilegiatis vectigal exigunt, ſi ipſi priuilegiatæ 156
perſonæ ſunt, priuantur ob eiuſmodi exactionem ſuis priuilegiis, cum amiſſionem ſuorum priuilegiorum mereantur, qui aliis ſua derogant, *c. dilecti Filij, de priuileg.* ideoque † ij etiam, qui à 157
ſtudioſa iuuentute vectigal exigunt, ſuis priuilegiis priuantur, idque ex *d. c. dilecti Filij* ita tenent Ludovic. Roman. *in ſing.* 702. incip. *violans ſeu infringens*, Bolognin. *in auth. habita n.* 19. & Horat. Luc. *in d. priu.* 56.

Peculiariter † vero iure ciuili pro nauiculariis contra eos, 158
qui his negotium faceſſunt, vel vectigal exigendo vel ſimili ratione conſtituitur pœna 10. librarum auri, *l.* 1. *C. de nauic. ſeu naucl. lib.* 11. Obſeruandum † etiam eſt, in aurea Bulla *c.* 17. *in fin.* generaliter confirmari ea, quæ antea legibus, (quæ ibi ſimul ſacræ vocantur) de pœnis aduerſus indebita & inſolita vectigalia conſtituta ſunt, idque & de exigentibus & inſtituentibus ea intelligendum eſt. Canonico † iure aduerſus eos, qui illicitum vectigal 160
exigunt, ſtatuitur pœna excommunicationis, *cap. innouamus, de cenſib.* 159

Quemadmodum † vero pœnæ conſtitutæ ſunt aduerſus 161
eos, qui noua vectigalia inſtituunt, & qui in exactione vectigalium peccant; ſic & ij, qui ad vectigalium præſtationem tenentur, delinquunt, & coram Deo etiam & in foro conſcientiæ peccare cenſentur, ſi ea non ſoluant, Burſat. *conſ.* 138. *num.* 6. Didac. à Sigur. *in tractat. de lucr. marit. & vxor. num.* 233. Bertachin. *de gabell. part.* 9. *num.* 1. eamque ſententiam communiter approbatam eſſe aſſerunt, Eman, Soarez. *in Theſaur. recept ſent. verb. Gabella*, Bertachin. *iam citato loco*. Parlador. *Rer. quotidian. libr.* 1. *c.* 3. *in princ. nu.* 28. vbi adſerit, ab omnibus in hanc ſententiam itum, ideoque fraudatorem reſtitutioni obnoxium eſſe. Coram † hominibus vero 162
adeo peccant, vt crimen fraudati vectigalis committere dicantur, & res ipſa, quæ vehitur, in commiſſum cadat, *l. fraudati, l. commiſſa, & l. fin. in princ.* §. *quoties, &* §. *ſi quis profeſſus. ff. de publican.* Idque

163 que † ita ſe habet vel eo ſolo nomine, quod quis non eſt profeſſus res, quæ vehuntur, etiamſi poſt omiſſam profeſſionem vectigal ſoluere paratus ſit, *d.§. Quoties & d.§. ſi quis profeſſus.*

164 Nec excuſatur † quis eo, quod alia via ſit vſus, ſi conſtet eam non publicam, ſed inuſitatam & prohibitam, cum eo ipſo vectigal defraudare cenſeatur, *l. cum proponas*, & ibi Bald. *num.* 17 *C. de nautic. fœn.* Bart. & Rebuff. *in l. Qui fiſcales, C. de nauicular. lib.* 11 Iohan. de Plat. *in l. 2. per illum text. C. de curſ. pub.* Coler. *de proceſſib. exe-*

165 *cutiu. part.* 1. *cap.* 3. *num.* 74. Iohan. Koppen. *quæſt.* 50. *n.* 25. Non † releuat etiam, quo minus pœna locum habeat, ſi vel auriga in dominum mercium, vel dominus in aurigam culpam conferat, *l. cum in plures, §. vehiculum ff locat.* vbi expreſſus eſt textus, quod pro curru vel rheda auriga, pro mercibus vero dominus vectigal præſtare teneatur, Facit etiam textus *in l. ſi pendentes. §. ſi quid cloacarij. ff de vſufruct.* Et tradunt Bertachin *de gabell. part.* 7. *numer.* 3. *&* 4. Iohann. Koppen. *d. quæſt* 50. *n.* 22. *&* 23. vbi addit ad plurimum mercatores cum aurigis, vt vectigalia & pedagia ſoluant, conuenire, ſed cauere ſibi debere, cum res ipſorum à confiſcatione eo ipſo non fiant liberæ, ſi forſan aurigæ vectigal ſoluere neglexerint, cum pactum mercatoris dominum telonij non liget, *l. ſi tibi.* 17. *§. ſi pactus, l. ſi vnus. §. pacta. verſ. Ante omnia ff. de pact. l. coheredibus. Cod. famil. herciſcund. l. non debet*, & ibi Dec. *ff. de reg. iur.*

166 Tranſit † vero hæc pœna commiſſi ad heredes etiam eius, qui delictum fraudati vectigalis commiſit, *d. l. Fraudati & d. l.*

167 *commiſſa*, Franciſc. Pfeil *conſ.* 196. *numer.* 22. modo † viuo eo, qui deliquit, quæſtio mota ſit, *d. l. fin. §. pœna*, vbi Iuriſconſultus ſubiicit, id in vectigalibus eſſe ſicut in cæteris delictis. Additur † etiam *in d. l. commiſſa in fin.* commiſſi perſecutionem aduerſus quemlibet etiam poſſeſſorem competere. Iure † Saxonico fraudati

168

169 vectigalis alia pœna eſt, quam commiſſum *lib.* 2. *art.* 27. vbi hæc extant verba: *Qui valuarum, pontium ſiue aquarum telonium nō perſoluerit, quadruplicìter refundet. Telonium autem forenſe qui non dederit, triginta ſolidos pœna nomine dabit.* Verum ab hoc iure cōſuetudine receſ-

receſſum eſt, vt aſſerit Collegium juridicũ Lipſenſe inter cõſilia Modeſtini Piſtor. *conſ.48. num. 16. lib. 2.* & teſtatur etiam Iohan. Koppen *d. deciſ. 50. num. 8.*

Iure † communi adeo vera ſunt, quæ de commiſſi pœna 170 diximus, vt res, quæ in commiſſum cecidit, ſtatim deſinat eſſe fraudantis vectigal, & dominium ipſo jure amittatur *d. l. commiſſa*, Salicet. *in l. neque. numer. 1. Cod. de vectigal.* Ferret. *in tractat. de gabell. numer. 143.* Rip *de peſt. tit. de remed. ad conſeruand. libert. num. 104.* Collegium juridicum Lipſenſe *d. conſil. 48. num. 17.* Roland. à Vall. *conſil. 42. nu. 1. & 5. lib. 3.* hanc ſententiam communem eſſe dicens, Bertachin. *de gabell. part. 7. num. 57.* de ſcholaribus id tradens, Schneidwin. *de feud. part. 2. num. 116.* ſimiliter de ſcholaribus loquens Dec. *conſil. 496. num. 3.* vbi etiam de Clericis & Eccleſia hanc ſententiam communem eſſe aſſerit. Non † tamen 171 quod *in d. l. commiſſa* de dominio dicitur, porrigitur ad poſſeſſionem, vt nec eius vlla ibi fit mentio, niſi quod poſt fraudatum vectigal perſecutio rei dicatur competere aduerſus quoslibet poſſeſſores. De poſſeſſione igitur non dicemus idem quod de dominio, ſed in ea auferenda facto hominis, & ſic ſententia declaratoria opus eſt, Bart. *in d. l. commiſſa num. 1. verſ. Licet autem*, Bald. *in l. ſi quis in tantam num. 19. Cod. vnde vi*, Bertachin. *de gabell. part. 9. numer. 6.* Gail. *obſeru. 51. num. 5. lib. 2.* Ioſeph. Ludouic. *concluſ. 15. num. 75.* Coler. *d. cap. 3. num. 84.* Roland. à Vall. *d. conſil. 42. num. 5. 6. & 7.* vbi *num. 5.* hanc ſententiam frequentiori etiam calculo receptam eſſe ait, & Grammat. *deciſ. 15. nu. 8.* dicit ſe reperire, quod omnia jura mundi diſponentia de aliquo crimine ipſo jure pœnam imponi, intelligenda ſint, dummodo ſecuta fuerit ſententia declaratoria, per quam declaretur illud crimen fuiſſe commiſſum, alias pœnam non poſſe habere executionem ſiue effectum ſuum, cuiusmodi eſt. ſi poſſeſſio auferatur ei, qui crimen fraudati vectigalis commiſit. Et † Coler. *d. n. 84.* ait, in hoc omnes 172 concordare, quod regulariter requiratur ſententia declaratoria commiſſi, vt auferatur poſſeſſio. Eandẽ ſententiam amplectitur Hartm. Hartmanni *obſ. 1. n. 13. tit. de public.* addit † tamẽ *ibid. n. 14.* 173 generali conſuetudine obſeruari, quod propria autoritate fiſcus

poſſit

poſſit apprehendere poſſeſſionem eorum, de quibus non fuit ſolutum vectigal. Idem de hac conſuetudine teſtatur Iohan. Koppen *d. quaeſt.* 50. *num.* 11. & Collegium iuridicum Lipſenſe inter conſilia Modeſtini Piſtor. *d. conſ.* 48. *n.* 19. *in fi.* vbi & Baldus pro hac conſuetudine allegatur.

Verum quantumuis hæc ita ſint, quibus oſtendimus puniri & in pœnam commiſſi incidere eos, qui non ſoluunt vectigal, tamen reperiuntur multi caſus, in quibus pœna non habet lo-
174 cum. Primum † enim non incurrit quis in pœnam, ſi ei licentia tranſeundi detur, & ſolutio vectigalis remittatur, *l. fin.* § *ſi quis profeſſus, ff. de publican.* vbi textus indiſtincte loquitur, nec vlius
175 temporis per reſtrictionem fit mentio, & † tamen ſi quis intra ſeptem dies ea licentia ac remiſſione non fuerit vſus, ſed poſt lapſum eorum dierum vti voluerit, in pœnam incurri tradit Ludovic. Roman. *in rubr. ff. de recept. arbitr. num.* 45. *verſ. nono quia licentia*, Affl. *in hoc c. vn. ad verb. vectigalia, num.* 106. Bertach. *de gabell. part.* 9. *num.* 4. Maſcard. *de probat. concl.* 834. *num.* 17. vbi allegat etiam Petr. de Suzar. *in l.* 1. *col.* 4. *C. de ſentent. quæ pro eo quod intereſt*, & Bart. *in l.* 1. *C. de exactorib. lib.* 12. qui tamen nihil ea de re habet.
176 Secundo † non habet pœna locum, ſi ob aduerſam tempeſtatē
177 onus exponitur, *l. Cæſar. & l. fin.* §. *ſi propter ff. de publican.* Vel † ob aliam neceſſitatem vrgentem, cuiuſmodi eſt metus latronum vel peſtis, res tranſvehuntur, Paul de Caſtr. *in d.* § *ſi propter num.* 1. *verſ. item ſi propter*, Franc. Rip. *de priuil. contract. cauſ. peſt. nu.* 158.
178 Tertio † ſi abſit publicanus, & quis ideo pecuniam eo loco, vbi vectigal ſoluendum eſt, depoſuerit, Bertachin *d. part.* 9. *quaeſt.* 15. *in princ.* Ferret. *de gabell. num.* 247. Purpurat. *in l. vinum num.* 24 *ff. ſi cert. petat.* Maſcard. *d. concl.* 834. *num.* 12. R[o]land. à Vall. *d. conſ.* 42. *num.* 10. *lib.* 3. Alexand. *conſ.* 172. *num.* 2. *lib.* 2. per *l. pecunia fænebris* §. *vlt. & l. cum quidam* §. *pupillus ff. de vſur. l. ſi prædio. in princ ff. de in diem*
179 *addict.* Quarto † ſi illicite inſtituta & iniuſta ſint vectigalia, *l. licitatio.* §. *quod illicite ff. de publican. & vectigal. l.* 3. *C. nou. vectigal. inſtit. non poſſ.* Bargell. *in tract. de dolo c.* 7. *num.* 49. addens in eam ſententiam communi ſuffragio Dd, item eſſe, eamq; deinceps frequētiſſimo

tiſſimo conſenſu Dd. eſſe ſecutos, atque illud confirmari ex cumulatis à Tiraquell. *in præfat. retract. conſanguin. num. 68.* enumerante innumeros vtriuſque fori Dd. huius ſententiæ aſſertores, nullumque contradicentem adducente, & Bart. *in l. vectigalia. in princ. numer. 1. ff. de publican. & vectigal.* dicit, quod fraudans huiuſmodi vectigalia neque coram Deo, neque coram hominibus peccet, quia ea ſunt prohibita, & ſic nulla. Idem tradunt *in l. vnic. in princ. num. 5. Cod. de caduc. tollend. & in l. cum proponas numer. 21. Cod. de nautic. fœn.* Bertachin. *d. part. 9. numer. 1.* Iohan. Sichard. *ad rubric Cod. Nou. vectigal. inſtit. non poſſ. numer. 4.* Ioſeph. Ludouic. *d. concluſ. 15. numer. 84.* Bonifac. *in tractat. de furt. §. Fraudulosa numer. 31.* & Mynſing. *obſeru. 29 numer. 4. cent. 5.* Quæ ſententia corroboratur per ea, quæ ſuperius diximus de pœnis eorum, qui exercēt iniuſta vectigalia, ex quibus liquet, tantum abeſſe vt peccet is, à quo huiuſmodi vectigalia fraudantur, vt ij, qui inſtituunt vel exigunt primi peccent & ſuos ſubditos defraudent, ac grauiter puniantur. Quinto † ſi poſt commiſſum pu- 180
blicanus vectigal receperit, vel profeſſionem admiſerit, Dd. *in d. l. fin. § ſi quis profeſſus. ff. de publican.* Bald. *conſ. 256 numer. 4. lib. 6.* Peregrin. *de iur. fiſc. libr. 6. tit. 5. numer. 35. verſ. limita ſexto,* Roſenthal. *de feud. cap. 5. concluſ. 42. numer. 3.* Sexto † ſi à publicano quis fal- 181
ſa perſuaſione vel alia ratione decipiatur, *d. l fin. §. Diui quoque.* Franciſc. Pfeil *conſ. 192. numer. 7.* Rulant. *de commiſſar. part. 4. lib. 2. cap. 5. num. 61.* Peregrin. *d. titul. 5. num. 35. verſ. limito ſecundo.* Septimo † ſi fœmina ſit, Rulant. *d. cap. 5. numer. 42,* poſt Mattheum de 182
Vauzell. Octauo † ſi militares perſonæ ſint, *d. l. omnibus Cod. de* 183
vectigal. vbi vniuerſaliter de omnibus militibus negatur, eos ob omiſſas profeſſiones pœna commiſſi teneri. Nono † ſi ſint pu- 184
pilli, & vectigal intra diem triceſimum ſoluatur, *l. Imperatores. §. fin. ff. de publican.* Decimo † ſi ſint minores, & reſtitutionem in 185
integrum petant, nec dolus interuenerit, *l. ſi ex cauſa. §. pen. ff. de minorib.* Vndecimo † ſi quinquennium elapſum ſit, & intra il- 186
lud res commiſſa non fuerit petita *l. 2. Cod. de vectigal.* vbi id etiam communiter Dd. tradunt. Duodecimo † ſi intra lapſum 187

illius quinquennij ſine dolo poſſeſſoris res perierit, ſeu non extet, quo caſu æſtimatio præſtanda non eſt, textus eſt expreſſus *in d. l.* 2. vbi ſolius doli, non autem etiam culpæ ſit mentio. Re-
188 ᴄ̃te † tamen ad latam etiam culpam illud extendetur, Bertachin. *d. part. 9. num.* 5. Bald. *in d. l* 2. *numer.* 1. *verſ. Item ſi culpa.* Ro-
189 ſenthal. *d. cap.* 5. *concluſ.* 42. *in gloſſ.* b. cum † lata culpa dolo æquiparetur *l. is cui.* §. *dolum. ff. vt in poſſeſſ. legator. l. impuberibus, in princ.*
190 *ff. de ſuſpect. tutor. l. Quod nerua ff. depoſit.* Decimotertio † ſi ſocius rem communem ſine conſenſu & voluntate ſocij non profiteatur, pœna ceſſat in huius ſocij parte, *l. Fraudati.* §. *ſed ſi vnus. ff. de publican.* Bartol. *ibid. numer.* 8. Bertachin. *d. part.* 9. *numer.* 26. Roſenthal. *d. cap.* 5. *concluſ.* 41. *numer* 3. Rulant. *d. cap.* 5. *num.* 58. idque eo confirmatur quod pœna vltra delinquentes perſonas non progrediatur, ſed ſuos autores teneat *l. Sancimus Cod. de pœ-*
191 *nis.* Decimoquarto † ſi quis taceat aut occultet partem vnam, & alteram profiteatur, in hac altera parte pœnæ commiſſi non eſt locus, Bertachin. *d. part.* 9. *numer.* 8. *& ſeq.* Roſenthal. *d. concluſ.* 41. *numer.* 2. Iohan. Bapt. Villalob. *in commun. opin verb. Gabella. verſ. Gabella ſi debetur*, vbi dicit communem. Si quis rem furtiuam, vel vi raptam non profiteatur, eo etiam caſu pœna commiſſi ceſſat, nec domino eius rei factum illud nocet *l. fraudati* §. 1. *ff. de publican. & vectigal. argument. l. ſi mancipium* 23. *Cod. de rei vindicat. & l.* 2. *Cod. de furt.* Frider. *de mandat. libr.* 2. *cap.* 42. *numer.* 9. Idque confirmatur etiam per id, quod de rebus furtiuis & vi raptis conſtitutum eſt *in Carol. V. ordin. criminal. articul.* 219. Atque hinc merito dicetur, dominium eiuſmodi rei vt qui dominium retinuit contra publicanum qui eam à fure accepit, rei vindicationem inſtituere poſſe, adeo vt nullum pretium ſoluere teneatur, *d. l. ſi mancipium* & *d. l.* 2. *& d. artic.* 219.

192 Decimoquinto † generaliter iuris certi eſt, ſi cauſa illa iuſta & rationabilis, ob quam vectigalia inſtituta ſunt, ceſſet, vectigalium exactionem & ſic etiam pœnam ceſſare, Andr. de

Iſe. n.

Ucrn. *in rubr. Quæ ſint regal. num.* 5. Felin. *in cap.* 1. *num.* 41. *verſ. Alius eſt caſus, quando ceſſat cauſa. de conſtit.* Cacheran. *conſ.* 31. *In hac controuerſia. numer.* 23. eoq; facit textus *in l. cura §. deficientium ff. de munerib. & honor.* vbi immunitas conceſſa ob paupertatem ceſſat ſuperuenientibus diuitiis. Eodem ſimiliter facit, quod generaliter dicatur ceſſare effectus ceſſante cauſa, *cap. cum ceſſante. de appellat. cum ſimilibus.* Ideoque Roland. à Vall. *in conſ.* 91. *num.* 45. *libr.* 2. ait, omnes legum vertices vno ore concludere, quod ceſſante cauſa iuſta & rationabili impoſitionis vectigalis ceſſare etiam dicatur eius exactio, eamque ſententiam pluribus confirmat *ibidem num.* 46. 48. *& ſeqq.* Decimoſexto † excuſatus quis, 193 ſi dolus abſit, &ex ignorantia ſiue errore peccetur, modo ſit probabilis. Nam ſi non ſit probabilis, licet res non cadat in commiſſum, tamen ad duplum vectigal ſoluendum quis tenetur, Peregrin. *d. c.* 5. *num.* 35. vbi addit hac in re primo intellectui gloſſæ *in d. l. fin. §. Diui quoq; fratres ff. de publican.* Dd ſubſcribere, atq; eandem ſententiam amplectuntur etiam Imol. *in l. commiſſa in fi. ff. de public. & vectigal.* Bertachin. *d. part.* 9. *num.* 3. *verſ. Quod limita.* Roland. à Vall. *d. conſ.* 42 *nu.* 13. *&* 17. *lib.* 3. Bertazzollin. *conſ.* 256. *n.* 13. Cacheran. *deciſ.* 71. *n.* 17. Maſcard. *de probat. concl.* 834. *n.* 6. Roſent. *d. c.* 5. *concl.* 37. *n.* 2. & confirmatur textu *in d. l. fin. §. diui quoq; fratres*, vbi non per fraudem ſed per errorem peccans ad duplum vectigal tantum teneri dicitur.

Neque † obſtat quod in eadem l. *§. Licet quis* in pœnam ve- 194 ctigalis ex conſtitutione diui Hadriani incidere quis dicatur, etiamſi ſe ignoraſſe aſſerat. Nam hoc vrgente ratione, & ex textu *in d. §. diui quoq; fratres* de non probabili ignorantia accipiendum eſt, & reſtringendum ad duplum vectigal, vt videlicet ipſum vectigal, & ſimul pœnæ loco alterum tantum ſoluatur. De † dolo 195 vero ſiue fraude tenendum, quod non præſumatur, ſed probari debeat, Abb. *conſ.* 68. *n.* 3. *v. Tertio probo lib.* 1. Berer. *conſ.* 83. *n.* 5. Rol. à Vall. *d conſ.* 42. *n.* 16. *lib.* 3. Rulant *d. c.* 5. *n.* 49.

Atq; hæc quidem de pœnis etiam adducere volui: Quibus generaliter † de omnibus priuilegiatis & immunibus perſonis 196

poſtremo loco illud addo, quod ſicut vectigalia iure debita ſponte & abſque publicani admonitione vel exactione ſoluenda ſunt, ſic & priuilegiati ad eiuſmodi ſpontaneam profeſſionem vectigalium obſtricti ſint, immunitas eos non liberet à profeſſione rerum, ſed ad euitandam pœnam eas profiteri teneantur *l. ſi publicanus. & l. fin. §. Quoties. & §. Diui.* vbi Bartol. & reliqui Dd. *ff. de publican.* Boſſ. *titul. de fraudant. vectig. numer.* 10. Ferret. *de gabell. numer.* 209. Horat. Luc. *de priuileg. ſcholar. priuileg.* 504. *verſ. limita.* Ferrar. *in form. libell. ſuper ſolut. pedagior. in verb. Panni, numer.* 1. *verſ. Attamen tenetur.* Bald. *conſ.* 79. *numer.* 4. *volum.* 2. Roland. à Vall. *conſ.* 79. *num.* 90. & 92. *lib* 3. Franc. Marc. *deciſ.* 214. *numer.* 3. *part.* 2. Ioan. Koppen *quæſt.* 50. *numer.* 13. vbi addit, quod huiuſmodi perſonæ ſchedulam immunitatis, quæ vulgo
97 Paßbrieff oder Freyzettel appellatur, ſ etere teneantur. Illi † vero qui non ſunt priuilegati & immunes, etiamſi res profeſſi fuerint, tamen ſi ſolutio vectigalis omittatur, duplicatum vectigal ſoluere tenentur, ac tantum à pœna commiſſi liberantur *d. l. fin. §. ſi quis profeſſus. ff. de publican.* Boſſ. *d. titul. de fraudant. vectig. num.* 13. Abb. *d. conſ.* 68. *in princ.* Peregrin. *d. titul.* 5. *num.* 35. *verſ. limina ſeptimo.* Ioſeph. Ludovic. *deciſ.* 15. *num.* 71. Roland. à Vall. poſt Bart. Salicet. Bald. Bertachin. & Iul. Ferret. à ſe allegatos *in d. conſ.* 42. *n.* 8. *libr.* 3. vbi etiam communem hanc eſſe aſſerit concluſionem. Quando vero res eſt commiſſa, & ab eo cui vectigal debetur non occupata, poteſt eius nomine actio realis, nimirum rei vindicatio inſtitui, cum dominium eius ſtatim tranſierit in eum, cui vectigal debetur *l. commiſſa* 14. *ff. de publican. & vectigal.* & expediti Iuris ſit, eum qui dominiũ rei iure ciuili vel gentium acquiſiuit, rei vindicationem competere *l. in rem actione in pr. ff. de rei vindicat.* de qua tamen & hic notandum eſt, quod ſupra *num.* 84. monuimus, in re commiſſa eam perire, ſi intra quinquennium non inſtituatur *l.* 2. *C de publican. & vectigal.* Competit vero hæc actio non ſolum aduerſus eum, qui fraudauit vectigal, ſed etiam hæredem eius, & quemlibet poſſeſſorem locum habet *d. l. commiſſa.*

Atten-

Attendenda etiam ſunt in hac materia vectigalium ea, quæ *lib. 1. cap. 7.* generaliter de actionibus ratione regalium adducta ſunt, ex quibus liquet, quæ remedia, tam ratione vectigalium, quam aliorum regalium, diuerſo reſpectu competere poſſunt, ſiue reales, ſiue perſonales actiones, & ſiue petitorium ſiue poſſeſſorium, ordinarium vel extraordinarium vel etiam ſummariſſimum ſpectetur, & ſic huc etiam pertinet, quod ſupra hoc capite de mandatis ſine clauſula in ſpecie quoad vectigalia dictum eſt.

Capvt VII.

De monetis.

Svmmaria.

1. Moneta origo vnde? & nu.3.

2. Numus vnde dicatur?

4. Emptio venditio iure gentium introducta eſt.

5. Pecunia ſignata materia qualis hodie ſit, & qualis olim fuerit.

6. Pecunia vnde ſic appellata ſit?

7. Per æs omne genus numorum, tam aureorum, quam argenteorum, ſignificatur.

8. Æris appellatione quoduis debitum denotari.

9. Argentum quando apud Romanos primum ſit ſignatum?

10. Numus aureus quando primum ſit percuſſus?

11. Numi plumbei & ſtannei legibus Romanis omnino fuerunt reprobati, idque etiam factum eſt in moneta æroſa, qua videlicet plurimum æris admixtum habeat nu.12.

13. Numos adulterinos cudit Antoninus Caracalla.

14. Numos plumbeos & ſtanneos non ſolum reprobauit, ſed & omnem plumbi ac æris, item æris & argenti, non autem auri & argenti mixturam prohibuit Tacitus Imperator.

15. Moneta jus Principis proprium eſt, & hinc inter regalia refertur & nu.17.

16. Inde moneta etiam dicuntur publica, item fiſcales.

18. Moneta jus tanti fecit Carolus Magnus, vt eam in palatio tantum cudi voluerit.

19. Moneta etiam Romæ tantum in æde Iunonis monetalis cudebatur.

20. Monetis olim etiam imagines Imperatorum imprimebantur.

21. Moneta, vt imagines Cæſarum referret, inclinante Imperio ad officium Comitis ſacrarum largitionum pertinuit.

22. Moneta inter reliqua regalia ſemper principem locum obtinuit.

23. Moneta regale oſſibus Principis inhærere à nonnullis Dd. dicitur.

24. Monetam falſam cudentes vel etiam probam monetam adulterantes læſæ maieſtatis rei dicuntur, quod etiam ad conſcios huius criminis extenditur nu. 25.

26. Monetam falſam cudentes appellare non poſſunt, licet appellationis beneficium tam ſit fauorabile, vt etiam tertio pro reo inuito in criminalibus permiſſum ſit, nu. 27.

28. Moneta ius quo minus inter regalia referendum ſit, non obſtat, quod monetæ vſus ſit juris gentium & inde originem habeat.

29. Princeps in re numa ia nihil aliud eſt, quam mi iſter juris gentium.

30. Monetam ne cuiuis priuato cudere liceat ſed vt potius publica authoritate fiat, jure gentium introductum & receptum eſt.

31. Monetam reprobare ac tollere non minus regale eſt, quam eam cudere.

32. M netam etiam mutandi, certamque æſtimationem ac valorem eius conſtituendi jus ad regalia pertinet.

33. Monetarij de jure communi homines viles & humiles cenſentur, adeo vt nullo etiam dignitatis priuilegio ea conditione liberentur.

34. Monetariorum conditio hodie non eſt vilis de generali & notoria conſuetudine Germaniæ, vt & Galliæ nu. 35.

36. Monetariorum liberi, an & quando hodie ipſo jure monetarij dicantur, & priuilegijs eorum gaudeant?

37. Monetam probam reprobare vel deteriorem facere Imperatori non licet, & infra nu. 41.

38. In moneta qualibet tria, materia ſcilicet, ſiue ipſum metallum, forma, & pondus concurrere debent, & ea de moneta ſubſtantia eſſe dicuntur num. 39.

40. Mone-

41. Monetæ materiam, Schurffius vocat eiusdem met:um, menſuram, normam & regulam monetæ probæ duo alia requiſita à Kickermanno adducta refutantur.

42. Marius Gratidianus Romæ legem rogauit de ſcholæ inſtituenda, in qua juuentus numos explorare, & ab adulterinis probos diſcernere doceretur.

43. Zygoſtatæ temporibus Imperatorum fuerunt ponderatores, qui explorandis numis adhibebantur.

44. Moneta hodie in Imperio per ponderatores, qui Germanica lingua Guardin vocantur, probantur.

45. Moneta Imperij calendis Maij, & calendis Octobris quotannis vt probetur, Imperij conſtitutionibus cautum eſt.

46. In moneta materiæ bonitas & quantitas magis quam ipſa forma ſiue character de generali conſuetudine attenditur, licet character ſummi Principis ſit. In numiſmatis minutis habenda eſt etiam ratio ponderis materiæ ac forma.

47. Fieri quid debuerit, non vero quid ab alijs factum ſit, ſpectandum eſt.

48. Monetam juſtam materiam, formam, ac pondus habentem licet nonnulli Imperatores reprobarint, tamen alij Imperatores eandem in vſum reuocarunt.

49. Ius monetæ ab anteceſſoribus ſuis acceptæ, ſe non eſſe violaturos jurant Arragonum Reges ante creationem.

50. Monetæ ſuam effigiem, ad occaſionem criminis falſi in ea committendi eo magis demendam, ſic inſculpi voluit Conſtantinus Magnus, vt hominis Deum flexis genibus inuocantis ſpeciem præ ſe ferret.

51. Moneta dicitur à monendo, quod moneat, ne quid fraudis in materia, ſigno vel pondere fiat.

52. De regali moneta Maximiliani Secundi ſummis laudibus decantanda, & majeſtate regnantis digniſſima vox.

53. Monetæ legitimæ reprobatio vel mutatio quanta inferat incommoda, late enarratur.

54. De moneta legitima reprobanda vel mutanda præſtitum juramentum an ſit ſeruandum, etiamſi ſuperiorem non agnoſcens id præſtiterit.

55. In re

55. *In re monetaria qui principum Conſiliarij deceptores dicantur.*

56. *Conſiliarij, qui* in c. Quanto. de jureiurand. *deceptores dicuntur, multi hodie reperiuntur.*

57. *Monetam ex juſta cauſa reprobare aut mutare Princeps non prohibetur.*

58. *Monetam ſi Princeps ſine juſta cauſa reprobet aut mutet, de rapina tenetur.*

59. *Monetam ſine maxima neceſſitate mutans aut reprobans jus gentium ac commerciorum violat.*

60. *Moneta reprobanda aut mutanda juſta cauſa eſt, ſi ipſa materia moneta vilior facta eſt, item ſi ex communi hominum æſtimatione precioſior ac carior facta eſt eius materia* nu. 61.

62. *Neceſſitas legem non habet, & actum alias illicitum ſolet reddere licitum* nu. 63.

64. *Neceſſitatis cauſa ſemper cenſetur excepta.*

65. *Moneta recepta ac legitima reprobanda vel mutanda legitima cauſa eſt, ſi id vrgeat publica vtilitas vel neceſſitas, cuiusmodi eſt, ſi Princeps indigeat auxilio pro defenſione neceſſaria* nu. 66. *vel magna pecuniæ vis pro redemptione ipſius Principis colligenda ſit* nu 67. *vel belli neceſſitas id vrgeat* nu. 68.

69. *Monetam belli tempore etiam ex corio Princeps cudere poteſt, bello tamen finito damnum, quod ſubditi ob huiusmodi mutationem paſſi ſunt, reſarcire tenetur* nu. 70.

71. *Princeps licet vrgente neceſſitate, & ob cauſam res ſubditorum auferre poſſit, tamen iuſtum precium ſoluere tenetur.*

72. *Moneta mutanda iuſta cauſa ſubeſſe etiam cenſetur, ſi aurea vel argentea numiſmata extra fines Imperij vel regni euehantur.*

73. *Aurum & argentum ne extra fines Imperij vel regni euehatur, omnium fere Principum legibus eſt cautum, eaque prohibitio in Imperio ſub graui pœna ſæpe facta eſt* nu. 74.

75. *Monetæ mutatio aut reprobatio ſine conſenſu populi fieri nequit.*

76. *Monetæ mutatio & reprobatio cum conſenſu populi etiam ſine talibus cauſis (de quibus ſupra) in præiudicium eius fieri poteſt, eaque ſententia verior, & crebrioribus Interpretum calculis comprobata eſt* nu. 80.

77. *Argumentum à contrario ſenſu in iure frequens & vtiliſſimū eſt.*

78. *Iur*

78. Iuri & commodo ſuo quilibet renunciare poteſt.

79. Boerius, dicens Principem ſolum, etiam non interueniente populi conſenſu, monetam mutare poſſe, & ita communiter receptum eſſe, declaratur.

81. Moneta ſi populi conſenſu interueniente reprobetur aut mutetur, non tamen ea reprobatio aut mutatio alij populo præiudicat.

82. In moneta reprobanda vel mutanda conſenſus totius populi, cui præiudicium fit, non eſt neceſſarius, ſed maioris partis conſenſus ſufficit, idque maxime attendendum eſt in ijs quæ in Imperio de monetis collectis & ſimilibus, non ſolum per Imperatorem, ſed & coniunctim ab Electoribus alijsque Principibus & ſtatibus totum Imperij populum repræſentantibus decernuntur.

83. Conſuetudo vt introducatur, maioris partis populi conſenſum accedere, & actus conſuetudinis in eius notitiam veniſſe, vel ab ea profectos eſſe ſufficit.

84. Moneta ex communi Dd. ſententia publicis impenſis facienda eſt, nec Princeps aliquid pro his ſumptibus detrahere poteſt, alij tamen nu. 85. *relati inde recedunt, & eorum contrariam ſententiam conſuetudine eſſe approbatam, teſtantur plurimi* nu. 86. *enumerati, eaque à Conſtitutionibus etiam Imperij non eſt aliena* nu. 89.

87. L. 1. ff. de contrah. empt. *declaratur.*

88. c. Quanto. de jureiur. *declaratur.*

90. Monetæ jus præter Imperatorem habent & Reges, alijque ſuperiorem non recognoſcentes, & ex eorum generali aut ſpeciali conceſſione vel immemoriali præſcriptione conſuetudineue competit etiam inferioribus nu. 91. *eaque ſententia vſu tum in Imperio* nu. 92. *tum in Gallis* nu. 94. *approbatur.*

93. Monetæ regale habentes, quibus elogijs in Conſtitutionibus Imperij ornentur?

95. Monetæ regale in Gallia tandem omnibus ideo ademptum eſt, quod multi illud habentes, eo abuſi ſint in nonnullis etiam alijs regnis nulli hoc jus monetæ conceditur.

96. Hoc regali in Imperio multi etiam abuſi ſunt, qui tamen eo priuati non ſunt, licet interminationes crebræ diuerſis Imperij Conſtitutionibus factæ ſint, de cauſis abuſus huius Regalis.

97. *Numiſmatum certa genera vt cudantur, nec alia ferire liceat, ſiue ſint coronati, ſiue alia eius generis numiſmata, Imperij conſtitutionibus cautum eſt.*

98. *Moneta materia, pondus, & aſtimatio etiam certa, & à qua recedere non liceat, in Conſtitutionibus Imperij præfinita eſt.*

99. *Moneta regale habentes non debent inde ſuum commodum captare, ſed eo ad Imperij ſalutem ac dignitatem vti.*

100. *Huius regalis abuſus & monetarum deprauatio ex officinarum multitudine prouenit.*

101. *Monetarum officina in ſingulis Imperij circulis non plures quam tres aut quatuor ijs, quibus hoc regale competit, habere licet, exceptis tamen ijs, qui fodinas habent, cum hi ex eo auro & argento, quod in fodinis ſuis conſequuntur, in peculiaribus officinis monetam cudere poſſint,* num. 102. *quod tamen reſtringe, vt infra* nu. 107.

103. *Monetales magiſtri non prius ad munus ſuum admittendi ſunt, quam ſi de ijs inquiſitio habita fuerit, & ex ea de eorum conditione, peritia, probata fide & honeſta dimiſſione conſtiterit.*

104. *Hi magiſtri duplici iuramento conſtringuntur.*

105. *Moneta regale habentes illud nec vendendo, nec aliter alienando in alium transferre, nec etiam alijs locare vel de lucro aliquo inde percipiendo cum a'ijs paciſci debent.*

106. *Prærogatiua Electorum & quorundam aliorum, qui regale moneta habent.*

107. *Fodinas habentes hac prærogatiua gaudent, vt peculiares officinas præter tres vel quatuor illas publicas ſingulorum Imperij circulorum habere, & ſoli ex præſtantiori auro, quam eſt in aureis Rhenenſibus, monetam cudere poſſint, ita tamen, vt id ex hoc auro non fiat in alia moneta, quam Ducatis.*

108. *De moneta aurea & argentea & infecto argento qua Electores ad Rhenum, item Saxonicus & Brandeburgicus inquirere debeant.*

109. *Regale non habens ſi monetam cudat, punitur, licet non adulterina ſed proba ſit: Imo etiamſi reſcriptum Imperatorium de cudenda moneta obtinuerit* nu. 110. *Ex edicto etiam monetali de anno 1559. priuilegia de moneta cudenda ante vel poſt illud conceſſa iuxta hoc ipſum reſtringenda ſunt & ſi illi aduerſentur, caſſantur.*

111. Mo-

111. Monetam probam ſi is, qui jus monetæ non habet, cuderit, non ordinaria falſæ monetæ pœna, ſed pro arbitrio judicis punitur.

112. Monetam falſam cudentes qui παραχαράκται *vocantur, Deum, homines, & Principem deludunt & offendunt,* nu. 113. *& jus gentium lædunt.* nu. 114.

115. Qua pœna ijdem plectantur?

116. Monetæ falſæ criminis conſcij etiam puniuntur, & domus ignorantis, in qua hoc crimen commiſſum eſt, fiſco vindicatur, niſi dominus quamprimum hoc ſcelus reſciuit, magiſtratui prodiderit.

117. Monetam falſam cudentes ſine juſſu judicis capi poſſunt, & conuicti non appellant: leuia etiam indicia contra eos ad torturam ſufficiunt nu. 118. *& contra eos ſocius criminis in teſtem admittitur.* nu. 119.

120. In moneta falſum committentes an ignis pœna afficiantur, ſi ea moneta ſit eorum, qui ſuperiorem recognoſcunt?

121. In moneta falſa crimine publicatio bonorum eſt abrogata. Nou. 134. §. fin. & authent. Cod. de bon. damnator. *vnde tamen ex edicto monetali, & alijs conſtitutionibus Imperij in nonnullis caſibus receſſum eſt.*

122. Monetam auream, non vero argenteam adulterantes ignis pœna affici quidam tradunt, quorum ſententia nu. 123. *improbatur, contrariaque ſententia tum ibi, tum infra* nu. 126. *confirmatur.*

124. L. 5. C. Theodoſ. de falſa monet. *explicatur.*

125. Solidorum appellatione ſimpliciter vſurpata, non raro etiam argentea moneta comprehenditur.

127. Monetam quidem cudentes, ſed reprobatam, & quæ expendi non poteſt, arbitraria pœna puniuntur, eaque pœna ſimiliter locum habet in eo, qui falſam monetam cudere conatus eſt, ſed pœnitentia ductus deſijt, num. 128.

129. *Monetam radentes, tondentes vel tingentes jure communi, ſi liberi ſunt, ad beſtias damnantur, ſi ſerui, vltimo ſupplicio afficiuntur, ſiue monetam auream, ſiue argenteam eſſe conſtet, hodie vero arbitrio judicis puniuntur* nu. 130.

131. Monetam alterius conflantes & in aliam conuertentes arbitrio judicis puniuntur.

132. In moneta ea crimina committi ſcientes, ſi diſſimularint nec indicarint, quomodo puniantur, & ſi delatione facta bona delinquentis publicentur, quibus ea debeantur? Quantæ & quam variæ ſint pœnæ pecuniariæ contra delinquentes in moneta ex edicto monetali vel alijs Conſtitutionibus Imperij, inter quas eſt & pœna 100. marcarū auri ex Conſtitut. Friderici Tertij de anno 1442. à qua receſſum eſt per illud edictum & reliquas conſtitutiones, in quibus pœna 50. marcarum auri nominatim non exceditur, vt & vllius pœnæ marcarum vel librarum argenti in re numaria nulla ſit mentio, nec jure communi quoque contra delinquentes in ea re aliquid de argenti vel etiam auri mulcta, reperitur conſtitutum.

133. Monetam probam ſi contrahentes recipere recuſent, puniuntur, qua autem pœna id ſiat, vide nu. 134.

135. Monetam falſam expendentes qua pœna afficiantur, & quid de eo, qui per errorem in ea re peccauit, dicendum ſit? nu. 136.

137. Monetam falſam ex cauſa permutationis vel ſimili conquirentes, &, cum detrimento aliorum expendentes & conſtitutione Carolina comburuntur, fallit ſi non doloſe expendant nu. 138 *impuberes excuſantur & non tutores eorum. De ignorantia an & quando præſumatur Dolus & culpa non præſumuntur quod limitatur in delictis & rebus illicitis.*

139. Monetam non falſam ſed ob vetuſtatem à Principe reprobatam expendentes pœna extraordinaria & mitiori puniuntur. Probam vero maiori tamen æſtimatione ac valore, quam legibus ac Conſtitutionibus definitum eſt, expendentes omnibus numis, quibus contractum eſt, priuantur, & ij Magiſtratui eius loci, vbi peccatum eſt, applicantur.

140. Mandata ſine clauſula in Camera impetrari poſſunt aduerſus eos, qui contra id, quod in Imperio ſancitum eſt, alia moneta vel valore pecuniam expendere & ſoluere volunt.

141. Numiſmata prohibita aurea vel argentea in Imperium importantes, vel in eo percuſſa inde exportantes qua pœna teneantur?

142. Monetæ regale amittunt, qui id in vendendo, permutando, donando, alioue modo alienant, vel etiam alicui locant, vel quorum conſenſu, vel ſcientia alterius moneta ab aliquo conflatur, & in aliam vertitur num. 143.

144. Mo-

144 *Monetæ regale habentes ſi aliam monetam, quam quæ in Imperio lege comprobata eſt, cudant, vel ſolutionis loco expendant, qua pœna afficiantur? & de pœna peculiari Magiſtrorum monetalium ex conſtitut. de anno 1570. §.* Der Münßmeiſter aber ꝛc.

145 *Qui debita viginti quinq; florenis maiora ſemibaciis, aliisue minoribus numis ſoluere conantur, eorum confiſcatione puniuntur.*

146 *Monetæ regale habentes, ſi ſingulis annis tempore probationi monetæ Imperij conſtitutionibus præfinito non comparent, in omnes expenſas ab aliis ordinibus eius circuli, in quo conuentus habetur, factas condemnantur, illaq; iisdem ordinibus, & ſi hi remittere velint, fiſco ſoluenda ſunt. Quã vtiles & neceſſarij ſint duo exploratorij de moneta quotannis habendi conuentus.*

147 *In monetæ regale habentium pœnis antea adductis notandum eſſe, quod nulla corporalis reperiatur, ideoq; magnum eſſe diſcrimẽ inter has & illas, quæ illud ius non habentibus irrogantur. Enumerantur ſimul in ſpecie, quibus diuerſo reſpectu pœnæ præter corporis afflictiuam applicentur.*

148 *De valore monetæ mutato coronidis loco ſubiicitur quæſtio, vtrum contractus, an vero ſolutionis tempus ſpectandum ſit, & defenditur, regulariter illud, non autem hoc ſpectari debere* num.149 *additurq; eam ſententiam eſſe communem,* nu.150. *æquiorem & benigniorem,* nu.151. *ac Cameræ aliarumq; variarum curiarum & collegiorum deciſionibus comprobatam,* nu.152.

153 *Ob monetæ mutationem poſt moram factam contractus tempus non inſpicitur.*

154 *Monetæ valore mutato tunc etiam tempus contractus non inſpicitur, cum expreſſe aliud eſt actum aut ſtatuto cautum, vel conſuetudine receptum* n.155. *cui limitationi adduntur in ſpecie duæ aliæ limitationes & ſimul ſubiicitur remiſſio ad plures alias limitationes* n.156.

SEptimum regale eſt ius monetæ, quod appellatione monetarum *in hoc c. vnic.* deſignatur. Vetuſtiſſimis † temporibus 1
cum non eſſet monetæ vſus, neque aliud merx, aliud pretium vocaretur, vnuſquiſque ſecundum neceſſitatem rerum ac temporum vtilibus inutilia permutabat, vt ait ICtus *in l.1. de contrah. empt.*

empt. Vnde Antonius de Gueuara inter epiſtolas ſuas eam quam ad Imperatorem Carolum Quintum ipſius iudicium de re nummaria poſtulantem, ſcripſit, ita exorſus eſt, vt non ſolum oſtenderit in primo ſtatu originalis iuſtitiæ & innocentiæ, cum terra ſua ſponte omnia ad vitam neceſſaria produceret, ſed & longe poſt lapſum Adami, cum eadem terra ſpinas & tribulos proferret, & non niſi multo cultu & labore, homini victum præberet, nullum monetæ vſum fuiſſe, & ſubiicit Origenem in commentar. dicere, Iobum ſeptem boum, tria Camelorum millia, & quingentos aſinos ac numeroſam admodum familiam, auri vero ac argenti & eiuſmodi rerum nihil omnino habuiſſe.

Quibus verbis idem Gueuara annectit, conſtare olim omnes Hiſpanorum diuitias in pecuaria & venatione poſitas fuiſſe; & in nouo etiam orbe nullum pecuniæ vel auri & argenti, quantum ad negotiationem attinet, vſum fuiſſe, ſed res rebus permutari ſolitos eſſe.

De huiuſmodi permutatione antiquiſſimis temporibus facta, Iuriſconſultus *in d. l. 1. ff. de contrah. empt.* ita loquitur, vt ſubiiciat hæc verba, *ſed quia non ſemper, nec facile concurrebat, vt, cum tu haberes, quod ego deſiderarem, inuicem haberem, quod tu accipere velles, electa eſt materia, cuius publica & perpetua æſtimatio difficultatibus permutationum æqualitate quantitatis ſubueniret.* Quibus verbis addi poteſt ex Gueuar in dicta epiſtola, tanto id commodius viſum eſſe, quod nummus portatu eſſet facilis, & mediocris ſumma, quam plurimæ merces comparari poſſent. Ex quibus manifeſtum fit, vſum numiſmatum vrgentibus commerciis hominum ex ipſa natura eſſe introductum, vt de eo vſu etiam paſſim Ariſtoteles *lib. 1. polit. c. 6.* teſtatur.

Sane poſt ipſam legem, rem in qualibet Republ. vtiliſſimam & maxime neceſſariam, nihil æque eſt vtile ac neceſſari-
2 um, quam vſus numorum, qui † etiam à Græco vocabulo νόμος ſuam appellationem habet, Bodin. *de republ. lib. 1. cap. 10.* Molin.

de vſu-

de vſurar. contract. quaeſt.92. num.694. verſ. probatur etiam ab origine. Rudel.*de monet lib.1. cap.1. num.41 & 44. verſ. Quamuis vero. & c.3.num.9.* qui etiam *d.num.*41.male opinati ait Ioannem Aquil. & alios nonnullos, numum ideo, quod Numa Rex apud Latinos primum pecuniam ſignarit, ſic dictum eſſe, & addit pro alterius ſententiæ confirmatione, quod cum antiquioribus temporibus omnia fierent permutationibus, poſtea certa lege vſus numi ſit inuentus. Ariſtoteles etiam *d. cap.6.* ſcribit, inde numum nomen habere, quod non natura, ſed lege conſiſtat, cum ipſe Princeps, ipſa Reſpublica, ipſa denique lex numum conſtituat. Monetam vero à monendo ſic appellari infra *numer.*50. *&* 51. occaſione ſaluberrimæ conſtitutionis Conſtantini Magni, quæ extat *in l.1.C.de veter.numiſ.poteſt.lib.*11. oſtendetur.

Quoniam † vero maxime vtilis & neceſſarius eſt numorum vſus, paſſim in orbe terrarum hominibus ita hic vſus placuit, vt iure gentium ſit receptus, vt recte contra eos qui ſimpliciter Iuris ciuilis eſſe aſſerere non vereantur ſentiunt Dd. *in l. Paulus de ſolut. cap. quanto. de iureiur.* Bartol.*in l.1.§.fin. de contrahend. empt.* gloſſ.*ad ſpec.Saxon. lib.2.art.26.* Molin. *d.quaeſt.92. numer.*695. Tiraquell. *tract. de retract. lig. §.30.num.21.* Pinell.*ad rubric. C.de reſcind.vendit.part.1.c.1.num.25.* Petr.Gregor. *d.c.1.nu.31.* & Mudæus *in d.§.fin.* Rudel.*d.lib.1.c.5.nu.1.* idq; verum eſſe vel inde liquet, quod emptionis † venditionis contractus, qui non niſi pretio interueniente iniri poteſt, iuris gentium eſſe dicatur *d. l. 1. §. fin. l. ex hoc iure. ff. de iuſtit. & iur. §. ius autem gentium. Inſtit. de iur. nat. gent. & ciuil.* Ac de hoc iure gentium quoad monetam plura dicentur infra *num.28.29.30.* 3 4

Etſi † vero hæc ita ſe habeant, & pecuniæ ſignatæ materiæ ſoleant eſſe hæc tria metalla; æs, argentum, & aurum *l.2.§.eodem tempore & quatuor ff. de orig. Iur.* tamẽ fuiſſe apud antiquos numos ex coriis bubulis factos ſcribit Alex.ab Alexan.*genial.dier. lib.4.c.15.* & vſos etiam eos eſſe ligneis aſperis & quadratis numis teſtatur Lazius *comment. ſuo de Republ. Rom. lib.3.c.3.* De Britannis ſcribit Iulius Cæſar *commentar. de bello Gallic. libr.5.* quod numo ferreo 5

reo vterentur & annulis ferreis ad certum pondus examinatis, pro numo. Romani vero ante Regem Seruium Tullium vſi ſunt ære tantum, eoq; rudi, non ſignato, ac is Rex primus ſignauit æs
6 pecudum nota, indeq; † pecunia appellata eſt, authore Plinio *lib.18.c.3.& lib.33 c.3.* & Iſodor.*lib.16.c.* 17. ait: Prius æream pecuniam in vſu fuiſſe, poſt argenteam, deinde auream ſecutam ſed ab ea qua ceperit nomen retinuiſſe. Idque etiam fiebat non ſolum in emancipationibus liberorum per æs & libram, ſed & in ea formula, qua prodigis bonis interdicebatur, licet non ſolum cera ſed & aureos argenteosq; nummos haberent Paul *lib. 3. ſen-*
7 *tent. tit.* 4. Cuiac. *obſ.33. lib.7.* atque † hinc eſt, quod per æs numorum omne genus, ſiue aureorum, ſiue argenteorum, ſignificetur. *l. etiam aureos. ff. de verb ſignif. l. ſi ſeruus* § *huius legis ff. ad L. Aquil.*
8 *l. Procurator.* § *ſed ſi dedi. ff. de tribut. act.* & † quodlibet debitum appellatione æris denotari ſoleat *l. veniſſe. & l. cedere diem.* §. *æs alienum ff. de verb. ſignif. l. impenſa & l ſeq. ff. de religioſ. & ſumpt. funer. cum ſimilib.* Hinc etiam eſt appellatio ærarij, item Tribunorum ærarij, de quibus Cicer. *l b.*1. *Epiſt. ad Attic.* & Quæſtorum ærarij, de quibus Tacit. *lib.11.* Apud Græcos etiam χάλκον, id eſt, æs, pro omni pecunia ſumi tradit Alciat. *in d. l. etiam aureos. num. 6. ff. de verb. ſignif.* vbi *nu.2.* dicit, in Tranſalpina Gallia qualemcunq; numorum ſpeciem ſimpliciter argentum vulgo appellari: & de Hebræis idem aſſerit Rebuff. *ibid. in pr.*

9 Signatum † vero eſt argentum apud Romanos anno ab vrbe Roma condita 484. Q. Fabio Conſule, quinque annis ante bellum Punicum. Couarr. *de numiſmat. collat. c.2. n.* 1. vbi oſtendit, quod annum ita legendum eſſe apud Plin. *d. c.3.* vbi id anno 585. factum eſſe ſcribitur, & Didaco Couarr. accedit, Rudel. *de monet. lib.1. c.2. nu.12.* addens idem ante Couarr. tenuiſſe Georg.
10 Agricol. *de prec. monet.* De † aureo numo à Plinio *d. c.* 3. memoriæ proditum eſt, quod percuſſus ſit 62. anno poſt argenteum, idq; comprobat Covarr. *in prædict. tract. cap.3. num.*1. & Rudel. *d.*
11 *c. 2. num. 12.* Plumbei † & ſtannei numi omnino reprobati fuerunt, & quidem l. Cornelia damnati, *l. lege Cornelia.* §. *eadem lege*

ff. Ad

ff. Ad l. Cornel. de falſ. quemadmodum † & æroſa pecunia, quæ 12
videlicet plurimum æris admixtum habet, damnabatur *l. credi-
tor. in pr. ff. de ſolut.* Narratur de Dionyſio Siculo Tyranno, quod
ſuos aliquando Syracuſanos coegerit ſtanneis numis vti. Pecca-
uit; † & Antoninus Caracalla grauiter in hiſce reprobatis nu- 13
mis cudendis, vt in eius vita teſtatur Xiphilinus ex Dio[illegible]An-
tonino Caracallæ, inquit, cum cætera omnia, tum numus adul-
terinus erat. Nam pro argento auroue, quod nobis dabat, plum-
bum argentatum, & æs inauratum parabat. Tacitus † Impera- 14
tor vero non ſolum meros plumbeos & ſtanneos numos non
probauit, ſed etiam omnem mixturam ac confuſionem plumbi
ac æris, item æris & argenti, non autem auri & argẽti prohibuit,
& ſi quis contra faceret, voluit capitale eſſe, cum bonorum pro-
ſcriptione, authore Vopiſco *in eius vita.*

Sane cum maxime neceſſarius ſit monetæ vſus, nec Reſpu-
blica commode ſine ea conſiſtere poſſit, merito Tacitus & alij
boni legumlatores ſummam putarunt rei numariæ curam ha-
bendam, & deprauationi eius ſedulo occurrendum eſſe, placuit-
que, vt † ius monetæ proprium eſſet Principis. *l. 2. C. de falſ. mo-* 15
net. l. ſi quis numum. C. Theodoſ. eod. in quibus locis Conſtantinus
Magnus vt ad gubernacula Imperij ſedens monetas ſuas vocat,
& ſic † etiam publicæ dicuntur *in l. ſacrilegij §. 1. ad l. Iul. peculat. &* 16
in l. Quicquid. C. Theod. de falſis monet. item fiſcales *d. l. quicquid.* Sic
& † Fridericus I. monetas *in hoc cap. vnic.* inter regalia refert, & 17
eorum appellatione exornat. Idem fit in Conſtitutione Imperij
anno 5524. edita. §. Dergleichen hat ꝛc. & in ea quæ anno 1551.
promulgata eſt §. So haben wir auch ꝛc. quibus locis ius monetæ
diſerte appellatur regale, quod etiam fit in Conſtitutione Maxi-
miliani Secundi ann. 1570. edita. §. Alsdann auch die Müntzge-
rechtigkeit ꝛc. vbi ſimpliciter regale appellatur, & Cæſareũ etiam
regale nominatur. Atque huc pertinet, quod etiam in iure Sa-
xonico *lib. 3. art. 60.* ſcriptum eſt, Regi Romanorum in quam-
cunque ciuitatem Imperij venerit monetas non minus, quam
vectigalia patere ac vacare debere.

18 De † Carolo Magno memoriæ proditum eſt, quod adeo ius monetæ pro regali habuerit, tantiq; id fecerit vt alibi, quam in ipſo palatio cudi monetam noluerit, vt videre eſt in Capitulis Caroli Magni *tit. de pac. c.* 18 idq; tradit etiam Bodin. *de repub. li.* 6. *cap.* 3. verba eius hæc ſunt: *De falſis monetis, quia in diuerſis locis contra iuſtitiam fiunt, volumus, vt nullo in alio loco moneta, niſi in palatio noſtro*
19 *fiat*. Romæ † etiam in æde Iunonis monetalis moneta percutiebatur, cui præfecti erant trium viri monetalis æris, auri argentiq; flatores, Pompon Læt. *De magiſtratib.* & Bodin *d. c* 3. eoque pertinent Ouidij verſus:

Arce quoq; in ſumma Iunonis templa monetæ
Ex voto memorant facta Camille tuo.

20 Illud † etiam olim in numis fuit obſeruatum, vt Imperatorum imagines numis imprimerentur, vt non ſolum ex hiſtoriis patet, ſed & ipſa numiſmata vetera teſtatum faciunt, de quibus videre licet Iacob. de Strada *in ſua epitome theſauri antiquit.* &
21 fuit † inclinante Imperio hoc officium Comitis ſacrarum largitionum, vt imagines Cæſarum referret moneta, quo ſpectant apud Caſſiodor. *variar. libr.* 6. *cap.* 7. hæc verba: *verum hanc liberalitatem noſtram alio decoras obſequio, vt figura vultus noſtri metallis vſualibus imprimatur; monetamque facis de noſtris temporibus futura ſecula commonere.* O magna inuenta prudentum! ô laudabilia inſtituta maiorum! vt & imago Principum ſubiectos videretur paſcere per commercium, quorum conſilia inuigilare non deſinunt pro ſalute cunctorum. Fuit autem illud vt imagines Imperatorum numis imprimerentur, vſque ad hæc noſtra tempora obſeruatum, eoque tandem res deuenit, vt Principum ſuperiorem Imperatorem agnoſcentium, & ius cudendi monetam habentium, imagines maioribus ipſorum monetis addantur.

22 Tantum † autem & tam auguſtum eſt hoc regale, vt Principem locũ ſemper inter regalia obtinuerit, & adhuc obtineat,
23 vt ſcribit Rudel *de monet. lib.* 1. *cap.* 24. *num.* 18. & † oſſibus Principis inhærere aſſeratur à Camerario *in repet. cap.* *verſ. Septima concluſio*

cluſio pag 641. *De prohib. feud. alien per Frideric.* Paride de Puteo *in tract. de Syndic in verb. de exceſſib. contr. ſubdit. numer.* 12. Weſenbec. *conſ.* 61. *num.* 31. ideoque inter maiora etiam regalia merito refertur, vt diximus ſupra *libr.* 1. *cap.* 2. *num.* 38. vbi *num.* 3. & alia elogia adducta ſunt, quę ad hoc etiam regale pertinent. Atq; † hoc quidem eo verius eſt, ꝙ in re numaria ita peccantes, vt falſam monetam cudant, vel etiam probam monetam adulterauerint, ipſius Maieſtatis læſæ rei dicãtur. *l* 2. *C. de falſ. mon. & l pen. C. Theodoſ. Cod. Conſtitutione criminali Caroli V. art.* 111. ideoque † conſcij etiam huiuſmodi criminis puniantur *d. l.* 1. *Cod. de falſ. monet.* nec appellandi † facultatem habeant rei huius criminis *d. l.* 1. §. *appellandi*, vtcunque † tantus ſit in criminalibus fauor appellationis, vt cuilibet etiam tertio, & quidẽ pro inuito, appellare liceat à ſententia contra aliquem de crimine pronunciata *l. non tantum. ff. de appellat.* Sunt & alia nonnulla quæ peculiaria & ſingularia ſunt in crimine falſæ monetæ ob excellentiam huius regalis, vt apparebit ex iis, quæ infra in ſpecie de pœnis eius criminis vlterius dicentur. 24 25 26 27

Neq; † vero quo minus ius monetæ Principis ſupremi proprium, ac inter regalia, & quidem maiora referendum eſſe dicẽdum ſit, obſtat, quod monetæ vſum iuris gentium eſſe, & inde originem trahere, ſupra dictum eſt. Nam licet via publica etiam, & flumina nauigabilia, & aliud nauigabile facientia, ſint de regalibus, tamen vſus eorum iure gentium eſt communis, vt ſupra *c.* 2. *& c.* 3. oſtenſum eſt, & ſimiliter ripatica inter regalia referuntur, etiamſi riparum vſus iure gentium ſit communis, vt ſupra *c.* 5. dictum eſt. Non mirum igitur fuerit, ſi monetas quoq; ſiue ius monetæ dixerimus eſſe regale, vtcunq; vſus monetæ ſit iuris gentium, cum † præſertim Princeps nihil aliud in hac re numaria ſit, quam miniſter iuris gentium. Atque † eſt hoc ipſum, ꝙ ius monetæ ſit regale, eo minus à iure gentium alienum, quod eodem iure introductum ſit & receptum, ne cuiuis priuato liceat monetam cudere, ſed hoc potius fiat publica authoritate, vt tradit Molin. *in tract. de vſur. contractib. quæſt.* 92. *n* 605. 28 29 30

Vt autem eo magis perſpicuum ſit, quam late ſe exten-
31 dat hoc regale, tenendum eſt, reprobare † etiam & tollere monetam non minus eſſe regale quam cudere eam. Zaſ. *conſ. 16. numer. 25. lib. 2.* Weſemb. *conſ. 60. n. 31. part.* 2. vbi pro eadem ſententia allegat etiam Alexand. *in l. eleganter. §. reprobos. ff. de pign. action.* Contrariorum enim eadem eſt diſciplina, & Frider. *in hoc c. vn.* non ſpeciatim de iure cudendi monetam, ſed generatim de monetis loquitur, per monetas intelligens generaliter ius monetæ, ſiue ea cudenda ſit, ſiue omnino reprobanda, ſiue mutanda. Guntherus quidem *in ſuis verſib. lib. 8.* Monetarum loco iura cudendæ monetę numerat inter regalia, ſed nihil aliud per iura cudendæ monetæ intelligit, quam generale ius monetæ. Et ſane quemadmodum Fridericus ipſe *in hoc c. vnic.* Sic etiam Radeuicus *lib. 2. c. 5.* Sigon. *de reg. Ital. lib. 7. & lib. 12* Mutius *Chron. li. 18.* & Dedochin. Abb. ſimpliciter & generaliter meminerunt monetarum. Pari ratione in conſtitutione Imperij de anno *1524.* §. Dergleichen hat ꝛc. & de an. 1570. §. Alsdann auch die Müntzgerechtigkeit ꝛc. hoc regale ſimpliciter & generaliter vocatur Müntzgerechtigkeit/ hoc eſt, ius monetæ, & in Conſtitutione de anno *1551.* §. So haben wir auch ꝛc. *item d.* §. Dergleichen hat ꝛc. & *d.* §. Alsdann auch die Müntzgerechtigkeit vocatur regale monetæ. Non ſolum
32 igitur † cudere, ſed & reprobare & mutare monetam, certamq; ęſtimationem & valorem eius conſtituere, ad regalia pertinet, ideoq; recte Albert. Brun. *in tract. de augm. & dimin. monetæ in præmiſſis n 5.* ait, eius eſſe æſtimationem monetæ dare, qui habet poteſtatem ſeu ius cudendi eam. Qua reſtrictione tamen hæc accipienda ſint, & quatenus Imperatori liceat reprobare monetam, vel æſtimationem certam in ea conſtituere, paulo poſt videbimus.

Etſi vero ius monetæ tanti fiat, & tam ſit excellens & auguſtum, vt inter regalia & quidem maiora referatur, tamen mone-
33 tarij, † qui, vt ait Vlpian *in l ſacrilegij. §. 1. ad l. Iul pecul.* in moneta publica operantur, & hodie in Imperio corrupta latina voce Müntzer vocantur, de iure communi homines omnino viles & hu-

& humiles cenſentur, adeo quidem vt ſemper etiam in hac ſua conditione manere cogantur, nec aliquo dignitatis priuilegio inde liberari poſſint, vt ad honores vllum aditum habeant, *l.1. C. de murileg. & gynaciar. lib.11. l ne quis. C. de dignit. lib.12.* & in *l. ediciimus C. de murileg. & gynaciar.* prohibetur, ne ingenua copuletur monetario, & ſimul ſtatuitur, ſi ſe illi copulauerit, & poſt fiſci denunciationem in ea coniunctione perſeuerauerit, monetariam eam fieri cum ſua ſobole, vetatur etiam, ne monetariorum filiæ copulentur ingenuis. Non deſunt quidem, qui in ea ſunt opinione, quod monetarij jure communi non ſint vilis conditionis, nec textus iam allegati accipiendi ſint de ijs, qui Principis monetam cudunt, ſed potius de corruptoribus monetæ & falſarijs, & Alciat. *in d.l.1.* tradit, per monetarios in eo textu, non eſſe intelligendos eos, qui monetam cudunt. Sed contra hanc opinionem expendendum eſt, quod adeo verum ſit, monetarios eſſe eos, qui monetam cudunt, vt etiam *in d. l. ſacrilegij. §.1. ad leg. Iul. pecul.* ij eſſe dicantur, qui in moneta publica operantur, vbi per publicam Vlpian. Principis monetam intelligit. Atque *in d. l 1.* & reliquis legibus ſupra adductis, nec non *in l. ſi quis ex corpore, C. de murileg. & gynac.* ſimpliciter monetariorum fit mentio, ideoque dicendum non eſt, eas eſſe accipiendas de ijs, qui Principis monetam non cudunt, ſed eius corruptores & falſarij ſunt. Ad Alciati authoritatem, quam contra ſentientes magni faciunt, quod attinet, addit is *in d. l. 1.* Interpretes alios alteram ſententiam amplecti, fateturque ſuam eſſe ſingularem. Et ſane poſtquam illa ſcripſit, alij plures Interpretes eam ſingularem opinionem reiecerunt. Cumprimis vero ei merito opponitur doctiſſimus & acutiſſimus Cuiac. qui docte interpretatus eſt libros tres poſteriores Codicis, & cumprimis etiam *d. tit. de murileg. & gynac. & d. tit. de dignit.* ſub quibus ſunt *d. l. 1.* & reliquæ ex Codice allegatæ leges. Hic non aliter monetarios interpretatur, quam qui monetam cudunt, idque fit *in d. l. 1.* ab eo, vt & à Godofredo *in not. ad ipſam rubric. nec ibi, vel in reliquis locis*, vllo modo vocat in dubium, an non ſint de ijs accipiendi, qui Principis monetam non falſam cudunt. Nominatim etiam Alciatum reprehendit

 Cuiac.

Cuiac. *in d.l.ſi quis ex corpore. C. de murileg.& gynac.lib.11.* dicitque ſe mirari, quod ſcripſerit in eo titulo monetarios non eſſe, qui monetam cuderent. Similiter nominatim reprehenditur hic Alciat.hac in re à Decian.*in tract.criminal lib.7.cap.23.num.6.* Vbi addit omnes monetarios, etiamſi ſint miniſtri in hoc officio cudendæ monetæ, tamen viles haberi perſonas. Atque eſt Alciati opinio eo magis erronea, quia pro eius confirmatione hãc rationem add t, quod cuſores monetæ ad eum titulum non pertineant. Nam & *in ipſa Rubrica & varijs locis* in contextu eorum fit mentio, & certum jus de ijs ſtatuitur, ideoque & Cuiac. *in d. l. ſi quis ex corpore* eam rationem falſam eſſe dicit.

34 Verum † licet monetarij jure communi vilis & abiectæ conditionis fuerint, vt iam oſtenſum eſt, tamen hodie ſe res aliter habet. Sunt enim multo melioris conditionis, &, non minus quam alij, ingenui homines reputantur, eorumque jure paſſim fruuntur, & quidem ex generali & notoria conſuetudine, qua in re conſtitutionibus Imperij nihil ijs derogatur, ſed potius illa multo melior eorum conditio per eas confirmatur, eſtque eorum munus inter varia illa monetæ munera, quorum meminit Maximil. I. ante annos plus quam centum nimirum in conſtit. anno 1500. edita §. Item wir/ꝛc. vbi nominatim eorum etiã facit mentionem, quorum primarium munus eſt ratione monetæ, & qui magiſtri monetales ſiue Müntzmeiſter vocantur, quibus proximi ſunt, qui Guardini in conſtitutione Imperij appellantur, & alias Zigoſtatæ vocantur, *in l.2. de ponderat. lib 12.* & à Iuſtin. *in edicto 11.* Item ponderatores nuncupantur *in d. Rubric. C. de ponderat.*

35 Quantopere † vero hodie etiam extra Germaniam & cumprimis in Gallia receſſum ſitã jure communi in monetarijs quoad eorum conditionem, & quanto melior ſit, apparet etiam ex ijs, quæ prodita ſunt à Renat. Choppin. *de Doman. Franc. lib. 2. tit. 7. nu. 14.* dum inter alia ait, præfectos rei numariæ & monetales operarios multiplici immunitate donatos à Philippo IV. anno 1296. Carolo IV. anno 1324. Iohanne anno 1350. & à poſteris ſenſim Francorũ regibus, & Guido Pap. *quæſt. 402. nu. 5.* ſcribit, quod monetarij actu & habitu operam monetariorum continuantes, dum

dum monetę cuduntur, in patria priuilegijs monetariorum gaudere & à contributionibus exempti eſſe debeant, & *d. nu. 2.* ait, li-
36 beros † etiam monetariorum de conſuetudine in Delphinatu & tam in regno Galliæ, quam Imperio, ipſo jure abſque noua creatione per Principem facienda dici monetarios, & gaudere priuilegijs eorum, ſi actu & habitu exerceant officium.

37 Porro † quod de præſtantia juris monetæ, & de poteſtate non ſolum cudendę, ſed & reprobandæ & mutandæ monetæ ſupra dictum eſt, non eo pertinet, quaſi Imperatori probam monetam omnino reprobare vel deteriorē facere ac mutare liceat.
38 Nam † in qualibet moneta debent hæc tria concurrere, materia ſiue ipſum metallum, forma & pondus *l. 1. ff. de contrah. empt. & l. 1. C. de vet. numiſm. poteſt. lib. 11.* vbi per ſpeciem denotatur materia
39 Iohan. Aquil. *de poteſt. monet. part. 2. c. 11. coroll. 3.* vbi dicit, hęc † tria eſſe de ſubſtantia monetæ. Idem tradit Marſil. *in l. qui falſam. ff. de falſ.* & poſt eum à ſe allegatum Rudel. *de monet. lib. 2 c. 27. num. 17.* Surd. *conſ. 285. n. 10. lib. 2.* Dec. *in tract. crimin. lib. 7. c. 27. n. 9* Fabian. *de empt. & vend. q. 5. n. 3.* ideoque vt moneta proba ac legitima dici poſſit, neceſſe eſt, vt nec materia, nec forma ſit adulterata & pondus plenum ac juſtum ſit *d. l. 1. ff. de contrah. empt. & d. l. 1. C. de veter. numiſm. poteſt. lib. 11.* idq; diſerte etiam cōſtitutum eſt à Leone Philoſopho *in Nou. 52. in fi.* pertinetq; eodem Carolina criminalis conſtitutio *art. 111.* vbi Imperator Carolus V. ſancit, ita hæc tria in qualibet moneta eſſe neceſſaria, vt, ſi vel vnum ex ijs deſideretur, moneta pro falſa habenda ſit, & falſi crimen in ea com-
40 mittatur. Inter † ea vero tria requiſita materiam ita commendat Schuiff. *conſ. 60. nu. 7. cent. 2.* vt eam maſſam appellans, dicat hanc eſſe metrum, menſuram, normam & regulam monetæ, addatque id dicere gloſſam *in d. l. 1. in verb. probet. ff. de contrah. emption.* Adducuntur à Keckermanno *in ſynopſi prudent. œconom. cap.* [illegible] & alia duo peculiaria requiſita, quorum vnum eſt, vt num[illegible] ad vſum pauperum in minimas partes diſtinctus ſit: alterum, vt ex tali materia ſit paratus, quæ ærugini ac corruptioni minime obnoxia ſit. Sed quemadmodum abſurdum eſt, verum requiſitum eſſe, vt ad vſus pauperum numus in minimas

partes

Digitized by Google

partes ſit diſtinctus, ſic etiam nulla lege vel conſtitutione Imperij, vel etiam ab Interpretibus comprobatum multo minus vſu receptum eſt. Poſterius vel eo nomine non eſt pro peculiari vero requiſito habendum, quod id comprehendatur vno ex prædictis tribus requiſitis materiæ videlicet, quæ in moneta proba eſſe debet & ſic ærugini ac corruptioni non obnoxia. Obſeruandum vero eſt circa illa tria requiſita, quod licet ea à cudente monetam obſeruata ſint, tamen in eo requiri vt poteſtatem habuerit cudendi ex priuilegio, præſcriptione vel conſuetudine: eoque pertinet quod in Conſtitutione ſua criminali Carolus Quintus *art. 111.* vtatur his verbis **oder auch ohne habende freyheit müntzete / ꝛc.** & quod etiam proba & ab omni ſuſpicione aliena moneta cudatur, tamen jus cudendi non habens puniatur, vt infra *ſuo loco* oſtendetur

41 Quod † ſi igitur hæc tria in moneta concurrere conſtet, atque ea hac ratione proba ſit, non poteſt ſummus etiam Princeps propria authoritate, & ſine iuſta legitimaque cauſa, eam reprobare vel mutare, ſiue hæc mutatio fiat per augmentum ſiue per diminutionem: idque Conſtantinus Magnus ſatis diſerte conſtituit *in d. l. 1. C. de veter. numiſm. poteſt.* & comprobatur à Leone Philoſopho *in d. Nouell. 52.* atque hinc *in l. 1. C. de ponderat. lib. 10.* ipſius Imperatoris quæſtor non tenetur aliam ſuſcipere monetam, quam quæ iuſta eſt, vtcunque videatur, quæ ei offertur, Imperatoris authoritate percuſſa vel permiſſa ſit.

42 Laudatur † Marius Gratidianus, quod Romæ legem rogarit de ludo ſiue ſchola inſtituenda, in qua juuentus doceretur numos probare & ab adulterinis probos diſcernere, vt narrat Plin. *lib. 13. cap. 9.* addens hanc legem tam fuiſſe jucundam & gratam plebi, vt Marium Gratidianum vicatim ſtatuis ornaret, & ſcribit Cicero, thure & cereis eas honoratas fuiſſe, nec vllum hominem Romæ multitudini extitiſſe vnquam hoc vno cariorem.

43 Erant † etiam olim temporibus Imperatorem ponderatores ſiue Zygoſtatæ, quorum ſupra obiter mentio facta eſt. Hi explorandis & probandis numis adhibebantur, vt apparet ex Iuſtin. *Edicto 11. & l. 2. Cod. de ponderat. lib. 10.* vbi Iulianus Imperator ait, huius-

huiuſmodi perſonas per ſingulas ciuitates conſtitutas fuiſſe. Eodem † modo hodie in Imperio per ponderatores, qui Germanica lingua Guardin vocantur, quælibet monetæ probantur, eorumque alij ſunt generales alij ſpeciales. Et † in conſtitutione Ferdinandi de re numaria anno 1559. promulgata, §. Vnd damit dieſe/ꝛc. & §. *ſeq.* duo diuerſi conſtituti ſunt dies, nimirum calendę Maij, & calendæ Octobris, quibus quotannis Imperij moneta probetur. Idque confirmatur in conſtitutione Imperij de anno 66. §. Wiewol dann auch/ꝛc. & conſtitut. de anno 70. §. Als wöllen wir nochmaln/ꝛc. & in conſtit. de ann. 76. §. Setzen alſo demnach/ꝛc. 44 45

Generali † quoque conſuetudine paſſim receptum eſſe, vt bonitas & quantitas materiæ magis quam ipſa forma ſiue character attendatur & probetur, ac licet character ſit ſummi Principis, tamen moneta non recipiatur, ſi in bonitate & quantitate materiæ aliquid deſideretur, teſtatur Molin. *de vſur. contract. qu. 92. n. 703.* vbi addit de facto in tota Europa, quæ ditionis Chriſtianorum eſt, obſeruari & conſtare, quod à tempore immemoriali obſeruatum fuerit, florente etiam Imperio Romano. Atque hęc eo magis attēdenda ſunt, quod etiam iuſtorum minutorum numiſmatum certa ſit quantitas & pondus eiusq; ratio habenda, & pœnæ etiam contra eos conſtitutæ ſint, qui in huiuſmodi minutis numiſmatis ratione debiti ponderis ſiue quātitatis vel etiam materiæ & formæ peccant. Neq; vero patrocinatur Principibus reprobare vel mutare monetam pro arbitrio volentibus, quod reperti fuerint aliquando Imperatores, qui aliorum Imperatorum numos, quantumuis ratione materię, formę & ponderis legitimos, reiecerunt, nec in vſu eſſe voluerunt. Nam † non quid ab ijs factum ſit, ſed quid fieri debuerit, ſpectandum eſt *l. ſed licet. ff. de offic. præſid.* Nonnulli † Imperatores, vt alijs regalibus, ita & hoc abuſi ſunt, nec fecerunt, quod ſe decuit, ideoq; eorum factū improbatur, & numiſmata ab ijs reprobata juſtam materiā, pondus, & formā habentia in vſum revocantur à Conſtantino Magno *in d. l. 1. Cod. de veter. numiſ. poteſt. lib. 11.* Idem fit à Leone Philoſopho *in d. Nou. 52.* vbi ſimul laudat, quod iam antea hac in parte à Conſtantino præſtitum erat. Atque ideo merito Galliæ 46 47 48

Rex Philippus Bellus, qui primus regum Francorum monetam corrupit, labem hanc poſtea agnoſcens filium ſucceſſorem monuit ne hoc regali abuteretur & ſuo exemplo numiſmata adulterari pateretur Bodin. *de Repub. lib. 6. c. 3. num. 630.*

49 De † Arragonum Regibus memoriæ proditum eſt, quod more à maioribus accepto, cum Reges creantur, jurent, ſe antiquæ & à prioribus Regibus percuſſæ monetæ leges minime violaturos eſſe. Et Petrus Quartus Rex Arragonum Iacobum Regem Balearum regno ſuo priuauit, quod jure monetæ abutere-
50 tur, & numorum pretium deterius redderet ac mutaret. Sane † Conſtantino Magno, authori ſaluberrimę conſtitutionis *in d. l. 1.* ne aliter quam legitime & ſancte hoc regali vteretur, nec ſubditis falſi crimen in moneta committendi occaſio præberetur, adeo fuit cordi, vt voluerit teſte Euſebio ſuam effigiem numis ſic inſculpi, vt hominis Deum flexis genibus inuocantis ſpeciem præ ſe ferret, licet alioqui ipſa etymologia monetę tā Principes ipſos,
51 quam alios ſatis commonefaciat veri vſus numiſmatum. Nam † moneta inde ſic appellatur, quod moneat, ne quid fraudis in materia, ſigno, vel pondere fiat, Iſidor. *lib 6. c. 17.* & Corraſ. *miſcellan. lib 3. c. 13. nu. 3.* vbi addit doctiſſimos etiā Grāmaticos hoc docere.

Sed & eo minus Imperatoribus & alijs Principibus quantumuis ſuperiorem non recognoſcentibus licet hoc regali abuti, & monetam pro libitu corrumpere, reprobare ac mutare, quod, vt ſupra dictum eſt, eius vſus ſit juris gentium, & iſti Principes in hoc regali nihil aliud exiſtant, quam miniſtri eius juris, ideoque per iſtum abuſum hoc ipſum jus violent.

Quibus accedunt ipſa dignitas & ſplendor Reipub. nec non ſalus populi, quæ ſuprema lex eſſe dicitur. Etenim & hæc vrgent, ne ſummi etiam Principes ac magiſtratus hoc regali, corrumpendo ac reprobando monetā, vel ſimili ratione abutantur,
52 de † qua re & digniſſima majeſtate regnantis, & in omnem æternitatem ſummis laudibus decantāda eſt vox optimi Imperatoris Maximiliani II. qua in Conſtitutione anno 1570. promulgata §. Als dann auch die Müntzgerechtigkeit/ꝛc. in verbis: Weil wir ſelbſt/ꝛc. de ſe etiam ipſo vt Imperatore Romano profitetur, quod teneatur hoc

tur hoc regali vti ad ſalutem & honorẽ Imperij. Certe † ſalutem 53
Imperij maxime lædi, ſi legitima moneta reprobetur, vel mutetur, vel inde eluceſcit, quod ea res cenſus etiam ac bonorũ vnius cuiusq; dubitationem adferat, ideoq; nemo, quantæ ſuæ ſint facultates, conſtituere queat, incerta pacta, quibus emptiones & venditiones & alij contractus ineuntur, & vitæ ſocietas continetur, incerti reditus, vectigalia & aliæ publicæ functiones, pœnæ etiam ipſæ, quæ legibus ob delicta & crimina irrogantur, & præmia, quæ bene meritis debentur, incerta futura ſint. Deniq; quã plurima & in priuatis & publicis rebus rationibusq; omnino dubia, perplexa, & ſuſpenſa eo modo reddantur neceſſe eſt, atque huc ſpectant, quæ Leo Philoſophus *in d. Nou. 25.* contra eos Principes, qui numiſmata antiqua & legitima abrogant & mutãt, adducit, cum inter cætera ait, quantum hinc in communibus negotijs nouitatis, quantum item detrimẽti, quod cum ad omnes, tum præcipue ad pauperiores, potiusq; auxilio & defenſione indigẽtes pertineat, exiſteret, intelligere noluerunt. Certe mercatorum vulgus, quiq; alioqui manibus victum quęritant, & deniq; vniuerſa ruſticorum natio, dum antiquata ea, qua hactenus vſi ſunt, pecunia, alio modo res neceſſarias ſibi parare nõ poſſunt, in perquam anguſtas adiguntur anguſtias. Hæc Leo Philoſophus.

Recte † igitur & præclare Pontifex Innocentius III. *in c. quan-* 54
to de iureiur. ſtatuit, ne iureiurando quidem firmari eum actum, quo legitima moneta reprobatur vel mutatur, aut huiusmodi reprobatio vel mutatio comprobatur, & inter cætera ibidem addit, per huiusmodi actus graue ſcandalum generari in populo, & iuramentum illud iniquitatis vinculum futurum, ſi ei ſtãdum eſſet. Atq; hic quidem notandum eſt, hoc à Pontifice non priuatæ perſonæ, nec alicui ciuitati vel Comitati, vel Duci, ſed Regi Arragonum, vt ſuperiorem in temporalibus non agnoſcenti, & quidem de iuramento ab hoc ipſo Rege præſtito reſcribi, ideoq; ad alios etiam Principes ac magiſtratus, quamuis ſuperiorẽ haud
agnoſcentes porrigendũ eſt. Obſeruandum etiam † eſt ab eodẽ 55
Pontifice eodem loco Conſiliarios Regis Arragonũ deceptores appellari, qui huic Regi authores fuerunt, vt irrequiſito populo

Digitized by Google

iuraret, vſq; ad certum tempus patris ſui conſeruare monetam, quæ circa mortem eius legitimo pondere erat defraudata, in quibus verbis & hoc notatu dignum eſt, quod illud etiam factum & iuramentum damnetur, quo comprobatur moneta, per quam iam antea alius Princeps ab antiquiori & legitima moneta receſſit, ideoque Belluga *in ſpec. Principum rubric. 36. §. graue damnum. nu. 10. in fin.* ait, *caue, ne conſulas Principi moneta mutationem in*
56 *damnum populi, quia non eris conſiliarius, ſed deceptor.* Et † Ioannes Andr. *in d. cap. quanto, num. 2.* dicit, quod multi tales hodie repeariantur Conſiliarij, qui deceptores ibi appellantur, & tantum nituntur ad danda conſilia pro extorſione pecuniæ, & quod lex dicat, expellendos eſſe huiusmodi Conſiliarios, aliosq; idoneos introducendos.

Atque hæc quidem, quæ hactenus dicta ſunt, ita ſe habent, quando propria authoritate reprobatio & mutatio num̄ſmatis
57 à Principe ita fit, vt nulla ſubſit iuſta cauſa. Nam † ſi de iuſta cauſa reprobationis ac mutationis conſtet, recte dicetur reprobatio ac mutatio in hac vel illa moneta fieri *l. 1. Cod. de veter. manumiſ. poteſt. lib. 11 d. cap. quanto* & ibi Dd. Andr. de Iſern. *in hoc cap. vnic. in verb. moneta. num. 12. & nu. 13.* vbi *nu. 12.* inter cætera ait, Principes
58 † ſine iuſta cauſa tale aliquid facientes peccare & teneri ſicut de rapina & Bodin. *de Repub. lib. 6. cap. 3. num. 680.* graſſatores & homicidas appellat. Adſtipulantur huic ſententiæ Matth. de Afflict. *in hoc cap. vnic. in verb. moneta. num. 9.* Gabriel Biel. *de monet. poteſt. concluſ. 2.* Couarruu. *in lib. de vet. numiſ. collat. §. cum ex his. c. 7. nu. 6.* Paris de Pur. *in tract. de Syndic. tit. de exceſſ. Imperat. num. 6.* Petr.
59 Gregor. *de Republ. lib. 9. c. 1. nu. 31.* qui addit ab † eo, qui monetam ſine maxima etiam neceſſitate mutat aut reprobat, violari ius gentium & commerciorum, vt quod ex ſtata pecunia (ſicut ipſe loquitur) conſtat.

Iuſtam autem cauſam reprobandi & mutandi monetam eſſe, ſi adulterina ſit, dubio caret, & nunc tantum loquimur de reprobatione & mutatione monetæ legitimæ & non adulterinę.
60 Iuſta † igitur eiusmodi monetæ reprobandæ & mutandæ cauſa eſt, quando ipſa materia monetæ vilior facta eſt, veluti ſi antiqua mone-

Digitized by Google

mo net animia vetuſtate & ob aſſiduam contrectationem ſit deterior facta & in ſubſtantia & pondere imminuta. Andr. de Iſer. *ad d. verb. moneta. num.* 12. Matth. de Affl. *ibid. num.* 9. Couarruu. *in d. c.* 7. *num.* 6. & Gabriel Biel. *in d. concl.* 2. *verſ. Secunda cauſa*, vbi addit, ex hac cauſa ita poſſe mutari vetus numiſma, & cudi nouum, vt vſus veteris omnino reiiciatur & inhibeatur.

E diuerſo † vero & hæc iuſta eſſe cenſetur cauſa, ſi ex 61
communi hominum æſtimatione pretioſior & carior facta eſt materia monetæ. Afflict. & Couarr. *iam citatis locis* Gabriel Biel *in d. concluſ.* 2. *verſ. tertia cauſa.* Adhæc † cum neceſſitas legem non 62
habeat *l.* 1. *verſ. Sane ſi qua ff. de offic. conſul.* actumque † ſoleat red- 63
dere licitum, qui alias eſt illicitus *c. quod non eſt. de reg. iur. in* 6. *l.* 1. & *l.* 2. *C. de patr. qui fil. ſuos diſtrax. l.* 2 §. *cum in eadem ff. ad l Rhodiam de iact.* & † eius cauſa ſemper excepta cenſeatur *l. alienationes. ff. fa-* 64
mil. erciſc. l. pater filium in princ. ff. de leg. 3. & *l.* 1. *ff. de fund. dot. l. vt gradatim.* §. *Quoties. de muner. & honor.* Crauett. *conſ.* 6. *nu.* 91. Roland. à Vall. *conſ.* 81. *nu.* 34. *lib.* 1. ideoque priuatorum ius commodo &
& vtilitati publicæ cedat, recte dicemus, quandocunque † pu- 65
plica vtilitas & neceſſitas vrget, vt moneta antea recepta & legitima reprobetur vel mutetur, iuſtam hanc eſſe in Principe cauſam id faciendi, idq; ita tradunt Guid. Pap. & alij Dd. *in d. cap. Quanto.* Andr. de Iſern. *verb moneta. num.* 13. & Matth. de Afflict. *ibid num.* 9. *verſ. item poteſt Princeps.* Ioan. Aquil. *de monet. poteſt. c.* 5. Gabriel Biel. *in d concluſ.* 2. *verſ. poſſet addi, & concluſ.* 5. *verſ. dubitatur ſecundo* Schneid. *de feud. part.* 2. *n.* 118. Cou. *in d. c.* 7. *n.* 5. vbi ſubiicit Hiſpaniarum reges ob huiuſmodi publicam vtilitatem & neceſſitatem precia numiſmatum auxiſſe, idq; ex conſtit. Regis Henrici Secundi & Ioannis primi conſtare.

Talis † vtilitas & neceſſitas eſſe cenſetur, quando Prin- 66
ceps indiget auxilio pro defenſione neceſſaria Reipubl. Gabriel Biel. *in d. concluſ.* 5. *verſ. dubitatur ſecundo.* Paris de Puteo. *in tract. de Syndic. tit. de exceſſib. Imperat. num.* 6. vel quando † magna 67
pecuniæ vis colligenda eſt pro redemptione ipſius Principis, vt nonnulli Interpretibus placere ait Gabriel Biel. *in d. concluſ.* 5.

Digitized by Google

68 *verſic. videtur etiam,* vel quando † belli neceſſitas vrget, vt mone-
ta mutetur, & noua, eaque inſolita & minus iuſta, cudatur,
Schneidw. *d. part. num.* 118. Decian. *in tractat. crimin. libr.* 7. *cap.* 23.
num. 33. Andr. de Iſern. *in d. verb. monetæ. num.* 13. vbi addit, huiuſ-
69 modi † tempore & tali neceſſitate vrgente, ex ferro etiam & co-
rio aliam poſſe cudi monetam, quæ durante bello valeat ac po-
70 teſtatem habeat legitimæ monetæ. Idem † tradit Matth. de Af-
flict. *ibid. numer.* 9. *verſic. item poteſt Princeps.* Et facit pro hac ſententia, quod neceſſitatis cauſa ſemper excepta cenſeatur *l. alienationes. l. qui erat heres ff. famil. erciſc. l.* 1. *ff de fund. dotal.* & collectæ quæ alias non deberentur nec imponi poſſent, recte exigantur, ſi id fiat ob bellum imminens aliamue neceſſitatem vel vtilitatem *l. iubemus nullam & l. placet C. de Sacroſanct. Eccleſ.* Bartol. *in l. nullus nu.* 1. *C. de curſ. public. lib.* 12. Auctor voti Cameralis, quod eſt apud Giliman. *rer. iudicat. libr.* 2. *deciſ.* 51. *num.* 49. Ferret. *de Gabell. nu* 529. Mich. Graſſ. *comm. opin lib.* . *c.* 18. *quæſt.* 3. Thomat. *in tract. de collectis §. ſubiiciunt. n.* 7. Hieron. Schurff. *conſ* 44. *nu.* 16. 17. *&* 18. *cent.* 1. Gutierrez. *pract. quæſt. lib.* 1. *quæſt* 3. Hieron de Cæuallos *in ſpecul. comm. opin. contra comm. qu.* 726. *n.* 18. *&* 19. Eodemq; pertinet etiam, ꝙ licet prohibitum ſit, cudere nummos, qui pfennig vnnd heller appellantur, Conſtitutione de anno 1570. §. Damit aber ꝛc. hoc ita tamẽ reſtringatur, vt ſi aliquo loco neceſſitas vrgeat huiuſmodi nummos haberi, ii permiſſione circulorum accedente, tanto numero, quanto neceſſe fuerit cudi poſſint. Addit vero Matth. de Affl. ſupra allegato *n.* 9. *verſ. ita poteſt princeps de mutatione monetæ ex belli neceſſitate facta*, ceſſante hac cauſa publicæ neceſſitatis ac vtilitatis, facta videlicet pace, Principem teneri ad damnum, quod ſubditi ad huiuſmodi mutationem monetę paſſi ſunt reſarciendum, puta ſi mercator vendiderit merces, quæ valuerint 100. aureis probæ monetæ, & acceperit pecuniam ex ferro, corio vel ſimili materia percuſſam, quæ ceſſante illa neceſſitate non poſſit ab hoc mercatore expendi. Idem docet Andr. de Iſern. *d. numer.* 12. Ioann. Aquil. *in d cap.* 3. Paris de Puteo *de Princip. & Duc. exceſſ. numer.* 69. Proſper Farinac. *tract. crimin.*

*min.part.5.quaeſt.*118.*numer.*56. & 57. Franc. Marc. *deciſ.*152 *numer.* 1. *verſ facultas cudendi* Schneidw. *d.part.2. numer.* 119. Couarruu. *d. cap. 7. numer. 7.* Gabriel Biel *in d. concluſ. 2. in princ.* & aſſerit Matth. de Afflict. *iam citato loco* id adeo eſſe verum & rationi iuris conſonum, vt Princeps ſibi gehennam ædificet, & ad infernum acceſſurus ſit, niſi tale damnum ſubditis præſtet, Et ſimul exclamat; Heu quot Principes damnantur propter hoc!

Et pro hac ſententia de ſumptibus refundendis facit, quod licet † Princeps vrgente neceſſitate & ob cauſam ſubditorũ res auferre poſſit, tamen tali caſu iuſtum precium eius rei ſoluere teneatur *l. venditor. §. ſi conſtat. ff. commun. de ſeruit. l Lucius. ff. de euict. l. item ſi verberatum. §. 1. ff. de rei vendic.* Et eſt de hac re elegans etiam textus in *l. ſerui, Cod. pro quib. cauſ. ſeru. propr em. libertat.* vbi in terminis rei numariæ domino ſerui, qui ob vtilitatem publicam ciuitate Romana donatur, pretium huius ſerui reſtituitur à fiſco. Ob quem textum ibidem hanc ſententiam de precio à Principe ſoluendo amplectuntur Odofred. & Bald. Eidem accedunt Caſtall. & alij Dd. *in d. l. item ſi verberatum §. 1.* Nicol. Euerhard. poſt alios multos à ſe allegatos *in loc. à plenit. poteſt. num. 14.* Andr. de Iſern. *in hoc c. vn. in verb. moneta, num.* 13. & Afflict. *ibid. nu. 10.* 71

Cenſetur † autem & illa eſſe eiuſmodi publica vtilitas & neceſſitas, quæ mutationem monetæ admittit, quando aurea & argentea numiſmata extra fines Imperij vel regni euehuntur, vt poſt alios à ſe adductos tradit *in d. cap. 7. numer. 5.* & Bodin. *de Repub lib. 6. c. 3.* ait, reges Galliæ Franciſcum primum, Henricum ſecundum, & Carolum nonum, leuiores & deteriores antiquioribus numis cudiſſe, idque quaſi neceſſitate quadam coactos fuiſſe, quod in finitimis locis argentea numiſmata gallicis deteriora ferirentur, eaque ratione ſubditi ac ciuitates regni Galliæ numis argenteis ſpoliarentur, & paulo poſt *eod. cap.* ait, Principum † fere omnium legibus ſeueriſſime caueri, ne aurum & argentum extra Imperij & regni ſui fines euehatur, ſed nun- 72 73

nunquam obtineri poſſe, vt legibus pareatur, quamdiu com-
74 mercia cum finitimis, vti neceſſe eſt, intercedant. Et † ſane in Imperio Romano anno 1524. & aliis diuerſis temporibus per varias Imperij conſtitutiones & edicta omnibus & ſingulis ordinibus & ſubditis Imperij ſub graui pœna interdictum eſſe cõſtat, ne aurum & argentum extra Imperij fines exportaretur, vt eo minus aliqua cauſa ſit, legitimam & antea in Imperio comprobatam monetam mutandi.

Etſi vero eiuſmodi cauſas, de quibus ſupra dictum eſt, ſubeſſe oporteat, vt moneta à Principe reprobari vel mutari poſſit,
75 tamen quemadmodum † ſine populi conſenſu reprobatio & mutatio fieri nequit, *c. Quanto de iureiur.* communiſque eſt Dd. ſententia vt teſtatur Ioan. Igneus *in repetit. l. neceſſarios. §. non alias. part. 2. num. 99. ff. ad SC. Syllan.* & poſt eum Menoch. *de arbitrar. iud.*
76 *quaſt. caſ. 316. nu. 47.* ita † ſi ipſius conſenſus interuenerit, poterit fieri eiuſmodi reprobatio & mutatio ſine talibus cauſis, & in præiudicium eiuſdem populi, atque hoc ipſum etiam euincitur ex textu *in d. c. Quanto. in verb. irrequiſito populo.* Nam cum ibi prohibeatur reprobatio & mutatio ſine requiſitione & conſenſu populi, idque ideo fiat, ne contra ſuam voluntatem, vel ſe ignorante, præiudicium graue, quod ex eiuſmodi reprobatione & mutatione ſequi poſſet, inferatur; conſequitur, eam cõſenſu in-
77 teruenienteadmitti, argumento † ducto à contrario ſenſu *l. 1. §. Huius rei. ff. de offic. eius cui mandat. eſt iuriſdict. c. cum apoſtolica. in fin. de his qua fiunt à pral. ſin. conſenſ. capit.* late Euerhard. *in loc. leg. à contrar ſenſ.* vbi *in princ.* dicit hoc argumentum eſſe fortiſſimum, frequens & vtiliſſimum. Et corroboratur hæc ſententia eo, quod
78 quilibet † iuri & commodo ſuo renunciare queat. *l. poſtquam & l. ſi quis in conſcribendo. C. de pact. c. quàm periculoſum. 7. quaſt. 1.* Hoc ipſum etiam, ꝙ videlicet cum conſenſu populi ſine iuſta ẽt cauſa recte per Principem reprobentur vel mutentur numiſmata, amplectuntur quoque Innocent. Ioan. Andr. Panormitan. Anchoran. & alij Dd. communiter *in d. c. quanto.* Matth. de Afflict. *in hoc c. vnic. in verb. moneta num. 9.* Bellúg. *in ſpec. Princip. rubric. 36. §.*

graue

graue damnum.n.6. Luc.de Penn.*ad rubr. C.de veter. numiſm. poteſt.*
in fin.lib.11. Martin.Laudenſ.*in tract.de monet.quaeſt.8.* Ioan.Aquil.
de poteſt.monet.part.2.c.5. Hoſtienſ.*in ſumm.tit.de cenſib.* §.*ex quibus.*
verſ. Quid ſi moneta. Couarr.*in d.c.7.n.6.* Rudel.*de monet.lib.1.c.5 n.*
2. Decian.*in tract.crim.lib.7.c.23.n.32.* Atqui hoc in regno Hiſpa-
niarum ita ſeruari ex Petr.de Belluga à ſe allegato teſtatur Boer.
deciſ.136.nu.6. Qui † vero Interpretes ſic à Boerio *ibidem & nu.7.* 79
citantur, quaſi exiſtiment, ſine vllo etiam populi conſenſu mu-
tari poſſe monetam, partim nullam populi in locis ab eo allega-
tis faciunt mentionem, partim ita ſunt accipiendi, modo iuſta
ſit cauſa, vel populo non praeiudicetur: atque ita eſt intelligen-
dum, quod ibidem communis eſſe Boerius aſſerit, Principem
ſolum etiam non interueniente populi conſenſu poſſe mone-
tam mutare, alioqui falſum erit, quod de communiori opinione
teſtatur. Etenim † verius eſt, contrariam ſententiam crebrio- 80
ribus calculis Interpretum receptam & comprobatam eſſe, & i-
ta à Dd. *in d. cap. Quanto.* concludi ait Schurff. *conſil. 60. numer.*
10. cent 2. Et quidem etiam ſaniorem eſſe vel potius veriſſi-
mam, optimiſque rationibus ſuffultam, planum fit ex iis, quae ſu-
pra fuſe de Principis poteſtate in moneta reprobanda & mutan-
da dicta ſunt.

Caeterum † quod dixi conſenſu populi interueniente re- 81
probari & mutari poſſe monetam, non eſt eo porrigendũ, quaſi
huiuſmodi mutatio vel reprobatio alij populo, quam qui con-
ſentit, praeiudicet, Panormitan. *in d.c. Quanto,n.11.* Martin. Lau-
denſ.*in tract.de monet.quaeſt.8.* Carol.Molin.*de vſur. contract. quaeſt.*
92 n.695. Ioan.Aquil.*de monet.poteſt.c.5.* & facit huc text.*in l.fin ff.*
de iuriſdict.

Sed † quaeritur vtrum eius totius populi, cui praeiudicium 82
fit, conſenſus neceſſario requiratur, an vero maioris partis con-
ſenſus ſufficiat? Innocent. *in d. cap. Quanto.* maioris partis con-
ſenſum ſufficere autumat, quae ſententia Panormitano *ibid.n.11.*
non probatur. Sed pro hac Innocentij ſententia facit text. *in l.*
Iuriſgentium.§.fin.ff. de pact. l.nulli.ff. Quod cuiuſque vniuerſ. l. Quod

 maior

maior ff. ad municip. & in cap. 1. De iis quæ à maior. part. capit. fiunt.
83 Suffragatur eidem ſententiæ, quod † vt à toto populo vſu & conſuetudine aliquid receptum eſſe dicatur, & conſuetudo ſubſiſtat, non ſit neceſſe, huius totius populi conſenſu id approbatum eſſe, ſed ſufficiat maioris partis populi conſenſum acceſſiſſe, & actus conſuetudinis in eius notitiam veniſſe vel ab ea profectos eſſe, Dd. *in l. de quibus. ff. de legib. & in §. ex non ſcripto. Inſtitut. de iur. nat. gent. & ciuil.* Canoniſtæ *in cap. fin. de conſuetud.* atque hanc communem & veram eſſe ſententiam ait Syluеſt. Aldobrand. *in d. § ex non ſcripto. numer.* 11. & in ſpecie, quantum ad monetæ mutationem attinet, ſufficere conſenſum maioris partis populi, tradit Belluga *in ſpecul. princip. rubric. 36. §. graue damnum. numer. 8. per l. 2. §. Si autem. Cod. de iureiur. propter calumn. dand. l. Quibus. ff. de condit. & demonſtrat. l. Quod maior. ff. Ad municipal.* per quæ iura idem tradit Ioan. Andr. *in d. cap. Quanto. numer. 4. verſ. in primo tamen caſu,* docetque ibidem hoc etiam Innocent. & licet Panormitan. *ibidem numer. 11.* dicat, ſe dubitare de hac re, tamen non decidit contrarium. Atque hæc eo magis hodie in Imperio de iis, quæ ratione monetæ ab Imperatore accedente conſenſu & ſuffragio Electorum & aliorum Principum Eccleſiaſticorum & ſecularium ac reliquorum ſtatuum Imperij deliberantur ac decernuntur, attendenda ſunt quod non ſit dubium, eos pro maiore parte populi, vel potius pro toto populo habendos, ac eius loco eſſe, idque non ſolum receſſibus Imperij conſentaneum eſt, ſed & antiquiſſimo vſu receptum & continuatum, atque ideo neceſſe eſt, vt in iis, quæ à maiori parte populi Imperij ita conſtituuntur aut decernuntur, etiam ij acquieſcant, qui non ſunt ſtatus Imperij, etiamſi ex priuilegio, præſcriptione vel conſuetudine ius cudendæ monetæ habeant.

An autem, cum Princeps licite monetam cudit, id ita facere teneatur, vt eius impenſis cudantur, nec pluris moneta æſtimetur, quam ipſa materia abſque charactere eſſet æſtimanda,
84 in quæſtionem venit. Et † quidem publicis impenſis cudendam

dam eſſe, nec Principem aliquid pro his ſumptibus detrahe e poſſe, tradit Bartol. *in l. 2. §. mutui. numer. 7. ff. ſi cert. pet.* eamq́ e ſententiam communiter à Dd. eſſe receptam aſſerit Curt. Iun. *in d. §. Mutui num. 12.* idq́ quoad Legiſtas affirmat etiam Martin. Laudenſ. *in tractat. de monet. num. 6.* qui addit eos moueri *l. 1. ff de contrah. empt.* nec deſunt etiam, qui mouentur textu *in d. c. quanto.* Sed † ab hac ſententia recedunt Ioann. Andr. & Anton. de 85
Butr. *in d. c. quanto.* eaquo † contraria ſententia crebrior eſt teſte 86
Molin. *de contract. vſur. quaeſt. 100. numer. 798.* & conſuetudine approbata eſſe dicitur ab Imol. & Panormitan. *in d. cap. quanto.* & à Martino Laudenſ. *in d. quaeſt. 6.* vbi addit ſeruandam igitur eſſe conſuetudinem, vt pecunia valeat tantum in forma, quantum in materia, deductis expenſis, quibus percuſſa eſt. De eadem conſuetudine teſtantur Albert. Brun. *in tractat. de augment. & diminut. monet. in praemiſſ. num* 1. Fabian. *de empt. & vendit. quaeſt. 5. num. 3.* Lancelot. *in ſuo templ. iudic. lib. 1. cap. 1. in verb. ius cudendae monetae habet num. 4.* Bellug. *in ſpec. Princip. Rubric. 36. §. graue damnum. num* 10. Decian. *in tractat. crimin. libr. 7. cap. 23. num.* 31. & Couarr. *in d. cap. 7. num.* 5. vbi dicit conſuetudinem hanc ſententiam iam d u in toto orbe Chriſtiano recepiſſe. Huc accedit Germaniae Iureconſultus Schurff. *conſ. 60. n. 7. cent. 2.* vbi ait, hodie pecuniam ita formari, vt tanto minus valeat, quanta eſt expenſa, quae occurrit in faciendo ipſam cudi, idq; quotidie ſeruari ex Innocentio addit.

Et † ſane dici etiam poteſt, ex iure communi huic ſententiae non obſtare *d. l. 1. de contrah. empt.* quia licet ibi publica & 87
perpetua dicatur eſſe pecuniae aeſtimatio, tamen hinc non conſequitur neceſſario, quod non ſit publica aeſtimatio nec perpetua, ſi ita moneta ſit publica authoritate percuſſa, vt ſumptus in eam rem facti materiae ſint detracti. Similiter † Pontifex *in d. c.* 88
quanto, non ita fraudis in legitimo pondere monetae commiſſae meminit, vt oſtendat, in eo etiam fraudem commiſſam, quod impenſarum deductio facta ſit, ſed potius loquitur de eo caſu, quo extra huiuſmodi impenſas per veram fraudem mo-

neta legitimo pondere defraudata eſt, & peculiare lucrum ſpe-
ctatur, quod nequaquam fieri debet, cum ita cudenda ſit à Prin-
cipibus moneta, vt ab omni quæſtu & peculiari commodo ſint
89 alieni. Eodem † ſpectat edictum monetarium *de anno* 1559. §.
Ferner als ſich ꝛc. & conſtitutio Imperij, de an. 1570. §. Alsdañ auch
die Müntzgerechtigkeit ꝛc. vbi non ſolum in genere ſtatuitur ſalutis
& dignitatis Imperij in hoc regali rationem ducendam eſſe, ſed
& nominatim ita mentio fit de lucro & commodo, vt non pro-
hibeatur ſimul aliqua impenſarum detractio, ſed tantum inter-
dicatur, ne lucrum & commodum in hoc regali captetur ab iis,
qui illud habent, idq́; aliis etiam Imperij Conſtitutionibus con-
ſentaneum eſt. Et licet in edicto monetali *de anno* 1559. §. Ferner
als ſich mandetur, vt illi ſuis ſumptibus monetam cudant, tamen
hoc eo pertinet, ne id alienis ſumptibus, vel lucri cauſa fiat, nec
eo prohibetur, vt eiuſmodi impenſæ ab ipſis factæ materiæ de-
trahantur.

Quæ vero hactenus de Imperatore dicta ſunt pertinent
etiam ad Reges, & quoslibet alios ipſum Imperatorem vel a-
90 lium ſuperiorem non agnoſcentes. Nam † hi vt alia regalia,
ſic & ius monetæ habent, de qua re exemplum extant *in d. cap.
quanto. de iureiur.* vbi Regis Arragonum fit mentio. & ibidem
Panormitan. *num.* 6. dicit tamen Principes eſſe Hiſpaniarum.
91 Poſſunt † inferiores Principes ac alij ſuperiorem recognoſcen-
tes habere hoc regale, ſi vel conceſſum iis ſit ab Imperatore, a-
liove ſuperiorem non agnoſcente, vel immemoriali præſcri-
ptione conſuetudineve acquiſitum Panormitan. & Dd. *in d. cap.
quanto.* Matth. de Afflict. *in hoc cap. vnic. in verb. moneta. num.* 2. *& i-
bid.* Iſern. *num.* 19. Aluarot. *num.* 3. *verſ. quod intelligas. &* Præpoſ. *nu.*
5. Ioan. Saiſon. *ad conſuetudines Turonenſes titul.* 36. *verſ. attamen de
iure* Ioann. Aquil. *de monet. poteſtat. part.* 2. *cap.* 1. *verſ. fallit ſupra.*
Schneidwin. *de feud. part.* 2. *num.* 117. Rudel. *de monet. lib.* 1. *cap.* 4.
numer. 2. *&* 3. Guid. Pap. *deciſ.* 498. *num.* 1. *&* 2. hanc ſententiam in
curia Parlamenti Delphinatus & vbique ſeruari aſſerens,

Boſſ.

Digitized by Google

Boſſ. *in tract. criminal. tit. de monet. num. 1.* Mynſing. *obſ. 24. cent. 4.* vbi communiter hanc ſententiam à Dd. approbatam eſſe atteſtatur. Accedit † quod hæc ſententia vſu approbetur, maxime 92
vero in Imperio, vbi Duces, Marchiones, Landgrauij & alij plerique Principes Cæſarem ſuperiorem recognoſcentes, & inter hos etiam Eccleſiaſtici, adeoq; Abbates & Abbatiſſæ, item nonnulli Comites, & Barones, ciuitatesque Imperiales, & aliæ, quæ olim Imperiales ciuitates fuerunt ciuitates Imperiales hoc regale habent ex conceſſione generali aut ſpeciali, vel ex præſcriptione conſuetudine, adeo quidem, vt in ipſa etiam grauiſſima ignis pœna Conſtitutiones Imperij indiſtincte & generaliter loquantur, nec peculiare quid in Imperatore ſtatuatur eodemque pertineat Conſtitutio criminalis Caroli V. (vt infra oſtendetur) & jus monetæ nominatim in his ipſis etiam Principibus, & alijs ordinibus Imperij vocetur regale, vt videre eſt in Imperiali conſtitutione anni 1524. §. Dergleichen hat / ꝛc. Item in conſtitutione anni 1551. §. So haben wir vns auch / ꝛc. & anni 1559. §. Ferner / ꝛc. & §. Wehre es auch ſach / ꝛc. & anni 1570. §. Als dann auch die Müntzgerechtigkeit / ꝛc. eodemque pertinet cumprimis etiam multo ante eas conſtitutiones nimirum anno 1356. promulgata aurea Bulla Caroli IV. *cap. 9. & cap. 10.* Paſſim † etiam qui hoc 93
regale habent, in iam adductis, & alijs conſtitutionibus Imperij hoc elogio ornantur, vt dicantur Müntzherrn / Müntzgenoſſen / Müntzſtände / vnd die ſo Müntzfreyheit oder Müntzgerechtigkeit haben. Accedunt his quæ infra dicentur *num. 120.* occaſione grauiſſimæ pœnę ignis de qua non immerito in dubium vocatur, an ea pœna etiam locum habeat in moneta eorum, qui ſuperiorem recognoſcunt.

In † Gallijs quoq; multos Principes inferiores, & quidem 94
inter hos non ſolum ſeculares, ſed etiam Eccleſiaſticos habere jus cudendi monetam ex conceſſione, vel præſcriptione conſuetudineve, teſtatur Guid. Pàp. *in deciſ. 498.* vbi in ſpecie addit talem eſſe Ducem Borbonię, Principem Vraniæ, Eburodini Archiepiſcopum, & Lauſanenſem Epiſcopum. De his & ſimilibus idem aſſerit Renat. Choppin. *de domanio Franciæ lib. 2. tit. 7.* &

Petr. Gregor. *in ſuo ſyntagm. part. 3. lib. 36. cap. 3. nu. 25.* vbi inter alia ait, conſtare ex Regis Galliarum monetali tabulario, quod olim in Gallijs hoc regali vſi ſint Comites Niuernenſis, Marchianus, Sueſſionum, Eſſuorum, Fani Paulini, Vindocinenſis, Andegauenſis, Pictonum, Bleſenſis, Sacri Cæſarienſis, Carnutenſis, Cænomanorum, Procomites, Lemouicenſis & Broſſius: Epiſcopi Rhenorum, Sueſſionenſis, Magalonæ, Laudunenſis, Meldenſis, Caducenſis, Claromontanus, & Heroides, Caſtrouillana & Foeanbergia. Quos ita etiam enumerat Renar. Copp. *d. cap. 7. num.*
95 *15.* Quoniam † vero Comites Niuernenſes, Marchiæ, Bleſenſes, Epiſcopus Cadurcenſis, Meldenſis & alij plures hoc regale habentes eo in Gallijs abutebantur, ademptum eſt omnibus hoc regale lege Franciſci Primi Francorum regis, vt ſcribit Bodin. *de Republ. lib. 1. cap. 10.* vbi etiam refert in Regno Poloniæ publico decreto tempore Sigiſmundi Auguſti Regis ſancitum eſſe, beneficij loco vlli ſubdito ac fiduciario tribui non poſſe. Turcarum etiam Imperatores hoc jus nemini concedunt teſte Bonfin. Clapmar. *de arcan. rerumpub. lib. 1. cap. 16.* vbi idem addit de Hungarorum Regibus ex Ottone Friſingenſi his verbis de ijs vtente: *Nullus in tam ſpatioſo ambitu Rege excepto monetam vel telonium habere audet.*

96 Sunt † & in Imperio, qui hoc regale ex conceſſione Imperatoris vel præſcriptione habentes eo abutuntur, vt experientia teſtatur, & patet ex Conſtitutione Maximiliani I. §. weiter als zum vorigen de anno 1500. & ſic ante plures, quam centum annos de eo conquerentis & ex alijs conſtitutionibus Imperij, maxime vero ex edicto Ferdinandi anno 1559 *de re numaria* promulgato, vbi inter cætera multi ex his nominantur, & numiſmatum antea male ab ijs percuſſorum ſpecialis enumeratio additur, eaque numiſmata ſimul vt non proba reijciuntur & reprobantur. Neq; tamen ex eo edicto vel alia conſtitutione apparet, quempiam hoc regali in Imperio (quod in re maximi momenti, & ad ſalutem dignitatemque Imperij ſingulariter pertinente, maxime deplorandum eſt) ob abuſum priuatum eſſe, licet interminationes crebræ diuerſis conſtitutionibus factæ ſint, & pœnæ variæ contra

contra abuſum huius regalis conſtitutæ, inter quas & illa eſt, quod hoc regale ijs ſit eripiendum, qui eo abutuntur. Et ſane propter maximam multitudinem eorum, qui priuilegium & jus monetæ cudendæ habent, eo facilius abuſus ſequitur, eoque difficilius per pœnas, inquiſitiones & probatorios ſingulorum annorum binos conuentus in totum auerti hoc malum poteſt. Et fuiſſet ad abuſum tanto magis euitandum & auertendum maxime è re Imperij & publica, ſi de re nummaria eiusmodi ſaluberrima conſtitutio ſiue ordinatio qualis eſt edictum monetale Imperatoris Ferdinandi de anno 1559. multo ante promulgata fuiſſet. Quod tantum abeſt, vt factum ſit, vt licet Maximilianus Primus in ſua conſtitutione de anno 1500. de abuſu conqueſtus ſit, & ea quæ antea in Comitijs Fridbergæ habitis per aliquot articulos decreta fuerunt, non eſſe obſeruata addiderit, ideoque vt certus alius conſtitueretur dies, quo de re monetali ageretur, placuerit, atque idem poſtea ſub Carolo Quinto diuerſis temporibus & Comitijs nimirum anno 1524. 1526. 1530. 1532. 1541. 1548. 1551. ſit factum, tamen nulla certa ordinatio monetalis ante annum 1559. ſecuta, & anno 1551. tantum cœptum ſit in ſpecie deliberari & conſtitui de ijs, quæ ad huiusmodi ordinationem ſpectant. Ea ordinatio & anno 1566. 1570. & per alios ſequentes conſtitutiones ac receſſu Imperij comprobata, confirmata & ex parte declarata & aucta eſt & in ijs plerunque edictum monetale & nonnunquam etiam ordinatio monetalis per verbum Müntzordnung appellatur, eaque appellatio reperitur etiam in ipſo edicto monetali de anno 1559. Auff ſolches ſindt wir. De pœnis vero qui hoc regali abutendo delinquunt. De quibus & alijs pœnis fuſius infra dicemus, vbi in ſpecie de pœnis circa hoc regale conſtitutis tractaturi ſumus.

Plane vt certæ pœnæ in prædicto edicto ſiue ordinatione conſtitutionibus Imperij expreſſæ ſunt contra eos, qui hoc regali abutuntur, ſic vt eo magis abuſui & publico incommodo occurratur, varia ijs, qui hoc regale habent, ijsdem conſtitutionibus præſcripta ſunt, quæ ab ijs obſeruari debeant. Sic † enim 97 ſanci-

ſancitum eſt, vt certa numiſmatum genera cudantur, nec alia fe-
rire liceat, ſiue ſint coronati, ſiue alia eius generis numiſmata.
98 Sic † de materia, pondere & æſtimatione monetæ certi aliquid
ijs præfinitum eſt, à quo recedere non liceat, idque in Imperio
ante multo plures quam centum annos nimirum anno 1442.
cautum fuit conſtitutione Friderici III. §. *Item* Wenn auch/ꝛc. vbi
diſerte additur, nec augeri, nec minui debere monetam, de qua
ibi agitur: & poſtea ſimiliter de materia, pondere & æſtimatione
99 aliæ Conſtitutiones Imperij ſecutæ ſunt. Sic † etiam inculcatur
ijs, ne ſuum commodum in hoc regali captent, & monentur, vt
ad ſalutem & dignitatem Imperij eo vtantur, vt ſupra dictum
100 eſt. Sic cum † ex nimia multitudine officinarum abuſus huius
regalis & deprauatio monetarum proueniat Bodin. *de Repub. lib.*
6. c. 3. & ob eiusmodi multitudinem confuſio metallorum, quæ
101 Reipub. periculoſiſſima eſt, eo magis metuenda ſit, placuit, † ne
in ſingulis Imperij circulis plures quam tres vel quatuor offici-
næ ſint, in quibus moneta cudatur, nec ijs qui hoc regale habent,
vllas alias peculiares officinas habere liceat, exceptis ijs, quos fo-
dinas etiam habere conſtat, idque ſancitum eſt in conſtitutione
anni 1570. § Vnd dieweil man/ꝛc. & in conſtit. anni 1576. §. Dieweil
auch/ꝛc. item conſtit. anni 1594. §. Wir ordnen/wöllen vnd gepieten/
102 ꝛc. *verſic.* Es ſoll auch keinem/ꝛc. atque † iam dicta prærogatiua eo-
rum, qui fodinas habent, ita reſtringitur Imperiali conſtitutione
anni 1571. §. Vnd wiewol/ꝛc. vt ijs permittatur tantum ex eo auro
& argento, quod ex fodinis ſuis conſequuntur, in peculiaribus
103 officinis monetam cudere. Sic † etiam in Imperio ſancitum eſt,
vt priuſquam magiſtri monetales ab ijs, qui ad probationum
diætas ablegantur, ad ſuum munus monetale admittantur & re-
cipiantur, diligenter inquiſitio de ijs habeatur, & ex ea de eorum
conditione, peritia, probata fide, & honeſta dimiſſione abunde
conſtet, vt videre eſt in Imperij conſtitutione anni 1570. §. Dar-
104 vnd zu weitterer/ꝛc. Sic † ijdem magiſtri monetales duplici iura-
mento conſtringuntur, quorum prius proprio domino hoc re-
gale monetæ habenti, cui inſeruire volunt, alterum vero ad pro-
bationum diætas ablegatis præſtant, quod in fabricanda moneta
& alijs

Digitized by Google

& alijs ſuo officio iuxta præſcriptum ordinationis Imperij fideliter fungi, & ſe ei ordinationi conformes gerere velint: eoque pertinet prædicta conſtitutio anni 1570. *in d.* §. Darumb zu weitterer/ ꝛc. Atque hoc in ſpecie confirmatum eſt conſtitutione anni 1594. §. Wir ordnen/wöllen vnd gepieten/ ꝛc. *in fin.* Sic ij, qui habent regalia, tenentur obſeruare ea, quæ de probandæ monetæ duobus diuerſis ſingulorum annorum temporibus in Imperio conſtituta eſſe ſupra diximus, & quod in conuentu ijs temporibus habito, ordinibus Imperij placuit. Sic † denique vt alia omittantur, interdicitur illis, ne vllo modo hoc ſuum regale vendendo, vel per aliam aliquam alienationem in alium transferant, neve etiam alijs locent, vel de lucro aliquo inde percipiendo cum de anno 1551. §. So haben wir vns auch/ ꝛc. item in edicto monetali de anno 1559. §. Ferner als ſich/ ꝛc. & in conſtitutione anno 1570. edita §. Als dann auch/ ꝛc. (vbi inter alia additur, omnia pacta & inſtrumenta contra hanc prohibitionem facta pro irritis & nullis habenda eſſe) & in conſtitutione de anno 1594. §. Wir ordnen/ wöllen. Quibus accedunt conſtitutiones *de anno 1594.* §. *1603.* ea, quæ illis conſtitutionibus ſancita ſunt, confirmantes. De pœnis vero, quas contra has omnes conſtitutiones facientes, & ita hoc regali abutentes, incurrunt, infra in ſpecie ſuo loco dicemus. 105

Notandum † vero eſt nonnullos inter eos prærogatiua gaudere aliqua præ cæteris. Nam nonnulli ſoli habent jus cudendi auream monetam, nec cæteris hoc datur, vt apparet ex conſtitutione Ferdinandi de ann. 1559. §. Ferner die gülden Müntz/ ꝛc. Tales ſunt Electores & quidam alij, ex ordinibus Imperij. Electoribus vero illud jus competit ex ipſa aurea Bulla Caroli IV. *cap. 10.* vbi in fine ad omnes Electores extenditur, quod in principio ea in re de ſolo Rege Bohemiæ conſtituitur. Habent etiam Electores ad Rhenum hoc præcipuum, quod in aureorum Rhenenſium materia, pondere, & æſtimatione ad eos, non minus quam ad Cæſarem, reſpiciendum eſſe dicatur in Conſtitutione anni 1551. §. Weiter ſo ſetzen/ ꝛc. eodemque pertinet edictum Maximiliani II. de anno 1571. §. Gleichsfals weil etliche/ ꝛc. in verbis Den Reiniſchen Churfürſtlichen/ ꝛc. Illi † etiam qui fodinas habēt, 106 107

hac gaudent prærogatiua, vt peculiares officinas habere poſſint præter tres vel quatuor illas publicas ſingulorum circulorum Imperij, vt ſupra diximus, & poſſunt ijdem ſoli ex præſtantiori & precioſiori auro, quam eſt in aureis Rhenenſibus, monetam cudere, ita tamen vt non aliam monetam, quam Ducatos ex hoc auro faciant, vt videre eſt in monetali Ferdinandi de anno 1559. §. Ferner dieweil & Maximiliani Secundi de anno 1576. §. Vnd auß ſondern/ꝛc. Atq; huc etiam ſpectat, quod in dicta conſtit. anni 1551. § Weiter ſo ſetzen/ꝛc. peculiariter & per exceptionem ſancitum eſt de ijs, qui fodinas habent.

Feci autem obiter & generatim paulo ante mentionem pœnarum circa hoc regale conſtitutarum, & promiſi ſimul, me de ijs in ſpecie acturum. Qua in re eo magis me operæ pretium facturum exiſtimo, quod inde & illud manifeſtum ſit euaſurum quæ circa hoc regale obſeruanda ſunt, & quanti leges & Imperij conſtitutiones illud faciant, quantoque ſtudio legumlatores occurrere voluerint abuſui eius tanquam rei nobiliſſimæ, & in Republ. maxime neceſſariæ. Ita vero de his pœnis agemus, vt dicamus de ijs, qui non habent jus cudendi moneta, & de ijs quibus illud jus competit, ſiue ex conceſſione generali, vel ſpeciali, ſiue ex legitima præſcriptione conſuetudineve hoc regale habent. Verum priuſquam hoc fiat, illud præmittendum eſt, Im-
108 perij Electores † ad Rhenum inquirere debere, an extranea & reproba moneta importetur, aut aurea & argentea moneta, vel infectum argentum ex Imperio exportetur, aut emendo vel vendendo reproba pecunia expendatur, aut id in proba moneta aliter maiorive valore, quam æſtimata eſt, fiat, & ſi contra hæc quid committatur, auream & argenteam monetam, vel etiam infectum argentum occupari debere, vt ſancitum eſt in Conſtitutione Imperij de anno 1570. §. Vnd auß ſondern *& §. ſeq.* & additur ibidem *in* §. Dergleichen anſtellungen/ꝛc. Saxonem & Brandenburgicum Electorem in ſuis emporijs idem facere debere, Cæſarique in ſuis & Imperij ciuitatibus eandem rem curæ fore.

Vt autem eo, quo iam diximus, ordine de pœnis progrediamur,

mur, primum † de ijs, qui regale monetæ non habent, & tamen 109
eam cudunt, obſeruandum eſt, hos, licet ea non adulteretur, ſed proba ſit, & ab omni falſi ſuſpicione aliena, tamen puniri. Dd. *in l. ſacrilegij. ff. ad l. jul. pecul. in cap. quanto. de jureiur.* Decian. *in tractat. crimin. lib. 7. cap. 23. nu. 26.* Ioan. Aquil. *de poteſtat. monet. part. 2. cap. 9. corol. 2.* eoque ſpectat textus *in l. vlt. C. de falſ. monet.* vbi † Imperatores adeo volunt huic pœnæ locum eſſe, vt ne qui- 110
dem is ab ea excuſetur, qui reſcriptum Imperatorium de moneta cudenda obtinuit, & hoc prætextu eum percuſſit, cum huiuſmodi reſcriptum cenſeatur ſub- & obreptitie impetratum, nec aliter quis ſibi ius monetam cudendi ob poteſtatem ſibi ab Imperatore factam arrogare queat, quam ſi conceſſio ſit legitima, & ſine ſub- & obreptione iuſta de cauſa impetrata, cuiuſmodi illæ ſunt, de quibus ſuperius dictum eſt. In edicto etiam monetali de anno 1559. §. Wehre es auch ſache daß einiger/ ꝛc. expreſſe cautum eſt, eum qui poſt illud edictum priuilegium Cæſareum de moneta aurea vel argentea cudenda impetrauerit, non poſſe vllo modo eo priuilegio abuti, nec id pro aliter conceſſo habendum, quam iuxta hoc edictum & ea, quæ eo continentur §. Wehre es auch *& §. ſeq.* Generaliter etiam omnia priuilegia indulta & conceſſiones, quæ antea à Cæſaribus vel Regibus Romanis impetratæ fuerunt & in poſterum impetrarentur ac illi edicto repugnant, caſſantur, & amittuntur, ne vllo modo ei præiudicent & derogent, à quacunque perſona tandem & quocunque modo impetratio facta ſit, vel etiam in poſterum fiat.

Quemadmodum † vero *in d. l. vlt.* in ſpecie nulla pœna ex- 111
primitur, ſed ita delinquens pœnam, quam meretur, excipere debere dicitur, ita Marſilius *in l. qui falſam. num. 54. ff. de falſ.* tradit, pœnam arbitrio judicis committendam eſſe, quod criminis falſæ monetæ pœna proprie in falſa & adulterina moneta locum habeat, & ſimiliter ab Imperatore Carolo V. *in ſua criminali conſtitutione art. 111.* ſancitum eſt, arbitrio judicis eum eſſe puniendum, vt colligitur ex verbis oder auch ohne habende freyheit müntzet/ & ſequentibus.

Digitized by Google

112 Longe † vero aliter ſe res habet in ijs, qui non probam, ſed falſam cudunt monetam, & vocantur παραχαράκται *in l. falſa. Cod. de falſ. monet.* & adulteri monetæ, *in l. 2. Cod. eod. & l. pramio. Cod.*
113 *Theodoſ. eod.* eoque † crimine Deum, homines & Principem deludunt & offendunt, vt ab omnibus *in hoc cap. vnic. in d. c. quanto. & in d. l. vlt.* tradi ait Decian. *in tract. criminal. lib. 7. cap. 24. num. 5.*
114 & † jus gentium etiam lædunt, vt poſt alios Dd. ait idem Decian.
115 *d. cap. 24. num. 18.* Aduerſus † hos tam grauis conſtituta eſt pœna, vt *in d. l. 2.* non ſolum publicationis bonorum pœna ijs ingeretur, ſed & flammarum exuſtionibus ilico etiam omni dilatione ſubmota mancipandi dicantur, accuſatoribusque eorum præmium
116 apponendum eſſe placeat, & *in l. 1. Cod. eod.* conſcij † etiam huius criminis puniantur, & domus ignorantis, in qua hoc crimen commiſſum eſt, fiſco vindicetur, niſi hoc dominus ignorans, ſimulatque reſciuerit, hoc ſcelus magiſtratui prodiderit. Idque ſtatuitur etiam in criminali conſtitutione Imperatoris Carol. V.
117 *art. 111.* Quibus † accedit, quod capi poſſe dicantur ſine juſſu ju-
118 dicis *d. l. 1.* Marſil. *in l. qui falſam. num. 69. & 109. ff. de falſ.* & † conuicti etiam non appellent, vt ſupra dictum eſt, leuia etiam indicia contra eos ad torturam ſufficiant Maſcard. *de probat. concluſ. 1009. num. 9. 10. vol. 2.* Farinac. *in tract. crimin. part. 5. quaſt. 115. num. 119. cum ſeqq.* Hyppolit. de Marſilijs *in l. quia falſam. num. 115. verſ. ſtampa ſeu forma ff. ad l. Cornel. de falſ.* Decian. *tractat. crimin. lib. 2. cap.*
119 *26. num. 6.* ſociusque † criminis, licet alias teſtis eſſe non poſſit, contra ſocium tamen in hoc delicto admittatur, & in tortura interrogari poſſit *d. l. 1.* Afflict. *in hoc cap. vnic. in verb. moneta. nu. 26.* Marſil. *in d. l. qui falſam, num. 70.* Decian. *in tractat. criminal. lib. 7. cap. 24. num. 9.*

120 Communiter † vero Dd. de pœna ignis in ea ſunt ſententia, quod hæc pœna in ijs ſolis, qui in Imperatoris moneta falſum committunt, locum habeat, & leuiori pœna afficiendi ſint, qui hoc crimen deſignant in moneta inferiorum ſiue ſuperiorem recognoſcentium, vt de hac communi opinione teſtantur Alex. *conſil. 121. num. 1. lib. 7.* Viu. *commun. opin. lib. 1. in verb. monetam falſam Imperatoris,* & poſt eos Clarus *in §. falſum. num. 37.* Sed refra-

refragatur Caroli V. conſtitutio criminalis *art.* III. vbi etiam pœna ignis comprobatur, & iuri communi conſentaneum eſſe, vt nulla inter ſummi Principis, & eorum, qui ſuperiorem recognoſcunt, monetam adhibeatur diſtinctio, ſatis aperte aſſeritur, dum vtitur his verbis **auch ſatzung der Rechten** / nec aliquid de iſta diſtinctione innuitur; vtcunq; multi inferiores in Imperio eo tempore, quo hæc Conſtitutio Carolina promulgata eſt, extiterint, & adhuc exiſtant, qui ius cudendi monetam habent. Accedit Imperij conſuetudo generalis, qua receptum eſt, vt crementur etiam ij, qui in inferiorum Principum moneta falſum committunt. De hac conſuetudine locuples teſtis eſt eadem Carolina Conſtitutio *d. art.* III. Comprobatur etiam illa ignis pœna generaliter per Conſtitutionem Imperij anno 1551. promulgatam §. **Darzu daß ſich** rc. faciuntq; huc pro maiori confirmatione etiam ea, quæ ſupra *num.* 91. 92. *&* 93. dicta ſunt. Annectuntur quidem de executione huius grauiſſimæ pœnæ *in d. l.* 2. *C. de falſ. monet.* hæc verba, ilico omni dilatione ſubmota ſed *in d.* §. **Darzue ſich** & *d.* §. **Wir ordnen ſetzen vnd wöllen auch ferner** rc. nihil de huiuſmodi ceteri proceſſu & executione additur & edicto de anno 1559. §. **Wir ordnen / ſetzen vnd wöllen auch ferner** rc. Obſeruandum vero † eſt, licet ignis pœnæ *in d. l.* 2. *Cod. de falſ. monet.* addatur publicatio bonorum, tamen huius nullam fieri mentionem in *d. ar.* III. & reliquis conſtitutionibus iam adductis, nec etiam in antiqua conſtitutione Friderici III. de anno 1442. licet alioqui aliarum pœnarum, & quidem pœnę pecuniarię centum marcarum auri, meminerit, ſimul addatur, non habentur in ære, in corpore luere debere, ideoq; ea in parte receſſum eſt per eas conſtitutiones à *d. l.* 2. & comprobatum eſt in ſpecie in hoc etiam crimine, quod de abrogata pœna publicationis bonorum conſtitutum eſt *in Nou.* 134. *vt loci ſeruator.* §. *fin.* & inde deſumpta *Authent. bona damnatorum C. de bon. damnat. & proſcript.* Exprimuntur nonnulli ſpeciales caſus in edicto monetali & aliis conſtitutionibus Imperij, in quibus delinquentes pro qualitate facti, vel etiam perſonæ in bonis etiam puniuntur, diuerſoq; reſpectu fiſco vel 121

Digitized by Google

aliis hæc pœna applicatur. Atque in huiuſmodi ſpecialibus caſibus à *d. Nouell.134. §.fin. & d. Auth. bona damnatorum* receditur. Atq; hos etiam iis caſibus de quibus Carolus V. *in conſtitutione criminali ar.*218. his verbis **oder ſonſten in andern fällen** vtitur, hos etiam comprehendi puto.

122 Quæſtionis † vero eſt an *in d. l. 2.* diſtinguendum ſit inter monetam auream & argenteam, vt in ſolis iis, qui falſam auream monetam cudunt, ignis pœna locum habeat? Diſtinguendum eſſe exiſtimat Couarruu. *in tractat. de vet. numiſm. collat. cap. 8. numer.3.* Idem tenet Marſil. *conſ.71. num.13. & ſeq.* & Decian. *in tract. crimin. libr.7. cap 23. numer.11.* Cæpoll. *conſ 77. num.7.*

123 Sed † hæc ſententia à vero aliena eſt. Nam & *in d. l. 1. C. de falſ. monet.* generaliter Imperator monetæ meminit, & *in d. l. 2. Cod. eod.* licet in ſpecie ſolidorum etiam faciat mentionem, tamen initio generaliter de numis, & falſa cuſione eos formantibus loquitur. Proinde

124 † textus *in d. l. 5. Cod. Theodoſ. eod.* (vnde *d. l. 2.* ex parte deſumpta eſt) non obſtat, quatenus ſolidorum meminit, cum præſertim in iure noſtro non ſit rarum, vt ſolidorum voce ſimpliciter vſurpata intelligantur alij etiam numi, quam aurei. Eoque

125 pertinent *l. 1. l. 2. & l. 3. Cod. de vet. numiſm. poteſt.* in † quibus locis ita ſolidorum fit mentio, vt quod de iis ſtatuitur, de argentea etiam moneta exaudiendum ſit, idque vel ſola rubrica abunde arguit, vt in qua generatim numiſmatũ fit mentio. Accedit ꝙ *in l. lege Cornelia ff. de falſ.* & apud Paul. *lib. 5. ſentent. tit. 25. in princ.* de crimine falſæ monetæ expreſſe tam argenteorum, quam au-

126 reorum numorum fiat mentio. Porro † Carolus V. *in d. conſtitut. criminali, articul. 111.* dum ignis pœnam iuri conſonam eſſe aſſerit, ita ſimpliciter monetæ meminit, vt non ſit dubium, eum tam de argentea, quam de aurea moneta loqui, & ſua etiam conſtitutione eandem pœnam in vtroque genere monetæ comprobare, vt nec Imperij Conſtitutiones ſupra citatæ diſtinctione inter argenteam & auream monetam de hac pœna vtendum eſſe innuunt, cum generaliter loquantur, Conſuetudo etiam repugnat iſti diſtinctioni.

Quæri-

Digitized by Google

Quæritur autem quid ſtatuendum ſit de iis, qui monetam quidem cudunt, ſed reprobatam & quæ expendi non poſſit? Et † quidem vera eſt eorum ſententia, qui exiſtimant mortis 127
pœnam in iis non habere locum, idque tradunt Grammat. *deciſ. 79. num. 29.* Pariſ *conſ. 169. num. 27. lib. 4.* Marſil. *in l. Qui falſam. numer. 53. ff. de falſ.* Rudel. *de monet. libr. 2. cap. 27. num. 22.* Menoch. *de arbitrar. iudic. quæſt. lib. 2. cent. 3. caſ. 316. num. 19.* vbi addit eam pœnã igitur arbitrariam eſſe, & dicit idem in ſpecie reſpondiſſe Alexand. *conſ. 111. numer. 3. libr. 7.* Et licet non deſunt qui *ex l. Eleganter. §. Qui reprobos. in gloſſ. ff. de pignoratit. act.* ſimpliciter tradunt, eiuſmodi factum non puniri, tamen nec textus *in d. §. Qui reprobos*, nec gloſſa de illa pœna ſimpliciter vel cum diſtinctione loquitur. Similiter † non pœna mortis, ſed arbitrio iudicis, 128
& mitius eſt plectendus, qui conatus quidem eſt falſam monetam cudere, ſed pœnitentia ductus deſiit, & ad effectum non perduxit, nec imaginem ac formam impreſſit gl. oſſ. *in l. Quicunque. ff. de falſ.* Marſil. *in l. Qui falſam. num. 60. ff. eod.* Bonif. *de furt. §. 4. num. 66. & 67.* Pariſ. *d. conſ. 169. num. 24.* Menoch. *d. caſ. 316. nu. 23.* Rudel. *d. c. 27. n. 23.* Gramm. *deciſ. 74. nu. 29. & 30.* Decian. *in tract. crim. lib. 7. c. 27. n. 7.* Atq; hæc quidem ita ſe habent in iis, qui monetam cudunt.

Qui vero † radunt, tondent vel tingunt, ſi liberi ſunt, ad 129
beſtias damnantur, ſi ſerui, ſummo ſupplicio afficiendi eſſe dicuntur *in l. Quicunque. ff. ad l. Cornel. de falſ.* Atq; hanc ſententiam communiter ab Interpretibus eſſe approbatam teſtantur Iul. Clar. *ſentent. libr. 5. §. falſum, numer. 37. verſ. radens autem.* Franciſc. Viuius *commun. opin. libr. 1. in verb. monetam radens.* & Couarr. *de veter. numiſm. collat. cap. vlt. num. 5.* vbi ait eſſe hanc communem omnium annotationem *in d. l. Quicunque.* Item *in d. l. 2. Cod. de falſ. monet. & in c. Quanto. de iureiur.* Non deſunt, qui & hic inter auream & argenteam monetam diſtinguendam eſſe exiſtimant, quaſi illa pœna tantum in aurea moneta locum habeat, quod *in d. l. Quicunq;* tantum aureorum numorum fiat mentio. Sed verior eſt ſententia eorum, qui exiſtimant, ita non eſſe diſtinguen-

Digitized by Google

guendum, in qua ſententia eſt etiam Menoch. *d. caſu. 316. nu. 35.* Et pro confirmatione eius ſententiæ ex parte faciunt, quæ ſupra contra huiuſmodi diſtinctionem inter aureos & argenteos numos ſunt adducta. Quibus accedit, quod de iis etiam numis, qui tinguntur textus *in d. l. Quicunq.* loquatur, & non aurei, ſed ſoli ænei & argentei tingantur, abſurdumque ſit dicere, quod aurei tingantur.

130 Hodie † vero, quantum ad pœnam attinet, ex conſtitutione criminali Caroli V. *d. art. 111.* arbitraria huius criminis eſt pœna, delinquenteſque puniuntur in corpore vel bonis pro arbitrio iudicis. Eadem pœna conſtituitur in edicto monetario *de anno 1559.* §. **Hierauff ſetzen / ordnen vnd wöllen wir das obgemelte ꝛc.**

131 Ex † quo loco ſimul apparet, hanc pœnam locum etiam habere aduerſus eos, qui alterius monetam conflant, & in aliam conuertunt, atq; hoc apertius ſtatuitur *in d. art. 111.*

132 Quod ſi † vero reperti fuerint, qui ſcientes prædicta crimina commmiſſa eſſe, diſſimularint, nec intra menſis ſpatium indicarint, duabus marcis auri puniuntur ex edicto monetario *de anno 1559. d.* §. **Hierauff ſetzen/ordnen vnd wöllen wir das obgemelte.** &, ſi bona delinquentium publicantur, tertia pars delatori, reliquæ vero duæ partes magiſtratui, ſub quo delictum commiſſum eſt, & eo officium ſuum hac in re non faciente, circuli eius monetalibus ſtatibus debetur *d.* §. **So dann ein ſolcher ꝛc.** additurque *in* §. **Wo aber einer ꝛc.** eandem diuiſionem obſeruandam in prædicta mulcta duarum marcarum auri, ſi alius crimen diſſimulantem nec indicantem detulerit, vt nimirum hic deferens tertiam partem, reliquas vero duas partes magiſtratus, &, ſi is negligens fuerit, circuli eius monetales ſtatus conſequantur.

Atq; hic de pecuniaria pœna obſeruandum eſt, quam exigua ea ſit, & eam etiam ita diuidi debere, vt ſolam tertiam partem delator, ſiue indicans conſequatur & eſt hæc duarum marcarum mulcta inter pœnas pecuniarias, quæ in re monetali delinquentibus ex edicto monetali vel etiam aliis conſtitutionibus irrogatur, minima, reliquæ multo maiores ſunt ex eodem

edicto

Digitized by Google

edicto & conſtitutionibus Imperij nimirum vel 50. vel 40. vel 20. vel 10. marcarum auri. In conſtitutione Friderici Tertij vero de anno 1442. conſtituta fuit etiam pœna centum marcarum auri, ſed inde per illud edictum & alias conſtitutiones Imperij receſſum eſt, in quibus pœna quinquaginta marcarum auri nominatim non exceditur, non fit etiam in illis vllius pœnæ pecuniariæ marcarum vel librarum argenti de re monetali mentio, licet huiuſmodi librarum, alias ius commune nonnunquam meminerit, & quidem etiam contra delinquentes, vt videre licet *in l. ſi clericus Cod. de Epiſcop. audienti* vbi quinquaginta, *in l. ciuitas Cod. de offic. rector. prouinc.* vbi diuerſo reſpectu quinquaginta & centum *l. ſi quis ſeruum Cod. de ſeru. fugitiu.* vbi duodecim *l. vnic. Cod. de ſtratorib. libr. 12.* vbi centum argenti libras fiſco inferendas eſſe ſtatuitur. Nihil tamen in eo communi Iure quoad deliquentes in re numaria de vlla pœna pecuniaria, & ſic neque de argenti neque etiam de auri librarum mulcta reperitur conſtitutum.

Puniuntur † vero etiam ij, qui contrahentes monetam 133
Principis ſui imaginem impreſſam habentem, quæ proba eſt, recipere recuſant, *l. 1. Cod. de veter. numiſmat. poteſt. libr. 11.* vbi Imperator Conſtantinus Magnus, de antiqua moneta agens, haud leuiter hoc factum, quo antiqua moneta reſpuitur, vindicandum eſſe ait, & † Matthæus de Afflictis *in hoc cap. vnic ad verb.* 134
Moneta num. 8. putat, capitali ſupplicio ita delinquentem eſſe afficiendum, non ſolum ex *d. l. 1.* ſed & ex *l. 3. Cod. de veter. numiſm. poteſt. libr. 11.* vbi nominatim huius pœnæ fit mentio atque ita has leges etiam allegat Decian. *in tractat crimin. libr. 7. cap. 28. numer. 8.* vbi tamen *numer. 9.* addit, hoc accipiendum eſſe de alia quam mortis pœna, & *numer. 18.* ait, eiuſmodi factum extraordinarie puniri, idemque ſibi contrarius tenet Matth. de Afflict. *ad conſtit. Neapolit. lib. 3. rubric. 40. in conſtitut.* incip. *Si quis campſor. n. 3.* Imperator Leo Philoſophus *in nou. 52. in fi.* vult, vt ita delinquentes flagris cædantur, cute tenus tondeantur, ac inſuper trium librarum auri mulctam exoluant.

Digitized by Google

135 De † iis, quia falſam monetam expendant, Bartol. *in l. Lege Cornelia ff. Ad l. Cornel. de falſ.* ita diſtinguendum eſſe exiſtimat, vt, ſiquidem numi ſint plumbei vel ſtannei, incidant in ordinariam pœnam l. Corneliæ de falſ. ſi vero non appareat, tales eſſe numos, ſed potius alterius materiæ eſſe conſtet, pœna ſit extraordinaria ſiue arbitraria, quam ſententiam amplectitur Panormitan. *in d cap. Quanto. de iureiur.* Verum huic ſententiæ non patrocinantur leges, quibus Bartolus nititur, nimirum *d l. lege Cornelia, & l. ſaccularij ff de extraordinar. crimin.* Proinde ab eodem Bartolo & Panormitano cæteros omnes Interpretes diſcedere, & exiſtimare, quod ordinaria legis Corneliæ de falſis pœna in expendentibus falſam monetam ſine ſupra dicta diſtinctione locum habeat, teſtatur Marſil. *in l. qui falſam num. 64 ff. ad l Cornel. de falſ. & conſ.* 47. *num* 11. & poſt eum Menoch *de arbitr. iud quaſt. caſ. 316. num* 52. & hanc poſteriorem ſententiam praxi obſeruari aſſerit Marſil. *in d. l. Qui falſam. numer.* 64. idq; ita etiam referunt Couarr. *de collat. veter. numiſ c. vlt, num.* 4. Menoch: *d. numer.* 52. & Clar. *in §. falſum. numer,* 38. Addit autem Marſil. *in d l. Qui falſam.*
136 hoc nō habere locum in eo, qui non † doloſe, ſed per errorem & ignorantiam, falſam monetam expendit, idque veriſſimum eſt.
137 Carolus V. *in ſua conſtit. criminali d. ar.* 111. ſtatuit, eos, qui † ex cauſa permutationis vel ſimili falſam monetam conquirunt, & cum detrimento aliorum expendunt, comburendos eſſe, & ſic eadem pœna plectendos, qua afficiuntur illi, qui falſam monetam cu-
138 dunt. Obſeruandum, † vero eſt diſerte ab eo annecti hæc verba gefehrlich vnd boßhafftiglich item wiſſentlich id eſt doloſe malitioſe & ſcienter, & per ea hanc pœnam ad eos, qui doloſe ea ratione pecuniam expendunt, expreſſe reſtringi, atq; ita omnino approbari, quod modo ex iure communi de ignorantia & errore pecuniam expendentis dictum eſt.

At quæ hinc impuberes etiam excuſantur *l. 1. §. impuberes. C. de falſ. monet.* non autem tutores eorum, vt ibidem in fin. additur, & de impuberibus ratio aſſignatur his expreſſis verbis, quod videlicet ætas eorum, quid videat, ignoret. Eſt etiam alias expe-

diti

Digitized by Google

ditiiuris de ignorantia, quod præſumatur, vt infra *cap.* 11. dicetur, vbi etiam late oſtendetur, an & quando ſi opus ſit, eam allegans, ad probationem per iuramentum admittatur, & de craſſa ſupinaque ignorantia addetur, etiamſi ſcientiæ comparetur, tamen eam non obſtare, quo minus excuſationem aliquam mereatur & mitius puniatur, quam ſi ſciens delinquit, idque merito etiam tam in falſam monetam expendente, quam alio modo delinquente locum habet, cum talis ignorantia à dolo excuſet *l. 1. in fin. ff. ſi ager vectigal.* Bald. *conſ.* 98. *libr.* 3. Tiraq. *de pœnis temperand. & remitt. cauſ. 13. n. 30.*

Etſi vero Carolus Quintus *d. articul.* 111. vtatur non ſolum verbo wiſſentlich / ſed & gefährlich vnnd boßhafftig & ſic vt pœna locum habeat, dolus verus requiratur, iſque difficilis dicatur eſſe probationis Iaſ. *conſil.* 141. *colum.* 3. *volum.* 4. Menoch. *arbitr. iud. quæſt. caſ.* 116. *numer.* 21. & regulariter non præſumatur, ſed probari debeat Dec. *in l. in actionibus numer. 22. ff. de in lit. iurand.* Seraph. *in tractat. de iurament. priuil. 31. numer. 37.* Crauet. *conſ.* 287. *num.* 5. Pruckm. *conſ.* 2. *num.* 329. *lib.* 1. adeo vt ne quidem culpa præſumatur, ſed ſufficienter probanda ſit Ludovic. Bologn. *in l. 4. §. Cato numer. 145. de verbor. obligat.* Caualcan. *deciſ.* 7. *numer.* 9. *part.* 2. Gozadin. *conſil.* 63. *numer.* 2. communem hanc ſententiam eſſe dicens Surd. *conſil.* 12. *numer.* 16. *& conſ.* 70. *numer.* 18. *lib.* 1. Crauett. *conſil.* 852. *numer.* 3. *verſ. æque culpa* Pruckman. *conſ.* 41. *numer.* 32. *lib.* 1. tamen in delictum committentibus, & rei illicitæ operam dantibus, dolus in dubio præſumitur *l. ſi non conuicij*, & ibi Dd. *Cod. de iniur. l. 2. §. doli mali mentio ff. vi bon. rapt.* Nellus *in tractat. ad defenſam cap.* 1. *numer.* 16. Blanc *in pract. crimin. §. viſis indiciis numer.* 130. 132. Bartol. *in l. dolum Cod. de dolo* Pariſ. *conſ.* 78. *n.* 16. *&* 20. *par.* 4. ideoq; contraria probatione aduerſus eam præſumptionem opus eſt.

In † iis vero qui non falſam ſed ob vetuſtatem à Principe reprobatam monetam expendunt, non ordinaria ſed extraordinaria & mitior pœna iudicis arbitrio locum habet, 139

Decian. *tract. criminal. lib. 7. cap. 26. num. 6.* Curt. *tract. de monet. num* 20. Menoch. poſt Bald. à ſe allegatum *de arbitr. iudic. quæſt. cap. 316. numer. 68.* vbi *numer. 69.* Subiicit; Principem poſſe veteres monetas & exteras reprobare ſaltem cum populi conſenſu, De iis vero, qui non falſam, ſed probam monetam expendunt, maiori tamen æſtimatione & valore, quam legibus & conſtitutionibus eſt definitum, cauetur edicto monetali de anno 1559. § Welche aber dieſes vbertretten vnd den Goldgülden ꝛc. *& duob.* §§. *ſeqq.* eſſe omnibus aureis & argenteis numis, quibus contractum eſt, priuandos, atq; hanc pœnam magiſtratui deberi, ſub quo peccatum eſt. Idem comprobatur conſtitutione de an. 1576. §. Vnd auß ſondern ꝛc.

140 Poſſunt † etiam mandata ſine clauſula interpretari aduerſus eos, qui contra id, quod Conſtitutionibus Imperij ſancitum eſt, alia moneta vel valore pecuniam expendere & ſoluere volunt, atq; ita ſæpius in Camera Imperiali eiuſmodi mandata decreta ſunt, de quibus nonnulla præiudicia allegantur *in deciſ. & præiud. Cameræ in verb. mandata ſine clauſula fol. 191.*

141 Quod † ſi vero ex peregrinis locis prohibita aurea & argentea numiſmata in Imperium importentur, vel etiam in Imperio percuſſa inde exportentur, confiſcantur hæc numiſmata, atq; ita quidem vt ei, qui hoc delictum magiſtratui indicat & defert, tertia pars eorum numiſmatum debeatur, & delinquens inſuper pro arbitrio puniatur, vt ſancitum eſt in Conſtitutione Imperij de anno 1570. §. Aber ſonſten alle andere ꝛc. vbi idem ſtatuitur de iis, qui rude argentum ex Imperio in alias regiones exportant.

Nec de his vel illis in ſpecie corporis vel confiſcationis bonorum pœna additur. Eadem vero arbitraria pœna comprobatur conſtitutione Imperij de anno 1576. §. Ferner als auch ꝛc. atque ita per has conſtitutiones mutatum eſt, quod antea cautum fuit in conſtitutione de anno 1551. §. So haben wir vns auch ꝛc. vbi confiſcationis bonorum pœna conſtituta eſt. Ex parte vero per eas comprobatum eſt, quod antea conſtitutum fuit

Digitized by Google

fuit in prædicto edicto monetali §. Nach dem auch durch etliche. & confirmatur conſtitutione de anno 1566. §. Dieweil aber nicht allein/ꝛc. Atque hæc quidem hactenus de eorum pœnis qui jus monetæ cudendæ non habent.

Peculiariter vero & nominatim etiam aduerſus eos, quibus hoc regale monetæ cudendæ competit, pœnæ conſtitutæ ſunt: Ex † his pœnis eſt, quod priuentur eo regali, ſi id per venditionem, vel permutationem, vel donationem, vel alio modo alienent, vel etiam alicui locent. Id enim ſtatuitur in Imperij conſtitutione de anno 1551. §. So haben wir vns auch/ꝛc. vbi additur ei pœnæ mulcta quadraginta marcarum puri auri, confirmaturque conſtitutione de anno 1570. §. Als dann auch die müntzgerechtigkeit/ & in ſpecie de conductoribus in edicto monetali de anno 1559. §. Deßgleichen da ein Müntzmeiſter/ꝛc. ſancitur, pœnam decem marcarum auri incurrere præfectos ſiue magiſtros monetales, ſi ab ijs, qui hoc regale habent, facultatem monetæ cudendæ lucri cauſa conducant. Pœna priuationis contra prædictos vendentes, permutantes vel alio modo alienantes, vel etiam alicui locantes, ſtatuitur etiam in dicto monetali edicto §. Ferner als ſich & § *ſeq.* item in conſtitutione de anno 1594. §. Wir ordnen wöllen vnd gepieten/ꝛc. vbi ſimul Procuratori fiſcali mandatur, vt aduerſus eos Imperij ſtatus, qui hac in re peccant, ſuper priuatione nullo habito reſpectu perſonarum, per proceſſus fiſcales legitimo modo procedat. Atque hæc, & alia ſupra ex conſtitutionibus deducta confirmata ſunt anno 1598. & 1603. in comitijs Ratisbonenſibus per generalem repetitionem, eorum, quæ antea conſtituta ſunt. Ex † Carolina etiam Conſtitutione 143 criminali *art.111. in fin.* hoc regali priuantur, quorum conſenſu vel ſcientia alterius moneta ab aliquo conflatur & in aliam vertitur.

Qui † vero, cum hoc regale habent, aliam monetam cu- 144 dunt, vel loco ſolutionis expendunt, quam quæ in Imperio lege comprobata & permiſſa eſt, in grauem Imperatoris indignationem incurrunt, & inſuper quinquaginta libras auri pendere tenentur: atque ea pecuniaria pœna applicatur partim fiſco Imperiali,

riali, partim circulo, ſub quo domicilium habent, qui ita deliquerunt, idque ita ſtatuitur in edicto monetali de anno 1559. §. Hierauff ſetzen/ordnen vnd wöllen von Römiſcher/ꝛc. vbi expreſſe additur, hoc tam in minuta, quam maiori moneta obtinere debere. At in d. Conſtitutione de anno 1570. §. Damit ſolch vbermäſſig/ꝛc. & 2. §§. *ſeqq.* conſtituitur, vt ſi ij minuti numi, qui heller vnd pfennige appellantur, ſine legitimo conſenſu publico ſui circuli ab aliquo cudantur, hi numi omnes confiſcentur, & damnum inde natum delinquentes ſuo circulo & quibusvis alijs damnum paſſis reſarciant, & ſimul ſuum regale cudendæ monetæ ſine vlla vlteriori cauſæ cognitione amittant. Atque eadem pœna ibidem in §. Vnd was ſetzo/ꝛc. & 2. §§ *ſeqq.* comprobatur in ijs, qui aliam minorem monetam, vel etiam maiorem argenteam aut auream cudunt contra modum præſcriptum in d. edicto monetali de anno 1559. De magiſtro monetali vero in d. conſtit. de anno 1570. §. Der Müntzmeiſter aber/ꝛc. additur eum non ſolum ad damni refuſionem teneri ſed & bonis, corpore & morte ex arbitrio plectendum eſſe, qua in re Denaiſ. *injur. Camer. cap. 192.* male
145 omiſit mentionem bonorum. Qui vero † debita viginti quinque florenis maiora ſem bacijs, alijsve minoribus numis exoluere conantur, eorum confiſcatione plectuntur ex Conſtitutione Imperij de anno 1576 §. Inſonderheit wöllen wir/ꝛc.

146 Præterea † ſi hoc regale habentes ſingulis annis ijs diebus, qui probandæ monetæ conſtitutionibus Imperij ſunt conſtituti, non comparent ad expedienda ea, quæ in exploranda moneta requiruntur, in omnes expenſas ab alijs ordinibus eius circuli, in quo conuentus habetur, factas, condemnantur, eæque expenſæ ijsdem ordinibus ſolui debent, & licet hi delinquenti remittere velint, tamen fiſco præſtandæ ſunt, ex conſtitut. Imperij de anno 1566. §. Wiewol dann auch/ꝛc. Cui accedit quod de hac re eidem conſtitutioni additur in conſtit. de anno 1570. §. Da aber in dieſem/ꝛc. Et ſane tam vtiles ac neceſſarij ſunt illi duo exploratorij, ſiue ad probandam monetam deputati conuentus, vt in eadem conſtitutione de anno 1570. §. Sintemal auch zur handthabung/ꝛc. aſſeratur ad ſtabiliendam & conſeruandam ordinationem

tionem monetalem nullum eſſe remedium melius, quam vt huiusmodi duo conuentus quotannis habeantur.

147 Obſeruandum † vero eſt in pœnis eorum, quibus hoc regale cudendæ monetæ competit, ſupra in ſpecie adductis, nullam corporalem reperiri, atque ea in re magnum eſſe diſcrimen inter has pœnas & illas, quæ jus cudendæ monetæ non habentibus irrogantur. Obſeruandum etiam eſt in vniuerſum de pœnis eorum, quibus hoc jus competit, vel non ex ijs quæ ſupra adducta ſunt, planum fieri, quam multis & varijs perſonis diuerſo reſpectu pœnæ præter corporis afflictiuam applicentur & ex ijs videlicet eſſe vel Cæſaris Fiſcum, vel circulum eiusque monetales ſtatus vel magiſtratum, ſub quo peccatum eſt, vel crimen indicantem, vel eum qui læſus ſiue damnum paſſus eſt & inter hos etiam exiſtere, qui non ſoli ſed coniunctim cum alijs eiusmodi pœnas conſequuntur & cum fiſco quoque concurrunt.

148 Atque hæc ſunt, quæ de pœnis adducere libuit. Quibus † ſi de nobiliſſima quæſtione illa, vtrum mutatione monetæ facta, contractus, an ſolutionis tempus attendi in ſolutione facienda debeat, aliquid quaſi coronidis loco adiecerimus, ſuperſedebimus vlteriori huius regalis explicatione. Diſtrahuntur quidem Interpretes in hac quæſtione in diuerſas ſententias, nec pauci ſunt, qui de valore monetæ tempus ſolutionis, non autem contractus ſpectandum eſſe exiſtimãt, ex quorum numero præter alios ſunt Ioan. Fab. *in auth. hoc niſi, C. de ſolut.* Roman. *ſing. 519. quod tempus. & conſ. 123. circa primum, n. 1.* Molin. *de vſur. n. 749.* Hieron. Butigell. *in l. quod te num. 19. ff. ſi cert. pet.* Sed verior † eſt à celeberrimo Germaniæ Iuriſconſulto Ioan. Fichard. *conſ. 30. num. 5. verſ. Quapropter hac. lib. 1.* veriſſima dicitur contraria ſententia eorum, qui tempus contractus ſpectandum eſſe cenſent, eaque confirmatur textu *in c. cum canonicis de cenſib.* quem textum ad hoc allegant Dd. & inter hos etiam Fachinæus *controuerſ. jur. lib. 2. c. 10. verſ. probatur hac ſententia primo.* (vbi ſimul pro hac ſententia eum textum facere negantes refutat) & Mynſing. *obſ. 1. nu. 3. cent. 4.* vbi etiam textum *in cap. olim cauſam, eod.* adducit, idque 149

facit

facit præter alios etiam Gail. *obſ. 9. num. 3. & obſ. 73. num. 3. lib. 2.* Eodem pertinet textus *in l. cum quid in fin. ff. ſi cert. petat.* (in quo id tacite cenſetur actum, vt reſpectu eius valoris, qui fuit tempore contractus, ſolutio fiat) & *in l ſi ita eſſet. ff. de aur. argen. legat.* quatenus ibi dicitur, præſens tempus inſpiciendum eſſe, non futurum: quam rationem pro hac ſententia adducit Alberic. de Roſat. *in l. vinum. circ. fin. ff. ſi cert. pet.* dicens, quod contrahentes de tempore & valore currenti tempore contractus videantur ſenſiſſe, & nullo modo cogitaſſe de tempore futuro, niſi hoc appareat. Ad corroborandam etiam hanc ſententiam addit Gail. *in d. obſ. 73. numer. 4.* textum *in l. vxorem. §. teſtamento. ff. de legat. 3.* quem ibidem ait notabilem eſſe. Quibus accedit textus *in l. Paulus reſpondit. ff. de ſolut.* vbi creditor negatur cogi poſſe, vt pecuniam in aliam formam, quam conuenit, recipiat, ſi damnum paſſurus eſt, ex quo textu inferri poteſt, ſimiliter non eſſe cogendum creditorem, vt pecuniam deterioris materiæ recipiat, ſi damnum paſſurus eſt, nec etiam debitorem cogendum ad ſoluendam pecuniam ex meliori materia conflatam, ne ſequatur inæqualitas inter contrahentes.

Quemadmodum autem verior eſt hæc ſententia, ſic & quam plurimi Dd. eam amplectuntur. Nam eam tenent Dd. communiter *in l. Paulus. 1. ff. de ſolut. & in l. cum quid. ff ſi cert. petat.* Anton. de Butr. Imol. Panormit. & communiter alij *in c. quanto. de iureiur.* Aretin. *in l. quod te verſ. aliquando pecunia. ff. ſi cert. petat.* Fabian. de Mont. *in tract. de empt. & vendit. in 5. quæſt. princ. verſ. vlterius eſt notandum.* Iacob. de Put. *deciſ. 149. per tot. lib. 2.* Rebuff. *in l. 2. num 3. verſic. allegatur textus iſte C. de veter. numiſm. poteſt. lib. 11.* Curt. jun. *conſil. 145. num. 49. vol. 1.* Mynſing. *d. obſ. 1. nu. 1. & ſeqq. cent. 4.* Videtur quidem idem Gail. *in d. obſ. 73. nu. 9.* in contrariam ſententiam inclinare, ſed non eſt veriſimile eum voluiſſe à ſuperiori ſententia quaſi non vera recedere, cum hoc non dicat, & eam ſententiam ibidem non ſolum *num. 3.* ſed & *num. 4. 5. 6. 7. & 8.* & iam antea *in d. obſ. 9. nu. 3.* ſimpliciter amplexus ſit, textuque *in d. cap. olim cauſam. & in d. l. olim vxorem. §. teſtamento.* per ampliationes à teſtamentis & ſtatutis deſumptas *nu. 4. & 5.* confirmet, & deni-

& denique communem eſſe dicat *d. num. 3. & nu. 7.* Et † ſane hanc 150
ipſam ſententiam de tempore contractus ſpectando communiter & plerorumque Dd. ſuffragijs receptam eſſe præter Gailium multi etiam alij aſſerunt, ex quibus ſunt Anto. Gabriel *commun. concluſ. lib. 3. tit. de ſolut. & liberat. concluſ. 1. num. 1.* Panorm. *in cap. quanto num. 12. verſ. venio ad ſecundum. de jure iur.* Alexand. *in d. l. cum quid. num. 16.* Cephal. *conſil. 31. num. 8.* Albert. Brun. *in tract. de aug. & dimin. monet. concluſ. vlt. verſ. his ſic præmiſſis. num. 1.* Didac. Couarr. *in tract. de collat. numiſ. vet. cap. 7. § vn. nu. 2.* Iacob. Puteus *d. deciſ. 149. num. 1.* Parpal. *in d. l. cum quid. num. 23. verſ. ſecunda concluſio.* Carol. Molin. *de vſur. contract. qu. 92. num. 693.* Fichard. *conſ. 30. num 5. lib. 1.* Eandem † æquiorem & benigniorem eſſe teſtatur 151
Mynſing. *obſ. 1. nu. 1. & ſeqq. cent. 4.* & juſtitiam naturalem eam dictare aſſerit Regnaud. *in tract. de monet. nu. 4. verſ. allegata jura.*

Accedunt † his deciſiones variarum inſignium curiarum 162
& collegiorum, & inter ea etiam ſupremi judicij totius Imperij. Nam eandem ſententiam tanquam veriorem & juri æquitatique magis conformem amplexos eſſe & comprobaſſe Adſeſſores Cameræ Imperialis, idque in cauſa Epiſcopi Baſilienſis contra N. de Schaumburgk factum eſſe, aſſerit Mynſing. *in d. obſ. 1. nu. 4.* ſimiliter & curiam Delphinatus ſecundum eam judicaſſe, teſtis eſt Guid. Pap. *qu. 493. verſ. concludo ergo.* & totum etiam collegium Neapolitanum votando & decidendo hanc ipſam ſententiam in terminis contractus de dote initi approbaſſe refert Matth. de Afflict. *deciſ. 193. num. 1.* (vbi expreſſe omnium, qui in eo collegio fuerunt, nomina addit) & *num. 5. verſ. fuit ergo per dictum.* ſic & Franc. Curt. *in d. l. cum quid. verſ. tertio quæro.* recenſet hanc quæſtionem, an tempus contractus vel ſolutionis ſpectandum ſit, inter Ducem Mediolanenſem & Genuenſes motam eſſe, cum Dux emiſſet maximam quantitatem ſalis à Genuenſibus certo pretio florenorum, quorum æſtimatio poſtea fuit mutata, & addit idem Curt. *ibid.* de ea quæſtione à plurimis Dd. fuiſſe conſultatum & concluſum, tempus contractus non autem ſolutionis attendendum eſſe. Similiter hæc ſententia à toto Iuridico collegio Lipſenſi cõprobata eſt, vt videre licet apud Modeſtin.

Fff Piſtor.

Digitized by Google

Piſtor. *conſ. 27. quæſt. 2. lib. 2.* Denique ſecundum eam Auguſtus Elector Saxoniæ in ſuis ditionibus pronunciari & eam peculiari conſtitutione approbari voluit, vt videre eſt in eius conſtitutionibus *part. 2. conſtit. 28.* vbi expreſſe & eo caſu, quo in intrinſeca bonitate monetæ, hoc eſt, in ipſius materiæ puritate vel pondere, germanice an Schrot vnd Korn / & eo etiam caſu, quo in extrinſeca bonitate, hoc eſt, in valore impoſito, mutatio facta eſt, tempus contractus ſpectandum eſſe ſtatuit & eſt ea conſtitutio vna cum reliquis promulgata ad Iuriſconſultorum, qui in Academijs & præcipuis Curijs eius loci ſunt, conſilium & præmiſſa eorum matura deliberatione. Eodem ſpectat ſupra dicta deciſio Curiæ Delphinatus, vt apparet ex Guidone Papæ *in d. deciſ. 493. num. 1. verſ. concludo ergo &c.* Sed & Cameræ Imperialis deciſionem ad vtrumque ſupradictum caſum pertinere ex ijs, quæ Mynſing. *in d. obſ. 1.* tradit, haud obſcure liquet. Nam in initio ita de valore & eius mutatione loquitur, vt ſatis oſtendat placuiſſe Cameralibus eo etiam caſu, quo extrinſeca bonitas mutata eſt, ad tempus contractus eſſe reſpiciendum, & allegat de ea re præiudicium cauſæ Epiſcopi Baſilienſis contra N. de Schaumburgk, ſub finem vero ita intrinſecæ bonitatis meminit, & huius bonitatis reſpectu in Camera Imperiali Florentinos aureos taxatos eſſe ait, vt inde etiam colligi poſſit, Camerales voluiſſe & eo caſu, quo intrinſeca bonitas mutata eſt, tempus contractus ſpectari, allegaturque à Mynſing. hac de re præiudicium peculiare cauſę dominorum In Creutzenach contra Willichium Comitem de Falckenſtein. Huiuſmodi præiudicium eſt etiam ſententia de florentinis aureis in cauſa Ioannis Ducis Cymbriæ contra Marchiones Badenſes anno 1549. in Camera Imperiali lata, licet Mynſing. eius non meminerit.

Cæterum hoc jus, quo ad tempus contractus reſpici debere diximus, ſuas habet exceptiones, inter quas eumprimis ob-
153 ſeruanda eſt illa, quod † mutatio monetæ poſt moram facta, moram committenti noceat, & ob eam à ſupra dicta regula recedatur, *l. quod te. & l. vinum* & ibi Dd. *ff. ſi cert. petat. l. fin. de condict. tritic. l. 3. in fin. de act. empt. & vendit.* Atque hanc exceptionem

addu-

adducunt Bart. Ang. Paul. de Caſtr. & alij nonnulli *in l. Paulus ff. de ſolut.* Idem Bart. Bald. Alberic. de Roſat. Angel. Salic. & alij Dd. communiter *in d. l. cum quid.* Anton. de Butr. & Panormit. *in cap. quanto. de jureiur.* Laudenſ. *de monet. quaſt. 14. §. Circa quartum verſ. ſi autem eſſet.* Brunus *de augm. monet. limit. 1.* Gail. *lib. 2. obſ. 73. num. 9.* Couarru. *d. tract. de veter. numiſ. collat. cap. 7. concluſ. 5 num. 4.* Natta *conſil. 454. numer. 3. tom. 2.* & Anton. Gabriel late *commun. concluſ. lib. 3. tit. de ſolut. & liberat. concluſ. 3. num. 1.* vbi quam plurimos alios allegat. Eandem exceptionem Elector Auguſtus diſerte adijcit *d. conſtit. 28.*

Limitatur † ſupradictum regulare jus & eo caſu, expreſſe aliud actum eſt & conuenit Grat. *conſil. 13. verſ. item pro opinione illa, lib. 1.* Anton. Gabriel *d. tit. de ſolut. & liberat. concluſ. 1. num. 23.* eoque pertinet præter alia textus *in d. l. cum quid.* vbi Iuriſconſultus, quod expreſſe actum eſt, attendi vult, & ſimul oſtendit, ſi quid expreſſe non eſt actum, quid tacite actum eſſe videatur. Et facit huc etiam, quod generaliter partium expreſſa conuentio legem det contractui & pro lege ſeruanda ſit, *l. 1. ff. de conſtit. pecun. l. 1. §. ſi conueniat. ff. depoſ. l. contractus. ff. de reg. jur. cap. contractus eod. in 6.* Inde eſt, quod creditores hodie conſueuerunt ſibi prouidere, curando adijci inſtrumento contractus, vt reddatur ſibi moneta eiuſdem materiæ, valoris, & põderis, vt ait poſt alios à ſe de hac re adductos Ioan. Aquil. *de monet. poteſt. cap. 3. verſ. Inde eſt quod creditores.* Similiter † limitatio conſtitui poteſt & eo caſu, quo ſtatuto cautum vel conſuetudine receptum eſt, vt ſoluatur habito reſpectu ad tempus ſolutionis. Purpur. *in d. l. cum quid. nu. 174. & ſeq.* Brun. *in tract. de aug. & diminut. monet. verſ. limita tertio. & verſ. limita ſeptimo.* Roman. *conſ. 123. verſ. Ex his infertur.* Anto. Gabriel *in d. concl. 1. nu. 39.* Addi poteſt huc & illa limitatio quod quando certus valor numorum conſtitutus, & nominatim expreſſus eſt, tempus contractus in ſolutione attendi debeat, & eiuſdem valoris moneta à debitore ſolui, ſiue valor creuerit, ſiue decreuerit, Tiraq. *de retract. conſang. § 1. gloſſ. 18. nu. 26. & 28.* Theſaur. *deciſ. 174. n. 6.* Ferrar. *in form libel. in act. hypothec. verb. relaxandi n. 3.* Crauett. *conſ. 887. n. 2. vol. 5* Gabriel *comm opin.*

Fff 2 *lib. 3.*

Digitized by Google

lib.3.tit. de ſolution.concluſ.2.num.11. & 12. Grammat. *conſil.12.num. 44. & 49. lib. 1.* qui communem eſſe teſtatur. Pertinet etiam ad hoc limitationis ſiue exceptionis jus ille caſus, quo conuentio incipit ab expreſſione ſummę vel quantitatis, & ei quantitati demum ſubijcitur certa monetæ ſpecies, quia tum debitor ad plus vel minus ea quantitate ſoluere teneretur, in aſſignata monetæ ſpecie, licet mutatio in valore eius ſpeciei creſcendo vel decreſcendo ſecuta ſit. Bald. *in c.quanto. num.8.* & *ibid.* Panorm. *nu. 15. de jureiur.* Petr. Gregor. *in ſynt.jur. lib.36. cap.2. num.27.* Crauett. *conſil. 836. num. 1. vol.5.* Gabriel *d. tit. de ſolut.concluſ. 2. num.13. & ſeqq.* Curt. *de monet. quæſt. 11. num. 27. & 28.* communem dicens Alb.Brun. *de.augm.monet.partic.5. num.6. limit.8. num.4. & 5.* magis communem veriorem que eſſe aſſerens. Sunt † & aliæ non-
156 nullæ exceptiones, de quibus conſulere licet non ſolum DD. *in d.l.cum quid. & in d l.Paulus. d.c. quanto ſimilibusque locis*, ſed & in primis Brun. *in tract.de augm.& dimin.monet. verſ.ſecundo limita & ſeqq.* Anton.Gabriel *in d.concl.1. num.23. & ſeqq. uſque ad fin.*

CAPVT VIII.

De mulctarum pœnarumque compendijs.

SVMMARIA.

1. MVlcta & pœna ob publicam vtilitatem, ne videlicet delicta maneant impunita, irrogantur.

2. Mulcta vocabulum origine latinum non eſt, ſed ab Oſcis mutuatum.

3. Inter mulctam & pœnam aliquot notabiles ſunt differentiæ, de quibus nu.4. *& aliquot ſeqq. agitur.*

4. Mulcta differt à pœna, vt ſpecies à ſuo genere.

5. Mulcta de ſola pœna pecuniaria dicitur, pœna vero etiam de capitali, & quauis corporali, interdum vero hæc in illam & illa contra in hanc ob ſingularem cauſam & circumſtantiam mutatur. nu. 6.

7. *Mul-*

7 *Mulcta olim non in pecunia ſed in pecoribus conſiſtebat.*

8 *Mulcta non trahit ſecum infamiam, ſecus eſt in pœna* numer. 9.

10 *Mulcta eſt arbitraria, fallit in nonnullis delictis, quibus certa mulcta legibus reperitur impoſita* nu 11. & 14.

12 *Mulctandi certus modus à legibus ipſis nonnullis magiſtratibus praſcriptus eſt, à quibus legibus conſuetudine receſſum eſt* nu. 13.

15 *Vt mulcta regulariter ex praſcripto legis non eſt certa, ſed arbitraria, ſic econtra pœna regulariter certa & à legibus definita eſſe ſolet.*

16 *Pœnæ à legibus conſtitutæ poſſunt ponderatis circumſtantiis à iudice minuendo vel etiam augendo ex cauſa alterari. Cauſæ vero ſunt variæ* n. 17. *de quibus remiſſiue* n. 18.

19 *A pœna legibus præſcripta ſi iudex ſine iuſta cauſa augendo vel minuendo recedat, infamiam incurrit, & ſi pœnam auget, eandem, quam alij irrogauit, ſubire cogitur* n. 20.

21 *Pœnam in dubio ex iuſta cauſa à iudice mutatam eſſe præſumitur.*

22 *Mulcta licet arbitraria ſit, tamen non irrogatur niſi in caſu, quo non conſtat lege aliqua ſpecialem pœnam eſſe præſcriptam: pœnæ vero irrogantur, quando ſpecialiter lege conſtituta eſt, & tamen arbitrium iudicis in ea locum habet, quatenus ob circumſtantias arbitraria redditur* numer. 23.

24 *Mulctæ dicendæ ius, quibus magiſtratibus iure communi non competat?*

25 *Mulcta incidenter ad iuriſdictionis ſibi conceſſa defenſionem dicere non prohibentur, quibus principaliter id facere prohibetur, non ſolum vero ab Imperatoris delegato, ſed etiam eius ſubdelegato mulcta imponi poteſt.*

26 *Pœna à quocunq; poteſt infligi, cui in ſpecie delicti executio commiſſa eſt, ſiue ſit iudex ordinarius ſiue extraordinarius, & ſiue imperium habeat ſiue non.*

27 *A mulcta ob veram contumaciam irrogata non appellatur, licet alias regulariter à mulcta appellari poſſit* n. 28.

29 *A pœna prouocari non poteſt*. nu. 30. *Fallit ſi ea facta ſit ratione circum-*

Digitized by Google

circumſtantiarum arbitraria, vel à declaratione pœnæ appelletur n. 31. *aut appellans ſe innocentem eſſe, nec factum pro pœnali haberi poſſe dicat* n. 32 *quod tamen nonnullis caſibus non habet locum* n. 33.

34 *Appellari ex conſuetudine Germaniæ in criminalibus non poteſt.*

35 *Appellatio vel querela nullitatis an & quatenus ex ordinatione Cameræ in criminalibus locum habeat & quid in mulctis obtineat, quæ in locum pœnæ corporalis ſucceſſerunt* n. 36.

37 *Mulcta nondum declarata anno proſcribitur.*

38 *Pœnæ regulariter viginti annis præſcribuntur, & quibus caſibus locum habeat earum præſcriptio minori ſpacio* n. 39.

40 *In mulctis pœnisq; Fridericus Imperator ita par ius eſſe voluit, vt earum compendia ſint de regalibus, idq; reliquo etiam iuri communi conſentaneum eſt* n. 46.

41 *Eædem iuriſdictiois fructus à Dd. appellantur.*

42 *Imperium merum & mixtum eſt de regalibus.*

43 *Imperium merum plura regalia, quam vnum, complectitur.*

44 *Imperij meri conceſſione non cenſentur conceſſa alia diuerſa regalia, ſed ſola ea, quæ eo Imperio comprehenduntur.*

45 *Pœnarum mulctarumq; compendia vnus, & ipſum merum mixtumq; imperium alius in vno eodemq; loco habere poteſt.*

47 *Fiſcus vt* in iure feudali, *ſic etiam* in Conſtitutionibus Imperij, *non autem* in ff. C. Inſtit. vel nouell. *voce Cameræ deſignatur.*

48 *Librarum auri & argenti in Pandectis rariſſime, aureorum autem & ſolidorum ſæpe, & fere ſemper fit mentio: In Codice autem vt & Nouell. ac feudorum libris contrarium obſeruatur, & in iiſdem vt & in conſtitutionibus Imperij fere tantum librarum auri, admodum raro librarum argenti fit mentio* n. 49.

50 *Mulctæ & pœna per libras auri in imperialibus mandatis & priuilegiis Cæſareis exprimi ſolent.*

51 *Libram, & pondo idem eſſe & de libra & marca auri & argenti æſtimatione,* & n. 54. 57. 60. 61.

52 *Marca auri vel argenti loco libræ hodie fit mentio in conſtitutionibus Imperij, vt & in Cameræ & Cæſaris mandatis, priuilegiisq; Cæſareis* num. 53.

55 *Per*

55 Per aureos, quibus marca vel libra æſtimatur, hodie non alios eſſe intelligendos quam Rhenenſes aureos.

56 Aurei qui in conſtitutionibus Imperij ſimpliciter Gülden *vocantur reducendi ſunt ad valorem aureorum legalium, & loco iſtorum ad Rhenenſium.*

58 Aureos vulgares, qui his vel illis locis in vſu ſunt, licet minoris ſint valoris, quam legales, his tamen ſurrogatos eſſe quidam tradunt, ſed contrarium verius, & in Camera deciſum eſt. n.59.

62 Mulcta & pœna multo grauiores reperiuntur in codice, Nouellis, libris feudorum ac Conſtitutionibus Imperii quam in Pandectis.

63 Pœna violatæ pacis publicæ quæ?

64 Pœnæ priuilegiis Imperialibus adiiciuntur nonnunquam grauiſſima, & quidem grauiores, quam mandatis Imperialibus n. 65.

66 Pœna quanta mandatis in Camera Imperiali & aula Cæſarea adiiciatur?

67 In mandatis, priuilegiis Imperialibus, ſententiis Cameræ, Aurea Bulla & aliis conſtitutionibus Imperii libris ſiue ma cis auri adiici ſolet verbum PVRI (quod quemadmodum intelligendum ſit vide nu. *71.) ſecus in Pandectis & Codice, aliisq́ libris Iuris ciuilis* nu. *68. & quæ ſit ratio* num.69.

70 Aurum & argentum an prorſus ſimplex & ab omni ſorde & miſtura purum inueniatur.

72 Pœnarum & mulctarum compendia competunt non ſolum Imperatori & aliis ſuperiorem non recognoſcentibus, ſed & inferiores ea ex conceſſione, præſcriptione vel conſuetudine habere poſſunt.

73 Pœnarum & mulctarum compendia regulariter etiam in dubio, & quando ſimpliciter eæ irrogatæ ſunt, fiſco applicantur.

74 Excluditur ab iis fiſcus variis caſibus, qui in ſpecie adducuntur hic & nu.75.76.78.79.80.81.

77 In pœnis & mulctis generaliter etiam excipiuntur qualibet neceſſariæ cauſæ, & ob has earum compendium non fiſco præſtatur, ſed in alium vſum conuertitur.

82 In pœnis & mulctis creditores delinquentis fiſco præferuntur, ſiue ſint hypothecarii ſiue chirographarii n. 83. *& quæ ſit ratio* n. 84.

85 *Ad*

85 *Ad pœnam vel mulctam priuatus cum fiſco ob ſuam læſionem admittitur, quando cum eo ex eadem cauſa pœnali concurrit.*

86 *Idque etiam in mandatis & priuilegiis pœnam annexam habentibus ita ſe habet.*

87 *Præter pœnæ dimidiam partem à priuato poteſt etiam quanti intereſt peti.*

88 *Pœnarum & mulctarum compendiis, de quibus hic agitur, tantum non eſt tribuendum, vt vſuræ inde debeantur, nec Imperator etiam ea in re prærogatiuam habet*, n. 89.

90 *Pœnæ pecuniariæ priuatorum delictorum non fiſco, ſed priuatis perſonis læſis debentur.*

91 *Idq́; in popularibus etiam actionibus locum habet, ſi ipſi priuati ob læſionem ſuam agant, niſi forte criminaliter intententur*, n. 94.

92 *Actio popularis per litis conteſtationem nouatur, & perſonæ priuatæ ciuiliter agentis propria efficitur.*

93 *In actione populari inſtituenda is, cuius etiam priuatim intereſt, reliquis præfertur, ſi agere velit.*

95 L. 3. §. diuus & l. fin. ff. de ſepulchr. violat. *conciliatur cum* l. ſi vero pluris. §. Hæc autem actio ff. De his qui effud. l. ſi quis ff. de iuriſd. & l. fin. ff. de litig.

96 *In actionibus popularibus quid hodie in Gallia & Germania ex conſuetudine mutatum ſit.*

SVperioribus regalibus adduntur in hoc c. vnic. octauo loco mulctarum pœnarumq́ue compendia. Quemadmodum au-
1 tem † in mulctis & pœnis id conſideratur, quod ad ſalutem Rei-publ. ſpectat, ne videlicet delicta maneant impunita *l. ita vulneratus. ff. ad l. Aquil. c. vt fama. de ſenten. excommun.* Ita Frideric. Imperator *in hoc c. vnic.* eas coniunxit, & in vtriſque ita idem obſeruari voluit, vt ſibi compendia earum deberentur, & ea inter regalia
2 referrentur. Sane † mulcta origine ſua vocabulum non eſt latinum, ſed mutuatum ab Oſcis Italiæ populis, apud quos mulcta idem erat, quod apud Romanos pœna, & ex *l. ſi qua pœna in princ. ff. de verb. ſignif.* conſtat, veterem Iureconſultum Labeonem putaſſe,

Digitized by Google

taſſe, quod nihil interſit inter mulctam & pœnam, ideoque di-
xiſſe, ſi qua pœna eſt, mulcta, & ſi qua mulcta eſt, pœna eſt. Cæte-
rum quemadmodum ex Paulo Labeonem reprehendente ibi-
dem ſubiicitur, vtrumque hoc falſum eſſe, ſic † certum eſt, com- 3
plures & notabiles differentias eſſe inter mulctam & pœnam,
idque partim ex eadem lege, partim ex *l. aliud eſt. §. inter mulctam*
ff. de verbor. ſignif. & aliis locis abunde apparet. Nam † primum 4
pœna generale nomen eſt, mulcta ſpeciale, differuntque reue-
ra tanquam genus & ſpecies *l. aliud eſt fraus. §. inter mulctam. ff. de*
verb. ſignif. ideoque omnis mulcta quidem pœna, ſed non è di-
uerſo omnis pœna eſt mulcta, atque ita pœna eſt ex eorum nu-
mero, quæ in iure noſtro generis & ſpeciei vocabula ſunt. Vnde
pœna etiam tanquam diuerſa ſpecies mulctæ opponi, & ab ea
diſcerni ſolet.

Secundum diſcrimen eſt, quod † mulcta tantum pecunia- 5
ria ſit pœna. *d. §. inter mulctam.* Eoque pertinet quod Caſſio-
dorus *variorum lib.* 8. mulctam eſſe dicit coercitionem pecunia-
riam, & ad maiorem expreſſionem mulctæ ſimul additur, non-
nunquam verbum pecuniaria, vt fit *in l. 3. §. 1. ff. de re milit. l. in te-*
ſtamento. ff. de condit. & demonſtrat. l. 1. ff. de term. mot. l. fin. in fin. Cod.
de Epiſcop. & Cleric. Pœna † vero non ſolum pecuniaria, ſed & ca- 6
pitalis eſt *d. § inter mulctam. d. l. fin. in fin.* idque de capitali pœna
ad omnem corporalem pœnam extendendum eſt, cum mulcta
ſit mera pecuniaria pœna, & talis pœna ita ad differentiam cor-
poralis vocetur *l. Quid ergo. §. pœna ff. de his qui not. infam. l. nec quic-*
quam. ff. pro ſoc. l. 2. ff. de publ. iudic. l. hos accuſare. §. omnibus. ff. de accu-
ſat. l. 1. in fin. ff. de pœn. cum ſimilib. Nonnunquam tamen pœna
pecuniaria ob ſingularem cauſam & circumſtantiam in corpo-
ralem mutatur & contra, *l. ſi is qui §. 3. de Iuriſdict. l. fin. de ſepulchr.*
viol. l. 1. § generaliter, de pœnis. Atq; hinc etiam in receſſu de anno
1570. §. Es ſollen auch ꝛc. de anno 1576. §. Darneben ſollen ꝛc. & de
anno 1582. de anno 1594. & de anno 1603. (in quibus tribus po-
ſterioribus receſſibus *d. §. Darneben ſollen* repetitur) expreſſe cau-
tum eſt, habita ratione circumſtantiarum, pœnam banni vel et-

Digitized by Google

iam priuationis priuilegiorum in pecuniariā conuerti poſſe, & docet experientia nonnunquā Principem aliquem vel aliū per modeſtiam vel alia ex cauſa ab ipſis partibus læſis, licet ob pœnā banni vel priuationis priuilegiorum agere poſſint, tamen earum pœnarum loco peti condemnationem in pecuniariam pœnam.

7 Obſeruandum † vero eſt *in d. § inter mulctam.* de mulcta adiici verbum *hodie*, eoq; innuitur, quod antea ea non in pecunia conſiſteret. Et ſane erat olim mulcta ouium & boum, quod tunc res in pecore conſiſteret. *Plin. lib. 18. c. 3.* eoq; pertinet quod idem *lib. 33. c. 1.* ſcribit his verbis: *Ex qua conſuetudine mulcta legum antiquarum pecore conſtat, etiam Romæ*, atq; hoc ipſum ſuis etiam temporibus in vſu fuiſſe à Varrone *lib. 2. de re ruſtica c. 1.* proditum eſt. Quibus accedunt ea, quæ de hac re tradit Briſſon. *ſelect. antiq. lib. 1. c. 3.* & Cuiac *obſ. lib. 11. c. 9.* vbi inter cætera ait, veterem pecudibus mulctādi morem attingi etiam à M. Tullio *in libr. de Republ.* his verbis: *mulctaq́, dictione ouium & boum.*

8 Tertio † mulcta ſecum infamiam non trahit, idq; ad differentiam pœnæ diſerte ab Imperatoribus reſcribitur *in l. 1. C. de*
9 *mod. mulct.* Per † pœnam vero etiam infamia irrogatur, vt ex variis iuris noſtri locis liquet, idq; ſatis diſerte additur ab Vlpian. *in d. §. inter mulctam. per verb. & exiſtimationis*, quib. ſimul etiam implicite innuitur, per mulctam infamiam non irrogari.

10 Quarto in † mulcta dominatur arbitrium iudicis, eſtq; arbitraria *d. §. inter mulctam. & d. l. ſi qua pœna. in fin. c. 1. de dol. & con-*
11 *tumac.* Additur † vero *in d. §. inter mulctam* hæc limitatio, niſi lege expreſſe conſtitutum ſit, quantam mulctam magiſtratus dicere
12 debeat. Et ſane † ita eſt, quod nonnullis ex iis, qui mulctam irrogare poſſunt, in iure certa ſit præſcripta ſumma, cuius limites excedere non liceat *l. illuſtres & l. vlt. C. de mod. mulct.* Sic præfecto Prætorio *in d. l. illuſtres* præſcribitur quinquaginta librarum auri ſumma. Sic Proconſuli, item Comiti Orientis, & præfecto Auguſtali vſque ad ſenarum vnciarum ſummam, & cæteris ſpectabilibus magiſtratibus & iudicibus vſq; ad trium vnciarum ſum-
13 mam mulctam irrogare permittitur *in d. l. fin.* Sed † quod de

mulcta

mulcta iam dictum eſt, ac de eius ſumma ac modo *in d. l. illuſtres. & in d. l. vltim.* ſancitum eſt, hodie de conſuetudine non obſeruatur, idque teſtatur etiam Specul. *in titul. de ſentent. § ſpecies num.* 12. Weſenbec. *in parat. Cod. de mod. mulct. num.* 6. Farinac. *in tract. crimin. lib.* 1. *tit.* 3. *quæſt.* 18. *num.* 31. Boſſ. *tit. de mulct. nu* 9. & Alex. *conſ.* 35. *lib.* 2. *num.* 5. Confirmatur † autem ſupra dicta limitatio, de 14
mulcta ex *d. §. inter mulctam* deſumpta, non ſolum eo, quod nonnulla magiſtratibus & iudicibus certa mulctæ ſumma, quæ excedi non debeat, præſcripta ſit *in d. l. illuſtres. & l. vlt. C. de mod. mulct.* ſed & quod in aliis etiam nonnullis legibus huiuſmodi certarum mulctarum, quæ de hoc vel illo delicto expreſſe conſtitutæ & taxatæ ſunt, fiat mentio, vt videre eſt *in l. vlt. Cod. ad l. Iul. de vi public.* (vbi centum librarum auri mulcta à lege præſcribitur & irrogatur) *l.* 2. *Cod. de Epiſc. aud. l. iudices C. eod. l. nulli. Cod. Ne ſanct. baptiſm. iteret. l. Arriani. l. quicunq. §. ſi vero ignorante. in fin. C. de hæret. l. vlt. C. de offic. rect. prouinc. l.* 1. *§. Hoc autem Scto. ff. de fugitiu.*

Cæterum hæc in pœnis longe aliter ſe habent. Nam † quemadmodum mulcta regulariter non eſt ex præſcripto legis certa, ſed abitraria: ſic econtra pœna non per limitationem, ſed regulariter certa, & à legibus definita eſſe ſolet, nec ex arbitrio iudicis dependet *d. l. ſi qua pœna. & d. §. inter mulctam.* Eoque pertinet, quod Martianus Iuriſconſultus *in l.* 1. *§. calumniatoribus. ff. ad SC. Turpill.* ait, Papinianum reſpondiſſe, facti quidem quæſtionem in arbitrio eſſe iudicis; pœnæ vero perſecutionem non eius voluntati, ſed legis authoritati reſeruari. Poſſunt † tamen huiuſmodi pœnæ à legibus conſtitutæ ponderatis circumſtantiis, ex cauſa à iudice minuendo vel augendo alterari, Rebuff. *in d. §. inter mulctam. verſ. veruntamen* Bart. & Dd. *in l. Hodie. ff. de pœnis.* Tiraquell *de pœnis temperand. in præfat. num.* 16. Gail. *de pac. publ. libr.* 2. *cap* 9. *numer.* 22. & Mynſinger. *obſeru.* 54. *cent.* 2. eoque pertinet, *d. l. Hodie l. Quid ergo. §. pœna grauior. ff. de his qui not. infam. l.* 2. & 3. *C. Quib. ex cauſ. infam. irrog. l. aut facta ff. de pœn.* Cauſæ † vero ob 17
quas iudex ex arbitrio exaſperare vel moderari vel lenire pœnam poſſit, ſunt variæ, vt ex *d. l. aut facta* aliiſque quam plurimis locis

18 locis liquet, quarum † aliquot adducit Rebuff. *in d. §. inter mul-*
ctam, & de cauſis minuendi pœnam prolixe & latiſſime tractat
Tiraqu. *in prædict. tract. de pæn. temperand. aut remitt.* & multas per
19 compendium enumerat Gail. *d. c. 9. nu. 24.* Sine † huiuſmodi cir-
cumſtantiis, & cauſæ cognitione per iudicem à pœna legibus
præſcripta augendo vel minuendo recedi non poſſe, adeo ve-
rum eſt, vt infamiam incurrat, qui contra facit *l. ſeruos in fin. Cod.*
ad l. Iul. de vi pub. Marſil. *in crimin. pract. §. expedita. num.* 87. Rebuff.
20 *in d. verſ. Veruntamen hanc.* & † pœnam augens, eandem pœnam
ſubeat, quam alij irrogauit. *l. lege Iulia ff. ad l. Iul. repet. l. nulli §. fin.*
Cod. Ne ſanct. baptiſm. iteret. Tiraquell. *in d. præfat. num.* 15. Bald. *in l.*
21 *1. Cod. ex delicto defunct.* Gail. *d. cap. 9. num. 25.* In † dubio vero præ-
ſumitur, quod iudex pœnam iuris communis ex iuſta cauſa mu-
tarit Bart. *in l. quid ergo. §. pæna grauior. ff. de his qui not. infam.* Felin.
in c. qualiter de accuſ. Gail. *d. c. 9. num. 26.* vbi hoc in praxi dil genter
obſeruandum eſſe addit.

22 Quinto † licet mulcta arbitraria ſit, tamen ea dici non po-
teſt alio caſu, quam quo non conſtat, lege aliqua ſpecialem pœ-
nam eſſe præſcriptam, idque illud eſt, quod Vlpian. *in d. §. inter*
mulctam. vult, dum ait, *Quinimo mulcta dicitur, vbi ſpecialiter pœna*
23 *non eſt impoſita.* Quibus † verbis ſimul innuitur, pœnam irroga-
ri, quando ſpecialiter ac nominatim lege conſtituta eſt, eoque
pertinet, quod *in d. l. ſi qua pæna* certæ pœnæ ſingulorum pecca-
torum eſſe dicantur, idque in mulcta contra ſe habeat. Atqui
in pœna, quatenus hodie ex prædictis circumſtantiis, & cum
cauſæ cognitione arbitrariam eſſe ſupra diximus, arbitrium iu-
dicis locum habet, licet alias ſpeciatim & nominatim lege ſit de-
finita, vt ex legibus, in ſuperiori differentia de arbitraria pœna
allegatis, apparet.

24 Sexto † mulctæ dicendæ ius non omnes magiſtratus ac iu-
dices habent, ideoque mulctare poſſe negantur. Procurator Cę-
ſaris *in l. 2. Cod. de mod. mulct.* Curator Reipublicæ, *l. curator. Cod.*
eod. Defenſores ciuitatis *in l. Defenſores ciuitatis. Cod. de defenſor. ci-*
uit. Duumviri ciuitatum *in l. vnic. in princ. ff. ſi quis ius dic. non ob-*
temp.

Digitized by Google

temp. Iudices delegati. *in l. 2. §. fin. ff. de judic.* excepto ſpeciali caſu *l. 2. C. de ſportul.* de quo etiam agit Peregrin. *de jur. fiſc. lib. 4. tit. 8. num. 29.* vbi & aliorum caſuum meminit, & poſt Affl. *&* *in hoc cap. vnic. in verb. mulcta, num. 7.* addit, quod licet † minores magiſtra- 25
tus principaliter mulctam irrogandi facultatem non habeant, tamen incidenter id facere poſſint ad defenſionem jurisdictionis ſibi conceſſæ per *l. cui juris dictio. ff. de juris dict. l. vnic. ff. ſi quis jus dic. non obtemp. c. paſtoralis. §. 1. de offic. deleg.* & ibi Innoc. Specul. *tit. de ſentent. §. ſpecies. verſ. ſed nunquid titulus.* Cur autem mulctæ dicendæ jus non omnes magiſtratus habeant, ratio hæc eſt, quod regulariter ijs tantum competat, quibus publice judicium eſt, vt additur *in d. l. 2. §. fin. ff. de judic.* quive cum imperio ſunt *l. ſacrilegi. §. fin. ibi,* is qui hoc imperio vtitur. *ff. ad l. jul. peculat. & l. fin. C. de mod. mulct.* Eoque referendum eſt, quod *in d. §. inter mulctam.* Iurisconſultus ait, eum, cui judicatio data eſt, poſſe mulctam dicere. De eo, qui Imperatoris eſt delegatus, merito generaliter extra omnem controuerſiam eſt, ei jus imponendi mulctam competere, cum præſertim tanta eius ſit poteſtas & authoritas, vt etiam ſublegare poſſit, licet eam facultatem alius delegatus non habeat. *l. à judice. C. de judic.* Atque hinc Cæſareus commiſſarius ad teſtes examinandas deputatus, ſi ij termino citationis non compareant, ſub pecuniaria pœna recte mandat, vt ſe ad teſtimonium perhibendum ſiſtant, idque praxi receptum eſt, & notat Ruland. *de commiſſar. p. 1. lib. 3. cap. 11. num. 2. & 3.* Atque hoc de eius etiam delegato, qui Cæſareus ſubdelegatus eſt, obtinere dicendum eſt, vt qui id, quod ſibi demandatum eſt, ſine eiusmodi coercitione expedire & ad effectum perducere non poſſit *l. cui juris dictio. ff. de jurisd. cum ſimilibus allegatis.* Non tamen huiusmodi mulcta ita ex dimidia parte Fiſco applicatur, vt altera dimidia Commiſſario debeatur, ſed ea potius ei parti cõpetat, quæ commiſſionem obtinuit & eos teſtes producere voluit vt idem Rulandus ait *in d. c. 11.* De † pœna vero certum eſt, quod à quocun- 26
que poſſit infligi, cui criminis vel delicti executio commiſſa eſt, ſiue ſit ordinarius, ſiue extraordinarius judex, & ſiue imperium vel publice judicium habeat, ſiue non, *d. §. inter mulctam. in fin.*

27 Septimo † à mulcta quidem appellari non poteſt, ſi ob ve-
ram contumaciam irrogatam eſſe conſtet, vt per *l. properandum.*
§. cum autem eremodicium. C. de judic. communiter docent Dd. *in l.*
ſancimus. C. de judic. & poſt eos à ſe allegatos Boſſ. *in tract. criminal.*
tit. de mulct. num. 1. vel in loco pœnæ legalis vel corporalis ſucceſſe-
28 rit. Mynſing. *obſer. 41. num. 4. cent 4.* Regulariter † tamen recte à
mulcta prouocari apparet ex *l. in mulctis. C. de appellat. & d. l. ſi qua*
pœna. atque hoc ita in Camera Imperiali crebriori calculo obti-
29 nuiſſe atteſtatur Mynſing. *obſ. 43. cent. 3. & obſ. 41. cent. 4.* A † pœ-
na prouocationem non eſſe, expreſſe additur in *d. l. ſi qua pœna.*
Ratio eſt, quod legis non ſit prouocatio, ſed ſtatim debeatur,
quod lege expreſſe conſtitutum eſt *d. l. ſi qua pœna* ideoque à pœ-
na appellans ipſam legem iniquitatis incuſare, & à tali legis ini-
30 quitate appellare cenſeatur. Quæ † ratio ceſſat, quando pœna
habita ratione circumſtantiarum, ſecundum ea, quæ ſupra dicta
31 ſunt, ex cauſa, arbitraria eſſe poteſt. Et † ſimiliter appellationi lo-
cus eſt, quando appellatur à declaratione pœnæ gloſſ. & Dd. *in c.*
quia nos. in verb. capitulo de appellat. & Dd. *in l. in mulctis C. eod.* Bart.
in l. 1. §. 1. ff. eod. Gigas *de penſion. quæſt. 78. num. 6.* Bredenrod. *de*
32 *appellat. part. 1. tit. 20. col. 492. in verb. à pœna declaratione.* Vel † ap-
pellans ſe innocentem eſſe, nec factum pro pœnali haberi poſ-
ſe, dicit Alciat. *in d. l. ſi qua pœna.* Peregrin. *de jur. fiſc. lib. 4. tit. 8 nu.*
2. Roſenth. *de feud. c. 5. concluſ. 49. n. 5.* atque adeo appellatio à ſen-
tentia in criminali cauſa contra reum, ſe innoxium eſſe aſſeren-
tem, lata permiſſa eſt, vt alius etiam, cuius non intereſt eius no-
mine, & ſine eius mandato, imo etiam inuito eo ad tuendam eius
33 innocentiam appellare poſſit *l. non tantum ff. de appellat.* Sunt † ta-
men aliquot caſus, in quibus appellatio delinquentibus non per-
mittitur, etiamſi ſe innocẽtes eſſe, nec factum pro pœnali haberi
poſſe, dicant *l. Conſtitutiones ff. de appellat. l. 2 C. quor appellat l. 1. C.*
34 *de falſ. monet. l. quoniam. C. ad l. Iul. de vi publ.* In † Germania etiam
generali conſuetudine receptum eſt, non appellari in criminali-
bus, quæ conſuetudo allegatur & antiqua vocatur in ordinatio-
ne Cameræ *part. 2. tit. 28* §. Item nach dem auch/ꝛc. eaque ibidem
ita comprobatur, vt in ijs cauſis criminalibus, in quibus pœna
corpo-

corporalis irrogatur, appellationem denegandam eſſe conſti-
tuatur, & † ſimul addatur reſtrictio, qua permittitur appellatio, 35
ſi judicem prioris inſtantiæ ſiue inferiorem citatione omiſſa, vel
ſimili nullitate craſſa, naturali videlicet rationi & æquitati repu-
gnante, commiſſa ſententiam de pœna pronunciaſſe conſtet &
principaliter de hac nullitate querela cum ea appellatione con-
iungatur. Quemadmodum † vero tali nullitate non commiſſa 36
appellatio in corporali pœna non admittitur, ſic & à mulctis ſi-
ue pecuniarijs pœnis non poteſt appellari, ſi in locum corpora-
lis pœnæ ex commutatione forte per gratiam facta ſucceſſerunt
Mynſing *d. obſeru. 41. num. 4. cent. 4.* vbi id judicibus Imperialibus
placuiſſe eo ipſo teſtatur, quod dicit, eos exiſtimaſſe à mulctis
appellari poſſe ſi non ſucceſſerunt in locum pœnæ corporalis.

Octauo † ex textu *in l. vnic. ff. ſi quis jus dic.* & ijs, quæ ibi no- 37
tantur, à Dd. & ex Guid. Pap. *deciſ. 359.* hæc etiam differentia
inter mulctam & pœnam traditur à Rebuff. *in d. §. inter mulctam.*
verſic. Mulcta vero nondum. quod mulcta nondum impoſita
vel declarata anno præſcribatur; ideoque ſi quid præceptum
fuerit ſub mulcta certa, & præcepto non fuerit obtemperatum,
poſt annum mulcta declarari nequeat, in pœna vero ſecus. Nam
† regulariter vt pœnæ tollantur, præſcriptio 20. annorum re- 38
quiritur *l. 1. §. pen. ff. de jur. fiſc. l. 2. & 3. ff. de requir. abſen. damnand.*
l. in omnibus. ff. de diu. r. ſ. & temp. præſcript. l. querela C. de falſ. & † li- 39
cet in crimine adulterij, peculatus & aperturæ teſtamenti inde
recedatur, tamen longioris temporis, quam anni præſcriptio-
ne in ijs opus eſt, cum quinquennij ſæpius in ijs requiratur, vt
proditum eſt de adulterio *in l. mariti. §. præterea ſi ex die. cum §§. ſeqq. ff. ad l. Iul. de adult. l. adulter. Cod. eod.* de peculatu *in leg. 7. ff. ad l. jul. pecul.* de apertura vero teſtamenti. *in l. in cognitione ff. ad SC. Syllan.*

Adducuntur autem præter eas differentias mulctæ & pœnæ, de quibus hactenus actum eſt, duæ aliæ à Peregrino *tit. 8. nu. 2. verſ. Rurſus pœna.* vbi de ijs differentijs etiam alios Dd. allegat.

Verum etiamſi ex his ſatis ſuperque eluceſcat, admodum multas & notabiles differentias eſſe pœnarum & mulctarum: tamen

40 tamen † Fridericus in compendijs par earum ita voluit eſſe jus, vt vtræque inter regalia numerentur. Huius regalis inter regalia à ſe enumerata & ad Friderici conſtitutionem pertinentia non meminerunt Radeuic. *lib.2.cap.5.* Gunth. *lib.8.* Mutius *Chron.lib. 18.* Sigon. *de Regn. Ital. lib.12.* nec etiam Dedochin. Abb. Sed cum hi ſcriptores hiſtorici nonnullorum etiam aliorum regalium, de quibus mentio fit ab ipſo Friderico *in hoc cap. vnic.* non meminerint, eo minus mirum videbitur, & hoc regale ab ijs omiſſum eſſe. Nobis ſuffecerit, illud diſerte ab ipſo Imperatore in ſua conſtitutione cæteris regalibus adijci. A juris quoque Interpretibus

41 communiter ijs annumeratur, inter † quos tamen multi etiam ita de his mulctarum pœnarumque compendijs loquuntur, vt ea juriſdictionis fructus eſſe dicant Bart. *in l. fin. num. 2. ff. ſolut. matrimo.* Alexand. *in l. diuortio. §. ſi vir. num. 10. ff. eod.* Bald. *in l. 1 nu. 10. C. de fructib. & lit. expenſ.* Molin. *in conſuetud. pariſ. tit. 1. §. 1. gloſſ. 1. num 1.* Peck. *de jur. ſiſtend. cap. 29. num. 2.* Ioan. de Amic. *conſil. 49. num. 10.* Chaſſan. *in conſuetud. Burgund. rubr. 1. §. 7. verb. l'amende. num. 2. & rubr. 9. §. 18. verb. juſticiables en tutes juſtices num. 35.* Thom. Michael. *de juriſdict. concluſ. 56. gloſſ. a.* Roſenth. *de feud. cap. 5. concl. 63. nu. 2. & cap. 12. concluſ. 5. nu. 51. verſ. Cum ergo mulcta.* Weſenbec.

42 *ad tit. C. de mod. mulct. num. 6. verſ. Hodie tamen,* & † licet à Friderico in hac conſtitutione expreſſe meri & mixti imperij non fiat mentio, tamen ea inter regalia referenda eſſe quam plurimi docent, ex quibus præter alios ſunt Alciat. *in c. quod ſedem. num. 27. de offic. ordinar.* Roland. à Vall. *conſil. 42. num. 6 & 32. vol. 2.* Menoch. *de præſumpt. lib. 3. præſumpt. 97. num. 24.* Gilken. *in § fera. numer. 171. Inſtit. de rer. diuiſ.* Zaſ. *de feud. part. 5. num. 11.* Motz *tit. de his qui feud. dar. poſſ. nu. 13. & tit. de naturalib. feudor. nu. 25.* Meichſner. *deciſion. Camer. Imperial. tom. 2. lib. 2. deciſ. 4. num. 137. in fin.* Peregrin. *de jur. fiſc. lib. 1. tit. 1. num. 10.* vbi affirmat, id euidenter conſtare, & Boſſius *tit. de regalib. num. 18.* dicit, Dd. ea mille in locis appellare re-

43 galia, & † Merum imperium plura regalia, quam vnum comprehendere tradunt Peregrin. *d. lib. 1. tit. 2. numer. 97.* Roland. à Vall. *conſil. 78. numer. 8. & ſeqq. vol. 2.* Roſenth. *d. cap. 5. concluſ. 4. numer. 5.*

44 Schrader. *de feud. part. 4. cap. 1. num. 42.* Neque † tamen dicendum eſt, con-

eſt, conceſſione meri imperij contineri alia diuerſa regalia, ſed reſtringenda eſt huiuſmodi conceſſio ad ſola ea, quæ mero imperio comprehenduntur. Nam ſiue vnum, ſiue duo, ſiue etiam plura regalia concedantur, hæc ſola, & quæ ijs comprehenduntur, cenſentur conceſſa, nec ad alia fit extenſio juxta ea, quę *lib. 1. cap. 5. n. 64. 65. & 66.* dicta ſunt. Poteſt † etiam merum & mixtum 45
imperium alicui ex conceſſione vel præſcriptione aliquo loco ita competere, vt eodem loco alij pœnæ & mulctæ debeantur *arg. l. ſi vſuſfructus. §. fin. ff. de jur. dot.* Natt. *conſil. 636. num. 128. & ſeqq.* Thom. Michael. *in diſputat. de juriſdict. concl. 56. lit. c.* vbi plures alios allegat.

Etſi † vero in hac conſtitutione Friderici expreſſe mulctarum & pœnarum compendia inter regalia referantur, & illud in 46
reliquo jure communi, quod eam conſtitutionem anteceſſit, ita non fiat, nec in eo verbum Regale de his ipſis compendijs reperiatur, tamen eidem juri conſentaneum eſt, quod à Friderico de ijs eſt conſtitutum. Huc enim ſpectat reſcriptum Imperatorum *in l. mulctarum Cod. de mod. mulct.* vbi Imperatores Valentinus Theodoſius & Arcadius diſerte volunt, mulctarum compendia, quæ etiam ſeuera vocant, ſoli fiſco Imperatorio deberi, hoc eſt ſolius Imperatoris eſſe, nec vlli alij competere, & ſic mulcta fiſco inferenda eſſe dicitur etiam *in l. quicunque. §. ſi vero ignorante & in fi. C. de hæretic.* In pœnarum compēdijs idem iam antea obtinuiſſe, primum inde manifeſtum euadit, quod publicationis bonorum pœna non alia ſit, quam qua delinquentis bona vt compendia eius pœnæ, fiſco vendicantur, & inde etiam confiſcari dicuntur, adeo vt ſi quid à reo ex ijs bonis alienetur, id in fraudem fiſci factũ eſſe cenſeatur, & à fiſco reuocari poſſit. *l. fin. ff. de bon. damn. & l. Imperator de fideicom. libert.* Deinde earum etiam pœnarum compendia, in quibus delinquens ad certam pecuniæ ſummam præſtandam condemnatus eſt, iam ante Imperatori competijſſe, planum fit ex *l. 1. §. fin. ff. de ambit. l. 3. ff. de term. mot. l. 3. §. diuus. ff. de ſepulchr. viol. d. l. quicunque. §. eos vero qui diſcendi. Cod. ne ſanct. baptiſm. iter. l. nemo venerandi. C. de pagan. l. qui ſepulchra C. de ſepulch. viol. l. fin. §. quod ſi quis. C. de mod. mulct. c. vn. §. ſi quis vero & §. homi-*

cidium. de pac. ten. int. ſubdit. c. vnic. in fin. qui ſint rebell. quibus & ſi-
milibus locis pœnæ fiſco Imperatoris iubentur inferri, & ſecun-
dum ea loca accipiendæ ſunt de ijsdem pœnis loquentes leges,
in quibus fiſci non fit mentio, niſi forte expreſſe dicatur, alij ali-
cui harum compendia præſtanda eſſe, vel id ex peculiari cauſa
ita ſe habere ex mente legis deprehendi poſſit.

47 Obſeruandum † vero hic eſt, fiſcum à Friderico I. *in c. vnic.*
§. ſi quis vero. de pac. tenend. & ab Henrico. 7. *in d. cap. vnic. in fin.*
qui ſint rebell. voce Cameræ deſignari, & ſic fiſcus etiam Camera
nuncupatur in terminis pœnæ pecuniariæ à Frideric. 3. *in Conſtit.*
de anno 1442. §. Item wenn dieſelbe/ꝛc. & paſſim in alij Imperij Cō-
ſtitutionibus. At in Pandectis, Codice, Inſtitut. & Nouellis nul-
48 la Cameræ fit mentio. Notandum † etiam eſt in Pandectis ita de
pecuniarijs pœnis & mulctis agi, vt rariſſime librarum auri vel
argenti, & fere ſemper aureorum, qui & ſolidi appellantur, fiat
mentio. Sic de pœna 500. aureorum loquitur *l. ſi quis id. ff. de*
jurisdict. ſecundum lectionem Florentin. ſic meminit pœnę 100.
aureorum *l. 1 ad l. Iul. de ambit.* & mulctæ 100. ſolidorum *l. 1. §. 1. ff.*
de fugit. Sic agitur de pœna 50. aureorum *in l. libertus. ff. de in jus*
voc. l. pen. & vlt. ff. eod. l. 2. ff. de term. mot. de pœna 40. aureorū *in l.*
3. §. diuus. ff. de ſepulch. viol. de pœna 20. aureorum *l. 2. ff. ad l. Iul. de*
annon. & ſic ſimilibus alijs locis fere vbique, cum de pœna pecu-
niaria vel mulcta agitur, duntaxat aureorum & ſolidorum *in li-*
bris Pandectorum fit mentio. Sed *in Codice, Nouellis & libris feudo-*
rum quando de pœna pecuniaria vel mulcta agitur, & ea nomi-
natim præſcribitur, rarius aureorum & ſolidorum; librarum ve-
49 ro fere vbique fit mentio. Similiter † in ijsdem libris & Imperij
Conſtitutionibus, quoad has libras licet animaduertere, etiamſi
earum creberrime de pœnis & mulctis meminerint, tamen fe-
re tantum in libris auri, admodum vero raro in libris argenti id
50 fieri. Et † ſane in Imperialibus mandatis ſiue ſint cum, ſiue ſine
clauſula juſtificatoria, & ſiue in Camera Imperiali, ſiue ipſa aula
Cæſaris decernantur, item in priuilegij Cæſareis pœnæ & mul-
ctæ per marcas (quæ hodie vt infra dicetur loco librarum ſunt)
auri exprimi ſolent.

Libra

Libra vero jure communi ita æſtimatur, vt † libra argenti 51
aureis ſiue ſolidis quinq; valeat ex *l. vnic. C. de argen. pret. quod theſ. infert. l. b. 10.* Libram auri ſeptuaginta duo aurei conficiant, vt reſcribunt Imperatores *in l. quotieſcunque C. de ſuſcept. lib. 10.* idque ibidem etiam docent gloſſ. Barr. & alij Felin. & Panor. *in c. conquerente. de offic. ordinar. &* Gail. *obſ. 39. nu. 2. lib. 2.* multos alios de hac re adducens. Ex quo ſimul liquet, cum duodecim vnciæ faciant libram, aureos ſex conſtituere vnciam, & vnum aureum eſſe ſextam partem vnciæ, libra etiam pondo appellatur, eaq; duo idem ſunt, & ſic aliquoties & quidem ratione diuerſarum mulctarum & pœnarum pecuniariarum in legibus pondo fit mentio vt videre eſt *in l. ſi qua 22. prin. C. de epiſcop. & cler. qui ſepulchra C. de ſepulchr. viol. l. quoniam 21. C. de appell. l. neque C. de canon. largit. l. fin. C. de feud. rei priuat. lib. 11. l. omnes C. de aquaductu, lib. 11.* vbi ſtatuitur centena auri pondo mulctæ nomine fiſcalibus rationibus inferenda eſſe.
Libræ † vero auri & argenti loco tandem Marca cœpit vſurpari, 52
vt videre eſt in Cóſtitutionibus Friderici 2. *de ſtatutis & conſuetud. §. 1.* & in aurea Bulla Caroli IV. *cap. 16. §. circa præmiſſa & cap. 25. §. porro cæteri,* & Abbas Vrſpergenſis eum loquitur de diuerſis pœnis librarum auri, quas ad tenendam pacem publicam irrogari vult Fridericus I. *in c. vnic. §. ſi quis vero. & §. homicidium. de pac. tenend. inter ſubdit.* libras appellat marcas, & hic Fridericus ipſe in ſua Conſtitutione, quæ extat apud Radeuic. *lib. 1. cap. 41. §. pecuniam,* voce Marca vſus eſt pro libra. In conſtitutione quoque Friderici III. *de anno 1442.* §. Item wenn dieſelbige/ꝛc. & alijs ſequentibus Imperij conſtitutionibus loco libræ vſurpatur vox *Marca*, vel potius germanicum vocabulum Marck. Sic † in Imperialibus 53
mandatis cum, vel ſine clauſula, & Cæſareis priuilegijs vox *Marca* loco libræ vſurpari ſolet, ita quidem, vt Carolus IV. & alij Imperatores nonnunquam Libræ vocem retinuerint, & ſic promiſcue libræ & marcę vocabulo vſi ſint, & † quod marca auri hodie 54
totidem æſtimanda ſit aureis, quot libram *in d. l. quotiescunq;* jure communi æſtimari diximus, cauetur in edicto monetali *de anno 1559.* §. Ferner die gülden müntz/ꝛc. & in conſtit. *de anno 1576.* §. Und auß ſondern/ꝛc. Vtrobiq; enim conſtituitur, vt marca ſit 72. aureorum

rum puri auri, & ita multo ante, nimirum anno 1544. 9. Iunij
Marca per ſententiam à Camera Imperiali latam æſtimata eſt,
quæ deciſio eſt inter ſententias Cameræ Imperialis à Chriſtiano
Bart editas *tom. 2.* Dum vero ea in re nominatim mentio fit eo-
rum aureorum, quos Goldgülden appellamus, ſatis aperte ſimul
55 deciditur, per † iſtos aureos, quibus marca vel libra æſtimatur,
hodie non alios eſſe intelligendos, quam Rhenenſes aureos, qui
prædicto nomine deſignantur, & ſic non quoslibet aureos (in
quibus magna eſt in ſingulis fere prouincijs varietas & differen-
tia, vt experientia docet, & Gail. teſtatur *obſeru. 39. lib. 2. num. 3.*)
nec etiam Ducatos ſiue Vngaricos aureos intelligendos eſſe per
ſolidos & aureos, quorum jus noſtrum meminit, ſed potius in
56 eo reſpiciendum eſſe ad Rhenenſes aureos. Ideoque † vt de au-
reis, qui in conſtitutionibus Imperij & vulgo ſimpliciter gülden
vocantur, & minoris valoris ſunt, quam iſti ſolidi & aurei lega-
les, conſtare poſſit, quot libram vel marcam conficiant, redu-
cendi ſunt ad valorem talium legalium aureorum, & loco eo-
rum ad valorem Rhenenſium aureorum. Ita communiter te-
57 nent Dd. vt teſtatur Gail. *in d. obſ. 39. nu. 3. lib. 2.* Sane † de ducatis,
qui & Vngarici aurei dicuntur, diſerte ſupra allegatæ conſtitu-
tioni Imperij *de anno 76. in d.* §. Auß ſondern/ꝛc. adijcitur, marcam
non 72. ſed 67. Ducatis æſtimandam eſſe. Atq; hæc omnia hodie
notatu digna ſunt aduerſus eorum ſententiam, qui putant aureũ
ſiue ſolidum, cuius in noſtro jure fit mentio, hodie eſſe Vngari-
58 cum numum ſiue Ducatum, item † contra eos, qui exiſtimant,
quoslibet vulgares aureos, qui his vel illis locis in vſu ſunt, etſi
minoris valoris ſint quam legales, tamẽ his legalibus ſurrogatos
eſſe. Ex quibus eſt Alciat. *in l. hac enunciatio. de verb. ſignif.* Mynſ.
& Schneidwin. *in §. alia autem. Inſtit. de donat.* vbi addunt generali
conſuetudine eam opinionem obſeruari, quod vel eo refutatur,
59 quod † in Camera Imperiali totius Imperij judicio non ſemel
contra eam judicatum ſit, quemadmodum & Gail. *in d. obſ. 39. nu. 2. 3. & 4* & Hartman. Hartm. *obſ. 17. tit. de verb. ſignif. lib. 1.* ab ea re-
cedunt, contrariamque ſententiam amplectuntur, licet non ad-
dant, quid in Camera Imperiali de hac re deciſum ſit, vel in Im-
perio conſtitutum.

Obſer-

Obſeruandum † vero eſt, cum paſſim ſumma varietas ſit 60
in libris & marcis, vt oſtendit Bodin, *de Republ. libr. 6. c. 3.* de æſtimatione prædictarum Marcarum auri ſancitum eſſe in Imperio, ad Colonienſem Marcam in ea æſtimatione eſſe reſpiciendum, vt videre eſt in ſupra allegato edicto monetali de an. 1559. §. Ferner die gülden ꝛc. & conſtitutione de an. 1576. §. Vnnd auß ſondern ꝛc. atque hoc etiam de æſtimatione marcę argenti ſtatuitur in conſtitutione de anno 1566. §. Demnach haben wir ꝛc. & æ-
ſtimatur † ibidem hæc marca octo thaleris imperialibus, vel de- 61
cem florenis, & duodecim crucigeris. Idque de Rhenenſibus florenis, qui quindecim batziis ſiue ſexaginta crucigeris conſtant, intelligendum eſt iuxta ea, quæ ſcribit Mynſing. *obſ. 83. n. 1. cent. 5.* vbi huius valorem in ordinatione Imperij & contractibus
hominum obſeruandum eſſe tradit. Quia † vero ea, de qua di- 62
ximus, eſt libræ & marcæ æſtimatio, & aureus tantum ſexta pars eſt vnciæ, certe multo grauiorum & maiorum pecuniariarum pœnarum & mulctarum *in Codice, Nouellis & libris feudorum, vel etiam aurea bulla Caroli Quarti aliisq́ Imperij conſtitutionibus* fit mentio, quam in Pandectis, ſi leges, de variis aureorum pœnis & mulctis ex Pandectis ſupra adductæ, & ſimiles conferantur cum librarum pœnis & mulctis, quarum Codex, Nouellæ, libri feudorum, & aurea Bulla Caroli Quarti aliæq́ conſtitutiones Imperij meminerunt, ad quas pertinet, quod fiat mentio triginta etiam librarum auri *in l. iudices. C. de epiſcopal. audient. c. vn. §. ſi quis vero. de pac. tenend. int. ſubdit.* & quinquaginta librarum auri *in l. repetita. C. de Epiſc. & Cler. l. vlt. C. de iud. l. nemo ven. C. de pag. l. vlt. C. de offic. rector. prou. l. illuſtres. C. de mod. mulct. Nou. 9. Vt Rom. Eccleſ. & d. §. Siquis vero.* item centum librarum auri *in l. vlt. C. ad l. jul. de vi public. in d. c. vn. §. Si quis vero de pac. tenend. Nou. 7. Quia vero veriſimile. & Nou. 105. §. Aliorum autem.* In huiuſmodi mulctam à Camera imperiali anno 1512. 20. Februar. condemnatus eſt, qui ad pontificem Romanum appellauerat à ſententia ab ea lata, quæ extat inter Cameræ Imperialis ſententias, editas à Raphaele Sailero, & Chriſtiano Bart, De hac graui centum librarum

auri pecuniaria pœna loquitur etiam Bulla Caroli Quarti *cap.15. §. Perſonam ſingularem* & conſtitutio Friderici Tertij de anno 1442. §. Item wenn dieſelbe ꝛc. ſic & mentio fit pœnæ quinquaginta marcarum auri in edicto monetali anno 1559. §. Hierauff ſetzen ordnen vnd wollen wir von Römiſcher ꝛc. & quadraginta marcarum auri in conſtit. anni 1551. §. So haben wir vns ꝛc. in ordinatione Cameræ Imper. *part.2.tit.20.* §. Item nach dem ꝛc. Quibus
63 omnibus † accedit, quod in conſtitutione *de pace publica* promulgata anno 1495. & confirmata anno 1521. & anno 1548. *tit.* Wie der Landfried zuhalten gebotten vnd verpönt iſt ꝛc. pœna 2000. marcarum auri puri, & quidem cum amiſſione etiam priuilegiorum ab Imperatore conceſſorum pacem publicam violanti irrogetur; & mille etiam marcarum auri fiat mentio *in c. vn. in fin. qui ſint rebell. & in Conſtitut. Frider. II. de ſtatut. & conſuet. §. 1.* vbi hæc pœna
64 bannum mille marcarum auri appellatur. Huiuſmodi † grauiſſima pœna mille marcarum auri adiecta eſt etiam aureæ Bullæ Sigiſmundi Imperatoris de iure & ſucceſſione Electorum Palatinorum anno 1414. promulgatæ, & à Friderico 3. priuilegio de iuriſdictione Herbipolenſi Epiſcopatui anno 1468. 6 Idibus Iulij conceſſo & priuilegio à Carolo IV. 2. Nonas Nouem. an. 1357. Imperiali ciuitati Goslariæ dato. Tanta etiam addita eſt moniter o nomine Imperij contra ciuitatem Erphordianam tanquã Imperio immediate ſubiectam ſub Friderico 3. an. 1482. decreto cui etiam pœna priuationis omnium regalium & priuilegiorũ, quæ à Cæſaribus ei ciuitati conceſſa fuerunt, annexa eſt.

65 Inter † priuilegia vero & mandata Imperialia in his pœnis & mulctis ea obſeruatur differentia, quod illis plerunq; multo maiores ſoleant adiici, quam his. Etenim præterquam quod nonnunquam mille marcarum vel librarum pœna illius adiiciatur (vt ex modo dictis duobus priuilegiis & ſimilibus liquet) frequentiſſime etiam quinquaginta librarum vel marcarum auri in iis fit mentio, imo ſæpe idem fit in centum libris. Sic centum marcarum auri pœna addita eſt priuilegio Archiducum Auſtriæ ab Imperatoribus conceſſo, & anno 1521. à Carolo Quinto confir-

confirmato, de quo dictum eſt *lib. 1. cap. 4. num. 32. & cap. 5. n. 127.*
eadem pœna adiecta eſt Cæſareo priuilegio Ducum Brabantiæ
de anno 1349. & Electoris Treuirenſis de anno 1562. Item in
priuilegio quod ab Imperatoribus ciuitati Rotwilenſi datum,
& à Maximiliano I. anno *1496.* confirmatum eſt, & in priuile-
gio ciuitatis Colonienſis de anno *1521.* ac ciuitatis Oppenhei-
menſis de anno 1349. Atq; hoc ipſum de centum librarum ſiue
marcarum auri pœna in multis aliis Cæſareis priuilegiis obſer-
uatum eſt. In † mandatis vero Imperialibus, ſiue in Camera 66
Imperiali ſiue in aula Cæſaris decernantur, deuenitur raro ad
tantam pœnam pecuniariam, nec facile, & nonniſi grauiſſimis
de cauſis ad quinquaginta libras auri. Regulariter & plerunque
Camera Imperialis non excedit ſummam ſex vel octo vel etiam
decem marcarum auri, idque vſus ſiue praxis teſtatur. Solet au-
tem † in mandatis & priuilegiis Cæſareis ita marcarum ſiue li- 67
brarum auri fieri mentio, vt expreſſe purum aurum requiratur,
adeo vt in ſupra allegato priuilegio, Herbipolenſi Epiſcopa-
tui anno 14*68.* conceſſo, non ſolum mille librarum auri fiat
mentio, ſed & hoc aurum puriſſimum vocetur. In deciſionibus
quoque & ſententiis Cameræ Imperialis fieri ſolet condemna-
tio in marcas auri puri, quarum deciſionum maximum nume-
rum in ſententiis eius ſupremi iudicij, à Raphaele Sailero &
Chriſtiano Bart editis, videre licet. Sic & in Caroli IV. aurea
Bulla, aliiſque conſtitutionibus Imperij, paſſim pœnis & mulctis
librarum ſiue marcarum auri adiicitur verbum Puri, vel germa-
nice verbum **Lottiges**. In † Pandectis & Codice cæteriſque li- 68
bris iuri ciuilis ita de pœnis & mulctis agitur, vt verbum *puri*
non addi, ſed ſimpliciter auri æque ac argenti, mentio fieri ſo-
leat. Ratio † eſt, quod exiſtimatum ſit, hoc ſuperuacaneum 69
eſſe, vt puritas auri expreſſe requiratur in pœnis, quia omnis pæ-
na & mulcta auri de auro puro intelligitur, nec in auro præſtari
cenſetur, niſi purum ſit. Aurum † tamen & argentum prorſus 70
ſimplex, & ab omni ſorde & miſtura purum, inueniri negant
plerique artifices, idque ita ſe habere tradunt etiam Plinius
lib.

Digitized by Google

lib.3.c.3. Budęus *de aſſe.li.3.* Molin. *de vſur.contract.quaſt* 99 & præter eos in eadem ſententia eſſe Albert. Brun. Georg. Agricol. Bilibald. & reliquos Dd. communiter, ſcribit Budel. *de monet. lib. 1.c.21.n.25.* contra quam ſententiam idem diſputat, & contrariũ defendit *ibidem & per totum illud caput & c.10.n* 28.29.30.31. Quod
71 autem † de mandatis, priuilegiis, deciſionibus Cameræ Imperialis & Conſtitutionibus Imperij purum aurum requirentibus dixi, intelligendum eſt de eo, quod hodie pro puro habetur, & ſic etiam de iis aureis numis, qui vt puri in Imperio comprobati ſunt, & quibus cudendis nihil ex alia materia per mixturam acceſſit, idq; ex notoria conſuetudine manifeſtum eſt, & conſtitutionibus Imperij, Mandatis & priuilegiis recte paretur, paritioque in Camera Imperiali & paſſim pro ſufficienti habetur, quãdo iuxta eiuſmodi puritatem fiſco vel aliis ſoluitur, quod præſtandum eſt.

Atque ex his quidem, quæ hactenus dicta ſunt, planum fit, cuiuſmodi ſint illa pœnarum mulctarumque compendia, quæ fiſco Cæſareo debentur, & Imperatoris ſunt, ideoq; à Friderico
72 I. *in hoc c.vn.* inter regalia numerantur. Quemadmodum † vero reliqua regalia aliis etiam ſuperiorem non agnoſcentibus competunt, & ab inferioribus etiam per conceſſionem, vel præſcriptione conſuetudineue acquiri poſſunt, vt *lib.1. cap 4. & 5.* oſtenſum eſt, ſic dicendum eſt, non ſolum Imperatori aliiſque ſuperiorem non agnoſcentibus pœnarum mulctarumque compendia deberi, ſed & inferiores per prædictos modos ea habere poſſe, idque vſus etiam abunde teſtatur. Prӕterea de iis quoque pœnis & mulctis, quæ non alij, quam Imperatori ſiue fiſco eius præſtantur, variæ reperiuntur exceptiones & caſus ſpeciales, in
73 quibus ea præſtatio locum non habet, licet regulariter in dubio, & quando ſimpliciter irrogatæ ſunt, fiſco applicentur, nec alius ad eas admittatur *l.1.C. de mod.mulct.* Dec. & alij Dd. *in rubr. de iudic.* Rebuff. *in l. Aliud fraus. §. inter mulctam verſ. ſecundo poteſt intelligi ff. de verb.ſignif.* Peregr. *de iur.fiſc.li.1.tit.8.n.9.* addens illud etiam per Bartolum & alios Dd. à ſe *n.*8. allegatos teneri.

Ex

Ex † prædictis exceptionibus & caſibus ſpecialibus eſt, 74
quod *in l. mulctarum C. de mod. mulct.* excipiatur ille caſus, quo operi & curſui publico mulctarum compendia deputatur, & permittitur, vt hæc deputatio à iudice fiat. Eodem † pertinet *l. vlt.* 75
C. de offic. rector. prouinc. vbi ſi iudices in prouinciis non faciant id, quod de inhabitandis palatiis præſcribitur, mulctam quinquaginta librarum ipſi cum officialibus ſuis ſiue apparitoribus ſoluere iubentur, non vt fiſco inferatur, ſed in reparationem palatij conferatur. Sic † in conſtitutione Imperij de anno 1566. §. Wir 76
ſetzen/ordnen vnd wöllen auch auff den fall ꝛc. & de anno 1570. §. Auß ſondern anſehenlichen ꝛc. ſancitur, vt Cameræ Imperialis viſitatorũ pœna pecuniaria non fiſco Imperatoris inferatur, ſed in Cameræ Imperialis ſuſtentationem impendatur, ad quam alioqui præter Cęſarem † omnes etiam alij ordines Imperij conferre & con- 77
tribuere tenentur.

Generaliter † vero excipiuntur *in d. l. mulctarum* quælibet 78
neceſſariæ cauſæ, permittiturque, vt ob eas non fiſco præſtetur compendium mulctarum, ſed in alium vſum conuertatur, & in ſpecie † ibidem additur excepto etiam in pauperibus, & ſimili- 79
ter de his Imperatores Valentinianus & Valens *in l. 2. Cod. de Epiſcop. audient.* aiunt, quod quinquaginta libras argenti, quas clerici ante definitiuam ſententiam fruſtratorie appellantes ſoluere tenentur, non fiſco accedere, ſed pauperibus fideliter erogari velint, ex quo loco generaliter tradit Rebuff. *in d. l. aliud eſt fraus. §. Inter mulctam verſ. in quibus mulctis. ff. de verb. ſignif.* ſi mulctæ clericis imponantur, eas pauperibus erogandas eſſe, pro qua ſententia allegat ibidem etiam *d. l. mulctarum*, ſed minus recte, cum nec clericorum, nec etiam pauperum vlla in ea fiat mentio. Habetur autem in Imperio hodie adeo pauperum ratio in mulctis & pœnis, vt in Cameræ Imper. ordinat. *part. 1. titul. 53.* conſtitutum ſit, omnes eas pœnas & mulctas, de quibus ibidem in titulis, dictum *tit. 53.* antecedentibus, agitur, in vſum pauperũ litigatorum eſſe erogandas. Et † in reformatione ſiue ordinat. politica 80
anni 1548. *tit.* Von Landts vnd Kriegsleuten Gottsleſterung/ꝛc. cōſtitu-

ſtitutum eſt, vt pœna contra blaſphemãtes ibi conſtituta in pauperes vel in dotem inopum virginum conferatur. Ad eas vero pœnas, quæ in pauperum vſum ex prædicta Ordinatione irrogantur, pertinent & illæ Procuratorũ pœnæ & mulctæ, de quib. etiam in Imperij & deputationis Receſſibus, item in viſitationis decretis, Receſſibus & ipſius Cameræ conſultis Memorialibus, & gemeinen beſcheiden agitur, ex quib. cum prædicta ordinatione coniunctis apparet maxima eſſe earum compendia, quæ Fiſco non applicantur ſed in pauperes eorumq; vſum conferũtur. De quib. in ſpecie ad longum videre licet apud Da[illegible]ſ. *in Iur. Camer. cap.* 245. 246. *&* 247. & cumprimis etiam apud Chriſtianum Bart & Raphaelem Seillerum *in ſententiis* ab ipſis editis, quibus infinitę continentur condemnationes in eiuſmodi pœnas ex quamplurimis cauſis & diuerſis temporibus factæ.

81 His exceptionibus accedunt nonnullæ aliæ. Nam † ſic monacho interfecto, non Fiſco ſed monaſterio mulcta debetur, vt communiter receptum ſcribit Kirchouius *in comm. opin §. monachus*, ſic ſi reperti fuerint, cui crimen falſæ monetæ commiſerũt, ex edicto monetali de anno 1559. §. So dañ ein ſolcher ꝛc. ſi in bonis ſuis puniuntur, tertia pars crimen indicãti, reliquæ vero duæ partes Magiſtratui ſub quo delictum commiſſum eſt, vt eo officium ſuum non faciente, Circulo eius monetalis ſtatus debetur, quando lex irrogat pœnam, & pro ea nõ accuſationẽ, ſed actionem inducit, nec exprimit cuius ſit pœna, debetur priuato cui hæc actio competit non fiſco, Peregr. *de iur. fiſc. lib.* 4. *tit.* 8. *n.* 5. per

82 text. *in l. ſi cui ff. de verb. ſignif.* & creditores † delinquentis in pœnis dicuntur fiſco præferri, ne videlicet à fiſco, ſed potius ab his priuatis perſonis, qui creditores ſunt, percipiatur compendium earum. *l. in ſumma. ff. de iur. fiſc.* vbi Modeſtinus generatim reſpondet, id in omnibus pœnis, quæ alioqui fiſco deberentur, locum habere. Eodem pertinet textus *in l. Senatus. §. vlt. & in l. quod placuit. ff eod. tit item in l. vnic. C. pœn. fiſcalib. creditores præferr. lib.* 10. Ex

83 quibus † apparet non eſſe diſtinguendum inter creditores, ſed illud in omnibus locum habere, ſiue ſint hypothecarij, ſiue perſonales

ſonales & chyrographarij. Ratio † huius iuris ſpecialis eſt, quod 84
vt ait Iauolen. *in l. non poſſunt. de iur. fiſc.* id bonorum cuiusq; ſit, quæ
æri alieno ſupereſt, ideoq; non poſſint vlla bona ad fiſcum pertinere, niſi quæ poſt ſolutionem creditoribus factam ſuperfutura ſunt. Nō tāta igitur eſt prærogatiua fiſci, nec tanti faciendum, quæ compendia mulctarum pœnarumq; inter regalia numerentur, vt priuatis hominibus in iure à ſe antea per contractum quæſito hæc res noceat, & licet aliter ſe res habere, & fiſcus præferen- 85
dus eſſe videatur, ſi ſint creditores ex cauſa pœnali ob ſuam læſionem, & fiſcus ex eadem cauſa pœnali & maleficio cum iis concurrat, vt notant Gulielm. Cun. Iacob. Butrig. Bald. & Alex. *in l. reſcriptum ff. de pact.* Neguſant, *de pign. 2. part. princ. membr. 4. nu. 115.* tamen nec eo caſu fiſcum prærogatiua gaudere, ſed priuatum creditorem cum fiſco ad pœnam admitti debere, verius eſt, ſecundum regulam *l. Reos. §. Cum tabulis. ff. de duobus reis. & in l. 1. Cod. ſi plures vn ſentent.* Peregrin. *de iur. fiſc. libr. 4. tit. 8. num. 12.* eamq; ſententiam vt veriorem ſua deciſione comprobauit Senatus Pariſienſis vt teſtatur Ioan. Gallus *quaſt. 130.* & Peregrin. *iam citato loco.* Atque † hinc mandata etiam pœnalia in eiuſmodi caſi- 86
bus, quibus fiſcus & priuatus ex cauſa pænali concurrunt, in Camera Imperiali & aula Cæſaris ita decerni ſolent, vt non totum compendium, ſed dimidia pars fiſco applicetur, altera vero pars læſo præſtetur, idque in iis mandatis ſic obſeruatur, ſiue clauſulam iuſtificatoriam annexam habeant, ſiue non, & ſiue ſint executorialia, ſiue alia, & ſimiliter in priuilegiis ſui Cæſar huiuſmodi compendium duntaxat pro parte dimidia ſolet fiſco ſuo applicare, alteram vero reſeruare ei, cui priuilegium conceſſum eſt, & qui per alium contra hoc priuilegium eſt læſus. Atque hoc adeo † iuri etiam communi conſentaneum eſt, vt præter dimi- 87
diam pœnæ, quæ læſo debetur, etiam quanti intereſt poſtulari poſſit, *l. vnic. ff. ſi quis ius dicent. non obtemperau.* Tileman. de Benign. *ſyntagm. 3. decad. 3. Vot 9. numer. 3.* ideoque de damnis etiam & intereſſe vlteriores proceſſus recte petantur, Tileman. de Benign. *d. loco.*

88 Non † eſt etiam tantum huic regali tribuendum, vt compendia pœnarum mulctarumq; ad vſuras earum porrigantur. Nam conſtitutum eſt, pœnarum vſuras peti non poſſe, vt gene-
89 raliter ſonant verba textus *in l. vlt ff. de magiſt. conuen.* Huic † generali iuri communi ſubiicitur & hoc regale, nec Imperatori aliqua prærogatiua debetur vt ex Imperatoris Antonini Carocallæ reſcripto etiam apparet *in l. 1. C. de fiſcal. vſur. lib.* 10. Et ſane ſi vſuræ vſura non debetur, nec eſſe poteſt, licet alioqui vicem etiam fructuum obtinere dicatur vſura *l. vſura. ff. de vſur.* eo æquius fuerit, pœnæ vſuram non eſſe. Quare licet ex contractibus vſuræ fiſco deberi dicantur *l. cum quidam. §. Fiſcus. ff. de vſur.* tamen ratio iuris non patitur, vt hoc porrigatur ad pœnas, vtcunque alioqui in vſuris hac prærogatiua gaudeat fiſcus, vt ipſe ex contractibus, & cum non ſuccedit in locum priuati, non pendat vſuras. *d. §. Fiſcus.*

90 Porro † de priuatorum delictorum pœnis pecuniariis tenendum hic eſt, quod earum vtilitates ſiue compendia non ſint referenda inter regalia, nec Imperatori eiuſue fiſco, ſed priuatis perſonis, quæ per ea delicta damno affectæ ac læſæ ſunt, debeantur, ideoque hic actio earum pœnarum nomine competat, vt de diuerſis priuatis delictis videre eſt *in §. furti autem. & §. fin. Inſtitut. de obligat. quæ ex delict. naſc. l. is cuius intereſt ff. de furt. in princ. & §. fin. Inſtit. vi bonor. rapt. §. cæterum placuit. & §. fin. Inſtit. de l. Aquil. l. 2. in princ. & l. inde Neratius. ff. eod. §. pœna autem. & §. vlt. Inſtitut. de iniur.* & multis aliis locis, eoque pertinet, quod tradit Rebuff. *in d. l. aliud eſt fraus. §. inter mulctam. verſ. Quando vero parti ff. de verb. ſignif.* per text. *in l. fin. ff. de litig.*

91 Sed † & in popularibus actionibus pœna priuatis agentibus adiudicanda eſſe cenſetur, text. eſt in *l. 3. in princ. ff. de ſepulchr. viol. l. ſi vero plures. §. hæc autem actio. ff. de his qui effud. vel deiec. l. ſi quis id. ff. de iuriſdict. l. fin. ff. de litigioſ.* Atque hoc nimirum illud eſt, quod ab Vlpian. *in l. vt ſi cui. ff. de verb. ſignif.* proditum eſt, dum vult ex populari etiam cauſa poſt litis conteſtationem agentẽ pro creditore habendum eſſe. Litis conteſtationis vero

ideo

Digitized by Google

ideo meminit Vlpianus, quia † per eam actio popularis nouatur, 92
& efficitur priuatæ perſonæ propria, quæ antea erat totius popu-
li. *l. aliam. ff. de nouat. l. neque C. de procur.* Verum † in actione popu- 93
lari inſtituenda alijs præfertur is, cuius priuatim etiam intereſt,
& reliquis tum demum eſt locus, cum hic agere non vult, *d. l. 3. in*
princ. d. §. Hæc autem actio. In † ijs vero actionibus, quæ de priuatis 94
delictis, & ex priuata cauſa inſtituuntur, & in popularibus actionibus locum non habet, quod ſuperius de pœna non fiſco, ſed actori applicanda dictum eſt, ſi extra ordinem criminaliter procedatur, vt in vtroque genere prædictarum actionum fieri poteſt, idque in priuatis delictis conuincitur ex *l. fin. ff. de furt. l. fin. de iniur. & §. fin. Inſtit. eod.* de popularibus actionibus planum fit ex *l. 3. ff. expilat. hæredit. l. 1. & l. fin. ff. de termin. mot. & ſimil. loc.* Atque huc quoque referendum eſt, quod *in d. l. 3. §. diuus. & l. fin. ff.*
de ſepulch. viol. proditum eſt, & † ſi ſic accipiantur *d. §. diuus. & d. l.* 95
fin. non pugnabunt cum *d. l. 3. in princ. & alijs legibus* de pœna acto-
ri adiudicanda ſupra *citatis.* Cæterum quemadmodum † Phili- 96
bertus Bononius *lib. 1. de legibus in Gallia abrogatis art. 12.* & Rebuff. *in d. l. vt ſi cui. ff. de verb. ſignif.* de Galliæ regno teſtantur, jus de popularibus actionibus conſtitutum, deſijſſe in eo regno eſſe in vſu, quod actiones & accuſationes, jus populi concernentes, per ſolum regium procuratorem inſtituantur, nec cuilibet populo ſit locus: ſic & in ſuperiori & inferiori Germania eo res deuenit, vt non per quemlibet ex populo, ſed per certam & peculiarem publicam perſonam nomine fiſci agendo & accuſando non minus id, quod ad populares actiones, quam quod ad publica judicia ſpectat, expediatur, ita tamen vt ex populo ijs, qui læſi ſunt, nomine eius, quod ſua intereſt, ciuiliter agere liceat, & interdum etiam ad criminaliter agendum tum in ijs delictis, quæ ad populares actiones, tum in his, quæ ad publica judicia pertinent, admittantur, ſi ipſi ſumptus judicij ſuſtinere velint.

CAPUT IX.

De bonis Vacantibus.

SUMMARIA.

1. *Bona vacantia dicuntur eorum, qui ſine hærede decedunt.*

2. *Vt bona ob defectum hæredum dicantur vacantia, intelliguntur hæredes, quibus vel ex qualibet ſanguinis linea, vel aliquo juris titulo ſucceſſio defertur.*

3. *Per juris titulum accipiendi ſunt, qui non ſanguinis jure, ſed alio titulo ſuccedere poſſunt quales ſunt adoptiui & arrogati.*

4. *Item coniuges (de quibus ampliatio eſt* nu. 5.*) ſocij donationis Imperatoriæ, omneſque conſortes collegij liciti* n. 8. *Patronus reſpectu ſucceſſionis liberti vt & dominus directus vel agnati reſpectu bonorum feudalium* nu. 9. *Epiſcopus in ſucceſſione peregrinorum*, nu. 10. *Eccleſia in bonis clericorum*, nu. 11. *parentum à liberis neglectorum curam ſuſpicientes*, nu. 19 *pluresque alij, de quibus remiſſiue* nu. 12.

6. *Succeſſio affinibus nulla vnquam defertur, adeo vt etiam ſocero fiſcus præferatur*, nu. 7.

13. *In ſucceſſione pupilli tutorem extraneum fiſco præferri, quidam tradunt, ſed contraria ſententia verior eſt, & communis.*

14. *Succeſſio nutritoribus pupilli non debetur.*

15. *Tutela eſt munus publicum, cuius onus tutores etiam inuiti ſubire coguntur*. nu. 16.

17. *Immunis regulariter, nemo eſt à publicis muneribus.*

18. *Extenſio de ſimilibus ad ſimilia in materia ſucceſſionum non facile eſt admittenda.*

20. *Bona vacantia regulariter fiſco debentur, etiam eo caſu, quo hæres extat quidem, ſed tamen hæreditatem, vel eam adeundo vel ſe immiſcendo, acquirere recuſat* nu. 21.

22. *Bona vacantia appellantur etiam caduca.*

23. *Bona caduca generaliter vocantur omnia, quæ ex aliqua cauſa fiſco cedunt, quod exemplis illuſtratur* nu. 24.

25. *Caducum proprie & ſpecialiter id dicitur, quod alicui teſtamento ita re-*

ita relictum eſt, vt jure ciuili quidem capere poſſit, ſed ex aliqua cauſa non ceperit.

26. *Siue id, quod relictum eſt, ſit hæreditas, ſiue legatum.*

27. *Bona caduca olim fiſco vindicabantur, hodie vero apud hæredem cum onere ijs adſcripto manent* nu. 28. *nullo autem alio hærede exiſtente etiam hodie fiſco, debentur & ſimiliter ea bona, quæ ob hæreditatem non aditam iacentia dicuntur non prius pro vacantibus habentur, quam ſi nulla ſpes ſit eam adiri poſſe.* nu. 29.

30. *Bona vt efficiantur vacantia, neceſſe eſt præcedere diſcuſſionem & inquiſitionem, facto prius proclamate, vt ſi quis hæredem ſe factum eſſe putet, ſe ad certum præfinitum diem ſiſtat.*

31. *Bona vacantia in locum veteris domini Cæſarem dominum nanciſcuntur, & inter regalia referuntur, quod à jure communi non eſt alienum* nu. 32.

33. *Bona incorporare eſt ea in fiſcum redigere.*

34. *In bonis vacantibus nullum jus priuatis competit, contra Bodinū.*

35. *Bona fiſco delata, etiamſi petenti per munificentiam Imperatoris conceſſa ſint, tamen fiſci manent, puniunturque Officiales, quorum interuentu & opera tales petitiones admiſſæ ſunt & inſtructæ.* nu. 36.

37. *Bonorum vacantium conceſſio ab Imperatore proprio motu facta valet.*

38. *Bonorum vacantium conceſſio in Gallia non valet, etiamſi proprio motu fiat, ſi ea nondum ſint declarata vacantia, idque à jure communi non eſt alienum* nu. 39.

40. *Bona vacantia ſi Officiales ante declarationem occupare velint, etiam priuati, quorum intereſt, ijs reſiſtere poſſunt.*

41. L. 1. & vlt. C. de petit. bonor. ſublat. *declarantur.*

42. *Bona vacantia non niſi cum ſuo onere ad fiſcum tranſeunt.*

43. *Fiſcus à teſtatore fideicommiſſo grauatus id præſtare debet.*

44. *A fiſco an præſtanda ſint fideicommiſſa vel legata, quæ ab hærede præſtanda ſunt, ſi huius bona vacantia fiant, late diſcutitur.*

45. *In bonis vacantibus ſuccedens fiſcus defuncti creditoribus ſatisfacere tenetur, non tamen vltra vires hæreditarias, etiamſi inuentarium nullum confecerit.* n. 47.

46. *Hæres*

46. Hæres non conficiens inuentarium tenetur vltra vires hæreditarias.

48. Hæreditatem per procuratorem adire poteſt fiſcus in bonis vacantibus.

49. Hæreditas à priuato per procuratorem adiri nequit.

50. Hæreditatis aditio dicitur legis actio ſiue actus legitimus.

51. Legis actiones per alium expediri non poſſunt.

52. Hæreditatem aditam recte repudiat fiſcus, non autem priuatus, & non aditam tranſmittit fiſcus, non autem priuatus nu.53.

54. Præſcriptione triginta annorum ab hæreditatis petitione repellitur priuatus, fiſcus vero quadriennij præſcriptione nu.55. *idque ab ea die, qua bona vacare cœperunt, currere incipit.* nu.56.

57. Præſcriptio quadriennij licet in vacantibus nondum incorporatis locum habeat aduerſus fiſcum, tamen ſecus eſt in incorporatis vel etiam fiſco nunciatis.

58. Præſcribuntur in Gallia bona vacantia 30. annis, ſiue ſint incorporata ſiue non.

59. Bona vacantia non tantum Imperatori & alijs ſuperiorem non recognoſcentibus, ſed & inferioribus debentur, qui hoc regale ex conceſſione, vel præſcriptione, conſuetudine ue acquiſiuerunt.

60. Bona vacantia hodie etiam ij, qui jurisdictionem & merum mixtumque Imperium habent, occupare ſolent.

61. Bona eorum, qui naufragium paſſi ſunt & ſimilia nonnulla alia à Magiſtratu occupata non eſſe bona vacantia.

NOnum regale conſtituit Fridericus in bonis vacantibus. Eo-
1 rum † vero bona hic pro vacantibus habenda ſunt, qui ſine hærede moriuntur *l.1. C. de bon. vacantib. lib.10. l. pen. C. de præpoſ. ſacr. cubic.* idque ſpecialius explicatur *in l. vlt. Cod. de petit. bon. ſubl.*
2 *lib.10.* item *in l. vacantia C. de bon. vacant.* vbi † Imperatores expreſſe requirunt, vt inteſtatus nullum ex qualibet ſanguinis linea vel juris titulo hæredem reliquerit. Per quamlibet ſanguinis lineam intelligitur linea aſcendens, item deſcendens & tranſuerſa, eaque vſque ad 10. gradum reſtringenda eſt, nec vltra eum
3 extendenda vt *lib.1, cap.3. num.39.* oſtenſum eſt. Per † juris vero titulum

titulum illi accipiendi ſunt, qui non jure ſanguinis, vel ex aliqua linea ſanguinis, ſed alio titulo & jure facultatem ſuccedendi habent, cuiusmodi ſunt adoptiui & arrogati, vt legitimi ſucceſſores *l.1. §.fin.& l.2. §.hæreditas. ff.de ſuis & legit. l.cum in adoptiuis. C. de adopt. §.ſed hodie. Inſtit.eod.* Eiusmodi † perſonæ ſunt etiam coniuges, ideoque horum ſpeciatim fit mentio *in d. l. vlt.* & 4
ibidem nō minus his, quam propinquis deficientibus bona cenſentur vacantia. Et quod coniuges, ſi ſuperſtites ſint, deficientibus propinquis pro hæredibus habendi ſint, & bona defuncti pro vacantibus haberi nequeant, comprobatur etiam textu in *l. vnic. ff. vnde vir & vxor. & in l.vnic. C.eod.* Sane † adeo fauorabilis eſt coniugum ſucceſſio, vt ex jure Nouellarum eo caſu, quo 5
præmoriens coniunx locuples eſt, ſuperſtes vero inopia laborat, hic ſuperſtes vna cum communibus liberis, ſi tres vel pauciores ſint, ſuccedant in quartam, ſin plures, in virilem portionem *Nouell. 53. de exhib. & introd. reis.§. quoniam vero & auth. l.præterea. C. vnde vir & vxor.* vbi Dd.& Corn.*324.lib.4.*Peregrin.*de jur.fiſc. lib. 4. tit.3. num. 4.* Affinibus † vero, nec conſanguineis nec etiam coniugibus deficientibus, vlla ſucceſſio defertur *l. affinibus. C.commun. de ſucceſ.* idque † adeo verum eſt, vt ſocero etiam defuncti fiſcus præferatur, Caſtrenſ. Alex. Iaſ. Dec.& alij Dd. *in l.1. C. vnde vir & vxor.* Peregrin. *d. tit.3. num. 4.* vbi pro ea ſententia allegat etiam Dd. *in l.affinitatis.* & Bald. *in l.fin. col.4. C. vnd. legit.* reprehenditque ac refutat eundem Baldum vt ſibi contrarium aliud ſentientem *in d. l.1.* Is † tamen, cui vnâ cum alio eadem res ab Imperatore donata eſt, fiſcum excludit, ſi hic ſocius ſine legitimo hærede moriatur. *l.1. C.ſi liber. Imper. ſoc. lib.10.* Dd. *in l.re coniuncti ff. de legat.3. & in l.ſi mihi & Titio. ff. de verb. obligat.* talesq́; generaliter ſunt omnes conſortes collegij liciti *l.1. & l.3. C.de hæred. Decur.* ſiue ſint nauicularij *d. l.1.* ſiue milites eiusdem legionis vexillationis vel cunei *l.ſi quis.§.ſi qui.ff. de iniuſt.rupt. irrit. fact.teſta. l.2. C.de hæred.* ſiue alij liciti collegij corpora ſeu membra. Et † ſimiliter Fiſco præfertur patronus in ſucceſſione. *l. ſi quis presbyter. C.de epiſc.& cler.* In ijs etiam bonis quæ non allodialia ſed feudalia ſunt fiſci jus ideo nō conſideratur nec ei aliquid vt etiamſi nullus

Note: margin numbers 6 (at "...nec etiam"), 7 (at "defuncti"), 8 (at "eadem res"), 9 (at "Et † ſi-") appear in the right margin.

exiſtat vulgaris hæres qui in ijs ſuccedere poſſit, tamen ea pro vacantibus haberi nõ poſſint. Roſenth. *de feud. c.3. concl.60. n.12.* Græuæus *concl. pract. lib.2. concluſ.66.* vbi pro ratione addit quod in ijs ſpectãdum ſit domini directum dominium, cui accedit quod in feudis regalem dignitatem annexam habentibus & alijs feudalibus bonis in infinitum ſuccedatur vt *lib.1.c.3. nu.29.* oſtenſum eſt. pertinent huc etiam quæ de feudis damnatorum, & confiſcatione eiusmodi bonorũ pro qualitate eorũ ad ſolos agnatos vel dominum reuertentium late dicitur infra *nu. 39. & aliquot ſeqq.* Epi-
10 ſcopus † in ſucceſſione peregrinorum, vt mortuorum bona erogentur in pias cauſas. *Auth. omnes peregrini. C. commun. de ſucceſſ.* Ec-
11 cleſia † in ſucceſſione clericorum *d. l. ſi quis presbyter. c.1. de ſucceſſ.*
12 *ab inteſt. Nou. 121. de eccleſiaſt. tit. §. interdicimus.* & † plures alij, de quibus in ſpecie videre licet Dd. *in d. l.1. C. de bon. vacant. & in d. l. vnic. C. vnde vir & vxor.* Ioan. de Platea *in d. l.1. C. de bon. vac. lib.10.* Schneidw. *ad tit. Inſtit. de hæred. quæ ab inteſt. defer. cap. de ſucceſſ. fiſci n.18 & aliquot ſeqq.* Tiraq. *in tract. le mort ſaiſit le vif part. 2. declarat. 15.* Boſſ. *in tract. crimin. tit. de bon. vacant.* Peregr. *de jur. fiſc. tit.3. lib.*
13 *4 n.5. & ſeqq. vſque ad n.21.* Etſi † vero Afflict. *in hoc c. vnic. in verb. bona vacantia nu.4.* & plures alij adducti à Tiraq. *in declar. 15. nu 4.* tradant, etiam tutorem extraneum fiſcum excludere in ſucceſſione pupilli ætate pupillari defuncti, tamen rectius contrarium tenent Bart. Angel. Roman. Caſtrenſ. *in l. nutritoribus. C. comm. de ſucceſſ.* Iaſ. Ang. & Rom. *in d. l. vnic. C. vnde vir & vxor.* Schneidw. *d. cap. de ſucceſſ. fiſc. nu.21.* Roſenth. *de feud. c.5. nu.3.* vbi *in gloſſ. c.* addit, hanc ſentẽtiam communem eſſe, idq; teſtatur etiam Peregr. *d. tit.3. nu.18. verſ. contra vero tenuit.* eaque ſententia eo verior eſt, quod non ſolum nulla lege tribuatur tutori, vt fiſco præferatur,
14 ſed & ijs † qui nutritores ſunt, *in d. l. nutritoribus.* illud denegetur, & nulla lex innuat, tutores hac in parte prærogatiua eo nomine gaudere, quod nutritores non ſubiaceant periculo, nec obligen-
15 tur ratione malæ adminiſtrationis, tutelæq; † munus publicum
16 eſſe dicatur *in prin. Inſtit. de excuſ. tut.* & † tutores etiam inuiti cogantur ſubire onus tutelæ & curæ, eoque pertinẽtis adminiſtra-
17 tionis *l.1 ff. de adminiſt. tut. l. fin. in prin. verſ. ſcientes, C. eod.* & † leges nemi-

Digitized by Google

neminem velint eſſe immunem à publicis muneribus *l. nullus. &* *l. vacatis. C. de decurion. lib. 10.* nec † eſt in materia ſucceſſionum 18
facile extẽſio facienda de ſimilibus ad ſimilia, vt monẽt Peregr. *d. tit. 3. nu. 13. verſ. aduerte.* addens rationem, quod hæreditates ex legibus deferantur. Etſi † vero nec tutores, nec nutritores fiſco 19
præferantur, tamen illi hoc jus prælationis habent, qui eorum, qui vel à liberis, vel parentibus omnino negliguntur, curam & protectionem habent, idq; adeo verum eſt, vt non ſolum fiſcum, ſed illos ingratos liberos & parentes aliosque excludant, *Nou. 115. vt cum de appell. cognoſc. §. ſi quis de prædictis & auth. liberi. C. de epiſcop. aud.* Male tamen Peregrin. *d. tit. 3 nu. 17.* hunc caſum refert inter eos, quibus bona pro vacantibus habentur. Nam cum ingratis liberis & parentib. vt indignis hæreditas hoc caſu auferatur, pertinet hic caſus proprie ad proxime ſequens regale, quod eſt de bonis, quæ vt indignis auferuntur, ideoque à nobis ibi referetur inter ſpeciales cauſas, quibus bona ita indignis auferuntur, vt tamen fiſcus non ſuccedat.

Atque † ex his quidem omnibus manifeſtum euadit, ex- 20
ceptis certis caſibus bona fiſco deberi, ſi vacantia ſint, & ea pro vacantibus habenda eſſe, ſi nullus ex vlla ſanguinis linea vel alio titulo ac Iure hæres exiſtat, ſiue ſtatim poſt mortem defuncti nullus appareat, qui hæres ſit vel ſuccedere poſſit, ſiue † exiſtat 21
quidem ſuccedendi facultatem habens, ſed adeundo vel ſe immiſcendo hæreditatem acquirere nolit, vt recte monet Alexan. *ad rubr. ff. de acq. vel amitt. hered. col. fin verſ. aut fiſcus.* & poſt eum Boſſ. *de bon. vacant nu. 2.* Eoque pertinet textus *in l. vnic. §. cum autem. C. de caduc. toll* & quod de bonis vacantibus ait Vlpian. *in Inſt. fragm. tit. 28. in verb. ſi nemo ſit ad quem bonorum poſſeſſio pertinere poſſit, aut ſit quidem, ſed jus ſuum omiſerit.*

Appellantur † vero hæc bona vacantia etiam caduca, ad- 22
eo vt de his vetus lex Iulia Papia caducaria allegetur ab Vlpian. *in fragment. Inſtit. modo citato loco.* Nec mirum, cum † bona cadu- 23
ca generaliter etiã in noſtro jure vocẽtur omnia ea, quę ex aliqua cauſa in fiſcũ cadunt *l. 3. ff. de his quæ in teſt. del. l. 2 in fin. ff. ſi quis aliq. teſt. prohib. l. cũ fiſco. ff. de SCto. Syllan. l. ſi quis officium & l. dote ff. de rit.*

24 *nupt. cum ſimilib.* Atque † ita hac larga ſignificatione comprehenduntur appellatione caducorum non ſolum hæc, de quibus agimus, vacantia bona, ſed & varia alia, & quidem inter hæc etiam ea, quæ indignis auferuntur, & ſpeciatim ereptitia vocari ſolent, & bona inceſtas nuptias contrahentium, eorumque, qui proſcribuntur, & ſic omnia etiam bona, quæ ad decimum, vndecimum & duodecimum regale ſpectant.

25 Proprie † vero & ſpeciali ſignificatione Vlpian. *in fragm. Inſtit. tit. 17.* id caducum eſſe docet, quod alicui teſtamento relictum eſt ita, vt jure ciuili quidem capere poſſit, ſed ex aliqua cau-
26 ſa non ceperit, atque ita ab eo ceciderit idque ita † generale, vt pertineat non ſolum ad hæreditates, ſed & ad legata, vt idem Vlpian. *ibid.* ſatis aperte docet, adducens exempla de legatis &
27 hęreditate. Hęc † vero caduca bona olim fiſco vindicabantur ex Iul. Papia ideoque apud Vlpian. *in d. titul. 17.* Cuiacius non male emendat, quod in textu eſt de Antonini conſtitutione. Verum
28 † hodie conſtitutione Iuſtiniani hæc caduca bona & quæ in cauſa caduci ſunt, hoc eſt, quæ viuo teſtatore poſt conditum teſtamentum deficiunt, fiſco non vindicantur, ſed apud hęredem remanent, cum onere ijs adſcripto *l. vnic. C. de caduc. toll. l.* Hæc i-
29 gitur bona hodie † non prius vacantia fiunt, quam ſi ita caduca fiant, vt hæres nullus alius exiſtat, qua ratione ſi defecerit, recte dicemus pertinere ad hoc regale, neq; aliud placet Iuſtiniano *in d. l. vnic. §. cum autem.* Et etiam bona, quę ob hæreditatem nō aditam iacentia dicuntur, non prius pro vacantibus haberi poſſunt, quam ſi nulla ſpes ſit hæreditatē adiri poſſe, ideoq; licet in bonis nullius res hæreditariæ ſint antequā aliquis hęres exiſtat per textum expreſſum *in l. 1. verſ. quod autem. ff. de rer. diuiſ.* tamen ſi ſpes aliqua ſit futuros, qui hæreditatem adeant, fiſco ea non deferuntur, nec eorum, vt vacantium, ſed vt iacētium bonorum curator datur, idq; ad petitionē creditorum vel ex officio fit *l. 1. §. cui bona. ff. de jure fiſc. l. 1. & l. vacantia C. de bonis vacat.* Menoch. *de arbitr. iudic. quaſt. caſ. 150. nu. 2.* Gail. *obſ. lib. 2. obſ. 130. nu. 2.*

30 Tenendum † vero eſt in vniuerſum de vacantibus bonis, vt ea pro vacantibus habeantur, prius diſcuſſione & inquiſitione

opus

opus eſſe, ita quidem, vt proclamatio de hac re fiat, & proclamata publice affigantur, eaque ratione publ ce denuncietur, vt ſi qui defuncti hereditatem ſibi deberi putent, ſe ſiſtant, qua diſcuſſione & inquiſitione præmiſſa ſi nemo compareat, bona vacantia eſſe cenſebuntur, vt tradunt Bart. & Paul. de Caſtr. *in l. ſancimus. §. Cum autem. C. ad SC. Trebellian.* Boſſ. *tit. de bon. vacan. n.* 4. *& n.* 12. Eoq; facit *l. ſi eo tempore ff. de remiſſ. pignor.* & reſcriptum Imperatorium *in l. vlt. C. de bon. vacant.* vbi inter cętera Imperatores volunt, cuius vacans cadensque fuerit patrimonium, quantum vel quale videatur diligenter inquirendum eſſe, & copiam reclamandi dandam, integrumque debere eſſe cuilibet, vt, cum præceſſit denunciatio, vel alia ratione intellexit de bonis defuncti inquiſitionem inſtitutam, ſuum ius oſtendat, eaq; ratione efficiat, ne bona habeantur pro vacantibus.

Etſi † vero bona vacantia, quatenus vacant, nullum heredem vel dominum habent: Tamen in locum veteris domini alium conſequuntur, poſtquam ex inquiſitione, & iis quæ requiruntur in excutiendis bonis vacantibus, conſtat hæc bona reuera eſſe vacantia. Nam Cæſarem dominum nanciſcuntur, eoque pertinet, quod inter regalia referantur à Friderico. Non meminerunt quidem vacantium bonorum Radeuicus, Guntherus, Mutius, Dedochin. Abbas & Carol. Sigon. aliiq; hiſtorici, licet alioqui regalia à Friderico in Italia reſtituta enumerare conentur, ſed nobis ſuffecerit (vt & de mulctarum pœnarumq; compendiis ſuperiori capite dictum eſt) ab ipſo Friderico in ſua conſtitutione diſerte *in hoc c. vnic.* ea bona inter regalia poni. Idque Iſern. Affl. & alij Dd. *ibidem* tenent, atque his aſſentiuntur Boſſ. *in prax. crim. tit. de bon. vacant* Petr. Gregor. *de republ. lib.* 9. *c.* 1. *num.* 25. *& in ſuo ſyntagm lib.* 3. *c.* 12. *nu.* 15. Iacob. *de feud. in verb. cum mero n.* 18. Peregrin. *de iur. fiſc. lib.* 4. *tit.* 3. *nu.* 1. multique alij. Hoc ius in Gallia vocatur *Droict. de deſcherance* ait Petr. Greg. *d. cap.* 1. *num.* 15. 31

Neq; † hoc ius ſolum à Friderico Imperatore expreſſe *in hoc cap. vnic.* conſtitutum eſt, ſed & congruit cum reliquo iure. Nam fiſco Imperatorio bona vacantia deberi iam antea conſtitutum 32

fuit *in l.1.l.3.l. vacantia & l.vltim. Cod. de petit. bonor. ſublat libr. 10. l. vnic. Cod. vnde vir & vxor.* Atque huc ſpectat vox incorporatio, cuius mentio fit *in d. rubr. C. de bon. vacant. & incorpor* item *in l.3. eod. titul.*

33 Incorporare † enim bona nihil aliud eſt, quam ea in fiſcum referre & redigere *d.l.3.* Atque hinc quidem colligere licet, etiamſi huius vocabuli *in d. rubr. de bonis vacant. & in d.l.3.* fiat in ſpecie de bonis vacantibus mentio, tamen generaliter pertinere ad omnia bona, quæ in fiſcũ coguntur. Quatenus vero diximus Imperatoris eſſe bona vacantia, & ad eius fiſcum ſpectare non aduerſatur quod Vlpian. *in fragm. Inſtit. tit.* 28. ex veteri lege Caducaria dicit, huiuſmodi bona populo deberi. Quia ius populi Princeps habet, & poſtea ceptum eſt dici Principi eiuſque fiſco deberi, quod ex veteri lege Caducaria dicebatur populo eiuſue ærario deberi.

34 Quandoquidem † vero ea, quæ de fiſco & Imperatore dicta ſunt, ita ſe habent, conſequitur, priuatos nullum ſibi ius in bonis vacantibus vindicare poſſe, nec recte Ioan. Bodin. *de repub. lib. 1. c. 18.* aſſerit, cuique licuiſſe Romano iure occupare bona vacantia, quemadmodum & eodem loco minus recte per *l. 1. ff. pro derelict.* docet, huiuſmodi bona & res derelictas ad eos pertinere, quibus imperium aut iuriſdictio legibus vel moribus eſt conceſſa. Neque enim hoc *d. l. 1.* vllo verbo innuit, cum ibi de bonis vacantibus nulla fiat mentio, & de rebus derelictis ita agatur, vt generaliter dicantur eſſe occupantium. Sane adeo verum eſt, bona vacantia iure Romano ad fiſcum pertinere & de regalibus eſſe vt *in l. 1. C. de bon. vacant.* nominatim ciuitates negentur audiendæ, quæ ſibi eorum bonorum ius arrogare nituntur, etiamſi aliquem iuſſum Imperatoris prætexant. Et † *in l. vlt. C. de petit. bo-*
35 *nor ſublat.* generaliter omnibus interdicitur, ne petant bona fiſco delata, & ſimul ſtatuitur, etiamſi petenti per munificentiam Imperatoris conceſſa ſint, tamen hunc petentem non poſſe ea vindicare, ſed manere fiſci, idque ita ſancitur vt diſerte addatur, nec pragmaticam iuſſionem, nec ſacram annotationem, nec quodli-

quodlibet diuinum oraculum vel mandatum à petente impetratum valere. Puniuntur † etiam ex eadē Conſtitutione Quæſtor ſacri Palatij, Comes rerum priuatarum, Memoriales Palatini, quorum interuentu & opera tales petitiones admiſſæ ſunt, & inſtructæ, ſiue ſubſcripſerint reſcripto, quod petens obtendit, ſiue alia ratione operam ſuam interpoſuerint. 36
37 Neq; † tamen obſcure in eadem conſtitutione innuitur, ſi non ad petitionem aliquā, ſed ꝓprio motu eiuſmodi bona alicui ab Imperatore cōceſſa fuerint, valere talem conceſſionem, idq; ita ſe habere conuincitur etiam ex *l. 1. C. de pet. bon. ſubl.* vbi de bonis etiam proſcriptorum ſtatuitur, quod idem fiſco debeantur, vt peti non poſſint ab alio, nec ſubſiſtat reſcriptū poſtulāti ab Imperatore conceſſum & tamē ſubiiciuntur p reſtrictionē de ꝓprio motu hæc verba: *Si quid aūt ex bonis talib. noſtro iudicio, nullo tamē deſiderāte atq; poſcente, concedi cuiquam voluerimus, huiuſmodi tamen valeat liberalitas.*

38 In Regno † Galliæ hodie obſeruari, & conſtitutionib. Regis conſentaneum eſſe teſtatur Rebuff. *in l. Sylua cadua. §. ſtipula. verſ. inde bona vacantia ff. de verbor. ſignif.* vt ne quidem proprio motu à Rege facta conceſſio bonorum vacantium valeat, ſi necdum ea bona ſunt vacantia declarata & Regi adiudicata. 39 Neque † hoc à iure communi alienum eſſe exiſtimauerim, licet ille de hoc iure ſecus eſſe dicat. Nam ſupra oſtenſum eſt, non prius bona vacantia dici, & conſequenter fiſco non prius acquiri, quam ſi præcedat diligens inquiſitio, & denunciatio publica, eaque ratione de cauſa cognoſcatur. Ex quo conſequitur, ſi contradictor exiſtat & compareat, nec tamen contradicendi legitimam cauſam habeat, bona cauſa cognita & per ſententiam declarari vacantia, & ſic Imperatori ſiue eius fiſco adiudicari. Eoque pertinet textus elegans *in l. Defenſionis. C. de iur. fiſc. libr. 10.* vbi generatim de iis bonis, quæ fiſcus ſibi putat deberi, ſancitur, minime hæc bona pertinere ad fiſcum antequam cauſa cognita & per ſententiam vacantia declarentur, & ſic Imperatori & eius fiſco adiudicentur. Similiter Paulus. *receptar. ſententiar. libr. 5. titul. 12.* requirit ſententiam de huiuſmodi bonis, & oſtendit, officia-

40 officiales non poſſe occupare ea ante ſententiam. Quibus † addendum eſt, quod reſcribunt Imperatores Diocletian. & Maximilian. *in l. prohibitum C. de iur. fiſc.* vbi permittunt vt officialibus, quos ibidem Cæſarea, nos appellant, volentibus eiuſmodi bona occupare, ii, quorum intereſt, etiamſi priuati ſint, reſiſtere, ac illos repellere poſſint. Cum igitur hæc ita ſe habeant, & fiſco nihil ex bonis vacantibus debeatur, antequam ea, de quibus diximus, anteceſſerunt & obſeruata ſunt, merito cenſebitur iuri communi eſſe conſonum, vt, iis non interuenientibus Imperatoris conceſſio bonorum vacantium non ſubſiſtat, etiamſi motu proprio fiat. Ideoq; adulatorium eſſe cenſetur, dicere principi ipſo iure bona vacantia acquiri, vt ait Petr. de Belluga *Specul. Princ. iuſtit.*
41 *rubr. 14. verſ. nunc videamus n. 4.* Neque † obſtat *d. l. 1. & d. l. vlt. C. de petit. bon. ſublat.* quas pro ſua ſententia allegat Rebuff. *in d. l ſylua cædua. §. ſtipulæ. verſ. inde bona vacantia.* Quia hæ leges non loquuntur de alio caſu, quam quo bona ad fiſcum conſtat pertinere, poſtquam videlicet ea interuenerunt, quæ de iure communi deſiderari diximus.

42 Porro † ſciendum eſt, etiamſi debitæ ſolennitates & requiſita interueniant in bonis vacantibus fiſco vindicandis, tamen ea non aliter fiſco acquiri, quam cum onere, quod iis anne-
43 xum eſt. Nam † primum certum eſt, fiſcum à teſtatore grauatum ad id præſtandum teneri *l. Filiusfamilias 114. §. Qui inteſtato*
44 *ff. de legat. 1.* Deinde † etiamſi non ipſe grauatus, ſed ab alio tanquam herede fideicommiſſa legataq; præſtanda ſint, tamen ſi hic hæres deficiat, & bona vacantia reddantur, à fiſco præſtari debent *l. quidam teſtamento. § Quoties. ff. de legat. 1.* vbi expreſſe bonorum vacantium fit mentio, & in ſpecie fideicommiſſis & legatis, quæ heres præſtare cogeretur, additur, per fiſcum ea præſtari, quando vacantia bona ad eum pertinent. Sic & *in l. recuſare. §. Si fiſco. Ad Trebellian.* Vlpianus ait, ſi fiſco vacantia bona referantur, nec velit ea agnoſcere, & fideicommiſſario reſtituere, æquiſſimum erit, quaſi vindicauerit, ſic fiſcum reſtitutionem facere. Eodem pertinet, quod proditum eſt in ſpecie de legatis & fideicom-

commiſſis ab eodem Vlpiano *in fragm. inſtit. titul. 27. §. Caduca.* Confirmatur etiam hæc ſententia textu. *l. dicitur in verb ex quibuslibet aliis cauſis fiſco vindicatis &c. ff. de iur. fiſc. in l. in facto. §. 1. ff. de condit, & demonſtrat* vbi hæ generaliter extant verba: fiſcus iiſdem conditionibus parere debet, quibus perſona, à qua ad ipſum, quod relictum eſt, peruenit, ſicut etiam cum ſuo onere hoc ipſum vindicat. Etſi vero ſint, qui aduerſus hanc ſententiam obiiciunt *l. ſi nemo. ff. de teſtam. tut l. ſi nemo. ff. de reg. iur. l. eam quam. C. de fideicommiſſ l. quod diuo ff de manumiſſ. teſtam. & l. ergo §. Eadem. ff. de fideicommiſſ. libertat.* tamen hi textus reuera non obſtant, nec contrariam ſententiam confirmant. Nam quod *in d. l. ſi nemo ff. de teſtam. tut. d. l ſi nemo ff. de regul. iur. & d. l eam quam.* proditum eſt, non valere ea, quæ in teſtamento relicta ſunt, ſi hereditas non adeatur, illud ex ſupra allegatis legibus ita coarctandum eſt, vt locum non habeat in bonis vacantibus ad fiſcum tranſeuntibus, quoad legatorum & fideicommiſſorum præſtationem, idque eo confirmatur, quod fiſcus ſit loco heredis, nomenque quaſi heredis (vt ait Salicet. *in l. vnic. §. Cum autem, numer. 39. Cod de caduc. tollend.*) ſibi aſſumat. Et ſane niſi in vacantibus bonis ita reſtringendi eſſent illi textus, ſequeretur, in iis etiam bonis, quæ indignis auferuntur, & ad fiſcum pertinent, reſtrictionem eorũ textuum non eſſe ad ſe admittendam, cum tamen certum ſit, ex iis legata & fideicommiſſa à fiſco deberi *l. cum fiſco. ff. ad Syllan.* Quod vero ad *l. quod diuo. & d. §. Eadem* attinet, *in d. §. Eadem* pro *legionis* legendum eſt *legibus*, vt recte monet Cuiac. *in not. ad Vlpian. in fragm. Inſtit. titul, 28. in verb. Ex lege Iulia Caducaria & in l. 3. Cod. de bon. vacant. libr. 10.* atque ea lectione ſeruata reſpondendum eſt, & in *d. §. Eadem* & *in d. l. Quod diuo.* non negari, ſi fiſcus bona vacantia accipiat, libertatem teſtamento relictam ſeruo deberi, ſed illud negari, libertatem ex conſtitutione D. Marci locum habere, & ſimul ſatis aperte innuitur, ex aliis legibus eam deberi, idque fuſius explicat Fachinæus *controuerſ. libr. 6. cap. 22. verſ. Ad ſecundum. & verſ. quod igitur.* Eodem pertinet, quod de conſtitut. D. Marci & legibus Iuliis tradit Cuiac. *in not. ad Vlpian. d. tit. 28.*

tit.28.in verb. ex lege Iulia Caducaria. Etſi vero hanc contrariam ſententiam communem dicat Peregrin *d.num.26.verſ.contra tenuerunt.* & Clar.*in ſua praxi criminal.libr.*5.§.*final.quaſt.*78.*numer.* 20. tamen noſtram etiam ſententiam communem eſſe aſſerit Salicet.*in d.l.vnic.*§.*cum autem nu.*33. *C.de caduc.tollend.* Quicquid aliter dixerit Richard.Malumb.& Cyn.& poſt Salicet.de eadem communi opinione teſtatur Hieron. de Cæuall. *in ſpecul. comm. opin quaſt.*144.*nu.*1. vbi ſimul affirmat, hanc ſententiam eſſe veram & iuridicam.

Quemadmodum autem in bonis vacantibus fiſcus onus legatorum & fideicommiſſorum ſuſtinet, vt iam oſtenſum eſt,
45 ſic † & omnibus creditoribus defuncti fiſcus ſatisfacere tenetur.*l.ſi maritus in princ ff.ſol.matrim.l.*2.*C.ad l.Iul.de vi publ.* Habet tamen hac in re fiſcus priuilegium & prærogatiuam ſuam præ
46 priuatis. Etſi † enim priuati ad hæreditaria onera vltra vires hereditarias teneantur, niſi inuentariū confecerint, eaq; confectio inuentarij legitimo modo & tempore facta ſit *l fin.*§. *Etſi præfa-*
47 *tam. C. de iur.delib.* tamen † fiſcus, nullo etiam inuentario confecto, de vacante hereditate non tenetur vltra vires hereditarias, vt recte docent Alex.& alij Dd. communiter *ad rubr.ff. de acquir. vel amitt.hered.* Bart.*in l.*1.§. *An bona.ff.de iur.fiſc.*& Iaſ. *in d.l.fin. col.* 1. Peregrin. *d.titul* 3.*numer.*25. Eaq e ſententia comprobatur textu *in d.*§. *An bona l eius qui.ibi,* aut ſi non vocantur lucroſa. *ff. de teſtam l.inter eos* §. *vlt.ff. de fideiuſſ.l.ſi debitor.in verb.pro rata portione. C.de ſentent.paſſ.* & communiter eſt à Dd. recepta teſte Iaſ. *in l.ſcimus.n.*1.*C.de iur.delib.* Clar.*in* §.*fin.quaſt.*78.*n.*30. & Farin.*de delict.& pæn.lib.*1.*tit.*3 *q.*52.*n.*183.

Sane eo minus mirum eſt, hoc diſcrimen inter priuatum & fiſcum in bonis defuncti obtinere, quod & aliæ inter eos ſint
48 differentiæ de huiuſmodi bonis ſiue hereditate. Siquidem † fiſcus, defuncto aliis excluſis ſuccedens, per procuratorem here-
49 ditatem adire poteſt, *l.*1.*in fin.ff.de offic.procur. Cæſar.* quod † tamē priuatis denegatur, vt qui per alium non poſſunt adire heredita-
50 tem *l. per procuratorem ff. de acq. vel amitt. hered.* cum † hereditatis aditio

aditio legis actio ſiue actus legitimus eſſe dicatur *l. actus legitimi*
ff. de reg. iur. & † huiuſmodi actus per alium non expediantur *l. ne-* 51
mo lege. ff. eod. & l. nec adoptare. ff. de offic. proconſ. Huic † differentiæ 52
duas alias addit. Boſſ. *in titul. de bon. vacant. numer. 7.* quod videli-
cet aditam hereditatem recte repudiet fiſcus, non priuatus, item
quod † non aditam tranſmittat, ſecus vero in priuatis. 53

Notanda vero eſt & ea differentia, quæ eſt in præſcriptio-
ne. Nam † contra petitionem hereditatis, quæ priuato datur, nõ 54
præſcribitur, niſi 30. annor. ſpacio. *l. hereditatis C. de petit. heredit.*
ſed † aduerſus vacantium bonorum ſiue hereditatis defuncti 55
vindicationem, quæ fiſco competit, non ſolum longiſſimi, ſed &
longi temporis præſcriptio non eſt neceſſaria, ſed ſufficit qua-
driennij præſcriptio, repelliturq́; fiſcus, ſi poſt elapſum quadri-
ennium velit vindicare totam hereditatem, ſiue bona vacantia,
contra eum, qui iuſta poſſeſſione ea tenet *§. res fiſci. Inſtit. de vſu-*
cap l. 1. C. de quadrien. præſcript. l 1. §. diuus. de iur. fiſc l. quia autem. §.
certe ſi vacantia. ff. ſi quis omiſſa cauſ. teſtam. & l. intra ff. de diuer tem-
por præſcript. vbi ſimul † additur, computari debere hoc quadri- 56
ennium ab ea die, qua bona vacare cœperunt, id quod proditum
etiam eſt *in d §. Diuus.*

Præterea † quod ſolius quadriennij ſpacio præſcribi dixi 57
bona vacantia, reſtringendum eſt ad eum ſolum caſum, quo bo-
na vacantia non ſunt incorporata, vel etiam nunciata ac delata
fiſco. *d. §. res fiſci l. Quamuis ff. de vſucap.* vbi ſimul negatur, regula-
riter aduerſus fiſcum vſucapionem procedere. Longe alia igi-
tur cauſa eſt bonorum vacantium, quæ incorporata ſunt, vel
nunciata ac delata fiſco, quam eorum, in quibus incorporatio
aut nunciatio non eſt facta, vt oſtendit etiam Balb. *in tractat. de*
præſcr. in 2 part. 5. part princ. quæſt. 1. num 3. & tenent Dd. commu-
niter *in d. §. res fiſci, & in d. l quamuis.* Roſenth. *de feud. c. 5. concl. 54.*
nu. 6. Petr. Gregor. *in ſyntagm. lib. 3. c. 12. n. 12.* In † Gallia vero an- 58
nos annos 30. requiri, ſimpliciter & nulla diſtinctione adhibita
aſſerit Chaſſ. *in conſuet. Burgund. rubr. 2. Des confiſcations. §. 1. gloſſ. 1. n.*
36. verſ vigeſimus ſextus caſus eſt.

Ad † extremum de bonis vacantibus ſciendum eſt, licet iure noſtro hæc bona inter regalia Imperatori competentia referantur, & fiſco eius vindicentur, tamen non ſolum hoc ad alios ſuperiorem nõ recognoſcentes, ſed & quoslibet inferiores porrigendũ eſſe (vt quoad ciuitates notat Bart. *in l. 1. de bon. vacant.*) eosq; hoc regale habere, ſi id vel ex conceſſione Imperatoris alteriusue ſuperiorem non recognoſcentis, vel ex legitima præ-
60 ſcriptione, conſuetudineue nacti ſint, imo † eo hodie multis locis deuentum eſſe, vt qui iuriſdictionem, & merum mixtumque imperium habent, tamen ſibi idem ius arrogent, & bona vacantia in ſuo territorio ſita occupent. Quid aũt hac de re ex conſuetudine Aurel anenſi obtineat, videre licet apud Pyrrhum *in ſuis commen. ad conſ. Aurel. tit. de ſucc. c. 14.* vbi de cõſuetudine Aurelianenſi hæc adducit verba; *ſi quis ſine herede legitimo deceſſerit, illius territorij domino merum Imperium habenti bona, quæ illicita ſunt, acquiruntur, niſi alienigena ſit, qui extra patrimonium deceſſerit.* Et Tiraq. *in tract. le mort ſaiſit le fiſ. declarat. 15. n. 12.* generaliter teſtatur, ex multis conſuetudinibus regni Galliæ bona vacantia etiam ad alios pertinere, q am ad fiſcum Principis.

61 Nequaquam † vero vacantibus bonis annumerari & inter Regalia referri poſſunt, bona eorum, qui naufragium paſſi ſunt, cum hoc naturali iuri & æquitati, & non ſolum iuri veteri, ſed & nouiſſimo per Conſtit. Frider. II. *de ſtatut. & conſuetud. §. nauigia*, indeque deſumptæ *auth. nauigia Cod. de furt.* & Conſtit. Crimin. Carol. V. §. *219.* Iurique Canonico *in cap. excommunicati de raptor.* repugnet, adeo vt per d. Conſtitut. Frider. II. & Carol. V. omnium locorum conſuetudines huic iuri repugnantes, tanquã irrationales omnino caſſentur & tollantur, prædictoque iure Canonico qui ex naufragiis emolumentum quærunt, & naufragium paſſ s ſpoliant, ipſo facto excommunicati ſint, ac mandata ſine clauſula aduerſus eos decerni poſſint. De quib. omnibus & aliis huc pertinentibus latius dictum eſt ſupra *c. 3. nu. 92 vſq; ad 97.* incluſiue vbi ſimul ẽt de ea peſſima conſuetudine quorun-

quorundam locorum dictum eſt, in quibus Magiſtratus rerum furtiuarum vel per rapinam abreptarum & apud furem vel raptorem inuentarum, & eo caſu quo auriga currum ſubuertit & aliquis ex improuiſo & inopinato inde læditur ipſius aurigæ currus & equorum bonorumque dominium ſibi vendicant.

Caput X.

De bonis quæ indignis auferuntur.

Summaria.

1. Indignis, quæ auferuntur, qualia ſint?

2. Indignus quis dicatur, vt ei bona à fiſco auferantur?

3. Pœnæ ſunt odioſa, adeoque reſtringendæ.

4. Indigni plus juris habent & melioris ſunt conditionis, quam incapaces.

5. Indigni bona defuncti capiunt, & per ſolum fiſcum ab ijs excluduntur.

6. Incapaces non capiunt, ſed ſtatim ſubſtitutis vel coniunctis, aut ab inteſtato venientibus locum faciunt, hic & nu. fin.

7. Bona, quæ indignis auferuntur, recte inter regalia à Friderico referuntur, licet Radeuicus & nonnulli alij ſcriptores eorum inter regalia non meminerint.

8. Bona indignis ablata etiam olim jure communi ad fiſcum pertinebant.

9. Fiſcus ab aliquo tanquam indigno rem auferens ſimul etiam omnes fructus perceptos aufert.

10. Indigni aduerſus fiſcum non deducunt Falcidiam aut Trebellianicam, imo nec legitimam nu. 11.

12. Fiſco, quod indignis aufertur, applicantes omnes leges in Gallijs abrogatæ ſunt, eod. nu. *Indignis bona varias ob cauſas à fiſco auferuntur.*

13. Indignus redditur hæres ſi non vindicet mortem defuncti, & quidem quamprimum poteſt. nu. 14. *ſiue ſit hæres ſuus ſiue extraneus* nu. 15. *ſiue ſit mas ſiue fœmina* num. 16. *Excipiuntur tamen pupilli & minores* nu. 17. *item ruſtici* nu. 18. *vt & omnes, qui occiſores reperire non poſſunt* nu. 19.

nu. 19. *vel ſi reperire poſſunt, teſtibus, quibus eos conuincant, deſtituuntur*, num. 20. *plures exceptiones vide* nu. 23. *remiſſiue.*

21. Fiſcus, qui ab indigno hæreditatem ob inultam necem auocauit, non tenetur vlciſci mortem defuncti.

22. Hæres non tenetur vlciſci necem defuncti per viam facti.

24. Pœna, quæ hæredi olim ob inultam mortem defuncti irrogabatur, hodie de conſuetudine non ſeruatur.

25. De conſuetudine Saxonica cura vindicandæ necis defuncti ad ſolos mares pertinet, & quatenus id procedat.

26. Indignus relictis efficitur, qui teſtamentum falſum dixit, modo vſque ad ſententiam in lite perſeuerauerit nu. 27. *Si tamen vnum ex hæredibus falſo ſcriptum eſſe dixerit, ab alio capere poterit: limitatio etiam eſt in eo, qui teſtamentum oppugnauit quaſi falſum vel nullum, quod factum eſſet à reo criminis læſæ maieſtatis* nu. 28. *De pluribus huius ſecundæ cauſæ declarationibus & limitationibus vide remiſſiue* nu. 29.

30. Indignus relictis eſſe cenſetur, qui de hæreditate alijsve relictis incapaci reſtituendis fidem teſtatori tacite ſiue clam accommodauerit, ſecus ſi palam, vel ſimul tacite & palam nu. 31.

32. Indignus ex quorundam ſententia cenſetur, qui vel de numo incapaci reſtituendo tacite fidem accommodauit, ſed hæc ſententia reprobatur num. 33.

34. Fraus quæ clam fides accommodatur, quomodo probetur remiſſiue.

35. Vt indignus per fiſcum relictis priuatur ille, qui teſtamentum dicit inofficioſum (modo in lite vſque ad ſententiam perſeuerauerit num. 36.) *quod infra extenditur quoque ad eos, qui in eadem cauſa contra teſtamentum extiterunt vel teſtes*, num. 43. *vel fideiuſſores*, num. 44. *vel aduocati aut procuratores voluntarij*, num. 45. *item & ad iudices teſtamentum inofficioſum aut falſum pronunciantes, ſi ſententia per iudicem appellationis reſcindatur* num. 46. *modo id fiat ex iiſdem actis* num. 47.

37. Teſtamentum vt inofficioſum impugnantis cauſa durior eſt, quam falſum eſſe dicentis, ratio diuerſitatis aſſignatur nu. 38.

38. Teſtamentum dicens inofficioſum non amittit id, quod extra cauſam eiusdem teſtamenti capit, eoque pertinent donata cauſa mortis, ex teſtamento non dependentia num. 40. *& relicta in codicillis* num. 41. *niſi hi ſint*

Digitized by Google

hi ſint acceſſorij ad teſtamentum & inde dependeant, nu. 42.

48. *Indignus relictis præter alios, quorum antea mentio facta eſt, cenſetur, & à fiſco excluditur, qui teſtamentum etiam alio aliquo probroſo, quam falſi aut inofficioſi nomine accuſauit, qualis non cenſetur eſſe, teſtamentum iure factum eſſe negans* nu. 49.

50. *Qui contra tabulas bonorum poſſeſſionem petit, iſque præter teſtamento relicta perdit etiam mortis cauſa donata* num. 51. *Codicillis relicta* num. 52. *& generaliter omnia, quæ antea extra teſtamentum habuit* num. 53.

54. *Qui teſtatorem occidit, etiamſi id vel iuſſu parentis fecerit, vel eius iuſſu hæreditatem adierit* num. 55. *vel etiam ſi alius exiſtat, qui in eodem ſit gradu cum interficiente; ſubſtitutus vero cum hærede inſtituto concurrens fiſco præfertur, nec legata etiam fiſco applicantur ſed legatario debentur, & quo caſu id etiam in prælegatis locum habeat* nu. 56.

57. *Qui teſtatoris vxorem aut liberos interfecit, non tamen ſi fratrem vel agnatos* nu. 58.

59. *Qui teſtatorem grauis delicti reum fecit, aut ſtatus controuerſiam mouit, quod tamen ad relicta ante litem motam reſtringitur* numero 60.

61. *Qui aliquem teſtari prohibuit vel coegit, modo coactio talis ſit, quæ in conſtantem virum caderet, & reſtitutionem in integrum induceret*, num. 62. *vel tempore factionis teſtamenti interuenerit, vel ſi præceſſit, vſque ad id tempus durauerit*, nu. 63.

64. *Qui teſtatorem dolo malo ad teſtandum & ſibi aliquid relinquendum induxit, ſecus ſi blanditijs*, nu. 65.

66. *Qui à teſtatore in codicillis vel per epiſtolam indignus declaratur, &* nu. 69. *etiamſi cauſa cur indignus ſit non addatur*, nu. 67. *vel etiam non expreſſe quidem indignus vocetur, ſed per alia verba eum male meritum declaratio id fiat*, nu. 68.

70. *Cuius negligentia aut culpa teſtator interijt, puta ſi medicos vel nullos vel imperitos adhibuerit*, nu. 71. *vel ſi alimenta denegarit*, nu. 72.

73. *Qui tabulas teſtamenti aperuit, antequam de ſeruis ſub eodem teſtatoris tecto commorantibus quæſtio haberetur.*

74. *Fœmina per ſtuprum aliumve illicitum coitum cognita, etiamſi à milite ei relictum eſſe conſtet*, nu. 75.

76. *Qui*

76. Qui ex ea prouincia, in qua officium aliquod gerit, ſibi vxorem duxit inde oriundam, vel domicilium ibi habentem, quo caſu tamen fæmina relicta non auferuntur, nu. 77. *modo per ignorantiam decepta matrimonium contraxit,* nu. 78.

79. Tutor pupillam ſuam ducens, pupillæ vero non aufertur ſi quid à tutore marito fuerit relictum, nu. 80. *Pupillæ autem appellatio, quomodo hic accipiatur, traditur* nu. 81. *& quomodo jure Canonico de matrimonio inter tutorem & pupillam, vt & inter præſidem prouinciæ & eam, quæ inde oriunda eſt, vel ibi domicilium habet, à jure ciuili receſſum ſit vide* num. 82.

83. Quilibet legibus prohibita matrimonia contrahens, quod in maribus indiſtincte procedit, fœminas vero juris ciuilis ignorantia excuſat, num. 84.

85. Qui vxorem teſtatoris ſtuprauit, etiamſi poſt mortem teſtatoris huiuſmodi delictum deſignatum ſit, ex ſententia Bartoli nu. 86. *quam tamen author improbat* nu. 87.

88. Qui hæreditatem compilauit, in quo tamen pœna non excedit id, quod ex ea compilatum eſt.

89. Qui improbum pactum de viuentis hæreditate fecerit.

90. Qui vt filius inſtitutus, poſt mortem autem teſtatoris ſuppoſititius declaratus eſt.

91. Vendens rem quam ſcit alienam, emptori, etiam alienam ſcienti, pretio priuatur à fiſco tanquam indignus.

92. Fiſcus lucra turpia aufert.

93. Fiſci in multis locis, vbi bona indignis auferuntur, non fit mentio, & tamen hoc perinde accipiendum, ac ſi expreſſe fiſci mentio facta eſſet.

94. Indignis ablata regulariter cedunt fiſco, & nu. 96.

95. Regula in dubio ſtandum.

97. Ad jus exceptionis tranſitur, quando nimirum bona, vt indignis adempta, non fiſco ſed priuatis applicentur.

98. Prima exceptio conſtituitur in vxore ad ſecundas nuptias intra annum luctus tranſeunte, quæ vt indigna ita ab omnibus, quæ inter viuos vel per vltimam voluntatem ex bonis mariti ei deberentur, excluditur, vt hæredes ex teſtamento vel etiam ab inteſtato admittantur, modo ſint ex decem perſonis edicto prætoris comprehenſis num. 99. *Iure canonico hæc*

nico hac pœna ceſſat, nu.100. *idque in reformatis etiam Eccleſiis comprobatur*, nu.101.

102. Secunda exceptio eſt in tutore teſtamentario ſe à tutela excuſante, etiamſi tantum in parte bonorum ſe excuſauerit, nu.103.

104. Tertia eſt in quibuslibet hæredibus captiuum teſtatorem redimere negligentibus, niſi forte annum 18. nondum exceſſerint nu. 105.

106. Quarta eſt in legatorio vel fideicommiſſario teſtamentum in fraudem hæredis celante.

107. Quinta eſt in hærede reſtituere hæreditatem rogato, & eandem per prætorem adire coacto, niſi forte conditio, ſub qua reſtituere rogatus eſt, adhuc pendeat nu. 108.

109. Sexta eſt in fratre vel etiam filio putatiuo hærede inſtituto, cui hæreditas aufertur, nec tamen ad fiſcum ſed proximos propinquos transfertur.

110. Septima eſt in marito vxorem, & in hac illum occidente, licet alias regulariter emolumentum alium interficienti competens fiſco vindicetur nu.111.

112. Octaua eſt in liberis furioſorum parentum, & in parentibus furioſorum liberorum curam non habentibus, hæreditasque illis ablata ei, qui iſtorum curam ſuſcepit, debetur, & ſi nemo huiusmodi curam ſuſceperit, fiſco applicatur nu. 113.

114. Nona eſt in eo, qui capitales cum defuncto inimicitias exercuit, eiue maledixit.

115. Decima eſt in eo, qui voluntati defuncti non paret, quo caſu quod aufertur alijs perſonis, de quibus nu 116. & 117. *defertur, & poſt eas fiſco applicatur* nu.1.8.

119. Vndecima eſt in matre filio tutorem non potente.

120. Duodecima eſt in eo, in quo cũ indignitate concurrit incapacitas.

121. Dicima tertia eſt in indigno, qui per mortem vel temporis lapſum excludtur.

122. Matth. de Afflict. reprehenditur, vt & nu.123.124.

125. Exceptio debet eſſe de regula, & ſubiecta materia.

DEcimo loco bona, quæ indignis auferuntur, inter regalia à Friderico referuntur, idque ita fit, vt ſimul reſtrictio addatur his verbis: *niſi quæ ſpecialiter quibusdam conceduntur.* Exceptio-

nis igitur jus Imperator cum regulari jure coniungit. Verum de
exceptionis jure poſtea videbimus, nunc de regulari diſpicia-
1 mus. Bona † quæ indignis auferri dicuntur, ſunt eiusmodi bona,
vt acquirantur quidem ijs, quibus relicta ſunt, ſed acquiſita au-
ferantur & eripiantur; ideoque ereptitia appellentur ab Vlpian.
2 *in fragm. Inſtit. tit. 17.* Neque † tamen aliter ea pro ereptitijs ha-
beantur, & fiſco deberi poſſunt, quam ſi indigni tales ſint, vt ex-
preſſe lex eos pro indignis habeat, & cauſæ legibus ſint definitæ.
Bald. & Corn. *in l. 1. C. de hæred. inſtit.* Peregrin. *de jur. fiſc. lib. 2. tit. 2.
nu. 2.* Curt. *conſ. 182. nu. 7.* Ruin. *conſ. 123. nu. 6. lib. 4.* vbi etiam alle-
3 gat pro hac ſententia Alexandr. *in d. l. 1.* cum † pœnæ ſint odio-
ſæ ideoque reſtringendæ *c. odia de reg. jur. in 6. §. cum igitur Nou. 2.
4 de non elig. ſecund. nupt.* Et † licet expreſſæ aliquis per legem indi-
gnus declaretur, certaque ſit cauſa, tamen huiusmodi indigni
plus juris habent, & melioris conditionis ſunt, quam qui incapa-
5 ces dicuntur. Nam † indigni capiunt bona defuncti, nec aliter
ijs priuantur, quam ſi fiſcus agendo ijs auferat, vel excipiendo
eos repellat, nec per vllos alios à bonis excluduntur vel repel-
6 luntur, *l. his conſequenter* & ibi Dd. *ff. famil. erciſc.* Incapaces † vero
ſtatim faciunt locum alteri, & ipſo jure à bonis repelluntur, ea-
que deferuntur illis, qui ea caperent, ſi incapaces in medio non
eſſent, puta ſubſtitutis, vel coniunctis aut venientibus ab inteſta-
to, ſiue facto & culpa ſua, ſiue non inhabiles ſint ad capiendum
*l. vnic. in prin. C. de caduc. toll. l. ſi in metallum. C. de ijs quæ pro non ſcript.
hab. l. ſi is cui. ff. de alim. legat.* gloſſ. *in l. ſi quis mihi bona. §. ſi quis plane.
ff. de acq. hæred.* Dd. communiter *in l. 1. C. de hæred. inſtit.* Pariſ. *conſ.
18. & 19. lib. 2.* Peregrin. *de jur. fiſc. lib. 2. tit. 1. num. 2.* Clar. *in §. Teſta-
mentum, quæſt. 31.* vbi hanc communem opinionem & concluſio-
7 nem Dd. eſſe addit. Fridericus † vero merito hæc bona inter re-
galia numerat, vtcunque Radeuicus Guntherus, Mutius, De-
dochinus, Abbas, & Carol. Sigonius eorum inter regalia non
8 meminerint. Nam † & olim ante hanc conſtitutionem Friderici
ci idem obtinuit, vt videlicet huiusmodi bona Imperatori eius-
que fiſco vindicarentur, non autem priuatis deberentur, ſiue eſ-
ſent cohæredes eorum, quibus hæc bona auferuntur, ſiue alij, ni-
ſi cer-

Digitized by Google

ſi certis caſibus, de quibus dicemus expeditis ijs, quæ regulare ius concernunt. Nam ad fiſcum pertinere bona, quæ indignis auferuntur, proditum eſt *in l. Papinianus. §. meminiſſe. ff. de inoffic. teſt. l. cum mortem. l. edicto. & l. ſeq. ff. de jur. fiſc. l. Claudius. ff. de his quæ indig. auf. l. hæreditas Cod. eod. & quamplurimis alijs locis.* Atque hoc quidem jus, quemadmodum ante Iuſtiniani etiam tempora obtinuit, ſic & ipſe mutare noluit, vt teſtatur in noua ſua *conſtitutione*, quæ extat *in l. vnic. Cod. de cad. toll.* idque videre eſt ibidem *in §. quæ autem antiquis.* Proinde cum hæc bona fiſco vindicentur, & inter regalia numerentur, recte Bald. *in l. 1. Cod. de his quib. vt indig.* docet, nec ciuitatibus quidem talia bona deberi per *l. 1. C. de bon. vacant. lib. 10.*

Adeo † vero certum eſt, fiſco deberi bona, quæ vt indignis 9
auferuntur, vt is non tantum ipſam rem ſed etiam omnes fructus perceptos auferat. *l. hæredem & l. eum qui. ff. de his quæ vt indig. l. 1. C. eod. l. cum quidam §. in tacito. ff. de vſur.* nec † indigni de legatis Fal- 10
cidiam aut Trebellianicam deducant, *l. Marcellus. §. fin. l. recuſare. §. ſi fiſco. ff. ad Trebell. l. beneficio. ff. ad l. falcid.* & † ne legitimam qui- 11
dem detrahant. *d. l. Papinianus. §. meminiſſe & l. poſt legatum. §. qui mortis. ff. de jur. fiſc.* In Gallijs leges, quæ quod indignis auferunt fiſco applicant abrogatæ ſunt, nec obſeruantur, vt eos, qui de legibus & moribus Gallicis ſcripſerunt teſtari aſſeritur in Codice Fabrian. *lib. 6. tit. 15. de his qui vt indign. defin. 4.* vbi addit in Ducis Sabaudiæ ditionibus adhuc in vſu eſſe omnes eas leges. Et nos merito etiam negamus eas in Imperio abrogatas eſſe vel in deſuetudinem abijſſe.

Cauſæ † autem variæ ſunt, ex quibus bona alicui, vt indigno, 12
auferuntur & fiſco vendicantur. Harum tres adducit Matth. de afflict. *in hoc c. vnic. in verb. & quæ vt nu. 2. quæ ſint regal.* & ante eum eaſdem attigit Azo *in ſumma C. de his quib. vt indig. nu. 2.*

Prima † eſt, ſi quis necem defuncti non vindicarit, *l. neceſ-* 13
ſarios. §. 2. l. cum fiſco. l. ſi ſequens. ff. ad Syllan. l. 1. l. minoribus. l. cum fratrem. & l. ſororem. C. de his quib. vt indign. l. hæredem & l. ei qui mortem. ff. eod. l. ſi quis. §. quod ad cauſam. ff. ad SC. Syllan Quod crimen appellari poteſt crimen ingrati hæredis ex *l. Gaius, in fin. ff. de*

Digitized by Google

SC. Syllanian. licet alias ad agendum vel accuſandum nemo cogi
poſſit, & non agendo vel accuſando non peccetur. *tot. tit. C. vt*
nemo inuitus.& l.diui.ff.de accuſat.
14 Non † debet autem hæres pro libitu differre vindictam,
ſed quam primum ab eo fieri poteſt, eam inchoare & perſequi
15 Iaſ. *in d.l.1.num.7.* Atque † hoc jus locum habet tam in extraneis,
quam ſuis hæredibus *l. 1. & 3.* §. *non tamen. & l. non neceſſarius in*
16 *princ.ff.ad SC. Syllan.* & † non ſolum in maſculis, ſed etiam in fœ-
minis *d. l. ſororem. l. propter veneni.* §. *neptis. ff. ad SC. Syllan.* Rom.
in l. pro hærede. §. *fin. ff. de acq. hæred.* Alex. *in l. ſi filius. num. 29. ff. de*
vulg. & pupill. ſubſtit. Iaſ. *in l. filiusfam. ff. de leg. 1.* & poſt hos Coler.
17 *deciſ. 159. num. 3. & ſeqq.* In † pupillis vero & minoribus 25. annis
hoc jus locum non habet *l. ſi ea l. minoribus. C. de his quib. vt indign.*
18 *l. 1. C. in quib. cauſ. in integ. reſt.* vt † nec in ruſticis *l. ſi quis.* §. *& ſi ſci-*
ens. ff. ad SC. Syllan. Alex. & poſt eum Peregrin. *d. l. b. 2. tit. 5. nu. 15.*
19 nec † in ijs, qui occiſores reperire non poſſunt, *l. ſi ideo. Cod. de his*
20 *quibus vt indig.* vel † ſi eos reperire quidem poſſunt & norunt,
ſed teſtibus ad probandum deſtituuntur, Afflict. *in d. verb. & qua.*
21 *nu. 3.* per *l. qui accuſare. C. de edend.* Neque † etiam fiſcus qui ab in-
digno hæreditatẽ auocauit, tenetur ipſe vlciſci mortem defun-
cti Alex. *in d. l. ſororem num. 5.* gloſſ. *in l. recuſare,* §. *ſi fiſco. verb. quaſi*
vindicauerit. ff. ad Trebell. rationem addens, quod bona in pœnam
hæredis conſequatur, Iaſ. *in d. l. 1. ſub nu. 4.* Vaſq. *de ſucceſſ. progreſſ.*
lib. 2. in præf. num 31. & de ſucceſſ. reſolut. lib. 2. §. *20. nu. 30.* Peregr. *d.*
tit. 5. nu. 19. vbi ſubjcit, d. gloſſ. eſſe communiter approbatam. &
22 Iaſon. *d. num. 4.* aſſerit, omnes eam ſequi *in d.* §. *ſi fiſco.* Sed † & in
ipſo hærede jus de vindicanda morte defuncti non ad quam-
libet vindictam, vel eam, quæ fit via facti, extendendum, ſed ad
eam, quæ fit via juris, coarctandum eſt, Afflict. *in d. verb. Et qua.*
num. 2. Iaſ. *in l. 1. num. 5. C. de his quib. vt indig.* Peregr. *d. loc. num. 20.*
23 apud † quem *ibidem num. 14. 16. 17. 18. & 21.* vt & apud Iaſ. *in d. l.*
24 *1. num. 1.* plures limitationes videre licet. Inter † has & illa addu-
citur à Peregr. *d. nu. 21.* quod hodie ex conſuetudine hæres mor-
tem defuncti vindicare non teneatur, nec pœna ablationis bo-
norum ob inultam necem defuncti de conſuetudine ſeruetur,
ſed ab

ſed ab aula rec.ſſerit, idque aſſerit Clar *pract. crim. lib. 5. §. fin. q. 79. num.* 8. vbi ſubiicit antea idem tradidiſſe Foller, *in pract. crimin. fol.* 45. *num.* 32. Et addit quotidie heredes remi tere occiſoribus defuncti, & cum iis pacem facere, quia lex eſſet nutritiua peccati, ſi per eam impediretur pax & concordia remiſſioque iniuriarum. De † conſuetudine vero Saxonica in iis, qui vol.nt vindicare mortem defuncti, inter mares & fœminas diſcrimen obſeruari & ad ſolos illos, non autem etiam ad has pertinere eam curam, teſtatur Weſemb. *in parat ff. ad Syllan num.* 4. Coler. *d. deciſ.* 159. *nu.* 6. Fachſ. *lib.* 1. *differ. iur. ciu. & Saxon. differ.* 63. per Landrecht *lib.* 1. *art.* 42. *& 64.* Heig, *quæſt.* 34. *num.* 14. *&* 15. *part.* 2. vbi tamen ſimul *nu.* 6. *& ſeqq.* oſtendit, hoc non in vniuerſum, ſed extantibus maſculis ita ſe habere, deficientibus vero illis, vel necem parentis vlciſci nolentibus, fœminas & cognatos ad vltionem illam admitti. quemadmodum & cum proximo agnato hæc iura vindicandi incumbat, eo tardante, & hereditatem omittere volente, vlteriores agnati ad hãc vindictã admittũtur Reuſn. *deciſ.* 20. *n.* 14. *& ſeqq.* Recte ẽt Heig. *d. n.* 34. *n* 42. 43. *&* 44. ſubiicit, nõ eſſe Folleri, Cati & Peregrini ſupra citato teſtimonio de conſuetudine fidendum, quaſi reuera generalis ſit, ſed eos loqui magis de locali ſiue prouinciali conſuetudine aliquo in loco Italiæ exiſtente, & eam ſi generalis eſſet, non tantum alias leges, ſed & multas conſtitutiones in Germania abrogaturam, idq; niſi euidenter demonſtretur, concedendum non eſſe. 25

Secunda † cauſa eſt quando heres dixit defuncti teſtamẽ- 26
tum eſſe falſum *l.* 2. *C. de his quib. vt indig. l.* 5 *in princ. & §. ſi pater. & §. fin. & l. heredi. ff. eod. l. eius qui ff. de iur. fiſc.* Hoc † tamen ita ex- 27
audiendum eſt, vt dicatur locũm ſibi vindicare, ſi in lite qua teſtamentum falſum eſſe aſſeritur, perſeueratum fuerit vſq; ad ipſam ſententiam. Nam ſi antequam iudex rem deciderit, vel pœnitentia ductus liti renunciauerit, vel morte præuentus controuerſiam ad finem producere non potuerit, ei, quod datum eſt, non aufertur, vt apparet ex *l. edicto §. eos qui ff. de iur. fiſc. l. alia cauſa. Cod. eod.* facitque huc quod traditur *in l. Papinianus. §. Meminiſſe.*

28 *niſſe. ff. de inoffic. teſtam.* Præterea † ſi quis vnum ex heredibus falſo ſcripto in teſtamento dixerit, poterit ab alio capere. *l. Papinianus. ff. de his quæ vt indign.* Vaſq. *de ſucceſſ. reſol. libr. 2. §. 20. num. 33. verſ. deinde limita.* Borcholt. *in hoc c. vnic. num. 76.* Peregrin. *d. lib. 2. titul. 7. num. 17.* Ratio huius limitationis eſt, quod in alterius heredis perſona tota vis teſtamenti potuerit ſuſtineri per ius accreſcendi *l. 1. & 2. l. ſi duo l. ſi tu ex parte. l. ſi ſolus. ff. de acqu. hered. l. ius noſtrum. ff. de reg. iur. l. vnic. §. His ita C. de cad. toll.* Notanda hic eſt & ea limitatio, qua negatur hæreditatem auferri vt indigno, qui teſtamentum defuncti impugnauit quaſi falſum ac nullum, quod factum eſſet à reo criminis læſæ maieſtatis Cod. Fabrian. *d. tit. de his qui vt indign. defin.* vbi id in additione *in num.* 1. pluribus confirmatur.

29 Adduntur † autem de hac ſecunda cauſa plures declarationes & limitationes à Vaſquio *d. nu. 33. & 34. verſ. octauo limita.* idque facit etiam ita Peregr. *iam citato loco*, vt lectorem remittat ad plures alias limitationes antea *d. tit. 7.* poſitas.

30 Tertia † cauſa eſt, quando quis accommodauerit fidem tacite teſtatori de reſtituenda hereditate, vel legato, vel fideicommiſſo ei, qui capere non poterat tempore teſtamenti, neq; tempore mortis. *l. in fraudem. § ſi quis ei. l. eum qui. ff. de his quæ vt indig. l.*
31 *1. l. edicto. l. non intelligitur ff. de iur. fiſc. cum ſimilib.* ideoq; † ſi heres capax inſtituatur, & palam rogetur, vt incapaci reſtituat, nullum delictum eſt, nec fiſco eſt locus, ſed remanet hereditas apud heredem ſcriptum *l. 3. §. ſi quis palam. ff. de iur. fiſc. l. in tacitis. ff. de legat. 1. l. Lucius. §. in teſtamento. ff. eod.* Atque hoc ad eum etiam caſum extendendum eſt, quo ſimul & tacite & palam rogatus eſt reſtituere hereditatem, cum tunc non accommodata fide non peccet heres, vt tradit Ioan. Garſ. *in tract. de tac. fideicomm. numer.* 10.
32 per text. *in d. §. in teſtamento.* Non † deſunt qui adeo certum eſſe putant, ſi tantum clam ſiue tacite quis incapaci reſtituere rogetur, fiſco locum eſſe, vt non vereantur affirmare, ſi vel de minimo numo incapaci reſtituendo fides tacite accommodata fuerit, totam hereditatem heredi auferendam eſſe, & fiſco deberi

beri, in eaque opinione eſt Bald. *in l. etiam quæſt. pen. Cod. ad l. Falcid.* ſed † Palæot. *in tract. de nothis cap. 43. numer. 3.* recte ait, hoc ni- 33
mis ſeuerum & iniquum eſſe, cum præſertim pœna delicto par eſſe debeat, *l. Reſcriptum. ff. de his quib. vt indign.* ſatiſque ſit in ea ſola parte quem mulctari, in qua deliquit *l. Heres qui. eod. titul. & l. omnes in fin. Cod. Commun. de ſucceſſ.* idque pluribus confirmat Palæoth. *ibid. numer. 5.* & Boſſ. *tit. de his quib. vt indign. numer. 13.* ait, Baldum dicere male, & contra ius, contraque eum eſſe textum *in l. ex facto ff. de vulg. & pupill. ſubſtit.* De † probatione vero frau- 34
dis, qua clam fides accommodatur ad reſtituendum quod tacite relictum eſt, tractant præter alios Ioan. Garſ. *in d. tract. de tac. fideicommiſſ num. 24. & 25.* Palæoth. *d. cap. 43. numer. 9. 10. & 11.* Boſſ. *tit. de his quib. vt in dign. num. 12.* & Salic. *in d. l. etiam. num. 6. & 7. C. ad l. Falcid.*

Præter tres ſupra adductas cauſas, ob quas bona alicui vt indigno auferuntur, & fiſco vindicantur, & quæ ab Afflict. *in d. verb. Et quæ vt. num. 2.* nobiles cauſæ appellantur, reperiuntur & variæ aliæ, ob quas ſimiliter fiſco locus eſt, & quæ ad hoc decimum regale ſpectant, ideoq; operæ pretium fuerit plures hoc loco addere.

Quartam † igitur eſſe dicemus, ſi quis teſtamentum inoffi- 35
cioſum eſſe dixerit *l. Papinianus §. Meminiſſe ff. de inoff teſtam. & l. edicto. §. eos qui ff. de iur. fiſc.* Quibus † locis ſimul obſeruanda eſt 36
de aſſerente teſtamentum inofficioſum eſſe, diſtinctio inter perſeuerantem in lite & non perſeuerantem, quæ ſupra adducta eſt de eo, qui teſtamentum dicit eſſe falſum. Præterea † tenen- 37
dum eſt, duriorē eſſe cauſam illius, qui inofficioſum dixit teſtamentum, quam qui illud falſi incuſauit. Nam ille, quod in teſtamento datum eſt, perdit, ſi cauſa cadat, *d §. meminiſſe.* hic vero ſi teſtamentum falſum quidem eſſe dixerit, ſed reſpectu vnius heredis id fecerit, vt cui aliquid falſo adſcriptū eſſe dicit, priuatur eo, quod relictum eſt ab eo herede præſtandum, verum illud quod ab alio herede præſtandum eſt, cuius reſpectu non dixit teſtamentum eſſe falſum, ei nequaquam adimitur, vt ſupra oſten-

38 oſtenſum eſt. Ratio † huius diſcriminis eſt, quod, qui falſum di-
cit teſtamentum, non defunctum accuſauit, nec eius iudicium
impugnauit, ſed dixit iudicium eius eſſe ſuppoſititium, & potius
heredem, quam ipſum defunctum impugnauit. *d. l. Papinianus. ff.*
de his quib. vt indign. Teſtamentum vero vt inofficioſum impu-
gnans defunctum quaſi dementem & furioſum accuſauit *l. Titia*
in fin. l. mater. verſ. ſecundum quod. ff. de inoff. teſtam.

39 De † eo tamen, qui inofficioſum teſtamentum dicit, ob-
ſeruanda eſt ea reſtrictio, quod non amittat id, quod extra cau-
ſam eiuſmodi teſtamenti capit, & ſic, exempli gratia, retineat
donata inter viuos, vel etiam ex cauſa dotis *l. etiamſi. ff. de inoff. teſt.*
40 idemq; † dicendum eſt in donatis cauſa mortis, vt quæ etiam ex
teſtamento non dependent, *l. poſt legatum. §. Qui mortis cauſa ff.*
41 *de his quib. vt indig* gloſſ. & Dd. *in d. l. Etiamſi.* item † in relictis in
codicillis, cum duæ ſint ſcripturæ diuerſæ diſpoſitionis, ideoque
impugnans vnam non impediatur capere ex alia, Caſtrenſ. *in d.*
42 *l. etiamſi num.* 1. Peregrin. *d. lib. 2. titul. 7. num. 7.* vbi † declarando
addit, id non habere locum, quando codicilli ſunt acceſſorij ad
teſtamentum, & inde dependent per text. *in d. l. poſt legatum. §.*
43 *Qui principale.* Adeo † vero regulariter ei, qui teſtamentum vt
inofficioſum vel etiam falſum impugnauit, tanquam indigno
aufertur quod relictum eſt, & fiſco debetur, vt id etiam locum
habeat in eo, qui in tali cauſa inofficioſi vel falſi teſtamenti teſti-
monium dicit, ſi illud validum pronuncietur *d. l. poſt legatum §.*
44 *His vero,* & † in eo, qui fideiubet pro impugnante teſtamentum
vt inofficioſum vel falſum *d. l. poſt legatum §. ſunt qui putant.* item
45 in † aduocato & procuratore voluntarium officium in tali cauſa
præbente *in d. § ſunt quidam. in verb. qui accuſatori adfuit, & l. fin. C.*
de inoffic. teſt. excipiunt aduocatum fiſci, Bart. *in d. l. poſt legatum. §.*
aduocatum. & gloſſ. *ibid. in §. his vero.* De qua re etiam eſt textus
46 expreſſus *in d. §. Aduocatum* In † iudice vero teſtamentum in-
officioſum vel falſum pronunciante, ſi eius ſententia per iudi-
cem appellationis reſcindatur, certum eſt amittere quod ei re-
47 lictum eſt. *d. l. poſt legatum §. Quidam & præſidem* vbi † tamen Bar-
tolus

tolus id recte reſtringit ad eum caſum, quo ex iiſdem actis ſentē-
tia reſcinditur, ſecus ſi ex nouis probationibus, quia iudici priori
imputari non poſſet de male adminiſtrata iuſtitia.

Quinta † cauſa eſt, ſi quis teſtamentum alio aliquo pro- 48
broſo, quam falſi aut inofficioſi nomine accuſauerit *l. cum tabulis.*
ff. de his quæ. vt indign. Nec † tamen huc referendum, ſi quis te- 49
ſtamentum iure factum eſſe negauerit, cum hoc probroſum nō
cenſeatur, nec pœnam mereatur *d. l. poſt legatum. §. illa vero. & l. ſi*
teſtamentum. ff. de his quæ. vt indign.

Sexta † eſt, ſi quis contra tabulas bonorum poſſeſſionem 50
petierit *l. 2. in princ. ff. d. tit.* Atque † hæc cauſa expreſſe extendi-
tur etiam ad cauſa mortis donata *in l. ſed ſub conditione. §. 1 ff. de bo-* 51
nor. poſſ. cont. tabul. & l. in ſeruitutem. §. ſed & ſi quid ff. de bon. libert. &
ad † ea, quæ codicillis relicta ſunt *in d. §. ſed & ſi quid.* Atque 52
hinc † Peregrin. *d. lib. 2. tit 7. num. 14.* generaliter infert, eum, qui 53
bonorum poſſeſſionem contra tabulas petit, iis, quæ antea extra
teſtamentum habuerat, priuari. Et ex Bart. *in d. l. poſt legatum. §.*
Ei qui. Alexand. *in l. alia C. quib. vt indig.* & Iaſ. *in l. & ſi contra. ff. de*
vulg. & pupil. ſubſtit. addit, quæ hac in re ſit ratio diuerſitatis inter
hanc cauſam priuationis & eam, quæ ex accuſatione falſi & in-
officioſi teſtamenti locum habet.

Septima † eſt, ſi heres teſtatorem occiderit *l. Lucius ff. de iur.* 54
fiſc. l. cum ratio. §. Præterea. ff. de bon. damnat. l. his conſequenter. §. 1. ff. fa-
mil. erciſc. vbi iuſſus patris ita fit mentio, vt gloſſ. & Bart. *ibid.* alii-
que Dd. communiter inde concludant, etiamſi iuſſu patris de-
functus interfectus ſit, tamen ad fiſcum bona occiſi pertinere.
Cuiac. vero *obſeru. 31. libr. 6.* locum eum mutilum animaduertens
ita reſtituit, vt legatur, quamuis iuſſu patris, cuius in poteſtate eſ-
ſet, adierit hereditatem, vindicari eam fiſco. Sed † ſiue iuſſu pa- 55
tris aditam eſſe hereditatem, ſiue defunctum interfectum eſſe
dicamus, tamen ea fiſco debetur, & non ſolum occidenti, ſed &
patri eius aufertur, ne ſcelere commiſſo eiuſmodi iuſſus iis pro-
ſit. Non † deſunt quidem qui hanc ſeptimā cauſam locū habere 56
negant eo caſu, quo alius eſt, qui in eodem ſit gradu cum interfi-

ciente. Sed contra recte ſentiunt præter alios Baldus, Salicet. & communiter Dd. *in l. Hereditas C. de his quib. vt indig.* Afflict *in cap. 1. §. ſi duo fratres. num. 3. de feud. March.* Alberic. *in l. ſi ſequens. in pr. ff. ad Syllan.* & hanc contrariam ſententiam communem eſſe aſſerit Boſſ. *tit. de his quib. vt indign. num. 16* & Peregr. *d. lib. 2. tit. 3. n. 2.* & addit Boſſ. *iam citato loco* pro hac ſententia etiam iudicatum fuiſſe eo caſu, quo quidam fratres de Medda noctu in lecto patruum ſuum occiderant exiſtentibus aliis fratribus, quibus nihil de homicidio conſtabat. Quod ſi vero ſubſtitutus cum herede inſtituto concurrat aliud de ſubſtituto dicendum eſt. cum hic à fiſco non excludatur, ſed ei præferatur *l. heres C. de Impub. & al. ſubſtit. l. vnic. §. cum autem C. de caduc. tollend. & arg. l. ſi ſequens ff. de SCto. Silan.* quemadmodum & legata à teſtatore relicta fiſco non applicantur ſed is ad ea legatariis præſtanda tenetur, etiamſi heres vt indignus hereditatem amittat, *l. cum tabulis §. fin ff. de his quae vt indign. l. hereditates C. eod. l. cancellauerat. l. proxime ff. de his quae in teſt. delen.* facit eam huc *l. non intelligitur §. cum ex cauſa ff. de iur. fiſci. l. in facto §. fin. ff. de cond. & demonſt.* atq; hoc ita ſe etiam in priuilegatis habet in caſu *l. eum qui tacitum § pro parte ff. de his quae vt indign.*

57 Octaua † eſt ſi quis teſtatoris vxorem vel liberos interfe-
58 cerit *l. his conſequenter. §. 1 ff. famil. erciſc.* Et † licet non deſint, qui in dubium vocent, an idem dicendum ſit de fratre & agnatis teſtatoris, tamen *in d.* § 1. nulla ſit eorum mentio, nec in vlla alia lege ea extenſio reperitur.

59 Nona † eſt, ſi quis defunctum grauis delicti reum fecerit, aut ſtatus controuerſiam mouerit, ſiue ex teſtamento, ſiue ab inteſtato ſuccedere velit *l. 1. l ſi inimicitiæ. §. fin. & l. eum tabernaculis.*
60 *ff. de his quae vt indign.* quod † tamen coarctandum eſt ad eum caſum, quo poſt litem motam, & non ante, id factum eſt, vt recte tradit Peregr. *d. lib. 2. tit. 10. num. 1.* vbi addit, id etiam in eo locum habere, qui ab inteſtato ſuccedit.

61 Decima † eſt, ſi quis aliquem teſtari prohibuerit vel coegerit *l. 1. & tot. titul. ff. & C. ſi quis aliq. teſt. prohib. l. in ſcriptis. ff. de his*
62 *quae vt indign. l. Marcellus. §. fin. ff. ad Trebell.* Coactio † vero non

qualis-

quælibet id operatur, ſed ea, quæ in conſtantem virum cadit *l.
metum ff. quod met. cauſ. c. ad audientiam. & c cum dilectus. ext. eod.* &
ob metum induceret reſtitutionem in integrum *d. l. 1. §. Quod o-
neranda. ff. quar. rer. act. non dat. l. fin. §. 1. & 2. ff. Quod met. cauſ. & l. in-
terpoſitas. Cod. de tranſact.* Bald. Salicet. & Corn. *in l. 1. Cod. ſi quis a-
liq. teſt. prohib.* Bart. *in l. fin. num. 4. ff. eod.* Pariſ. *conſ. 67. num. 41. vol. 3.*
Quod † ſi vero metus non interuenit tempore factionis teſta- 63
menti, ſed præceſſit, nec vſque ad eam durauit, non habebit
metus eum effectum, de quo ſupra dictum eſt, ſed perinde eſt, ac
ſi metus non interuenerit. Innocent *in c. cauſam matrimonij. de of-
fic. delegat.* quem allegat Bart. *in l. fin. num. 16. ff. ſi quis aliq. teſtar. pro-
hib.* accedit Peregr. *d. lib. 2. tit. 6. n. 36.* vbi plures alios pro hac ſen-
tentia allegat.

Vndecima † in eo etiam, qui non metu, ſed dolo malo in- 64
duxit teſtatorem ad teſtandum, & ſibi relinquendum, conſtitui-
tur à Dd. communi concluſione, vt teſtatum facit Peregrin. *d.
tit. 6 num. 9.* vbi addit etiam, quod videatur ea concluſio bene
probari per text. *in l. 2. ff. ſi quis aliq. teſt. prohib. & in l. Lucius. §. Sem-
pronia. ff. de leg. 2.* Bagall. *in tr. de dol. lib. 2. diuiſ. 6. numer. 13. verſ. ex ad-
uerſo.* Quando † vero quis ſolis blanditiis & affectatis ſermonib. 65
efficit, vt teſtamentum condatur, & ſibi aliquid relinquatur, non
habet pœna locum, cum ita teſtatorem inducere & pellicere li-
ceat *l. fin. ſi quis aliq. teſt. prohib. l. fin. C. eod.*

Duodecima † eſt, ſi teſtator in codicillis vel per epiſtolam 66
declarauit eum, cui aliquid reliquit, eſſe indignum, vel nihil
ex teſtamento mereri. *l. cum quidam. ff. De his quæ vt indign. l. he-
reditas.* & ibi communiter Dd. vbi † hoc ita ſtatuitur, vt non 67
addatur expreſſe nec etiam innuatur, cauſam, cur indignus ſit,
nec mereatur quod relictum eſt, in codicillis vel epiſtola ex-
primendam eſſe, & à Dd. communiter ibidem receptum eſt,
non eſſe neceſſariam huiuſmodi cauſæ expreſſionem. Et † licet 68
heres non expreſſe indignus appelletur, tamen pro indigno
habendum, & fiſco locum eſſe, ſi teſtator aliis verbis vſus

 fuerit,

Digitized by Google

fuerit,per quæ ſatis declaretur & denotetur,eum male meritum eſſe,tradunt & allegant Bart.*in l.fin.col. fin.ff.ſi quis aliq. teſt. prohib.* Bald.*in l.1.col.pen.C.eod.* Caſtr.*in l.hereditas.C.eod.* ſed hi Dd.id non dicunt.

69 Etſi † vero hereditas dicatur codicillis auferri non poſſe *l.hereditatem.C.de codicill.§.vlt.Inſtitut. eod.* ideoque *in d. l. hereditas* etiam aſſeratur, tamen non refragatur, quo minus verum ſit, quod de codicillis & epiſtola ex *d.l.hereditas* iam dictũ eſt. Quia dum teſtator in codicillis vel epiſtola dicit aliquem indignum vel non mereri ſucceſſionem,non directo & ſimpliciter hereditatem adimit, ſed potius priorem ſuam voluntatem hac ratione declarat,eaq́; conciliatio *in d.l.hereditas* reperitur. Vtrum autem ſi cancellatio totius teſtamenti facta ſit, fiſco locus ſit , an vero potius ita heres vt indignus priuetur, vt alij heredes, qui ab inteſtato ſucceſſuri eſſent, ad hereditatem admittantur, infra alio loco *hoc capite* oſtendetur.

70 Decimatertia † eſt,ſi manifeſte probatum fuerit, aliquem ita ſe geſſiſſe, vt negligentia & culpa ipſius teſtator interierit. *l.*
71 *indignum ff.de his quib. vt indign.* Eſt † autem etiam huiuſmodi culpa & negligentia,ſi quis medicos vel nullos vel imperitos adhibuerit *l.quod ſi nolit.§.ſi mancipium ff.de Æ dil.edict. l.neceſſarios.§.*
72 *fin.ff.ad Syllan.l.ſi ſeruum.in pr.ff. de verb. oblig.* & † multo magis, ſi ita crudelis ſit,vt non exhibeat alimenta *l necare.ff.de lib.agnoſc.*

73 Decimaquarta † eſt,ſi paterfamilias à familia necatus eſſe dicatur, & heres nihilominus adierit, tabulasq́ue apparuerit, antequam de ſeruis ſub eodem tecto locoue quæſtio habita , & in nocentes per vltimum ſupplicium animaduerſum ſit *l. ſi ea quæſtio.l.minoribus l.cum frater.l.cum Syllaniano,& l.talis C.de his quib. vt indign.*

74 Decimaquinta † eſt ſi fœminæ per ſtuprum aliumue illicitum coitum cognitæ aliquid relinquatur, quo caſu etiam illud fiſco applicatur,& illi mulieri adimitur *l. Claudius.ff. de his quæ vt*
75 *indign* etiamſi † à milite relictum eſſe conſtet.*l.miles ita.§. Mulier. ff de teſt.milit.l.mulierem.ff de his quæ vt indign.*

Decima-

Digitized by Google

Decimaſexta † cauſa eſt, ſi quis ex ea prouincia, in qua of- 76
ficium aliquod gerit, ſibi matrimonio ſociârit aliquam inde oriundam vel domicilium ibi habentem *l. auſertur.* §. *1. d. tit.* Atque
† hic obſeruandum eſt, diſcrimen inter virum & vxorem conſti- 77
tui *in d.* §. *1.* cum vir quidem ijs locis puniatur, non fœmina, nec huic aliquid auferatur ex eo, quod relictum eſt, idque proditum
etiam eſt *in l. præfectus. ff. de rit. nupt.* Obſtare † quidem videtur 78
l. vxori maritus. ff. de vſu & vſufr. legat. ſed hæc lex de ea loquitur, quæ ſciuit prohibitionem, atque ita prudens ſciensque ſua ſponte nupſit; textus vero *in d.* §. *1.* pertinet ad eiusmodi fœminam, quæ non ita, ſed potius per ignorantiam, & tanquam decepta, matrimonium contraxit gloſſ. *in d. l. vxori maritus. verb. repeti poſſe.* & *ibid.* Gothofred. *in not.* Borch. *in hoc cap. vnic. nu. 75.*

Decimaſeptima eſt, ſi † tutor pupillam ſuam duxerit *d. l.* 79
auſertur. §. *1. & l. fin. ff. de leg. 1.* vbi † etiam pœna coarctata eſt ad ſo- 80
lum maritum, nec ad fiſcum pertinere dicitur, quod vxori à marito relictum eſt, idque ſimiliter fit *in d. l. præfectus. ff. de rit. nupt.*
pupillæ † vero appellatio hic ita accipienda eſt, vt requiratur in 81
ea, quod non exceſſerit annum 29. propter textum *in l. ſi patris C. de interd. matrim.* vbi cum 25. anno coniungitur annus vtilis, cuiusmodi annus eſt quadriennium *l. vlt. C. de temp. in integ reſt.* Ideoque etiamſi tutor rationes reddiderit, tamen matrimonium cum pupilla intra annum 28 ætatis non ſubſiſtit *d. l. ſi patris.* Ho-
d e † vero jure Canonico matrimoniũ de quo in ſuperiori cauſa 82
agitur, vt & inter tutorem & pupillum valere tradunt Salic. *in l. fin. num. 2. C. de interdict. matr. inter pup. & tut.* Felin. *in c. 1. num. 11. de ſponſal.* Abb *in c. fin. num. 2. de ſec. nupt.* Angel. Aret. *in* §. *illud. nu. 2. Inſtit. de nupt.* Peregrin. *de jur. fiſc. lib. 2. tit. 10.* & plures alij, inter quos etiã ſunt Germaniæ Iuriſconſulti Wurmbſer. *practic. forenſ. lib. 1. tit. 36. obſ. 2. num. 3.* Beuſt. *in tract. de ſponſal. numer. 21. in fin.* & Schneidw. *ad tit. Inſtit. de nupt. part. 3. nu. 14. verſ. octauo ratione tutelæ. & verſ. decimo inter præſidem.*

Decimaoctaua † poteſt generaliter ſtatui etiam in alijs, qui 83
legibus prohibita matrimonia contrahunt *l. cum hic ſtatus.* §. *fin. ff. de donat. int. vir. & vxor.* idque præter alios ita tradunt Bald. *ibid.*

ibid. Angel. *in d.l.fin.* Vaſq. *de ſucceſſ. reſol. lib. 2.* §.*20. num. 25. verſ. decimo ſi quis* & Peregr. *d. lib. 2 tit. 10. num. 9.* ex *d.l. auſertur.* §.*1.* mirum vero eſt, ab aliis non addi alias leges, cuiuſmodi ſunt *d.l. præfectus. d.l.fin. & d.l. ſi patris* cum primis vero huc pertinet *d. l. cum hic ſtatus.* §. *vlt. ff. de donat. int. vir. & vxor.* vbi generaliter de ijs agitur, qui matrimonium legibus prohibitium contrahunt. Etſi
84 † vero *in eo* §. *vlt.* inter virum & fœminam non diſtinguatur, tamen hic textus reſtringendus eſt ex *d. l. auſertur.* §.*1. d.l. præfectus d.l.fin. & d.l. ſi patris* ad maritum, & dicendum, quod ibi traditum eſt, in vxore non habere locum, idque ita de ea tradunt Vaſq. Peregrin. Bald. & Ang. *ſupra citatis locis*: expendendum tamen ſimul eſt, hoc reſtringendum eſſe ad eam, quæ ex ignorantia peccauit, & decepta fuit, iuxta diſtinctionem ſupra *in cauſa decimaſexta* adductam.

85 Decimanona † eſt, ſi quis vxorem teſtatoris ſtuprauerit, ex ſententia gloſſ. *in l. ſororem C. de his quib. vt indig.* per textus ab ea adductos. & ex Bartoli aliorumque communi concluſione *in*
86 *d. l. ſororem. & l. fideicommiſſum. C. de fideicomm.* vbi † Bart. *num. 2.* dicit, hoc omni carere ſcrupulo, ſi viuo teſtatore delictum deſignatum eſt, eo vero caſu, quo poſt mortem teſtatoris id factum eſt, magis dubium eſſe, quid dicendum ſit, verius tamen ſe putare, quod idem hoc caſu ſtatuendum ſit per text. *in l. 1. C. de ſecund. nupt. & l. 1. C. de his quib. vt indign.* idque communiter teneri teſta-
87 tur Ioann. Gutierrez *Canonic. quæſt. lib. 2 cap. 12. num. 3.* Sed † *d. l. 1. C. de ſecund. nupt.* loquitur de vidua ante annum luctus nubente, eoque ſingulari caſu, quo bona defuncti fiſco non cedunt, ſed ad proximos eius hæredes pertinent, vt oſtendemus infra, vbi ad exceptionum jus deuentum fuerit.

88 Vigeſima † cauſa eſt, ſi quis hæreditatem compilauerit, qua in re tamen pœna non excedit compilationem, ſed eatenus punitur quatenus compilauit *l. reſcriptum. ff. de his quæ vt indign.* vbi Marcellus eleganti exemplo id illuſtrans ideo, inquit, ſi is qui quadringenta habebat, vniuerſa quadringenta legârit; & hæres centum ſubtraxiſſet, trecentorum quartam retinebit, ſeptuaginta ſcilicet: & ducenta viginti quinque dabit legatarijs. Ex centum,

tum, quæ ſurripuit, legatarijs quidem dab.t ſeptuagintà quinque, reliqua, id eſt viginti quinque, ad fiſcum venient.

Vigeſimaprima † cauſa eſt, ſi quis improbum pactum, viuente adhuc defuncto, de eius hæreditate fecerit *l. quidam.* §. *1.* vel vt eſt in Florentinis *l. donari.* §. *fin.* & *l. ſeq. ff. de donat. l. 2. in fin. ff. de his quæ vt indig.* Dd. *in l. fin. C. de pact.* 89

Vigeſimaſecunda † eſt, ſi teſtator inſtituat aliquem vt filium, qui poſtea ſuppoſititius poſt mortem teſtatoris declaratus eſt, *l. aufertur in princ. ff. de jur. fiſc.* & *l. ſi pater. C. de hæred. inſtit.* 90

Vigeſimatertia † eſt, ſi quis vendat rem alienam ſciens, emptori item ſcienti, indignus eſt pretium retinere, adeo vt id fiſcus auferat. gloſſ. Bald. & Salic. *in l. 2. C. de rei domin.* per rationem, quod † turpia lucra fiſcus auferat, *l. Lucius. ff. de jur. fiſc.* Afflict. in terminis *in c. 1. nu. 33.* per illum text. *de prohib. feud. alien. per Lothar.* 91 92

Atque ex his quidem, quæ hactenus dicta ſunt, manifeſtum euadit, quam plurimas & varias eſſe cauſas, ob quas bona vt indignis adimuntur, & fiſco vindicantur. Notandum † vero eſt in ijs cauſis, de quibus ſuperius diximus, & ob quas bona ita vt indignis auferuntur, vt non priuatis, ſed fiſco applicentur, fiſci nonnunquam nullam fieri mentionem, & tamen perinde hoc accipiendum eſſe, quaſi expreſſe fiſci facta eſſet mentio: idque ita habet *in l. 1. l. ei qui. l. in fraudem* & *l. cum tabulis. ff. de his quæ vt indig. l. indignum.* & *l. cum fratrem. C. eod. l. nam ei. ff. de donat. l. ſi quis ita. in fin.* & *l. ex parte. ff. de adim. legat.* & *nonnullis alijs locis.* Quod † eo verius eſt, quia regulare jus eſt, quod quando alicui non vt incapaci, ſed vt vere indigno bona adimuntur, ea fiſco vindicentur, & inter regalia numerentur, quemadmodum ſupra oſtenſum eſt. In † dubio vero & vbi non ſatis expreſſe contrarium cautum eſt, ſtari debet regulæ, & ſecundum eam fieri oportet interpretationem *l. ab ea parte. ff. de probat. l. in ſuis quoque.* §. *puto. ff. de hæred. inſtit. c. ad decimas. de reſtitut. ſpol. in 6.* idque adeo verum eſt, vt Dd. nonnulli dicere ſoleant, regulæ ita inhærendum eſſe vt Bononienſes Carotio, ſicut videre eſt apud Roland. à Vall. *conſ. 81. nu. 4. lib. 1.* & alios Dd. Accedit † quod Fridericus 93 94 95 96

ipſe

ipſe in hac ſua conſtitutione, *de bonis quæ vt indignis auferuntur*, addat hæc verba: *niſi quæ ſpecialiter quibusdam perſonis conceduntur*, per quæ diſerte ſtatuit, vt bona quæ vt indignis adimuntur, non referantur inter regalia, nec fiſco ſed alijs debeantur, neceſſe eſſe, vt hoc ſpecialiter ita lege ſit cautum, ea vero ſpeciali expreſſione ceſſante, in dubio vult dicendum eſſe, quod fiſco vindicentur ea bona & ad regalia ſpectent.

97 Verum † vt quale ſit hoc jus exceptionis, quo per caſus ſpecialiter expreſſos à regula receditur, paulo plenius excutiamus, ſciendum eſt, quemadmodum Fridericus generatim *in hoc c. vn.* eius juris meminit, ſic & Iuſtinianum eodem modo de hoc jure loqui *in l. vnic. §. quæ antiquis. C. de caduc. toll.* dum aliarum perſonarum, quam fiſci generatim de bonis, quæ vt indignis adimuntur, meminit, & quæ antiquis legibus de ijs perſonis conſtituta ſunt, ſeruari vult. Quæ igitur in ſpecie conſtituta ſunt de perſonis alijs quam fiſco, poſſunt ex legibus, quas Iuſtinian. *in d. §. quæ autem antiquis* appellat antiquas, depromi, nec ſolum ex illis legibus, ſed & ex parte ex nouo jure, & quidem etiam Nouellarum, quemadmodum patebit ex ijs, quæ de ſpecialibus caſibus ſubijciemus. Operæ pretium enim me facturum exiſtimo, ſi exceptiones aliquot addidero regulari juri, de quo antea dictũ eſt.

98 Prima † igitur exceptio erit, ſi vxor poſt mortem mariti intra annum luctus tranſierit ad ſecundas nuptias. Huic enim omnes hæreditates ſuprema alicuius voluntate relictæ, vel etiam mortis cauſa donata ita denegantur, vt tamen non ad fiſcum, ſed ad hæredes vel cohæredes vel ab inteſtato ſuccedentes pertineant *l. 1. C. de ſecund. nupt. & Nou. 22. de nupt. §. ſi qui vero prioribus.* Et ſimiliter nihil ex donatione propter nuptias, vel alijs bonis mariti conſequitur, & in his etiam fiſco iſti hęredes pręferuntur,
99 ea † tamen reſtrictione vt illud locum habeat in decem perſonis contentis edicto Prætoris vnde decem perſonæ, cuiusmodi ſunt pater, mater, auus, auia, filius, filia, nepos, neptis, frater, ſoror. Poſt quos demum fiſco in bonis illius mariti locus eſt. *d. l. 1. & l. 2.*
100 *C. de ſecund. nupt. & d. §. ſi quis vero prioribus.* Verum † etiamſi hoc ita ſe habeat jure ciuili, tamen jure Canonico inde receſſum eſt, cum vi-

cum viduæ eo jure intra tempus luctus jure ciuili conſtitutum nubere liceat *c.pen. de ſecund. nupt. & c. fin. eod.* vbi in fine additur, quod in his ſeculares leges non dedignentur ſacros canones imitari. Nititur hoc jus Canonicum authoritate Apoſtoli Pauli *1. Corinth. cap. 7.* idque ita facit, vt & *in d. cap. pen. & d. c. fin.* hanc authoritatem alleget. Diſputant tamen hac in re contra jus Canonicum Iacob. Curt. *coniect. lib. 3. c. 9.* & Connan. *lib. 8. cap. 7.* Sed † hoc jus vſu comprobatum eſt non ſolum apud Pontificios, ve- 101
rum etiam in reformatis eccleſijs, idque paſſim experientia teſtatum facit.

Secunda † eſt, ſi tutor cum teſtamento datus eſt, ſe à tutela 102
excuſauerit, qui ob hanc excuſationem & recuſationem, qua detrectat onus tutelæ, priuatur legato ſibi relicto, vt indignus, nec tamen hoc ad fiſcum transfertur, ſed filio cuius vtilitates deſertæ ſunt, relinquitur, vt ait ICtus *in l. poſt legatum. §. amittere ff. de his quæ vt indig.* idem proditum eſt *in l. ſi legatarius in fin. Cod. de legat. & l. tutor petitus. §. 1. l. Neſennius Apollinaris & l. ſed hac nimium. ff. de excuſ. tut.* Atque † hoc *in l. etiamſi ff. de leg. 1.* ita ampliatur, vt li- 103
cet tutor in parte bonorum ſe excuſauerit, tamen totum quod ei relictum eſt, auferatur, & ad eum, de quo diximus, filium ſiue pupillum pertineat.

Tertia † eſt, ſi liberi aut parentes, agnati aut cognati, vel et- 104
iam extranei hæredes in redemptione teſtatoris captiui negligentes ſe præbuerint. Nam his, ſi hæredes nihilominus ſcripti ſint, ſucceſſio tanquam indignis denegatur, nec tamen fiſco debetur, ſed eccleſiæ eius ciuitatis, vt eam hæreditatem conferat & expendat in redemptionem captiui *Nou. 115. vt cum de appell. c. 3. §. ſi vnum. & auth. ſi captiui. C. de epiſc. & cler.* In † quibus locis obſer- 105
uandum eſt, ſimul exceptionem, quo ad hanc pœnam, ſtatui in minoribus 18. annis, & ſic eam pœnam non ſolum ad maiores 25. annis, ſed etiam ad minores ex hoc jure pertinere modo, decimum octauum annum exceſſerint.

Atque ex hac tertia exceptione notandum etiam illud eſt, de quo ſuperius aliquid attigimus, quod videlicet non ſolum in antiquis legibus, ſed & nouo jure reperiantur caſus, in quibus bo-

Digitized by Google

na vt indignis ita auferuntur, vt non fiſco ſed alijs applicentur. Atque eſt hoc nouum jus tertiæ exceptionis eiusmodi, vt ſecutum ſit nouam conſtitutionem Iuſtiniani quæ extat *in d. l. vnic. C. de caduc. toll.* vbi antiquarum legum meminit, ex quibus alijs etiam perſonis, quam fiſco, talia bona debentur.

106 Quarta † eſt, ſi legatarius vel fideicommiſſarius teſtamentum, in quo ſibi aliquid relictum eſt, ad defraudandum hęredem celauerit, illudque poſtea in lucem prodierit. Hic enim etiam, ne calliditatis ſuæ fructum percipiat, tanquam indignus ab eo, quod relictum eſt, repellitur, idque ita fit, vt non ſi co'vindicetur, ſed quaſi non ſcriptum remaneat apud hæredem ſcriptum *l. ſi legatarius. C. de legat.*

107 Quinta † eſt, ſi hæres inſtitutus rogatus ſit hæreditatem reſtituere, & per prætorem adire eam coactus fuerit. Hic, vt contemnens defuncti voluntatem eiusq; preces per hanc voluntatem expreſſas, ita punitur, vt nihil ex voluntate defuncti conſequatur, nec tamen, quod illi aufertur, ad fiſcum pertinet, ſed ad fideicommiſſarium tranſit *l. ſi patroni. §. qui fideicommiſſam. cum aliquot §§. ſeqq. ff. ad SC. Trebell.* vbi † ex verbis Papiniani colligitur,
108 id eo caſu maxime locum habere, ſi poſt impletam conditionem hæres inſtitutus adire hæreditatem coactus fuerit, pendente vero cõditione, durum eſſe idem probare, vt ibi ait idem Papinian.

109 Sexta † eſt, ſi quis aliquem inſtituerit vt filium vel fratrem, quem falſo putabat filium vel fratrem eſſe. Huic putatiuo filio vel fratri ita aufertur hæreditas, vt in reliquos proximos propinquos, & non ad fiſcum transferatur *l. ſi pater tuus & l. nec apud. C. hæred. Inſtit.*

110 Septima † eſt, in marito vxorem & vxore maritum occidente. Marito enim dos, quam de jure lucrari poterat, mortua vxore aufertur, & hęredibus vxoris debetur, & econtra vxori adimitur, quod ex bonis mariti lucrari poterat, & hæredibus mariti competit, *l. ſi ab hoſtibus. §. fin. ff. ſolut. matrim.* Et licet Bart. *in l. fin. in fi. ff. de his quæ vt indign.* diſtinguendo inter pactum & ſtatutum tradat, id in ijs quidem, quæ ex pacto, non autem quæ ex ſtatuto debentur, locum habere, tamen cõtrarium verius eſt, vrgente id juris

juris ratione & textu *in d. §. fin.* ſimpliciter & indiſtinctè loquente. Atq; hæc contraria ſententia communiter à Dd. contra Bartolum eſt recepta, teſte Claro *in §. homicidium nu. 22. verſ. ſed quid ſi maritus.* præterea generatim † quidem expediti juris eſt, ei, qui 111
alium interficit, auferri emolumentum, quod alias poſt mortem defuncti ex bonis eiusdem erat percepturus *l. cum ratio. §. praterea. ff. de bon. damnat. l. Lucius. ff. de jur. fiſc. l. his conſequenter. §. 1. ff. famil. erciſ.* Sed vt ex ijsdem locis apparet, totum hoc fiſco vindicatur, ideoque hoc ipſum ſuperius retulimus ad regulare jus, & diximus, vnam eſſe ex ijs cauſis, ob quas fiſco applicantur ea, quæ vt indignis auferuntur, merito ergo, quod ſpeciatim de marito vxorem, & hac eum occidente eorumque hæredibus diximus, ad ſingulare ſiue exceptionis jus pertinere dicitur.

Octaua † eſt, ſi liberi furioſorum parentum, vel etiam pa- 112
rente, furioſorum liberorum curam non habeant, & alius eos in curam ſuam recipiat. Quo caſu liberi à parentum & parentes à liberorum ſucceſſione arceantur, & hęc ipſa ſucceſſio transfertur ad alium, à quo poſt denunciationem liberis vel parentibus negligentibus factam cura ſuſcepta eſt, idque ita ſe habet, etiamſi hic omnino extraneus ſit. *Nou. 115. vt cum de appellatione. §. ſi quis de prædictis parentibus. & auth. liberi furioſi. C. de epiſc. aud.* Atque hic obſeruandum eſt, hanc exceptionem non minus ac tertiam non eſſe ex antiquis legibus, ſed ex nouo jure, & quidem Nouellarum. Non † obſcure tamen ex *d. §. ſi quis ex prædictis parentibus.* 113
colligitur, ſi non extiterit alius, qui curam furioſi habere voluit, fiſco hæreditatem vindicari, idque annotat etiam gloſſ *in d. auth. liberi furioſi. in verb. neglexerint*, Atque huc facit text. *in l. indignum. de his qua vt indig.*

Nona † eſt, ſi quis inimicitias exercuerit capitales cum de- 114
functo, vel ei maledixerit, quo caſu eo, quod ſibi legati vel fideicommiſſi particularis nomine relictum eſt, ita vt indignus redditur, vt non fiſco cedat, ſed apud hæredem remaneat. *l. 3. § fin de adim. legat. l. ſi inimicitia in prin. ff. de his. qua vt indig.* & ibi gloſſ. expreſſe dicens, illud apud hæredem remanere. Idem tradit Bart. *ibid. nu. 1.* & eum ſequitur Alexand. *in l. hæreditas, nu 5. C. eod.*

Digitized by Google

115 Decima † eſt in eo, qui non paret præcepto defuncti. Nam quod huic ideo aufertur, non ſtatim cedit fiſco, ſed alijs defertur
116 *l. non oportet. C. de his quib. vt indig. & Nou. 1. cap. 1.* vbi † ſimul præſcribitur, quo ordine ad ſubſtitutos cohæredes, fideicommiſſarios vniuerſales & alios, qui in teſtamento comprehenſi ſunt, pertineat id, quod contumaci aufertur, & ſimul additur, poſt eos, qui teſtamento comprehenſi ſunt, admittendos eſſe hæredes legitimos ſiue ab inteſtato venientes, vt mirum ſit Irnerium horum in *Auth. hoc amplius. C. de fideicommiſſ.* quam ex *d. Nouell. 1. cap. 1.* deſumpſit, non meminiſſe. Iulianus vero in ſua *Epitome illius Nouellæ* ita eorum mentionem facit, vt etiam eos in ſpecie ap-
117 pellet agnatos & cognatos. Obſeruandum † vero eſt & illud ex eadem Nouel. *legitimis hæredibus deficientibus, vel quod aufertur accipere nolentibus, quemlibet extraneum, à quo voluntati teſtatoris ſatisfiat, vocari atque hoc ipſum fiſco præferri.* Ex quo manifeſtum euadit, quantopere Iuſtiniano curæ fuerit, vt voluntas defuncti effe-
118 ctum ſortiatur. Si † vero extraneus noluerit implere, quod teſtatori placuit, tum demum fiſco locus erit, vt ibidem à Iuſtiniano conſtituitur.

119 Vndecima † eſt, quod mater debito tempore filio tutorem non petens, vt indigna priuetur eius ſucceſſione *l. 2. §. ſi mater. ff. ad Tertull. & l. omnem. C. eod.* & tamen bona eius filij non fiſco vindicentur, ſed ijs debeantur, ad quos pertinerent, ſi mater non eſſet *d. l. 2. § fin.*

120 Duodecima † eſt, ſi in vna perſona cum indignitate concurrat incapacitas, quo caſu incapacitatis cauſa ita attenditur, vt fauore eorum, ad quos incapace excluſo pertineret hæreditas, fiſcus, non habito reſpectu indignitatis, excludatur & illi admittantur. Ripa *in l. 1. nu. 155. ff. de vulg. & pupill. ſubſt. & reſp. 2. in 4. dubio. lib. 1.* Socin. jun. *conſ. 3. nu. 14. & 24. lib. 1.* Peregr. *de jur. fiſc. lib. 2. tit. 2. num. 26.* vbi hanc rationem addit, quod in concurſu harum cauſarum fortior ſit cauſa incapacitatis.

121 Decimatertia † eſt, quod eo caſu, quo indignus per mortem vel temporis lapſum excluditur, fiſco non ſit locus, ſed ſucceſſio à defuncto proueniens remaneat penes illos, apud quos man-

manſiſſet,ſi indignus non fuiſſet in medio,vt docent Paul. Caſtr. & Alex.*in l.Hereditas.C de his quib.vt indig.*Boſſ.*tit.eod.n.*18. & Peregr *d.tit.*2. *nu.*28. Addi vero his omnibus tanquam in iure Exceptionis fundatis poſſunt quæ ſupra de ſubſtituto legatis & prælegatis cauſæ ſeptimæ *nu.*56. Apparet autem ex iam dicta vltima & multis aliis ſupra adductis exceptionibus ab eo,quod indigno aufertur fiſcum ita excludi, vt plerunq; iis deferatur, quibus deberetur ſi indignus non fuiſſet in rerum natura.

Atque hæ quidem ſunt præcipuæ exceptiones huius regulæ:adduntur † vero & nonnullæ aliæ à Matth.de Afflict.*in hoc* 122
cap. vnic. verb. Et quæ indignis. Sed non omnes ab eo adducti caſus ſpeciales ſunt eiuſmodi,vt huc quadrent,& iis fidendum ſit.Tale eſt quod *ex l ſi quis inceſti.C.de inceſt.nupt.* ab eo traditur ,*in verſ. ſecundus caſus.* Nam ea lex pertinet ad inceſtas nuptias, & loquitur de bonis inceſtas nuptias contrahentium, ad quæ peculiariter ſpectat vndecimum regale,in quo Fridericus bona etiam eorum, qui ita inceſtum committunt, vt matrimonium inceſtum contrahant,inter regalia vult referri, atq; inde non ſolum illud conſequitur,quod hoc decimum regale, in quo nunc verſamur, non pertineat ad ea bona,ſed & fiſco Imperatorio hæc debeantur,ideoq; alieniſſimum ſit à iure exceptionis, de quo nunc agimus, ſi cum Matthæo de Afflict.dicere velimus, hæc bona eſſe etiam inter caſus ſpeciales referenda.Tale † etiam eſt,quod *in d.* 123
verſ.ſecundus caſus tradit idem Matth.de Afflict.ex *l.*1.*C.de natural. lib.*quæ eſt Conſtantini Magni & antiquata per *Nou.* 117. *vt lic. matr.& au.§.illo indubitanter.*vnde ex *d.l.*1.hodie non eſt conſtituenda exceptio.Sic † & tale eſt,quod *ibid.verſ.Octauus caſus eſt.*tra- 124
dit de eo, qui incapax eſt. Nam † exceptio debet de regula & 125
ſubiecta materia. Hic vero ſubiecta materia eſt indignitas, non incapacitas,& regulare ius eſt de iis,quæ vt indignis auferuntur, cum de incapacib. regulariter certi iuris ſit,quod ij ſtatim faciãt locum alteri, & ipſo iure à bonis repellantur, eaq; non fiſco cedant,ſed illis deferantur,qui ea caperent, ſi incapaces in medio non eſſent, cuiuſmodi ſunt ſubſtituti vel coniuncti vel alij ab in-

teſtato venientes. Eo vero minus mirum eſt ius regulare quo indigni puniuntur & fiſco applicatio fit tam multis Exceptionib. de quibus ſupra in ſpecie dictum eſt reſtringi & limitari, quod etiam ſupr. *cap.* 8. *de mulctarum pœnarumq́, compendijs* oſtenſum ſit permultos ſpeciales caſus eſſe in quibus eiuſmodi compendia contra regulare ius non fiſco applicantur ſed ad alios pertinent.

CAPVT XI.

De bonis contrahentium inceſtas nuptias.

SVMMARIA.

1 *NVptiæ prohibitæ ſunt vel inceſtæ, vel inutiles.*

2 *Nuptiæ inceſtæ quæ?*

3 L. Sororis ff. de rit nupt. & l. ſi adulterium §. inceſtum. Ad l. Iul. de adulter. *declarantur.*

4 *Nuptiæ inutiles quæ?*

5 *Inceſtus eſt duplex, iuris gentium, & ciuilis.*

6 *Inceſtus iuris gentium quis?*

7 *Inceſtus iuris ciuilis quis?*

8 *Inceſtæ nuptiæ nec matrimonij, nec vllius iuſtæ coniunctionis nomen merentur, easq́, contrahentes vir & vxor non dicuntur.*

9 *In inceſtis nuptijs nulla cenſetur eſſe dos, nec donatio propter nuptias, adeo, vt etiamſi promittantur, tamen nulla actio de ijs competat, quod & in omnibus lucris nuptialibus, quæ coniunx vnus ex alterius bonis conſequi poſſet, locum habet,* n. 10.

11 *Ex inceſtis nuptiis procreati liberi, non ſunt in poteſtate parentum.*

12 *Inceſtas nuptias contrahentes etiam in liberis iuſtis ex alio matrimonio natis ius patriæ poteſtatis amittunt.*

13 *Inceſtuoſi liberi ne quidem naturalium liberorum nomen merentur, ſiue horum in legibus & ſtatutis, ſiue in vltimis voluntatibus fiat mētio,* nu. 14.

15 *Ince-*

15 *Inceſtas nuptias contrahentes non ſuccedunt liberis.*

16 *Inceſtuoſi liberi non ſuccedunt parentibus, nec vllis tranſuerſalibus, ſiue ex vtroq; ſiue vno tantum parente coniunctis*, n. 17.

18 *Inceſtuoſi liberi nec inter viuos, nec ex vltima voluntate patris aut matris, per ſe, vel interpoſitam perſonam, quicquam capere poſſunt.*

19 *Inceſtuoſis liberis ex parentum bonis iure ciuili denegantur quoq; alimenta, iure tamen Canonico aliud obtinet.* n. 20. *idq; etiam in foro ſeculari ſeruandum eſt*, n. 21. *niſi liberi aliunde alimenta habeant, aut honeſte acquirere poſſint*, n. 24.

22 *Inceſtuoſis parentibus de iure etiam ciuili alimenta à liberis ex alio matrimonio legitime natis præſtanda ſunt, & quæ ſit ratio*. n. 23.

25 *Cauſa ceſſante ceſſat effectus.*

26 *Inceſtas nuptias contrahentes infamia notantur, & iure Canonico habentur pro excommunicatis ipſo iure*, nu 27. *Priuantur etiam iure ciuili dignitate, & honeſtiores in exilium mittuntur, humiliores vero etiam inflicti ne verberum puniuntur*, n. 28.

29 *Quibus additur, quod de pœna capitali per* Nou. 154. *in prouincijs Oſdroena & Meſopotamia ob frequentiam delinquentium conſtitutum eſt.*

30 *Inceſtas nuptias contrahentium bona omnia fiſco vindicantur, & ſi liberi vel alij deſcendentes extent, his debentur*, n. 31. *idq; vtroq; caſu ipſo iure fit*, n. 36. *licet ad poſſeſſionem auocandam requiratur ſententia declaratoria facti*, n. 37.

32 *Inceſtarum nuptiarum pœna ex quorundam ſententia etiam in nuptiis inutilibus locum habet, contraria tamen verior eſt, & communiter approbata*, n. 33.

34 Nou. 12. §. Sancimus &c. *declaratur.*

35 *Inceſtarum nuptiarum pœna an locum habeat in nuptiis de ſolo Canonico iure inceſtis? & quatenus per* d. Nou. à lege ſi quis inceſti C. de inceſt. & inutil. nupt. *recedatur.*

38 *Inceſtas nuptias contrahentium bona de regalibus eſſe, cum reliquo etiam iure communi, quod Friderici conſtitutionem* in hoc c. vn. *anteceſſit, congruit.*

39 *De inceſtis nuptiis quomodo ſecundum reliquum ius commune*

reſtringi

Digitized by Google

reſtringi debeat quod à Friderico ſine diſtinctione conſtitutum eſt.

40 *Per* Nouell. 134. *quibus Nouellis, quoad publicationem bonorum, non ſit derogatum?*

41 *Inceſtarum nuptiarum pœna, quoad publicationem bonorum, ad ſponſalia de futuro eo caſu, quo nuptiæ inceſtæ forent, non eſt extendenda, &* num. 47.

42 *Sponſalia quid ſint?*

43 *Nuptiarum prohibitionem ad ſponſalia non trahi, non eſt rarum.*

44 *Non ſponſalia, ſed matrimonium contrahere prohibetur in prouincia officium adminiſtrans cum aliqua exinde oriunda, vel domicilium ibi habente.*

45 *Ad nuptias ſecundas, ſi intra annum luctus tranſeat fœmina, punitur, non autem ſi tantum ſponſalia contrahat.*

46 *Donatio inter virum & vxorem, non autem inter ſponſum & ſponſam eſt prohibita.*

48 L. Oratio ff. De ſponſalib. *declaratur.*

49 *Inceſtarum nuptiarum pœna an habet locum in matrimonio ſiue ſponſalib. de præſenti contractis, ſi pœnitentia ducantur contrahentes, nec carnalis copula fuerit ſecuta?*

50 *Nuptias non concubitus ſed conſenſus facit.*

51 c. Etſi neceſſe. de donat. inter vir. & vxor. *declaratur.*

52 *In nuptiarum pœnis in foro ſeculari ius ciuile attenditur, licet alias in cauſis matrimonialibus ius Canonicum huic præferatur.*

53 *Inceſtus per illicitam copulam abſq; nuptiis commiſſus non eadem, qua inceſtæ nuptiæ punitur pœna. &* nu. 55. & 64. *eaque ſententia communiter eſt recepta* nu. 65.

54 *De inceſtu ſine matrimonio commiſſo nulla certa pœna iure ciuili expreſſe conſtituta eſt.*

59 L. ſi quis viduam ff. de quæſtionib. *declaratur.*

57 L. ſi adulterium in princip. ff. ad l. jul. de adulter. *declaratur.*

58 *Adulterij pœna qualis hodie ſit in viro, item in muliere* numer. 59.

60 *Adul-*

Digitized by Google

60 *Adulterij pœna olim non erat grauior quam relegationis.*

61 *Ius nouum non facile ad conſequentia trahi debet.*

62 *In inceſtu locum habere pœnam mortis eſt communis, ſed minus vera Interpretum ſententia, & licet admitteretur ea, tamen inter inceſtum iuris gentium, & iuris ciuilis diſtinguendum eſſet* numer. 63.

66 *A nuptiarum iure prohibitarum pœna excuſationem præbet ignorantia ſiue error facti, non tantum in muliere ſed & in viro,* n. 67.

68 *Ignorantia facti præſumitur.*

69 *Ignorantia facti iuramento probari poteſt.*

70 *Fallit, ſi ſpecialis aliqua præſumptio eam allegantiaduerſetur, niſi conſtet hanc non eſſe concludentem: Ignorantia craſſa & ſupina in delictis non excuſat. pœna tamen in ea mitior merito eſt cum ordinaria.*

71 *Ignorantia ſiue error iuris non eodem loco, quo error facti haberi debet.*

72 *Ignorantiam iuris etiam à pœna inceſtus excuſare communis eſt Interpretum ſententia, ſed à veritate aliena* n. 73.

74. *Ignorantia iuris ciuilis, non etiam iuris gentium fœminam, maritum vero ne quidem ignorantia iuris ciuilis à pœna inceſtus excuſat.*

75 *Irnerius reprehenditur, quod* in auth. inceſtas C. de inceſt. nupt. *vocabulum legis vel iuris omiſerit.*

76 *Ignorantia iuris in lucris non in damnis nocere dicitur, quod quomodo accipiendum vide* n. ſeq.

77 L. Iuris ignorantia & l. Error facti ff. de iur. & fact. ignor. *explicantur.*

78 *Ignorantia iuris à pœna 50. aureorum non excuſat libertum ſine venia patronum in ius vocantem, vt nec eum, qui, quod ſuum eſt alij poſſidenti per vim aufert,* n. 79.

80 *Ignorantia iuris lapſus fœminam, quæ nondum eluxit, ducens de iure ciuili notatur infamia.*

81 *Ignorantia iuris fœminis in damnis & diſpendijs prodeſſe cenſetur.*

82 *Scientia iuris potius quam ignorantia præſumitur, ſi clam matrimonium fuerit contractum.*

Digitized by Google

83 *Ad regalia referendum eſſe, quod Princeps virginibus aut mulieribus abuti, vel eas inuitas aut inuitis parentibus aliis matrimonio iungere poſſit, male quoſdam exiſtimare.*

VNdecimum regale ſunt bona contrahentium inceſtas nu-
1 ptias. Sunt † inceſtę nuptię, ſunt etiam inutiles, & ad vtrũq; hoc nuptiarum genus ſpectat *Rubrica C. de inceſt. & inutil. nupt.* &
2 leges ibidem ſubiectæ. Inceſtæ † nuptiæ eſſe cenſentur, quæ ob ſanguinis coniunctionem vel affinitatem prohibentur *l. fin. ff. de rit nupt. l. ſi quis viduam ff de quæſt. c. lex illa 36. quæſt.* 1. Neque aliud vult Vlpian. *in fragment. Inſtitut. tit. 5.* dum ait, ſi quis eam, quam non licet, vxorem duxerit, inceſtum matrimonium contrahit. Nam hæc Vlpiani verba coarctanda ſunt ad ea, quæ ibi antecedunt, vbi loquitur de iis, iter quos eſt ſanguinis vel affinitatis coniunctio, ideoque quæ mox ſubiicit de inceſto matrimonio, perinde accipienda ſunt, ac ſi dixiſſet, inceſtum matrimonium contrahi, ſi quis eam, quam ob ſanguinis vel affinitatis coniun-
3 ctionem non licet, vxorem duxerit. Conſimili † ratione licet Paulus *in l. ſororis. de rit. nupt.* generaliter reſpondeat, quod inceſtus dicatur committi ſi quis aliquam duxerit ex iis, quas legibus aut moribus prohibetur vxores ducere: tamen hoc reſponſum reſtringendum eſt ad eas, cum quibus conſanguinitatis vel affinitatis ratione matrimonium contrahere prohibemur. Et cum eadem reſtrictione accipiendum eſt reſponſum Papiniani *in l. ſi adulterium. §. inceſtum ff. ad l. Iul. de adult.* dicentis, inceſtum per illicitam matrimonij coniunctionem committi. Reliquæ † nu-
4 ptiæ, quibus conſanguinitatis vel affinitatis impedimentum non obſtat, ſunt illæ, quæ inutiles dicuntur. Sic iure ciuili interdicitur matrimonium inter tutorem & pupillam *tot. titul. Cod. de interd. matrimon. int. tut. & pupill.* & tamen hæ nuptiæ non cenſentur eſſe inceſtæ, ſed potius inutiles dicuntur, & generali appellatione illicitarum & prohibitarum nuptiarum continentur, idque de aliis ſimilibus caſibus, in quibus matrimonium legibus eſt prohibitum, dicendum eſt, *l. qui contra C. de inceſt. & inutil. nupt.*

Inceſtæ

Digitized by Google

Inceſtæ † nuptiæ duplici iure dicuntur prohiberi, & pro 5
inceſtis haberi, nimirum iure gentium, & iure ciuili. Eſt enim
inceſtus alius iuris gentium, alius iuris ciuilis. *d.l fin.ff. de rit. nupt.*
l.fin.§.fin.ff. de condict.ſin.cauſ.& d.l.ſi adulterium §.1.*ff ad l.Iul.de ad-*
ult. Ex † quibus & ſimilibus locis ſimul liquet, inceſtum iu- 6
ris gentium eſſe, ſi quis aliquam duxerit ex aſcendenti vel de-
ſcendenti linea. Iure † ciuili vero inceſtum committi, cum con- 7
tra prohibitionem legis ducitur ea, quæ in tranſuerſa linea con-
iuncta eſt, & vtrumq; genus inceſtus affinitatis ratione etiam
committi.

Pœnæ contrahentium inceſtas nuptias ſunt multiplices &
variæ. Nam † matrimonium omnino nullum eſt, nec vllius iu- 8
ſtæ coniunctionis nomen meretur, contrahenteſque vir aut v-
xor non dicuntur. *§.ſi aduerſus. Inſtit. de nupt. l. ſi quis inceſti. Cod. de*
inceſt.& inutilib. nupt. nulla † etiam cenſetur in eiuſmodi nuptiis 9
dos vel donatio propter nuptias eſſe, nec vllo modo ſubſiſtit do-
tis vel donationis propter nuptias promiſſio, ita vt exigi non
poſſit, nec vlla actio de iis competat *l.inceſtæ ff. de nup. d.§.ſi aduer-*
ſus.& d.l ſi quis inceſti. idque † de omnibus lucris nuptialibus, 10
quæ vnus coniunx ex alterius bonis alias conſequi poſſit, dicen-
dum eſt *d. l. qui contra. Cod. de inceſt. nupt.* Et quemadmodum
matrimonium nullum, item dos & donatio propter nuptias
nulla eſſe cenſetur, ſic † & liberi ex tali coniunctione nati non 11
ſunt in poteſtate parentum, perindeque habentur ac ſi nulli eſ-
ſent liberi, *d.l.ſi quis inceſti. & d.§.ſi aduerſus.* ideoq; nec in poteſta-
te parentis ſunt *d.§.ſi aduerſus.* facitq; textus *in princ Inſt de patr.po-*
teſt. Imo † & in liberis iuſtis, ex alio matrimonio natis, parentes 12
ius patriæ poteſtatis amittunt. *Nou.12 §.ſi vero contigerit.* & † ne 13
naturalium quidem liberorum nomen merentur ex inceſtis nu-
ptiis nati *Nou.74. Quib mod nat fil.legit.§.fin. Nou.89.quib.mod.na-*
tur.effic.ſui.§ fin.& auth ex complexu.Cod.de inceſt.nupt. idq; † ita ſe 14
habet non ſolum in legib. & ſtatutis, ſed & ſi in teſtamentis aliiſq;
vltimis voluntatibus eorum fiat mentio Bart. & Alex. *in lib. ex fa-*
cto.§.ſi quis rogatus.ff.de Trebell Abb.Felin. & Dec.*in c. in præſentia.*
de probat.

 Non

15 Non † ſuccedunt etiam parentes huiuſmodi liberis Bart.
in l.fin.ff.de his quib vt indig. Ang l.*in §.præferuntur.num.*18 *Inſtit.ad SC.Tertull.* Chaſſan *in conſuetud.Burgund.tit. Des ſucceſſion.Rubric.*7.
*§.1.num.*1.& Forſter.*de ſucceſſ.lib 6.cap.*50.*num* 10. *&* 11. Ioan. Ba-
16 ptiſt.*in l.ſi qua illuſtris.num.77. C ad SC.Orphician.* nec † econtra libri ſuccedunt parentibus etiamſi ſit mater vel alius aſcendens
per lineam maternam *l ſi quis inceſti.Cod de inceſt.nupt.d. Nou.*12.*§.*
*Sancimus.d Nou.*89.*§ fin* gloſſ *in §.nouiſſime.verſ.admitti.*& ibi Angel.*Inſt.ad SC.Orphician.*Bald.*conſ.*267.incip *ad euidentiam nu.*10.
*lib.*1.*& conſ.*457.*num.*7.*lib.*5.Afflict.*deciſ.*96.*num.*4.Ioan.de Anan.
conſ 95.*num.*1.Crauett.*conſ.*184.*num.*3.Socin.Iun.*conſ.*69 *num.*4.
17 *libr.*1.neque † etiam fratribus, ſororibus vel aliis tranſuerſalibus
ex vtroque, aut ex vno parente tantum coniunctis, Angel. *in §.*
vulgo.num. 9. Inſt.de ſucceſſ.cognat. Hoſtienſ. *in ſumm titul. Qui fil.*
ſint.legit.circ.princ Afflict.*d.deciſ.*97.*numer.*2.*&* 4.Alex. *conſ* 174.
*num.*2.*lib* 5.Ioan.de Anan.*d.conſ.*95.*num.*1.*verſ.de nde ſuperuenit.*
Forſter.late in *d.c.*50.*numer.*10.*& ſeqq.*Schrader.*de nupt. num.*1:4.
18 neque † ex donatione inter viuos, vel etiam ex vltima voluntate
patris vel matris per ſe, vel etiam interpoſitam perſonam capere
aliquid poſſunt *d. l ſi quis inceſti.*Crauett.*conſ.*20.incip. *diuino ſubſidio num.*3.Forſter.*d.c.*50.*n.*2.Corn.*conſ.*93 *nu.*24 *& conſ.*236.*num.*
5.*lib.*2.

19 Accedit † his quod alimenta etiam liberis ex huiuſmodi
matrimonio natis denegentur ex parentum bonis *d. Nou.*189. *§.*
20 *fin.* Cæterum licet hoc iure ciuili ita ſe habeat, tamen † iure
Pontificio aliud obtinet ***cap. cum haberet de eo qui dux in matrimon. quam per adulter.*** quod ius certe naturali æquitate eſt ſuffultum,
quia duriſſimum eſt liberos ob parentum delicta pœnam luere,
atque ita vt neceſſariis etiam alimentis defraudentur, *l. crimen.*
ff.de pœn.l.ſpurÿ ff.de decur. vbi Papinianus ait, ſpurios & ex inceſtunatos decuriones fieri poſſe, quod non ſit impedienda dignitas eius, qui nihil admiſit, ideoque multo minus ex naturali
æquitate neceſſaria alimenta huiuſmodi perſonis deneganda
ſunt, cum præſertim ea denegans necare videatur *l. necare ff.*
de lib.

Digitized by Google

de lib agnoſc. Quo † fit vt Interpretes ob hanc naturalem æquitatem frequentiori conſenſu (de quo teſtatur Gail. *obſ.88. num.4. lib.2.*) ſtatuant, Ius Canonicum hac in parte in foro etiam ſeculari ſeruandum, & proinde ſic à judicibus pronunciandum, idque paſſim praxi receptum eſſe videmus, & ait Beuſt. *de matrim. quæſt.60. verſ. Et licet jus ciuile.* ſaxonicos Iudices Conſiſtoriales in ea re jus Canonicum ſeruare. Parentibus † vero, qui inceſtas nuptias contraxerunt, à liberis, ex alio matrimonio legitime natis, alimenta præſtanda ſunt jure etiam ciuili, nec hic neceſſe eſt, recurrere ad jus Canonicum extantibus huiuſmodi liberis. Nam id diſerte cauetur *in d. Nou.12 § ſi vero contigerit.* vbi in patris perſona hæc additur ratio, quod † licet legum contemptor & impius, tamen pater ſit, quæ ratio ſi tanti eſt momenti, vt ob eam, naturali æquitate vrgente, alimenta debeantur parentibus, qui tam grauiter deliquerunt, merito dicemus eo verius eſſe ex naturali æquitate, quod ſupra dictum eſt de liberis, qui ex talibus parentibus nati ſunt, quia licet ex talibus parentibus nati ſint, tamen liberi ſunt, & præterquam quod liberi ſunt, recte de ijs enunciatur, quod Papinianus ait, *in d.l. ſpurij,* nihil videlicet admiſiſſe eos. Verum licet de jure Canonico eiuſmodi liberis præſtanda ſint alimenta, tamen † ſi aliunde alimenta habeant, vel honeſte acquirere poſſint, parentes ad eorum præſtationem nō tenentur. *l. ſi quis à liberis. § 1. ff. de lib. agnoſc.* Bald. *in l. neque mater. num.3. C. de jur. dot. & in conſ 116. num 1. vol.2.* Bald. Nouell. *in tract. de dot. part.6. priu.16. col.2. verſ. ſi tamen talis.* Hartm. *practic. for. obſ. lib.2. tit.37. obſ.3. nu.10.* Gail. *d. obſ.88. nu.9.* Et facit pro hac ſententia, quod, cum neceſſitas alimentorum ceſſet, dici poſſet, ceſſante † cauſa ceſſare effectum *c. cum ceſſante. de appellat.*

21
22
23
24
25

Vt † autem ad plures alias pœnas inceſtas nuptias contrahentium tranſeamus, ſciendum eſt, ijs etiam infamiæ pœnam irrogari *c. conſanguineorum.* juncta gloſſ. *3. quæſt.4.* cui † pœnæ canones & illam adjciunt, quod ita delinquentes ipſo jure ſint excommunicati *c. cum habebat. de eo qui dux. in matrim. quam per adult. & clem. eos. de conſang. & affin.* Præterea † jure ciuili, & quidem Nouellarum, cingulo, id eſt, dignitate priuantur, & in exilium

26
27
28

 mit-

admittuntur honeſtiores, humiliores vero etiam inflictione verberum puniuntur *d. Nou. 12. §. ſancimus. & auth. inceſtas. C. de inceſt.*
29 *nupt.* quam † pœnam in prouincijs Oſdroena & Meſopotamia duriorem eſſe voluit Iuſtin. *in Nou. 154. de his qui in Oſdroena illicit. contrah. nupt. §. 1.* vbi ſine vlla diſtinctione perſonarum capitis pœna plectuntur, qui in illis prouincijs inceſtas contrahunt nuptias, idque ob frequentiam delictorum, quod nimirum nimis multi ſe hoc crimine pollucrent.

30 His † pœnis omnibus accedit, quod delinquentium bona omnia fiſco vindicentur, idque quoad præfatas prouincias ſpeciatim conſtituitur *in d. Nou. 154.* generaliter vero cauetur *in d. Nou. 12. §. ſancimus.* vbi non ſolum dotis fit mentio, ſed & aliarum facultatum, & fiſco deberi dicuntur. Conſtitutum quidem fuit etiam antea aliquid de confiſcatione bonorum aduerſus eos, qui inceſtas contrahunt nuptias *in d. l. ſi quis inceſti* ſed Iuſtinianus ab ea per generalem ſuam conſtitutionem *in ſua Nou. 12.* recedere, & eam exaſperare, nouumque jus introducere voluit. Nam *in d. l. ſi quis inceſti.* non ſolum liberis antea ex legitimo matrimonio natis, ſed & nonnullis alijs perſonis reſeruantur bona coniugum, & quidem liberis vſque ad tertium gradum, inter aſcendentes vero patri, matri, auo & auiæ, inter collaterales fratri, ſorori, patruo & amitæ. At *in d. Nou. 12.* ad ea bona non admittuntur alij, quam filij, nepotes & alij deſcendentes. Aſcendentes vero & collaterales omnino ab ijs bonis expreſſis verbis excluduntur. Præterea *in d. l. ſi quis inceſti* non ſtatim ſi deſiderantur illæ perſonæ, de quibus ea lex loquitur, adimuntur bona & fiſco vindican-
31 tur, ſed coniuges vſque ad finem vitæ ea retinent. At † *in d. Nou. 12.* ita auferuntur bona, vt dicantur ea ſtatim fiſco vindicari, & ſi liberi legitimi extant confeſtim ad hos deuolui.

32 Non † deſunt autem, qui in dubium vocant, an publicatio bonorum & reliquæ ſupra enumeratæ pœnæ inceſtarum nuptiarum locum etiam habeant in alijs nuptijs legibus prohibitis, quas inutiles vocari ſupra diximus. Ex his Interpretibus eſt gloſſ. *in auth. inceſtas. C. de inceſt. nupt & in d. Nou 12. § ſancimus.* quibus locis tenet, eas pœnas ad omnes nuptias pertinere, & adſtipulantur

pulantur ei nonnulli alij Dd. pro ea ſententia adducti à Boer. *deciſ.264.nu.12.* Sed † antiquiſſimus Interpres Martinus in con- 33
traria ſententia fuit, vt teſtatur gloſſ. *in d.§. ſancimus & d.auth. inceſtas.* Et Iacobus de Rauen. Cyn. Bald. Alberic. de Roſat. Salic. & alij Dd. communiter *in d. auth. inceſtas* eandem contrariam ſententiam amplectuntur, per diſtinctionem dicendo, quod pœnas, de quibus *in d. §. ſi aduerſus. & in d. l. qui contra.* agitur, omnes illi incurrant, qui quocunque modo prohibitas nuptias contrahunt, reliquæ vero pœnæ, de quibus *in d. Nou. 12. & d. auth. inceſtas.* agitur, illis irrogentur, qui nuptias inceſtas contrahunt. Atque eſt hæc ſententia verior, eamque communem etiam eſſe aſſerunt Aldobrand. *in d. §. ſi aduerſus, num 35.* Salicet. *in d. auth. inceſtas*, & Boer. *ſupr. citato loco.* Neque † obſtat *in d. § ſancimus*, ver- 34
bum *illicitas*, quia eſt illud veteris Interpretis in vulgari verſione, & debet potius reſpici ad verbum Græcum ἀθέμιτος quo Iuſtinianus vtitur, & ad ea, quæ *in d. §. ſancimus.* à Iuſtiniano per declarationem ſubijciuntur, dum prohibitas nuptias, de quibus ibi agitur, naturæ contrarias vocat, & eas eſſe dicit, quas lex inceſtas, nefandas & damnatas appellat, & in quibus talis eſt coniunctio, à qua etiam nonnulla bruta animalia abhorreant. Atque hinc *in d. auth. inceſtas.* verbum *Illicitas* non eſt additum, ſed Irnerius ſtudioſe ſolo verbo *Inceſtas* vti voluit, & Iulianus etiam in ſua Epitome, nec verbum *Illicitas* nec aliud, nuptias alias quam inceſtas denotans, addere voluit.

Quæſtionis † vero eſt, an hoc nouum jus ciuile de inceſtis 35
nuptijs etiam ad nuptias, quæ ſecundum juris Canonici diſpoſitionem & ob gradus eo jure prohibitos inceſtæ ſunt, extendendum ſit? Et quidem huiuſmodi extenſionem eſſe faciendam tenent Abbas & Præpoſit. *in c. & neceſſe. extr. de denat.* Ioan. Andr. ad Speculat. *in tit. de ſucceſſ. ab inteſt. § 1. col. 4. verſ. & quia de gradibus.* Couarru. *de ſponſal. part. 2. cap. 6. §. 8. num. 8.* qui addit communem eſſe opinionem, idque aſſerit etiam Dec. *conſil. 158. num. 1. in fin.* & poſt eum Villalob. *commun. opin. lib. 1. verb. nuptia inceſta.* Sed verior eſt contraria ſententia ob rationes adductas à Peregrino *de jur. fiſc. lib. 5. tit. 1. nu. 16*, eamq; veritatem eſſe aſſerit Bald.

in d. auth.

in d. auth. inceſtas Communiter vero etiam hanc ſententiam approbari dicit Salic. *in d auth. inceſtas.* & Boer. *deciſ 263. nu. 11.* Eandem ſententiam communiorem eſſe teſtatur poſt Follerium à ſe allegatum Soarez. *in theſaur. recept. ſentent. in verb. nuptÿs inceſtis.* & Clar. *in §. inceſtus, num. 3.* atque eſt etiam benignior & mitior, vt eam appellat Clarus *iam citat. loc.* approbataque eſt & rationibus confirmata aliquando votando in Camera Imperiali, vt videre eſt apud Gilman. *rer. judicat. lib. 1. deciſ 19. num. 59 60. 61. 62 & 63. verſ. hanc diuerſitatem*, vbi additur hanc ſententiam eſſe tutiorem. Etſi vero *in l. ſi quis inceſti C. de inceſt. & inutil nupt.* permittatur, vt inceſtas nuptias contrahens donec vixerit bona ſua retineat, tamen Iuſtinian per hanc Nouell. inde recedere voluit.

Dictum quidem eſt ſupra in ſpecie de pœna publicationis bonorum, quod *in d. Nou. 12.* ita bona contrahentibus inceſtas nuptias dicantur auferri, vt ſtatim ad liberos legitimos, ſi extent, deuoluantur, & ſimiliter ſi illi deficiant, ſtatim fiſco vindicentur. Atque eo pertinent in ea Nouell. §. *ſancimus.* hæc verba: *mox ei*
36 *ſuarum rerum caſum imminere.* Ideoque † Interpretes communiter ſtatuunt, ipſo jure coniuges in hanc pœnam incurrere, de qua communi ſententia teſtatur Eman. Soarez. *in th. ſ. comm. opin. in verb. nuptÿs inceſtis.* Bermon. *de concubin. nu. 11. & ſeq.* Boer. *deciſ. 264. num. 12.* Peregrin. *de jur. fiſc. lib. 1. tit. 5. nu. 16.* & Couarru.
37 *in epit. lib. 4. decret. part. 2. cap. 6. num. 6.* Tenendum † tamen ſimul eſt, opus eſſe ad auocandam poſſeſſionem ſententia declaratoria facti, per quam declaretur crimen commiſſum, nec ante bona delinquentibus adimuntur *c. cum ſecundum. de hæreticis in 6.* Boſſ. *de crim. læſ. maieſt. num 74.* Felin. *in c. Rudolphus. num. 63. de reſcript.* Socin. jun. *conſil 69 num 28. lib. 1. & conſ 68. num. 59. lib. 3.* Beroius. *conſ. 154 num. 5. lib. 3.* Peregr. *d. t. t. 5. num 8.* Gail. late *de pac. pub. lib. 3. cap 3. nu. 8. 9. 10. 11.* Wurmb. *lib. 1. tit. 50. obſ. 3. num. 3.* Couarruu. *in epit. lib. 4. decretal. part. 2. cap. 6. num. 6.* Alex. *in l ſi quis maior. C. de transact.* dicens omnia jura mundi pœnam aliquam ipſo jure imponentia debere intelligi ſecuta declaratoria ſententia ſuper facto. Quod generale dictum ex Grammat. *deciſ. 15. num. 8.* adducit etiam Mynſing. *obſ. 77. nu. 3. cent. 6.* & Gail. *obſ. 51. nu. 6. lib. 2.* Atque hoc eo

Digitized by Google

hoc eo magis hic attendendum eſt quod Camer. Ordinat. *p. 2. tit. 9.* §. *2.* expreſſe ſtatuatur etiamſi quis ipſo jure & facto bannitus ſit; tamen Cęſarem vel Cameram parte vel fiſcali petente vel etiam ex officio pœnam bannumq; denunciare & in huiusmodi pœnam declarare. Atq; hæc quidem omnia cum ita ſe habeant, eo minus mirum videbitur, quod Fridericus Imper. *in hoc c. vnic. Quæ ſint regal.* bona etiam contrahentium inceſtas nuptias inter regalia numerari voluerit. Nam † ex ijs quæ modo dicta ſunt, planum fit *in hoc c. vn.* Conſtitutionem Friderici congruere cum 38 eo jure, quo iam antea placuit publicationis bonorum pœna afficiendos eſſe, qui in contrahendis nuptijs ſe crimine inceſtus polluunt, etiamſi huius quoque regalis Radeuicus, Guntherus, Mutius, Dedochinus, Abbas & Sigonius non meminerint. Proinde † licet Fridericus *in hoc c. vnic.* ſimpliciter bona contrahentium inceſtas nuptias inter regalia referat, ideoq; ad fiſcum Im- 39 peratorium pertinere velit: tamen id eo ſenſu & reſtrictione accipiendum eſt, qua *in d. Nou. 12.* §. *ſancimus.* ea bona fiſco dicuntur vindicari, hoc eſt, vt non prius hæc bona, quam deficientibus ijs, de quibus ſupra dixi, deſcentibus ad Imperatorem eiusque fiſcum pertineant. Atque hanc eſſe Friderici mentem eo verius eſt, quod non minus reſpectu bonorum, quæ habent contrahentes inceſtas nuptias, quam eorum quæ habent alij damnati & proſcripti, adijciantur conſtitutioni Friderici hæc verba: ſecundum quod in nouis conſtitutionibus cauetur, vbi per nouas conſtitutiones intelligitur jus nouellarum.

Cæterum † de hoc Nouellarum jure quæritur, an non ab eo, quod quoad contrahentes inceſtas nuptias de publicatione bonorum *in d. Nouell. 12.* conſtitutum eſt, receſſum ſit per *Nouell.* 40 *134. vt nulli jud. lic. hab. loc. ſeruat.* §. *vlt.* vbi de ijs criminibus, in quibus ex antiquo jure publicatio bonorum locum habere poteſt, conſtituitur, ne huic pœnæ locus ſit, donec extiterint delinquentium liberi vel etiam vſque ad tertium gradum parentes, excipiturque ſolum læſæ maieſtatis crimen. Atque huc pertinet *auth. bona damnatorum, Cod. de bon. proſcript.* Communiter eſt Interpretum ſententia per eam Nouell. quod de publicatione

bonorum *in d. Nou. 12.* conſtitutum eſt, non eſſe abrogatum, idq; de hac ſententia, quod nimirum communis ſit, teſtatur Nicol. Boer. *deciſ. 164. nu. 15. & 16.* Atque eſt hæc ſententia ſanior, quam eorum, qui contra ſentiunt. Etenim Iuſt. *in d. §. vlt.* ita de criminibus loquitur, vt veteribus legibus derogare noluerit quoad publicationem bonorum, nec veriſimile eſt, eum hac in parte ſuis Nouellis voluiſſe derogare. Ideoque per *d. Nouell. 143.* nec illud jus de publicatione bonorum abrogatum eſt, quod ſancitum eſt in *Nouell. 117. vt lic. matr. & auia &c.* §. *Quia vero ex conſenſu.* vbi ſi quis reliquerit vxorem ſuam voto quodam caſtitatis & tamen poſtea vel alias nuptias contraxit, vel alia ratione ſe contaminauit rem cum fœmina habendo, bona filijs quidem extantibus debentur, ijs vero deficientibus fiſco vindicantur. Quemadmodum autem *d. Nou. 134* non obſtat juri *d. Nou. 12.* nec eam abrogat, ſic eidem Nouellæ non refragatur *Nouell. 17. de Mandat. Princip.* §. *oportet autem.* Nam quod ibi cognationi vniuerſæ ſeruantur bona damnatorum, non pertinet ad eos caſus, in quibus expreſſe & nominatim conſtituta eſt pœna publicationis bonorum, ſed potius referri debet ad alios caſus, in quibus per leges ſpeciales prouiſio non eſt facta, idque ita tradit etiam Cuiac. *ad d. Nou. 12.* eaque communis etiam eſt Interpretum ſententia, quod videlicet per *d. Nou. 17.* non ſit derogatum *d. Nou. 12.* Atque ex his omnibus ſatis liquet, verum manere, quod in conſtitutione noſtra Friderici de bonis contrahentium inceſtas nuptias reſpiciendum ſit ad jus Nouellarum, quod eſt in *d. Nou. 12.*

41 Porro † autem licet in dubium vocetur, an publicationis bonorum pœna, de qua nunc agitur, in ijs locum habeat, qui ſponſalia eo gradu contrahunt, quo nuptiç eſſent inceſtæ: tamen verius eſt, ad eos huiusmodi pœnam non pertinere Nam Iuſtin. *in d. Nou. 12.* nullo verbo innuit, ſe ſponſalia contrahentibus pœnam, de qua loquitur, irrogatam velle. Similiterque *in d. l. ſi quis inceſti. C. de inceſt. nupt.* nulla fit mentio ſponſaliorum, & Fridericus ipſe *in hoc c. vn. Quæ ſint regal.* ſtricte de ijs, qui inceſtas nuptias contrahunt, loquitur, quatenus bona eorum inter regalia nu-
42 merari voluit. Præterea † conſtat ſponſalia nihil aliud eſſe, quam

men-

Digitized by Google

mentionem & repromiſſionem futurarum nuptiarum vt ICtus loquitur *in l. 1. de ſponſal.* ideoque † non eſt rarum, quod in ijs 43
etiam caſibus, in quibus ratione matrimonij prohibitio fit, jus de eo conſtitutum ad ſponſalia non trahatur, ſed ad ſolos matrimonij terminos ſtricte reſtringatur. Sic † enim qui officium in pro- 44
uincia adminiſtrat, licet vxorem inde oriundam vel ibi domicilium habentem ducere prohibeatur: tamen in ſponſalibus res ſe habet ſecus, *l. ſi quis officium. ff. de rit. nupt.* Sic † fœmina punitur 45
quidem, ſi intra tempus luctus poſt mortem mariti ad matrimonium tranſiliat, *l. 1. C. de ſecund. nupt.* ſed ſi ſola ſponſalia contraxerit, antequam illud tempus effluxit, euadit huiusmodi pœnam *l. ſolet. §. 1. ff. de his qui not. infam.* Sic † denique, vt alia omittantur, li- 46
cet inter coniuges conſtante matrimonio interdicta ſit donatio, tamen hoc ad ſponſum & ſponſam produci non poteſt *l. cum hic ſtatus. §. ſi ſponſam. & l. inter eos. ff. de donat. int. vir. & vxor.* Non mirum igitur fuerit, ſi dicamus ob inceſta ſponſalia non incurri pœnam, de qua nunc agimus, nec bona ſponſalia huiusmodi cõtrahentium inter regalia referri debere. Et † facit pro hac ſen- 47
tentia elegans textus *in l. fin. in princ. & §. fin. ff. de condict. ſin. cauſ.* Nam eo loco *in prin.* de ea, quę auunculo ſuo nuptura erat, & tantum ſponſalia contraxerat, reſpõdetur, quod dotem iam datam repetere poſſit, nedum ea dos, vel alia bona ſponſi vel ſponſæ fiſco vindicentur vel etiam innuatur, alia ratione eos puniendos eſſe. Similiter *in d. §. fin.* nouerca cum priuigno, vel nurus cum ſocero ſponſalia contrahens, nec ad ipſas nuptias progrediens, condictionem ad pecuniam dotis nomine datam repetendam habere dicitur. Denique hæc ſententia, quod confiſcatio bonorum vel ſimilis grauis pœna in ijs, qui ſponſalia tantum contraxerunt, non habeat locum, apud Interpretes eſt receptiſſima. Videtur † quidem magnopere obſtare *l. oratio. ff. de ſponſal.* vbi 48
matrimonio prohibito, cenſentur etiam ſponſalia prohibita & illicita. Verum reſponderi poteſt cum glo. *in clem. vn. in verb. contrahere. de conſang. & affin.* licet ſponſalia etiam prohibeantur, non tamen ſequi, eandem eſſe ſtatuendam pœnam, cum inter huiusmodi ſponſalia & matrimonia magna ſit differentia. Atqui ita

reſpondent etiam Schneidw. *ad tit. Inſtit. de nupt. part. 3. num. 17.* Beuſt. *in tract. de matrim. nu. 64. verſ. ſciendum tamen eſt.*

49 Sed † quid dicemus eo caſu, quo matrimonium ſiue, vt canones etiam loquuntur, ſponſalia de præſenti contracta ſunt, & tamen ad copulam carnalem necdum deuentum, ſed qui ita contraxerunt, pœnitentia ducuntur? Sane hæc quęſtio magis eſt dubia, quam ſuperior. Et quidem Anton. de Butr. Abb. Præpoſ. & alij Canoniſtæ *in c. etſi neceſſe, de donat. int. vir. & vxor.* exiſtimant, idem in matrimonio ſiue ſponſalibus de præſenti, quod in ſponſalibus de futuro, ſtatuendum eſſe, ſi copula carnalis necdum interuenerit. Adſtipulantur his Ioan. Fab. *in d. §. ſi aduerſus.* Bald. Nouell. *in ſuo tract. de dot. part. 11. nu. 3. & 7.* & Didac. Couarr. *in epit. lib. 4. decret. part 2. c. 6 num. 20.* Eandem ſententiam à communi Interpretũ ſchola approbari teſtis eſt Franciſc. Viu. *comm. opin. lib. 1. in verb. matrimonium contrahentes.* Et certe eſt hæc ſententia vt receptior, ſic & humanior, quod ad illud, à quo natura in huiuſmodi inceſtis nuptijs abhorret, id eſt, copulam carnalem, non ſit deuentum. Si tamen ad juris rigorem & veritatem reſpicere, & quid huic magis conſonum ſit, expendere libeat, contraria ſententia meritò meo judicio ſanior habenda erit.

50 Nam † nuptias non concubitus, ſiue copula carnalis, ſed conſenſus facit *l. cui fuerit. ff. de condit. & demonſtr. l. nuptias. ff. de reg. jur. cum ſimilib.* nec vel *in d. Nou. 12.* vel *in d. l. ſi quis inceſti. C. de inceſt. nupt.* vel vllo alio in loco, in quo de pœnis inceſtas nuptias contrahentium agitur, inter eum caſum, quo copula carnalis ſubſecuta eſt, & eum, quo ſolus conſenſus in contrahendo matrimonio interuenerit, diſtinguitur reſpectu pœnæ, quæ inceſtas nuptias contrahentibus infligitur. Et ſimiliter Fridericus *in d. c. vn.* ſimpliciter & ſine diſtinctione loquitur de nuptiis, oſtenditque, vt publicationi bonorum locus ſit, & bona inter regalia numerentur, non eſſe opus concubitu ſiue carnali copula, ſed ſufficere, quod nuptiæ ſint contractæ.

51 Neque † his refragatur text. *in d. c. etſi neceſſe de donat. int. vir. & vxor.* Etenim nec eo loco eiuſmodi diſtinctio reperitur inter matrimonium ſolo cõſenſu initum, & copula carnali confirmatum. Et præterea quatenus Pontifex vult

vult marito reſtitui caſtra, fœminæ reſpectu inceſtarum nuptiarum donata, loquitur in ſpecie de rege, ob cuius potentiam, & quia de caſtris agebatur, facilius ſcandalum metuebatur, niſi reſtitutio fieret, vt Tancredus eum locum interpretatur. Nequid interim dicam, quod † in pœnis nuptiarum non tam quid ius 52
Pontificium, quam quid leges ſtatuant, in foro ſeculari attendi debeat, licet alias in cauſis matrimonialibus ius canonicum præferri debeat iuri ciuili, ſi hoc ab illo diſcrepet.

Notandum † vero eſt eius inceſtus, qui per copulam car- 53
nalem ſine nuptiis committitur, longe aliam eſſe pœnam, quam inceſtarum nuptiarum, neq; ad eum inceſtum referendum eſſe, quod Fridericus per ſuam conſtitutionem ſanxit *in hoc cap. vnic.*
quod † iure ciuili nulla reperiatur certa pœna de hoc inceſtu 54
nominatim & expreſſe conſtituta. Et † licet non deſint, qui idē 55
de eo inceſtu, quod de inceſtis nuptiis, ſtatuendum eſſe teneāt, tamen contra ſentiunt Afflict. *in d. c. vnic. in verb. Bona committentium inceſtas nuptias num. 1. in fin. & num.* 4. Bartol. Socin. *conſ. 12. nu. 23. lib.* 1. Iacob. de Aren. Cyn. & Bald. *in d. auth. inceſtas* & poſt eos à ſe allegatos Peregrin. *de iur. fiſc. lib. 5. titul.* 1 *num.* 17. Clar. *in* §. *inceſtus. num. 2. verſ. ſi vero inceſtas.* Theſſaur. *deciſ.* 100. *num. 1.* Veriorem etiam hanc ſententiam ex infra deducendis apparebit, idq; eo certius eſt, quod vt modo dictum eſt, iure ciuili nulla reperiatur certa pœna nominatim & expreſſe conſtituta. Martianus
† quidem *in l. ſi quis viduam. de quæſtionib.* de pœna deportationis 56
loquitur, ſed tali caſu, quo quis adulterium, vel ſtuprum cum inceſtu coniunxit, nec ſolum inceſtum commiſit. Et † licet Papi- 57
nianus *in l. ſi adulterium in princ. ff. ad l. jul. de adult.* ſimiliter de pœna agat, tamen id ita facit, vt non addat, qualis debeat eſſe pœna, & ipſe quoque de ea facti ſpecie loquitur, in qua adulterium vna cum inceſtu eſt deſignatum. Et vt maxime dicamus cum gloſſa ad illum textum, inde colligi, quod inceſtus eadem ſit pæna, quę adulterij, tamen verum manebit longe aliam eſſe pœnam huius inceſtus ſine nuptiis commiſſi, quam inceſtarum nuptiarum.
Nam † in adulterio hodie eſt pœna gladij ex *l. Quamuis. Cod. ad l.* 58

Digitized by Google

Iul. de adult. quod confirmatur in viro per *Nouell.* 134. *vt null. iudic. lic. hab. loc. ſeruat.* §. *ſi quando.* Atque id ita fit, vt adiiciatur, ſi vxorem habeat, amitti dotem & donationem propter nuptias, vel quartam indotatis vxoribus debitam, reliqua vero bona ſeruari liberis & parentibus vſque ad tertium gradum, & iis defi-
59 cientibus vindicari fiſco. Fœmina † vero ex ea Nouella verberibus cæſa detruditur in monaſterium data poteſtate marito intra biennium eam inde reuocandi, quo tempore tranſacto, aut viro præmortuo, raſo capite monaſtico habitu induitur, atque ita in monaſterio omni vitæ tempore manere iubetur. Cæte-
60 rum † olim *ex de l. iul.* pœna adulterij erat relegatio, Briſſon. *in commentar. ad hanc l. iul. de adult. in verb qui ſtuprum adulterio coniungit.* Idem docent Cuiac. *lib. 6. obſeru.* 11. *& obſeru.* 18. *lib.* 20. Weſemb. *in parat. ff. ad l. iul. de adult. numer.* 19. Hotom. *illuſtr. quæſt.* 23. Donell. *ad l. tranſigere num.* 30. *C. de tranſact.* Anton. Fab. *lib.* 2. *coniectur.* 20. vbi addit, recentiores Interpretes ita communiter ſentire, eamque ſententiam veram eſſe, haud obſcure conuincitur ex *d. l. ſi quis viduam.* vbi deportationis in inſulam pœna dicitur locum habere eo caſu, vbi adulterium cum inceſtu concurrit, ideoque grauius eſt delictum, quam ſi ſimplex eſſet adulterium vel inceſtus, & ſi minor pœna reſpectu prædictæ deportationis in ſimplici adulterio conſideretur, merito dicetur relegationem eam eſſe, nec recte ſentiunt, qui eiuſmodi adulterij pœnam veteri iure deportationem fuiſſe tradunt, quorum tamen ſententiam magis communem eſſe aſſerunt Marſil. *pract. crimin.* §. *opportune num.* 40. Clar. *in* §. *adulterium. numer.* 7. *verſic. de iure autem ciuili.* Etſi vero in adulterio de pœna veteris iuris receſſum eſt per nouas conſtitutiones, vt ſuperius dictum eſt, tamen cum hæ
61 conſtitutiones de ſolo adulterio loquantur, nec † ius nouum facile ad conſequentiam trahi debeat, non erit etiam hoc ius ad
62 inceſtum porrigendum, nec † recte ſentiunt Dd. qui idem hodie de inceſtu, quod de adulterio dicendum eſſe, & non minus in inceſtu, quam in adulterio pœnam mortis locum habere putant, licet hęc Dd. ſententia communiter ſit approbata, vt teſta-

tur

tur Cauarr *in epit. lib. 4. decretal. part. 2. cap 6. §. 8 n. 2.* Griland. *de diuerſ. crim. libr. 3. quæſt. 5.* quem allegat Clarus *in §. inceſtus numer. 2.* Et ſane, vt maxime † pęna æque grauis diceretur habere locum 63
in inceſtu ac in adulterio, tamen diſtinctio adhibenda eſſet inter inceſtum, qui iure gentium, & eum, qui iure ciuili d citur committi, cum de huiuſmodi graui pœna ſimpliciter de inceſtu nihil ſit conſtitutum.

Atque † ex his quidem, quæ hactenus dicta ſunt, manife- 64
ſtum euadit, inter inceſtum ſine matrimonio commiſſum, & inceſtas nuptias magnam eſſe differentiam, & hoc vndecimum regale ad ſolas inceſtas nuptias pertinere, idq; eo confirmatur, quod ſtricte earum tantum fiat mentio & *Nou. 12.* vnde pœna, de qua hic à Friderico agitur, deſumpta eſt, & in qua hoc regale conſiſtit, non de delicto extra matrimonium, ſed per ipſum contractum matrimonij commiſſo loquatur. Atque hanc ſenten- 65
tiam communiter à Dd. eſſe receptam teſtatur Theſſaur. *d. deciſ. 100. nu. 1.* & reuera eam communem eſſe, vel inde apparet, quod communiter Dd. teneant, idem hodie de inceſtu, quod de adulterio, quoad pœnam, dicendum eſſe, vt ſupra oſtenſum eſt, & ex iis, quæ ſupra non ſolum de adulterio, ſed & in ſpecie de variis pœnis inceſtarum nuptiarum dicta ſunt, manifeſtum fit, maximam eſſe differentiam inter pœnis inceſtarum nuptiarum, & adulterij.

Verum vt ad alia tranſeamus, cum de inceſtu, qui per copulam carnalem ſine nuptiis committitur, & de inceſtis nuptiis egerimus, quæritur, quid quoad pænam ſtatui debeat eo caſu, quo errore quis deliquit. In † qua quæſtione primum de errore facti 66
tenendum eſt, excuſationem mereri eos nec in pœnam iure cõſtitutam incurrere, qui ex huiuſmodi ignorãtia ſiue errore peccant *l. qui contra. C de inceſt. nupt.* vbi † diſerte de nuptiis iure pro- 67
hibitis habetur, non ſolum in fœminis, ſed etiam in viris pœnam legis haud habere locum, atq; hoc in inceſtis etiam nuptiis ita ſe habere receptiſſimum eſſe ait Didac. Corruu. *in ſua epitom. lib. 4. decretal. part. 2. cap. 6. §. 8. nu. 21.* Et facit pro hac ſententia etiam

68 iam textus *in c. 2. Qui fil. ſint legit.* Præſumitur † vero eiuſmodi facti ignorantia *l. Verius ff. de probat* §. *Quod autem. Inſt. de legat. cap. præſumitur.* & ibi Dd. *de reg. Iur in 6.* Bald. *in l. 1. num. 2. verſ. Oppono quod non ſit neceſſe. C. ad Macedon.* Dec. *in l. ſi per errorem. num. 10. ff. de*
69 *iuriſdict. omn. iudic.* & † ſi opus eſt, probari poteſt iuramento eam allegantis Iaſ. *in l. 3. §. iurari. nu. 13. ff. de iureiur.* Abb. Felin. & Dec. *in c. cognoſcentes. de conſtit.* Menoch. *de arbitrar. iudic. quæſt. caſ. 186. n. 2. 3. 4. & conſ. 74. num. 17.* Paris. *conſ. 95. num. 46. lib. 1.* Ruin. *conſ. 1. n. 4. lib. 5.* Gail. *lib. 1. obſ. 48. num. 23.* Gilman. *rer. iudicat. libr. 1. deciſ. 19. num. 67.* ex quo loco apparet, illud in ſpecie de inceſtis nuptiis
70 per votum Camerale etiam comprobatum eſſe. Non † eſt tamẽ admittenda illa probatio, quando factum publice eſt notum Felin. *in c. quoſdam nu 6. verſ. tertio eſt aduertendũ de præſumpt.* Maſcard. *de probat. concl.* 881. *numer.* 11. vel allegationi ſpecialis aliqua præſumptio iuris aduerſatur Felin. *in d. c. cognoſcentes n. 18.* & *ibid.* Dec. *n. 18 verſ. ſimiliter arbitrari.* Marant. *in l. ix poteſt. nu. 247. ff. de acquir. hered.* Cacheran. *deciſ. 71. n. 3.* Menoch. *d. caſ. 186. n. 7.* Roman. *conſ. 47. n. 10.* Burſat. *conſ. 119. n. 10.*

Si tamen hæc non ſit concludens, probatio per Iuramentum locum habebit Abb. *in c. 2. n. 9 de Conſtit & in c. vlt. num. 9. qui matr. accuſar. poſſ.* & poſt eum Maſcard. *d. concl. 881. num. 9.* Si autem conſtiterit eſſe craſſam & ſupinam ignorantiam, non auditur ſe fundans in præſumptione ignorantiæ, vt quæ probabilis eſſe debet Menoch. *de arbitrar Iudic. quæſt. caſ. 116.* Decian. *in tract. Crim. c. 25. n. 7.* & facit quod eiuſmodi ignorantia craſſa & ſupina ſcientiæ comparetur *c. eos de temp. ordin. in 6. c. Cum inhibitio* §. 1. *de Clandeſt. deſponſat.* Iaſ. *in l. ſi ſeruus plurium* § *ſi quis ante n. 7. verſ. quarto ff. de leg. 1.* Felin. *in c. à nobis nu. 1. de Except.* & poſt eos Maſcard. *de probat. concl. 879. nu. 31.* Non obſtat tamen ea ignorantia, quo minus excuſationem aliquam mereatur & mitius puniatur quam qui ſciens deliquit, cum talis ignorantia à dolo excuſet *l. 1. ff. ſi ager vectig.* Bald. *conſ. 98. lib. 3.* & Tiraq. *tr. de pœnis temper. & remitt. cauſ. 13. num. 30.*

Etſi vero ignorantia facti excuſet à pœna inceſtarum nuptia-

priarum, tamen ſecus ſe res habet in ignorantia ſeu errore iuris. Nam † in omni parte, vt ait Neratius ICtus *in l. In omni. ff. de iur. & fact. ignor.* error in iure non eodem loco, quo facti ignorantia, haberi debet, cum ius finitum & poſſit eſſe, & debeat, facti vero interpretatio plerumque etiam prudentes fallat. Vulgus 71
tamen † Interpretum ita de hac iuris ignorantia diſputat, vt frequentioribus calculis exiſtiment, huiuſmodi etiam errorem excuſare delinquentes, & efficere vt euitetur pœna de inceſtis nuptiis conſtituta. De qua communi opinione Interpretum teſtatur ex Bald. Nouell. Didac. Couarr. *modo citato loco*, vbi & ipſe hanc communem ſententiam amplectitur, eo præſertim caſu, quo ignorantia non eſt craſſa, communem etiam eam ſententiam dicit Beuſt. *De matrim. num. 64. verſ. ſciendum tamen eſt.* Solet ab Interpretibus pro hac ſententia adduci *l. ſi adulterium. §. 1. ff. ad l. Iul. de adulter.* Verum † vt hæc lex ei ſententiæ non ſuffragatur, ſic & eadem ſententia à veritate iuris eſt aliena, cum, vt modo oſtenſum eſt, longe alia ſit ratio ignorantiæ iuris quam facti, paſſimq; in iure noſtro hoc diſcrimen inter hæc duo inculcetur, 72 73
& † ex ipſo textu *iam allegata l. ſi adulterium. §. 1.* euincatur, virum in inceſtu nulla ratione excuſari ob errorem iuris gentium vel etiam iuris ciuilis, & fœminam quoque tantum in inceſtu iuris ciuilis excuſationem mereri, ob inceſtum vero iuris gentium eã non minus quam virum puniri. Et ſane in ignorantia iuris ciuilis differentiam conſtituendam eſſe inter virum & fœminam, & hanc quidem excuſari, non autem illum, ſatis expreſſe ſancitur *in d. Nou. 12. § ſancimus* his verbis: *Muliere quoq;, ſi legem ſciens, hanc quidem neglexerit, inceſtis autem nuptiis ſemetipſam tradiderit, ſub eadẽ conſtituenda pœna.* Proinde † non recte *in d. Auth. inceſtas* id ab Irnerio generalius per verba: *fœmina quoq; talia ſcienter peccante*, adiectum, nec vlla iuris vel legis mẽtio facta eſt, vt inde colligi poſſet, ſolam fœminam iuris & facti ignorantia excuſari, cum tamen econtra certum ſit, non ſolum fœminam, ſed & virum errore facti excuſari, vt ſupra oſtenſum. Ideoq; merito *in d. Nou. 12. Sancimus* tantum ratione iuris & non facti reſtrictio ſiue exceptio in fœmina conſtituitur. 74 75

76 Sed † patrocinari prædictæ ſententiæ Dd. videntur *l. iuris ignorantia & l. Error facti ff. de iur. & fact. ignor.* quibus locis proditum eſt, iuris ignorantiam in lucris quidem nocere, ſed in damnis non nocere. Ex quo conſequi videtur, ſi iuris error maribus non nocet in damnis, non etiam publicationem bonorum, ſimilemue pœnam, locum habere aduerſus eos, ſi per iuris errorem
77 peccarunt. Verum † reſpondendum eſt *d. l. iuris ignorantia & d. l. Error facti*, ita accipiendas eſſe, quaſi Papinianus, qui vtriusq; legis eſt author, dicat, ipſum iuris errorem non adficere damno, &, vt non nocet, ſic non efficere etiam, ne quis ſit in damno, & pœna aliqua liberetur, atque hic earum LL. intellectus per *l. ſi uti in fin. C. de præſcript. 30. vel 40. annor. & ſimilia nonnulla loca* illuſtratur & confirmatur, in quibus, quod alias non competeret, iuris error non dat ei, qui errauit. Libet autem alia exempla addere, ad noſtram materiam & quæſtionem propius accedunt, & ni-
78 mirum ad delicta ſpectant. Vnum † eſt *in l. 2. C de in ius voc.* vbi libertus ſine venia patronum in ius vocans incurrit pœnam edicti, 50. aureorum videlicet, etiamſi ius ignorans id fecerit, quo caſu damnum quidem incurrit libertus, quod ex ſuis bonis cogatur 50. aureos ſoluere, & ſic iuris ignorantia ei nocere videtur, quod tamen negandum eſt, & potius dicendum, iuris errorem non eximere eum pœna, in quam citra eam etiam ignorantiam patrono ſine venia in ius vocato incurriſſet. Nocet itaque
79 ei ſic iuris error, quatenus non prodeſt. Aliud † exemplum eſt *in §. 1. Inſtit. vi bonor. rapt.* vbi is, qui id, quod ſuum eſt, alij poſſidenti vi aufert, punitur, etiamſi per iuris imprudentiam id faciat. Atque ita hæc iuris ignorantia non prodeſt raptori eo caſu,
80 quo alias citra eam puniendus eſſet. Eſt † & aliud exemplum *in l. liberorum. §. vlt. ff. de his qui not. infam.* vbi vxorem ducens, quæ necdum eluxit, infamis redditur licet iuris ignorantia interueniat, quia videlicet hæc ignorantia ei prodeſſe non debet, nec à pœna eum eximere. Ex quibus omnibus ſatis perſpicuum eſt, in propoſita queſtione eum virum, qui per errorem inceſtas nuptias contrahit pœnam iure conſtitutam incurrere, etiamſi iu-

ris

ris errore peccatum ſit. Secus vero ſe res habet in fœminis, cum iis † iuris ignorantia in damnis & diſpendiis proſit *l. fin. C de iur. & fact. ignor.* eoque pertinent *l. quamuis C. eod. & d. l. Error facti ff. eod.* dum negatur in lucris & compendiis eiuſmodi ignorantia iis prodeſſe, & ſic innuitur, in damnis ob eam illis ſubueniri, atq; hinc expreſſe etiam à pœna inceſtarum nuptiarum eximuntur per *d. Nou.* 12. vt ſupra oſtenſum eſt. 81

Non † præſumitur autem eiuſmodi iuris ignorantia, ſed potius ſcientia, ſi non palam, ſed clam matrimonium fuerit contractum *l. fin. ff. de rit. nupt. c. fin. §. ſi quis vero. ext. de clandeſt. deſponſat.* gloſſ. *in l. qui contra. in verb. errore. C. de inceſt. & inut. nupt.* Bart. *in d. l. ſi adulterium cum inceſtu. num. 9.* Pariſ. *conſ. 47. numer. 26. vol. 4.* Roman. *conſ. 506. num. 5. in fin. & ſing. 722.* Socin. iun. *conſ. 31. nu. 49. lib. 2.* late Tiraq *de vtroq; retr. vol. 2. in præf. nu. 14.* Schrad. *in tract. ſelectiſſ. & practicab. qu. tit. de nupt. 10, n. 122.* 82

Atque hæc quidem hactenus de hoc regali vndecimo. Quibus † addere libet non deeſſe, qui in dubium vocent, annon & illud inter regalia referendum ſit, quod Princeps poſſit virginibus & mulieribus abuti vel eas inuitas, vel inuitis parentibus, aliis matrimonio iungere, Petr. Gregor, *de repub. lib. 9. cap. 1. num.* 45. vbi addit, quoſdam putare hoc principi licere & eſſe illud ipſum regalibus annumerandum. Verum hæc opinio impia & abſurda eſt, maxime inter Chriſtianos, recteque refutatur à Petr. Gregor, *d. cap. 1. numer.* 47. 48. 49. & 50. 83

CAPVT XII.

De bonis damnatorum & proſcriptorum.

SVMMARIA.

1 Damnatorum bona de iure tum veteri, tum nouo ad regalia pertinent.

2 Damnati & proſcripti tam veteri quam nouo iure coniunguntur.

3 Proſcriptorum appellatione ex communi Dd. ſententia intelliguntur deportati.

4 Damnatorum appellatione qui veniant?

5 Deportatorum bona etiam iure antiquo fiſco vindicabantur.

6 Relegatorum bona ita demum, ſi per ſententiam eis ſpecialiter adempta ſint, fiſco vindicantur.

7 Damnatorum & proſcriptorum bona cedunt fiſco, etiamſi id ſententia non ſit expreſſum.

8 Confiſcare poteſt ſolus princeps, & in ſumma adminiſtrationis poteſtate poſiti, quod tamen de confiſcatione extraordinaria intelligendum, num.10.

9 Confiſcatio ordinaria quibuslibet magiſtratibus merum imperium habentibus competit.

11 Confiſcatio in caſibus lege, ſtatuto vel conſuetudine non expreſſis, nonniſi ex graui cauſa fieri debet.

12 Mandata etiam ſine clauſula aduerſus lege prohibitam confiſcationem, ab inferiori magiſtratu factam, decerni poſſunt.

13 In confiſcatione bonorum quomodo iure veteri habita fuerit ratio liberorum, vel etiam iure nouo. num.14.

15 Confiſcatis ob delictum mariti bonis, vxor de iure Nouellarum dotem donationem propter nuptias, vt & quartam, indotatis vxoribus debitam ſaluam retinet.

16 Idq;

16. Idque quoad dotem & donationem propter nuptias etiam ante obtinuit, & in dote confeſſata etiam, quando tempus ad opponendam non numerata dotis exceptionem lapſum eſt, locum habet, nu. 17.

18. Ex confiſcatis mariti bonis vxori debentur alimenta.

19. Ex confiſcatis coniugis bonis deducitur quicquid alteri coniugi, ex lege, conſuetudine aut pacto debebatur, idque limitatur in vxore tribus caſibus, quibus eo lucro priuatur.

20. Legitima liberorum non venit in confiſcationem ex magis communi Dd. ſententia.

21. Legitima filijs jure natura deberi dicitur.

22. Legitima ſtatuto vel conſuetudine ne quidem ex certa & probabili cauſa tolli poteſt ſecundum communiorem æquiorem & in Camera Imperiali multoties approbatam ſententiam.

13. Collaterales in bonis damnatorum ac proſcriptorum fiſco præferuntur ex ſententia Irnerij, quem Dd. communiter ſequuntur num. 24. *contrariam ſententiam aliorum diſſentientium veriorem eſſe auctor* nu. 25. 26. & 27. *demonſtrat.*

28. L. ſi quis inceſti C. de inceſt. nupt. *abrogata per* Nouell. 12.

29. Irnerius in Auth. excipiendis aliquoties lapſus eſt.

30. Sententia contra prædictum jus nouum lata non valet, nec ab ea appellare neceſſe eſt.

31. Friderici conſtitutio in hoc c. vn. *in bonis damnatorum & proſcriptorum, intelligenda eſt ſecundum* Nouell. 134 §. fin.

32. Nou. 134. §. fin. *& inde deſumpta* auth. Bona damnatorum *an locum habeat in criminibus, in quibus per veteres leges pœna publicationis bonorum expreſſe infligitur?*

33. Annotatio bonorum ſitne per d. auth. Bona damnatorum *abolita?*

34. Annotata bona non ob reorum crimen ſed ſecutam contumaciam publicantur, adeo, vt etiamſi innocentiam poſtea probarint, & ob id abſoluti ſint, non tamen ea recuperent.

35. Annotatorum bonorum publicatio ex conſtitutione Friderici in c. 1. §. ſi quis hominem, *tantum in mobilibus locum habet.*

36. Annotationis bonorum forma qualis à Carolo Quinto ſit præſcripta.

Digitized by Google

37. *Fiſco non vendicantur bona, quæ non tranſeunt in extraneum hæredem.*

38. *Fiſcus pro extraneo hærede habetur, quatenus de aliorum bonis agitur.*

39. *Feudum in confiſcationem bonorum non venit.*

40. *In feudo agnati non ſuccedunt, niſi à communi ſtipite deſcedant.*

41. *In feudo nouo nec frater fratri ſuccedit, ſiue eadem ſiue diuerſa inueſtitura inueſtitus ſit.*

42. *Feudum ex conſtitut. Imperij vaſallo ad pœnam banni condemnato ad dominum excluſo fiſco redit, fructus autem damnum paſſo conceduntur.*

43. *Agnati poſt mortem vaſalli banniti ſtatim à domino feudum antiquum repetere poſſunt.*

44. *In confiſcationem non veniunt bona à teſtatore vel alia ratione extra familiam alienari prohibita, idque etiam in crimine læſæ majeſtatis locum habet,* nu. 45.

46. *Emphyteuſis Eccleſiaſtica non tranſit ad hæredes extraneos, atque ideo nec in confiſcationem venit, idque etiam in crimine læſæ majeſtatis procedit* nu. 47.

48. *Emphyteuſis etiam à priuato ea conditione, ne ad extraneos perueniret, conceſſa, in confiſcationem non venit.*

49. *Emphyteuſis eccleſiaſtica ſi talis ſit, vt ad extraneos hæredes tranſire poſſit, an in confiſcationem veniat, adeo controuertitur, vt tam negatiua, quam affirmatiua ſententia ab Interpretibus communior appelletur, affirmatiua tamen vt verior ab autore defenditur,* nu. 50.

51. *Fiſcus jure priuati vtitur, niſi ſpecialiter exceptus reperiatur.*

52. *Quod in fiſco ſtatutum eſt, ad priuatum extenditur, niſi in ipſo aliud ſtatutum reperiatur.*

53. Nouell. 120. §. 1. *declaratur.*

54. *Nouellarum vetus Interpres aliquoties lapſus eſt, eiusque verſioni Haloandrina eſt præferenda, licet nec huic vbique ſit fidendum.*

55. *De peculio caſtrenſi filiusfamil. libere diſponere poteſt, in eoque patrisfam. loco habetur.*

56. *Confiſcatis bonis filij peculium eius caſtrenſe in confiſcationem venire quidam tradiderunt, contrarium tamen æquius, verius & receptius eſt* nu. 57.

58. Con-

58. *Confiſcatis bonis filij pater in peculio caſtrenſi fiſco ex ſingulari priuilegio patriæ poteſtatis præfertur.*

59. *Idem eſt in quaſi caſtrenſi peculio.*

60. *In confiſcationem veniunt etiam caſtrenſe & quaſi caſtrenſe peculium ob crimen læſæ majeſtatis.*

61. *Idque in aduentitio etiam peculio ita ſe habet, licet regulariter ob crimen aliquod commiſſum in eo ſecus ſit* nu. 62. & 65.

63. *In peculio aduentitio pater habet vſumfructum, nec filius proprietatem alienare poteſt.*

64. *Confiſcatio cenſetur eſſe quædam alienatio.*

66. L. ſi ſtipulauerit. §. jubet. ff. ad l. jul. de adult. *declaratur.*

67. L. clarum C. de auct. præſtand. *explicatur.*

68. *In confiſcationem peculium aduentitium filij etiam, quando patri vſusfructus non acquiritur, non venit, eaque ſententia non ſolum verior, ſed & æquior & communior eſt* nu. 69.

70. *In confiſcationem bonorum patris delinquentis an veniat vſusfructus qui ei in bonis filij aduentitijs debetur, &* nu. 72.

71. *Vſusfructus quoad fructuum perceptionem ab vſufructuario recte alienatur.*

73. *In confiſcationem bonorum filij non venire profectitium peculium eius, vera eſt & receptiſſima Dd. ſententia,* nu. 75. *eaque procedit etiam, quando pater liberam eius adminiſtrationem ei conceſſit* nu. 76 *aut is crimen læſæ majeſtatis perpetrauit* nu. 79.

74. *Peculium filij profectitium pleno jure ad patrem pertinet.*

77. *In confiſcationem etiam bonorum patris delinquentis non venit peculium profectitium.*

78. *Fallit in crimine læſæ majeſtatis.*

80. *Confiſcatione non comprehenduntur futura & poſt eam acquiſita, licet crimen læſæ majeſtatis commiſſum ſit* nu. 81.

82. *Confiſcationi non ſubijciuntur jura conditionalia.*

83. *Idque etiam in crimine læſæ majeſtatis procedit, & intelligendum eſt de juribus conditionalibus prouenientibus ex vltima voluntate,* nu. 84. *non vero ex contractu, cui conditio adjecta eſt,* nu. 85. *modo ea conditio ſit caſualis vel mixta, non poteſtatiua,* nu. 86. *nec de præſenti vel præterito, ſed de futuro,* nu. 87.

88. Con-

88. Confiſcatio in omnibus, quæ alijs ex contractu debentur, ijs non præiudicat, nec hæc in eam veniunt.

89. Confiſcatio præſcriptione excluditur, adeo vt nec fiſcus contra eam in integrum reſtituatur.

90. In confiſcatione per præſcriptionem excludenda quantum tempus requiratur?

91. L. 2. C. de vectigal. & commiſſ. *in quibus terminis loquatur.*

92. L. 2. C. de apoſtat. *declaratur.*

93. De confiſcatione bonorum an verum ſit, quod quidam aſſerunt, eam hodie per totum mundum abolitam eſſe, niſi crimen læſæ maieſtatis ſit commiſſum, vel ſpeciali conſuetudine, ſtatutove aliud introductum.

94. Confiſcatio quatenus hodie in Imperio locum habeat.

95. In confiſcationibus conſuetudines, per quas caſibus jure non expreſſis ea introducta eſt, vel adhuc introduceretur, per eandem conſtitutionem ſunt caſſatæ.

96. Confiſcatio non habet locum, ſi quis ex ſtatuto ad mortis pœnam condemnaretur, niſi id in eo expreſſum ſit.

97. Confiſcandi poteſtatem judici, cui generale arbitrium conceſſum eſt, data non cenſeri & quantopere hodie ijs caſibus, quibus publicatio bonorum locum habere poteſt, peccetur contra ſaluberrimam Imperatorum conſtitutionem, quæ eſt in l. 1. C. de bonor. petit. ſublat. lib. 10.

DVodecimum regale à Friderico conſtituitur in bonis damnatorum & proſcriptorum, licet & huius regalis non meminerit Radeuicus, Guntherus, Mutius, Dedochinus, Abbas, &
1 Sigonius. Sed † vt ex legibus antiquis hoc regale originem habet, ſic & juri nouo eſt conſentaneum, eoque pertinent hæc Friderici verba: *ſecundum quod in nouis conſtitutionibus cauetur.*
2 Coniūguntur † vero & veteri, & nouo jure, condemnati & proſcripti, & in vtriſque idem placuit ſeruandum eſſe, quoad publicationem bonorum. Vnde & Fridericus eos coniungit. Ad vtroſque pertinet *tit. Cod. de bon. damnat. ſeu proſcript.* Item *tit. ff. de bon. damnat.* vbi *damnatorum* appellatione comprehenduntur etiam
3 iam proſcripti. Intelliguntur † vero appellatione *proſcriptorum* deportati ex communi ſententia & interpretatione Dd. *in auth.*

Bona

Bona damnatorum, C. de bon. proſcript. ſeu damnat. & in hoc cap. vnic. Quæ ſint regal. inter quos etiam eſt Borcholt, *ibidem num. 81.* alioqui † per damnatos non ſolum denotantur, qui mortis naturalis 4
pœna afficiuntur, ſed & qui ita damnantur, vt maximam vel mediam capitis diminutionem ſubeant. Ideoque Calliſtratus *in l. 1. ff. de bon. damn.* damnatione, inquit, bona publicantur, cum aut vita adimitur, aut ciuitas, aut ſeruilis conditio irrogatur. Et Gordeanus Imperator *in l. in metallum, C. de bon. proſcript. ſeu damn. In metallum*, inquit, *damnatus pœna ſeruus efficitur, & ideo huiusmodi ſententiam paſſi bona vindicantur rationibus fiſci.* Quæ cum ita ſint, non mirum fuerit, quod in deportatis in inſulam idem, quod in alijs damnatis, ſtatuatur, quoad publicationem bonorum, bona videlicet eorum fiſco vindicari. Idque † iure antiquo multis lo- 5
cis cauetur *l. ſed ſi alia & l. cum ratio. §. fi. ff. de bon. damnat. l. 2. l. 3. l. de bonis. C. de bon. proſcript. ſeu damnat. l. deportatorum. C. de pœn. cum ſimilib.* Relegatorum † bona, non quatenus damnati ſunt ad re- 6
legationem, fiſco vindicantur, ſed ita demum, ſi peculiariter per ſententiam ijs adempta fuerint. *d. l. deportatorum & d. l. cum ratio. §. fin. & l. ſeq. §. bona relegati. ff. de bon. damnat.* In † damnatis vero & 7
proſcriptis ſiue deportatis, quorum appellatione relegati non continentur, non eſt neceſſaria expreſſio publicationis bonorum, ſed ſufficit aliquem damnatum vel proſcriptum eſſe, ſequiturque ea publicatio ipſam ſententiam damnationis vel proſcriptionis vt ex *d. l. damnatorum, & alijs locis* liquet.

De † ijs vero quibus confiſcare licet, vel non, expreſſus eſt 8
text. *in l. vnic. C. ne ſin. juſſ. princ. cert. judic. lic. con. fiſc.* vbi hæc extant verba: *Nulli judicum liceat (exceptis qui in ſumma adminiſtrationis poſiti ſunt poteſtate) proſcriptionis tempeſtate totius ſubſtantiæ aliquem percellere, niſi ad noſtras aures hoc ipſum referatur.* Ex quibus verbis liquet, vt ipſi Principi jus confiſcandi competit, ſic eius loco idem habere eos, qui in ſumma ſunt adminiſtratione ac magiſtratu, reliquis vero nequaquam illud competere, niſi expreſſum iuſſum & conceſſionem Principis habeant.

Dd. † vero inter ordinariā & extraordinariam confiſcatio- 9
nem communiter diſtinguētes, quod de ſummis magiſtratibus

ibi ſancitum eſt, ad quoslibet judices merum imperium haben-
tes extendunt, qui ordinariam confiſcationem lege videlicet,
conſuetudine, vel ſtatuto introductam habent. Ita tenent Iaſ. &
Bart. *in l. imperium. ff. de juriſd. omn. judic.* Luc. de Penn. *in l. 1. col.*
pen. C. de priuil. ſcholar. Iacob. de S. Georg. *in tract. de feud. in verb.*
cum mero & mixto imperio. num. 8. Boer. *deciſ. 264. nu. 2.* Guid. Pap.
deciſ. 76. nu. 1. verſ. Tamen quilibet habens merum imperium. Peregrin.
de jur. fiſc. lib. 1. tit. 5. nu. 115. Rol. à Vall. *conſ. 48. nu. 26. vol. 2 & conſ.*
78. nu. 12. eod. vol. Atque huc pertinet, quod de pœna confiſcatio-
nis ſtatuitur in crimine monopolij Imperij ordinatione politica
Tit. die monopolia vnd ſchädliche fürkauffe belangend/ꝛc. §. Hierauff
haben wir/ꝛc. & §. vnd wo die/ꝛc. & de eo, qui ſibi ipſi metu pœnæ
mortem conſciſcit, Caroli Quinti Imperatoris conſtitutione
criminali *art. 135.* In his enim conſtitutionibus confiſcatio, quæ
per eas, tanquam certam legem, comprobatur, expreſſe ijs con-
10 ceditur, qui merum imperium habent. Extraordinariam † con-
fiſcationem, quæ videlicet in caſibus lege, ſtatuto vel conſuetu-
dine non expreſſis irrogatur, ſoli Imperatori & alijs ſuperiorem
non recognoſcentibus ſummisq; magiſtratibus competere tra-
dunt Bald. Ang. Salic. Ioan. Fab. & alij Dd. *in d. l. vnic.* Roſenth. *de*
feud. cap. 5. concl. 62. num. 1. & 4. Boer. *deciſ. 264. nu. 1.* Peregr. *de jur.*
fiſc. lib. 5. tit. 1. num. 25. §. quandoque verſ. interdum vero lex. §. item &
11 *ſupremis.* (vbi addit omnes id notare *in d. l. vnic.*) *& nu. 32.* vbi † ſi-
mul innuit, huiusmodi confiſcationem non niſi ex graui cauſa
fieri poſſe, quod etiam tradit Roſenth. *in d. concl. 62. nu. 1. & nu. 2.*
12 vbi plures alios Dd. pro confirmatione adducit. Atq; † hoc qui-
dem adeo verum eſt, vt mãdata etiam ſine clauſula decernantur
aduerſus lege prohibitam cõfiſcationem ab inferiori magiſtratu
factam, deciſion. ſeu præiudic. Camer. Imper. *in verb. Mandata ſi-*
ne clauſula fol. 191. §. Mandata ſine clauſula da cino/ꝛc. vbi inter cætera
de eo etiam caſu, quo ſibi ipſi quis mortem cõſciuit, & bona eius
confiſcata fuerunt, adducitur Cameræ Imperialis præiudicium.

Obſeruandum vero eſt, in confiſcatione bonorum ſingu-
lariter liberorum & tandem etiam parentum contra fiſcum ha-
13 bitam fuiſſe rationem. Sed † cum durum videretur, vt liberis
omnino

Digitized by Google

omnino excluſis fiſco bona damnatorum & proſcriptorum vindicarentur, placuit Imperatoribus Theodoſiano & Valentiniano, vt non plus ex ijs bonis quam dimidia pars confiſcaretur, reliquum liberis reſeruaretur *l. vlt. C. de bon. proſcript. & damnat.* Adrianus eo caſu, quo plures extant liberi, omnia bona, excluſo fiſco, voluit ijs deberi *l. cum ratio. §. ſi plures, de bon. damnat.* Iuſtinianus † vero *in Nou. 134. §. fin.* ſimpliciter nullo habito reſpectu nu- 14
meri liberorum; & quidem vſq; ad tertium gradum ijs reſeruari voluit bona damnatorum & proſcriptorum, atque hoc non putauit ſatis eſſe, ſed præterea voluit deficientibus liberis, eodem jure gaudere parentes vſque ad tertium gradum. Atque † his 15
quidem & illud eodem loco adjicit, ſi damnati vel proſcripti vxores habeant, ijs reſeruandam eſſe dotem & donationem propter nuptias, nec fiſco aliquid juris in illis competere, & ſi vxores indotatæ fuerint, quartam ijs jure debitam ex facultatibus eorum præſtandam eſſe. Quæ omnia congruunt cum illis, quæ *in eadem Nouella §. ſi quando.* aduerſus eos, qui ob adulterium damnati ſunt, conſtituuntur, quorum videlicet bona ita confiſcari Iuſtin. vult, vt potior habeatur ratio deſcendentium & aſcendentium vſque ad tertium gradum, quam fiſci, & reſpectu dotis ac donationis propter nuptias ac quartæ idem obtineat in vxoribus damnatorum, quod de vxoribus aliorum damnatorum & proſcriptorum dictum eſt.

Et † quidem de dote & donatione propter nuptias idem 16
ante *d. Nou. 134.* jure proditum fuiſſe ex multis legibus manifeſtum eſt, ex quibus ſunt *l. ob maritorum. C. ne vxor. pro marit. l. res vxoris. C. de donat. int. vir. & vxor. l. quiſquis. §. vxores. C. ad l. Iul. majeſt. l. ſi quis. C. de bon. proſcript. l. ſancimus. C. de pœn. l. 1. C. de vi publ.* Atque † eſt hoc jus adeo fauorabile, vt locum etiam habeat in 17
dote confeſſata, quando lapſum eſt tempus ad opponendam exceptionem non numeratæ dotis Bart. & Salic. *in d. l. ſi quis. C. de bon. proſcript.* Affl. *decif. 402. num. 10.* plures alios allegans. Rol. à Vall. *conſ. 31. nu. 43. vol. 1. & conſ. 20. nu. 16. & conſ. 74. num. 10. vol. 4.* Bald. Nouell. *in tract. de lucr. dot. part. 10. col. 7. in princ. verſ. Niſi primo* communem eſſe dicens, quod etiam affirmant Rol. à Vall. *d.*

18 *conſil.31.num.44. & d.conſil.20 num.16.* Ad † alimenta etiam vxo-
ris illud jus extendendum eſſe, Camera Imperialis aliquando
decidit, vt teſtatur Gail. *de pac. public. lib.2. cap.16. num.19.* vbi hanc
ſententiam etiam æquiorem & fauorabiliorem dicit, & *ibid.* vt &
num. ſeq. tanquam veriorem defendit, licet *d. nu.19.* teſtetur con-
19 trariam eſſe communiorem. Illud † vero minus dubium eſt,
quod ea, quæ non ſolum ex lege, ſed etiam ex conſuetudine vel
pacto aliquo alicui coniugum debentur ex coniugis delinquen-
tis bonis confiſcatis deducantur, & coniugi non delinquenti de-
beantur, Rol. *de lucr. dot. qu.59.* Bart. *in l. quinque legibus. ff. de bon.
damnat.* Socin. ſen. *conſil.121. col.4. vol.4.* Peregrin. *d. tit.1. num.83.*
Angel. *in maleſ. in verb. Et eius bona publicamus. verſ. An vxor.* Idem
tradit Gail. *lib.2. obſ.86. num.14.* vbi pro hac ſententia adducit tex-
tum *in d. l. res vxoris. Cod. de donat. int. vir. & vxor. & in c. ſignificauit
ext. eod.* additque ita pro vxore in Camera Imperiali 5. Iul. ann.
68. in cauſa Horion contra Epiſcopum Leodienſem judicatum
eſſe & ſimiliter vxore ob crimen damnata & dotem amittente
maritus lucro nuptiali, quod ipſi reſpectu dotis & matrimonij
competit non priuetur *l. ſancimus. C. de pœnis.* Bart. & Alex. alijque
Dd. *in l. ſi finita. §. ſi de vectigalibus. ff. de damn. infecto. & in l. ſi mari-
tus. ff. ſolut. matrim.* Gail. *de pac. publ. lib.2. cap.16. num.26.* Ideoque
id econtra merito ſe habet, quod delinquente marito, de dote &
lucro nuptiali modo dictum eſt. Priuatur tamen vxor etiam do-
te & lucris nuptialibus eo caſu quo ſciens nubit ei, qui bannitus
eſt Gail. *d. cap.16. nu.21.* vel etiam inopi Gail. *ibid. num.23.* vbi poſt
alios *num.2.* addit tertium caſum in ea, quæ ſciens matrimonium
contrahit cum hæretico. Et facit pro confirmatione, quod non
ab alio, ſed à ſe ipſa læſa intelligatur *l. inter cauſas. §. abeſſe. ff.
mandat. l. ſi legibus. C. de epiſcop. audient.* Bald. *in auth. quod locum nu.
10. Cod. de collat.* Iaſ. *in l. ſi conſtante. num.171. ff. ſolut. matrim.* Horion
20 contra Epiſcopum Leodienſem judicatum eſſe. Quantum † ve-
ro ad liberos attinet de quibus ſupra *num.13.* dictum eſt, ijs etiam
locis, quibus ex ſtatuto vel conſuetudine bona omnia damna-
torum confiſcantur, illique excluduntur, legitima debetur, nec
in confiſcationem venit Paul. Pic. *in repet. l. poſt contractum. nu.23.*

& 32. &c.

& 32. & ibid. Hannib. *nu.52. ff. de donat.* Fabian. de Gioch. *in Auth. nouiſſima. num. 262 C. de inoff. teſtam.* Tiraqu. *in repet. l. ſi vnquam in verb. donatione largitus. num. 332. cum ſeqq. C. de reuoc. donat.* Fernand. *in l. in quartam. part. 1. nu. 265. ff. ad l. falcid.* Franc. Bec. *conſ.* 8. *nu.* 25. Angel. *conſ. 357. num. 2. & 3.* Roſenth *d. c. 5. concl. 68. num.* 4. eamque ſententiam magis communem eſſe teſtantur Pegrin. *d. tit. § 1. n.* 34. *§. contrariam opinionem: verſic. Et horum opinio* Farinac. *de delict. & pœn. lib. 1. tit. 3. q. 24 nu. 34.* Clar. *in §. fin. quæſt. 78. nu. 26.* & æquiorem ac fauorabiliorem eſſe aſſerit Farinc. *d. nu. 34.* & Peregrin *d. §. contrariam opinionem: verſic. vnde in portione.* vbi ſimul addit, ſecundum eam ſancte & laudabiliter deciſum fuiſſe venetiis, in excelſo & religioſiſſimo decemvirum conſilio, & facit etiam pro hac ſententia, quod † legitima liberorum iure naturæ deberi di- 21
catur *in l. cum ratio. in princ. ff. de bon. damnat. l. reſcripto. in fin. vnde liberi. Nou. 1. de hered. & falcid. §. Primum itaq;* atq; hoc ipſum & aliquot alias rationes pro eius ſententiæ confirmatione adducit etiam Roland. à Vall. *conſ. 97. nu. 10. & ſeqq. vſq; ad nu. 20. lib. 2.* Sane † tantus eſt huius legitimæ fauor, tantiq; facienda prædicta 22
ratio in iure naturali fundata, vt etiamſi expreſſe ſtatuto ea legitima auferatur; tamen ea debeatur, cum ſtatuto vel etiam conſuetudine adimi nequeat, idq; adeo verum ſit, vt eam ne quidem ex certa rationabili cauſa omnino tolli poſſe magis communiter teneant Dd. vt teſtantur Iaſ. *in auth. Nouiſſima nu. 56. C. de inoff. teſt.* Alex. *conſ. 211. nu. 8. lib. 7.* Cagnol. *in l. iura ſanguinis, num. 5. ff. de reg. iur.* Boer. *deciſ. 188. nu. 6.* & hanc ſententiam æquiorem eſſe dicant Socin. *conſ. 150. nu. 3. lib. 1.* & Alex. *d. num 7.* Gail. *obſ. 122. n. 10. lib. 2.* vbi addit Cameræ Imperialis deciſione etiam multoties eſſe comprobatam, & de eadem deciſione teſtatur Mynſing. *obſ. 43. n. 2. cent. 5.*

Cæterum † vt ad illa, de quibus in ſpecie & expreſſe *in d.* 23
Nou. 134. agitur, redeamus, Irnerius ex *§. fin. eiuſdem Nou.* excepit, & in Codicem Iuſtinianeum tranſtulit *d. authent. Bona damnatorum: C. de bon. proſcript. & damnat.* idque ita fecit, vt eius, quod Iuſtin. de dote, donatione propter nuptias & quarta vxori indo-

tatæ debita ſtatuit, recte meminerit, quod vero de ſolis deſcen-
dentibus & aſcendentibus ſancit, diſerte etiam ad alios conſan-
guineos, qui ſunt in tranſuerſa linea vſque ad tertium gradum,
24 porrigat, & † Dd. noſtri non attendentes quid Iuſtin. ipſe di-
cat *in d. §. fin.* ſed ad verba Irnerij *in d. auth. Bona damnatorum* re-
ſpicientes communiter concludunt, iuri nouo eſſe conſenta-
neum, quod collaterales in bonis damnatorum & proſcripto-
rum vſque ad tertium gradum excludant fiſcum. De qua com-
muni opinione conſtat ex iis, quæ à Dyn. Bald. & aliis Dd. com-
muniter traduntur *in d. auth. Bona damnatorum.* & teſtantur A-
retin. *in l. eius qui. §. Si cui. numer. 3. verſ. ſed quæritur. ff. de teſtament.*
Cagnol. *in l. ea ſola numer. 7. ff. de regul. iur.* ac poſt hos Clarus *in
practic. crimin. §. fin. quæſt. 78. num. 1. verſic. ſed quicquid ſit* & Pere-
25 grin. *de iur. fiſc. lib 5. tit. 1. num. 4.* Verum † quemadmodum con-
traſentiunt Iacob. de Beluiſ. *in d. §. fin.* Fabian. de Giochis *in re-
pet. auth. nouiſſima numer. 264. C. de inoffic. teſtam.* & plures alij Dd.
adducti à Peregrin. *iam citato loco:* Sic reclamat communi opi-
nioni expreſſus textus *in d. §. fin.* & quidem non ſolum Græcus
ſed etiam veteris Interpretis verſio, cum qua & Haloandrina
concordat, & Iacob. de Beluiſ. aliique Dd. ſingularem hanc ſen-
tentiam approbantes, ob hanc cauſam à communi ſententia re-
ceſſerunt, quod in textu eius Nouellæ collateralium non fiat
mentio, vt addit Peregrin. *iam citato loco* Clar. ſimiliter *d. num. 1.*
Cagnol. *d. numer. 7.* & Farinac. *de delict. libr. 1. tit. 3. quæſt 25. nu. 6.*
26 idem de eo textu affirmant. Reclamat † etiam ipſa ratio, quod
videlicet maxima ſit differentia non ſolum inter deſcendentes,
ſed etiam aſcendentes & collaterales, idque ex reliquo iure e-
27 uidenter patet. Reclamat † denique quod Iuſtin. *in ead. Nou.
d. §. ſi quando.* conſtituit in ſpecie de bonis virorum damnato-
rum adulterij, ex quo loco merito dicitur, eo veriſimilius eſſe,
quod Iuſtin. non voluerit *in eadem Nouell. d. §. fin.* aliud conſti-
tuere generatim in damnatis & proſcriptis, de iis, qui in tranſ-
uerſa linea ſunt coniuncti. Taceo quod ius Nouellarum non fa-
28 cile ad conſequentias trahi debeat. Etſi † vero non deſint, qui
putant,

putant, pro communi ſententia facere textum *in l. ſi quis inceſti. C. de inceſt. nupt.* tamen tantum abeſt, vt inde argumentum ſumi poſſit, vt multo ante *Nou.134.* ea lex abrogata ſit per *Nouell. 12. de inceſt. nupt.* adeo, vt ex ea *Nouell. 12.* non ſolum collaterales, ſed & aſcendentes omnino & nullo habito gradus reſpectu, ab inceſtas nuptias contrahentis bonis excludantur, vt ſuperiori capite oſtenſum eſt. Cæterum † Irnerium (qui alioqui in authenticis excipiendis bonam nauauit operam) *in d. auth. bona damnatorum.* tantopere, vt iam dictum eſt, lapſum eſſe, & cum eodem ſimul impegiſſe Dd. eo minus mirum videbitur, quod & non in paucis aliis authenticis errauerit idem Irnerius, & Dd. ea occaſione ſimiliter ſeducti ſint. 29

Adeo vero † ſtricte prædictum ius nouum obſeruandum eſt, vt ſententiam contra illud expreſſe pronunciatam non valere, nec ab ea appellare neceſſe eſſe tradant Bald. *in c. 1. n. 3. verſic. ſed pone iudex de pac. tenend.* & poſt eum Hyppol. de Marſil. *in repet. l. fin. num. 189. ff. de iuriſdict. omn. iudic.* Cagnol. *in l. ea ſola num. 7. ff. de reg. iur.* Matth. de Afflict *in d. c. 1. §. ſi quis hominem. verſ. Vndecimo nota num. 4. de pac. tenend.* Laudenſ. *in eod. cap. 1. in princ. nu. 11.* Non. *conſ. 104. num. 3.* Dec. *conſ. 252. numer. 5.* & ibidem Carol. Molin. *in addit. ad verb. non fuerit.* Borcholt. *in hoc cap. vnic. num. 83.* Roſenth. *d. cap. 5. concluſ. 61. num. 1.* Farinac. *de delict. & pœn. lib. 1. tit. 3. quæſt. 25. num 3.* Peregrin. *de iur. fiſc. lib. 5. titul. 1 numer. 7.* vbi hanc rationem addit, quod talis ſententia ſit contra conſtitutiones lata, idque pluribus confirmat Farinac. *d. qu. 25. num. 5.* Adeo vero illa opinio Interpretibus placet, vt nullum diſſentientem reperiam, & ita receptiſſima dici poſſit. 30

Quandoquidem † vero Fridericus *in hoc c. vnic.* dum de bonis damnatorum & proſcriptorum loquitur, idipſum ad nouas conſtitutiones coarctat, nec aliud quam Nouellæ ius, quod eſt *in d. §. fin.* intelligi vult, conſequitur, eum in hac ſua conſtitutione non aliter ea bona inter regalia numerare velle, quam cum ea reſtrictione, de qua Iuſtin. loquitur *in d. §. fin.* Et quemadmodum Iuſt. *in d. §. fin.* ab ea reſtrictione generali ſeparat bona eorum, 31

Digitized by Google

rum, qui læſæ maieſtatis crimine damnantur, & quod veteribus legibus, quæ de publicatione bonorum loquuntur, in eo crimine conſtitutum, confirmat: ſic & Friderico hoc idem placuiſſe dicemus. Idque adeo verum eſt, vt paulo poſt ſub finem ſuæ conſtitutionis nominatim bonorum eius, qui crimen læſæ maieſtatis committit, meminerit, & peculiariter inter regalia numerare voluerit, ideoque cum ad illud regale, quod eſt de bonis committentium crimen læſæ maieſtatis deuentum fuerit, peculiariter & nos de his bonis agemus.

32 Sed † quæritur an in omnibus iis criminibus, in quib. per veteres leges nominatim & expreſſe pœna publicationis bonorum infligitur, receſſum ſit ab iis legibus per nouum ius, quod eſt *in d. §. fin.* & à Friderico comprobatum *in hoc c. vnic.* In hac quæſtione Interpretes communiter in eam deſcendunt ſententiam quod per illud veteres leges non ſint correctæ, ſed tantum ab iis receſſum ſit, in quibus publicatio bonorum tacite & tantum in conſequentiam non autem per ſe & ſpeciali expreſſione ſequitur damnationem & proſcriptionem. De qua recepta Interpretum ſententia teſtatur Bart. *in l. 1. nu. 3. de bon damnat.* & poſt eum à ſe allegatum Boerius *deciſ. 264. num. 15. verſ. ſed contrarium.* Aretin. & Imol. *in l. eius qui §. is cui. qui teſtam. fac. poſſ.* Cephal. *conſ. 29. n. 4. lib. 1.* Boſſ. *tit. de public. bon. nu. 1.* Roſenth. *de feud. c. 5. concl. 59. n. 4.* vbi dubitanter addit, hanc opinionem videri veriorem eſſe, Farinac. *d. quæſt. 25. num. 7.* Atque Aretin. & Boſſ. *iam citatis locis* eam periculoſam eſſe aſſerunt, & ſane refragatur huic ſententiæ cũprimis illud, quod Iuſtin. *in d §. fin.* iis, quæ generaliter de correctione cæterarum legum ſtatuit, in ſpecie ſubiicit in læſæ maieſtatis damnatis veteres leges ſeruari debere. Conſtat enim ob crimen læſæ maieſtatis ex *l. quiſquis l. Maieſtatis. l. pen. & l. vlt. C. ad l. Iul. Maieſtatis.* (quæ etiam per veteres leges intelligendę ſunt) ita delinquentes puniri, vt bona etiam omnia publicentur, nec vel aſcendentibus vel liberis etiam aliquid inde debeatur. Et ſic non immerito dixerit aliquis de nouo iure, quod eſt *in d. §. fin.* quo veteres leges abrogatæ ſunt de publicatione bonorum præ-

te

ter eas, quæ extant de crimine læſæ maieſtatis generaliter, excepto hoc ipſo crimine, in cæteris obtinere, quod publicatio bonorum non aliter locum habeat, quam cum ea reſtrictione, quæ de aſcendentibus & deſcendentibus, item de dote & donatione propter nuptias & quarta vxori indotatæ debita *in d. §. fin.* dicta ſunt, nec generatim excipiendas eſſe eas leges, quæ nominatim pœnam publicationis bonorum irrogant. Per veteres vero leges ius Nouellarum non eſſe intelligendum, quod dictam *Nou.* 134. anteceſſit, ſuperiori capite monuimus, idq; Iuſtinianus ſatis aperte innuit, quatenus ſtricte veterum legum meminit.

Quæſtionis † vero eſt, an & illud, quod *in tit. ff. & C. de requirend. reis* proditum eſt, de annotatione bonorum rei fugientis, & pœna publicationis ei, ſi intra annum non compareat, irroganda, correctum ſit, per *d. Nou.* 134. *& d. auth. Bona damnatorum inde ſumptam.* Et quidem in iis criminibus, in quibus publicatio per eam *Nouell.* prohibita eſt, illud ius locum non habere ſed mutatum eſſe tenent Iacob. de Beluiſ *in cap. 1. verſic. & nota hic quod propter contumaciam delinquentis. De pac. tenend.* Angel. *in Authen. Bona damnatorum Cod. de bon. proſcript.* Salicet. *in l. 1. numer. 6. Cod. de requirend. reis.* Weſembec. *in parat. ff. eod.* Abb *in cap. veritas. numer. 20. verſic. nam hodie. de dol. & contumac.* vbi tamen dubitatiue loquitur, vt & Cyn. *in l. cum abſenti. num. 13. C. de requir. reis.* & pro ea ſentent a plures citat Roſenth. *d. feud. c. 5. concluſ. 60. num. 1.* Contraria vero quod videlicet illud ius per *d. Nouellam* non ſit abrogatum, verior eſt. Nam in ea Nou. agitur de iis, qui per ſententiã condemnati ſunt, & quidem ob illud ipſum crimen, quod reus commiſit. Illi † vero de quibus agitur *in d. tit. ff. & C. de requir. reis.* & quorum bona annotantur, non ſunt damnati per ſententiam definitiuam, nec ob illud crimen, quod perpetraſſe dicuntur, puniuntur, ſed ob fugam & contumaciam, contra eos proceditur ad annotationem, & ſi intra annum non compareant, ob hãc ipſam ita continuatam contumaciam contemptumque iudicis bona eorum publicantur, adeo quidem, vt licet poſt annum redeant, quoad perſonam ſuam quidem de innocentia aud antur

33 (margin, beside "Quæſtionis")
34 (margin, beside "commiſit. Illi")

tur,ſed bona confiſcata maneant,nec ab iis recuperentur, etiã ſi innocentiam probarint, & quoad eam per ſententiam abſoluti fuerint *l.1 & per tot.tit.ff. de requiren.reis l.2.C.eod.l.abſentem C.de accuſat.* idq; communiter tradunt Dd. *in d.l.1.* & Gandin. *in tractat. malefic.tit.Quid ſit agend.reo abſente & contumace.n.1.* Cyril. *in ſumm. crimin.tit.ſi reus in ius vocat.non fuerit.rubric.* 1. *§.2. in fin* Gail. *de arreſt.Imper.c.1.n.5* Farinac *de delict.lib.1.tit.1.q.11.num.3.* Rol. à Vall. *conſ.68.n.11.& ſeq.lib.2.* Weſemb. *in parat.ff.de requir.reis.nu.2.* Boſſ. *eod.tit.in princ.*

Atque hanc ſententiam,de ſupra allegato iure antiquo nõ correcto,amplectitur Alberic.de Roſat. *in d.l.cum abſenti. num.1.* Iacob.de Butrigar. *in l.1.ff.de bon. damnat.* & eum ſecutus eſt Bartol. *ibid.numer.1.& 2.* qui addit non eſſe noſtrum extendere leges per *l ſi vero §.de viro.ff.ſolut.matrimon.* Eidem ſententię accedunt Laudenſ. *in cap.1 num 8.verſ. vos dicite. de pact. tenend.* & Bald. *in d. auth.Bona damnatorum numer.3 verſic. per hoc patet.* & plures alios ibidem tenere innuit Laudenſ. iam citato loco; nec tamen ſimpliciter communem hanc eſſe ait, ſed eam *in d. Auth. Bona dam-*
35 *natorum* communiter approbari aſſerit. Obſeruandum † vero eſt conſtitutione Friderici *in d cap.1.§.ſi quis hominem. verſic. ſi vero violator. de pac. tenend.* ita coarcta i & co rigi hoc Ius vetus de annotatione & publicatione bonorum contumacis, vt tantum mobilia publicentur, & immobilia heredibus reſeruentur, idque ita in violatore pacis publicæ conſtituitur. Ex conſtitutione vero criminali Caroli Quinti *art. 206.* bona contumacis rei tam mobilia,quam immobilia heredibus eius reſeruantur, nec
36 tamen annotatio bonorum eſt abolita, ſed ea † ita ex illa conſtitutione fit,vt bona ab Actuario iurato iudice duobuſque aſſeſſoribus non ſuſpectis præſentibus deſcribantur, & ad eam deſcriptionem duo vel tres cognati rei profugi à Iudice conuocentur, eaque quæ facile ſurripi & auferri, vel per moram deteriora fieri,aut interire poſſunt, iiſdem cognatis & aſſeſſoribus adhibitis æſtimata diuendantur, & pretium cum inuentario apud iudicem in depoſito ſit. Quibus præter alia additur, durante contumacia

macia vxori liberisq́; alimenta ex iis bonis à iudice decreta præſtari, nec reo interim ex huiuſmodi bonis quicquam ſuppeditari debere.

Etſi vero ex iis, quæ ſuperius dicta ſunt, de parentibus & liberis vſque ad tertium gradum, item de dote, donatione propter nuptias, quarta vxori indotatæ debita, alimentis & lucris nuptialibus, ex pacto vel conſuetudine alteri coniugum competentibus, manifeſtum euadat, quanta cum reſtrictione accipi debeat, quod bona damnatorum & proſcriptorum referuntur inter regalia, tamen vt eo maior reſtrictio appareat, & eo magis eluceſcat, non ſimpliciter dicendum eſſe, huiuſmodi bona vindicari fiſco, adiicimus nonnulla alia de iis bonis, quæ in confiſcationem bonorum non veniunt, ſiue damnati ſiue proſcripti dicantur delinquentes. Et † quidem primum tenenda eſt hæc re- 37
gula, quod quæ non tranſeunt in extraneum heredem, non vendicentur etiam fiſco, & conſequenter non poſſint iura huius, de quo agimus, regalis, dici Cæſaris ſiue eius fiſci propria eſſe. *l. iura libertorum ff. de iur. patron. l. eorum. ff. ad l. Iul. Maieſt. l. 2 C. ad l. iul. de vi public.* gloſſ. Bart. Bald. & alij Dd. *in l. 1. Cod de bon. libert.* idem Bart. & alij Dd. *in l. 3. de interd. & relegat.* Ruin. *conſ. 124. num. 5. vol. 2. & conſ. 29. num. 26. vol. 3.* Dec. *conſ. 442. num* 28. Roland. à Vall. *conſ 98. num. 16. lib. 2. & conſ. 29. num. 19. lib. 3.* Plot. *conſ crim. 130. nu. 17. vol. 2.* Soc. n. ſen. *conſ. 12*. incip. *præmittenda eſt. num. 17. volum. 4.* Gail. *de pac publ. li. 2. c. 14. n. 3.* vbi addit, hanc ſententiam communiter approbatam eſſe. Idem teſtantur Clar. *in pract. crimin. quæſt. 87 n. 7.* Gomez. *variar. reſol. tom 2. c. 15. tit. de ſeru num.* 18 *verſic ſecundo quia illa* Emanuel Soarez. *in comm. opin. verb. confiſcatio bonorum. num. 256.* Farinac. *de delict. & pœn. lib. 1. tit 3. q. 25. nu. 51.* Alciat. *conſ. 522. ſub. nu. 6.* Ex † quo colligitur, fiſcum pro extraneo quo- 38
dam herede habendum eſſe, quatenus de aliorum bonis agitur, idq́; comprobatur textu *in l. 2. C. ad l. Iul. de vi publ. vel priuat. l non intelligitur. §. cum ex cauſa ff de iur. fiſc. l. ſi marito. in princ. ff ſolut. matr. l. cum fiſco. ff. ad SC. Syllanian.* Atque hæc eſt communis Interpre-

tum ſententia teſte Clar.*lib.5.recept.ſent.§.fin.q.78.n.29.*& Gailio *de pac pub.lib.2.c.14.n.3.*

39 Ex † prædicta regula conſequitur feuda etiam in confiſcationem bonorum non venire, ſed pro qualitate eorum ad agnatos vel dominum reuerti, idque communiter à Dd. eſt receptum, vt teſtatur Alexand.*in l.ſi finita.§.ſi de vectigali. numer.*30 *ff. de damn.infect.* Boer.*deciſ.*264.*num* 7.Gail.*d.cap.* 14. *num.* 1. Curt. iun.*conſil.*4. *numer.*20. Rub.*conſil.* 134. *numer.*3. cum ad extrane-
40 um heredem non tranſeant, illudque † adeo verum ſit, vt ne quidem agnati ſuccedant, niſi de communi ſtipite defuncti deſcendant, *cap. vnic.§. His vero deficientibus.de ſucceſſ.frat.* ideoque
41 nec † frater fratri ſuccedit in feudo nouo, ſiue vna eademque inueſtitura, ſiue diuerſis fratres inueſtiti ſint.*cap.vnic.§.fin.de ſucceſſ.feud. cap. vnic. §.ſi duo fratres.de feud. March.cum ſimilib.* At-
42 que † hinc etiam in conſtitutione Imperij *de pac. publ. ſub rubr.* Die Poen der Landfriedbrecher & in Cameræ Imperialis ordinatione *part. 2. titul.* 9. §. 2. ſancitum eſt, aliquo ad pœnam banni condemnato, & bonis publicatis, feuda fiſco non applicari, ſed ad dominum reuerti, & fructus feudales actori damnum paſſo
43 concedi, idque ita etiam tradit Gail.*d.cap.*14 *numer.6.* vbi † *num.* 8. addit, quod ad agnatos ſucceſſores attinet, illos ſtatim poſt mortem vaſalli banniti feudum antiquum familiæ, ſiue ex pacto & prouidentia, à domino repetere, nouamque inueſtituram poſtulare poſſe.

44 Ex † ſuperiori vero regula de iis, quæ non tranſeunt ad extraneum heredem, conficitur, & illud, bona à teſtatore vel alia ratione extra familiam alienari prohibita, non venire ad confiſcationem, etiamſi ſint allodialia, idque crebrius inter Interpretes, obtinuit vt teſtatum faciunt Rub.*conſ.*98. *numer.1. & conſ.* 154.*numer.*2 Boſſ. *titul. de bon.public.num.*42.*verſ.tamen in contrarium* Clar.*in d.§.fin quæſt.*78. *num.10.* Gail.*d.c.14.num.* 18. Peregrin. *de iur.fiſc.lib.5.tit.* 1.*num.*98. Farinac.*d. quæſt.*25.*num.*32. *&* Thom. Grammat.*deciſ.*105.*num.*31. vbi hanc veram dicit eſſe concluſio-
45 nem, & annectit neminem eſſe, qui ei repugnet. Atque † hanc ſenten-

ſententiam etiam in crimine læſæ majeſtatis locum habere apparet ex ijs, quæ tradit Gig. *in tract. de crimin. læſ. majeſt. tit. de pœn. committent. crim. læſ. majeſt. quæſt. 3. nu. 1. & 2.*

Ob † eandem regulam emphyteutica etiam bona, quæ quis ab Eccleſia ex contractu emphyteutico habet, cum ad extraneos non tranſeant. *Nouell. 7. de non alienand. aut permut. Eccleſ.* Bart. *in l. ſi finita. §. ſi de vectigalibus n. 6. ff. de damn. inf. &.* Alexand. *in l. etiam. numer. 3. & 4. ff. ſolut. matrim.* Gail. *d. c. 14. num. 16.* merito negantur venire in bonorum publicationem, idque tradunt Felin. & alij Dd. communiter *in c. in præſentia. num. 27. de probat.* Martin. Laudenſ. *de fiſco quæſt. 3.* Curt. ſen. *conſil. 59. num. 18. verſic. eſt quoque verum.* Gigas *de crim. læſ. majeſt. quæſt. 6. num. 1.* Eamque ſententiam magis communem eſſe referunt Ruin. *conſil. 161. nu. 7. lib. 1.* Auguſtin. ad Ang. *de malefic. in verb. & eius bona publicamus. num. 16.* Gail. *iam citato loco.* Clarus *in §. emphyteuſis quæſt. 29. in prin. & verſic. Tudic.* Atque † hoc ita ampliatur, vt etiam in crimine læſæ maieſtatis locum habeat, vt oſtendit Gigas *d. tit. de pœn. committent. crim. læſ. maieſt. quæſt. 6. num. 1. 2. & 3.* Idem † obtinet in emphyteuſi non ab Eccleſia, ſed à priuato conceſſa, ſi eo pacto conceſſio facta ſit, ne ad extraneos peruenire, Bart. *in d. §. ſi de vectigalibus num. 6. de damn. infect.* Auguſtin. ad Angel. *ſub d. num. 16.* Bald. *conſil. 284. vol. 1.* Roland. à Vall. *conſil. 98. nu. 18. vol. 2.* Crauet. *conſil. 117. num 6.* Socin. ſen. *conſil. 266. num. 23. lib. 2.* Dec. *conſ. 442. num. 31.* Nell. *de bannit. 1. part. 2. tempor. quæſt. 24.* Gigas *de crim. læſ. maieſt. quæſt. 6. num. 7.* Peregrin. *d. tit. 1. num. 70.* Eamque ſententiam communiter receptam eſſe dicunt Auguſtin. ad Angel. & Gigas *iam citatis locis.* Idem dicit Clar. *in §. Emphyteuſis. quæſt. 29. num. 1. verſic. aut agitur de Emphyteuſi conceſſa à priuato.* 46 47 48

An † autem, ſi Emphyteuſis Eccleſiaſtica talis ſit, vt ex pacto expreſſo, vel conſuetudine, vel alia ex cauſa ad extraneos hæredes tranſire poſſit, bona emphyteutica ob publicationem bonorum in fiſcum tranſeant, adeo dubium eſſe exiſtimatur, vt & negatiuam & affirmatiuam ſententiam quam plurimi Dd. amplectantur, & vtraque communior à diuerſis interpretibus appelletur. Nam negatiuam communiorem eſſe dicit Clar. *d. q. 29.* 49

verſic. Breuiter ſi Emphyteuſis. Econtra vero affirmatiuam reuera communiorem eſſe aſſerit Farinac. *d. quæſt. 25. num. 56 in fin.* Ve-
50 rior † autem eſt hæc affirmatiua ſententia, vt quæ in prædicta regula, qua ad extraneos hæredes tranſitoria ad fiſcum etiam tranſeunt, & vice verſa, radicata eſt, & in dubio regulæ ſtandum, quando de exceptione liquido non conſtat. *l. ſuus quoque. ff. de hæred. inſtit. l. quoties ff. ſi quis caut. judic. ſiſt. cauſ. fact. non obtemper. l. ab ea parte. ff. de probat.* Atque hinc ſecundum hanc, vt veriorem, Mediolani judicatum eſſe contra monaſterium Monialium S. Redegundæ teſtatur Boſſ. *d. titul. de confiſc. bon. num. 60. verſ. tamen in jure verior.* Nec refragatur huic ſententiæ, quod Car. *in d. verſ. Breuiter ſi emphyteuſis.* objicit, de amiſſione ſpei caducitatis, ac priuilegio & potentia fiſci. Nam hic loquitur de emphyteuſi perpetua & ad quoslibet extraneos tranſitoria. Ideoque cum raro fiat, vt quis hærede aliquo careat, in priuato etiam eiusmodi emphyteuſin habente, nulla talis eſt ſpes caducitatis & contra fiſci priuilegia potentiamque habet etiam Eccleſia ſua inſignia
51 priuilegia, conſtatque † fiſcum jure priuati, & conſequenter jure communi vti, niſi in eo verſemur caſu, qui ſpecialiter eſt exceptus *l. idem. ff. de compenſat. l. cum vitioſe. ff. de pignor. l. de contractu. C. de reſcind. vendit. l. juſtas C. de jur. fiſc. l. fin. C. de vſur.* quemadmo-
52 dum † etiam econtra priuatus vtitur legibus loquentibus de fiſco, ac ſtatuta in fiſco præſumuntur communia cum priuato, niſi in priuato aliud ſtatutum reperiatur. *l item. §. ait ſenatus. & §. in priuatorum. ff. de petit. hæred. l. 2. C de paſc. publ. lib. 11.* idque gloſſ. & ſcriptores omnes tradere aſſerit Peregr. *de jur. fiſc lib. 6. tit. 1. nu. 2.* Atque hinc fiſcus etiam canonem emphyteuticum ſoluere aliaque præſtare tenetur, ad quæ priuati adſtricti ſunt, niſi id ſpeciatim in eo exceptum reperiatur.

53 Non † obſtat etiam textus *Nouell. 120. de alien. & emphyt. §. 1.* Nam licet huiusmodi emphyteuſin per pœnitentiam intra biennium reuocari poſſe ibi ſtatuatur, & multi Dd. id in qualibet Eccleſia locum habere aſſerant, tamen rectius ſentiunt, qui eum textum ad Conſtantinopolitanam Eccleſiam reſtringunt, inter quos etiam eſt Cujac. *ad d. Nouell. 120.* & Alexand. *in d. §. ſi de vectigali.*

ctigalibus. numer. 36. Et licet Clar. *in d. verſic. Breuiter.* Boſſ. *d. num. 60. verſic. nec Bart.* & Farinac. *d. numer. 56. in princ.* cum ita allegent, quaſi teſtetur etiam communiter à Dd. eum textum de qualibet Eccleſia intelligi, tamen eius verba ſatis oſtendunt, eum dubitanter id dicere, dum ait, ita videri communiter intelligi. Certum autem eſſe, quod textus loquatur & intelligendus ſit de ſola Eccleſia Conſtantinopolitana, euidenter apparet tum ex alijs verbis, tum maxime etiam ex §. *licentiam.* (vbi de alijs eccleſijs, quam Conſtantinopolitana Iuſtinianus agere incipit) & verbis ijs, quæ antecedunt *in verſ. Et hoc quidem.* vbi diſerte Iuſtin. ea, quæ in præmiſſis & ſic etiam in *d.* §. *1.* conſtituta ſunt, ad eccleſiam Conſtantinopolitanam reſtringit.

Neque obſtat, quod *d. verſic. Et hoc quidem* videatur pertinere ad illud, quod *in proxime præcedenti* §. ſtatuitur, ſi ad verſionem veteris Interpretis reſpiciatur, quatenus verbo Hoc vtitur, quia ea verſio hac in re non eſt attendenda, cum pro verbo Hoc debuerit vti pluralis numeri verbo Hæc, vt fit ab antiquiſſimo Interprete Iuliano Patricio ac Anteceſſore vrbis Conſtantinopolitanæ *in ſua Epitome*, & ab Haloandro in ſua verſione, idque vrget in textu græco verbum ταῦτα. Nec † mirum eſt veteris In- 54
terpretis verſionem hac in re reprehenſionem mereri, quod hic non paucis locis in ſua verſione lapſus ſit: idque ex collatione græci textus cum ea verſione habita manifeſtum euadit, ideoque ſæpe rectius loquitur Iulianus *in prædicta Epitome*, & melior eſt verſio Haloandrina, licet & huic non ſit vbique fidendum, nec deſint loca, in quibus melior eſt verſio veteris Interpretis, & ex græco textu à Scringero edito appareat, Haloandrum, qui alio græco exemplari vſus eſt, non raro in ſua verſione impegiſſe.

Verum vt paulo pluribus oſtendamus, quæ bona in confiſcationem veniant vel non, quæſtionis eſt, quid de caſtrenſibus bonis ſiue caſtrenſi peculio dicendum ſit, an & hæc bona veniant in confiſcationem bonorum, ſi filiusfamilias delictum commiſit.

Et ſane † hæc eiusmodi ſunt bona, quæ extraneos hæredes 55
admit-

Digitized by Google

admittunt, & de quibus filijſfamilias reſpectu etiam extraneorum hæredum libere diſponere poſſunt, cum eorum omni ex parte ſint propria, & ipſi in ijs bonis pro patribus familiâs habeãtur. *l. 2. l. miles præcipua. §. actionem & l. ex nota. ff. de caſtrenſ. pecul. l.*
56 *lis nulla. ff. de judic. cum ſimilib.* vnde † concludendum videtur, damnatorum ſiue proſcriptorum filiorumfamil. bona caſtrenſia vindicari fiſco. Atque ita ſentiunt Angel. & Rom. *in l. ſi filiusfam. ff. de damn. infect.* Crot. *in repet. l. frater à fratre. nu. 21 ff famil. erciſc.* Nell. *in tract. de bannit. part. 1. ſecundi temporis q. 25.* Gomez. *variar. reſolut. tom. 2. cap. 5. num. 15. verſic. His non obſtantibus* Gig. *in tract. de*
57 *crim. læſ. maieſt. quæſt. 12.* Sed † contraria ſententia vt in æquitate magis fundata, ſic & verior eſt, ob textum expreſſum *in l. 3. C. de bon. proſcript. ſeu damnat.* vbi Alexand. Seuerus, ſi filius tuus, inquit, cum eſſet in tua poteſtate, in inſulam deportari meruit, peculium eius, nec quod in caſtris acquiſiuit, vel quod ei militaturo donaſti, auferri tibi debet, neque hæc lex vllo alio jure eſt correcta & abrogata. Etſi vero nõ deſint, qui hunc textum ad alium ſenſum detorqueant, tamen vt verba ſunt aperta, ſic maiori Interpretum conſenſu noſtra interpretatio & ſententia comprobatur, vt apparet ex illis, quæ tradit Boſſ. *in tit. de bonor. publicat. num. 71.* Item Alex. *in l. 3. § filius. num 3. ff quod quisque jur.* Peregr. *d. tit. 1. num. 130.* Couarr. *variar. reſolut. lib. 2. cap. 3. num. 7 verſic. Ex his patet.* Gail. *de pac. public. lib 2. cap. 13. num 37.* Farinac. *de delict. lib. 1. tit. 3. quæſt. 24. num. 12. verſic. Quibus tamen non obſtantibus,* vbi hanc ſententiam non ſolum veriorem & æquiorem, ſed & communiorem eſſe dicit.

Neque obſtat, quod modo ex *d. l. 2. d. §. actionem & ſimilibus locis* de libertate diſponendi, & jure, quod filiofamilias in bonis
58 caſtrenſibus competit, dictum eſt. Nam † datur hoc peculiariter patriæ poteſtati, & hæc eſt eius poteſtatis prærogatiua, vt pa-
59 ter in eiusmodi bonis filij ſui fiſco præferatur. Idem † igitur recte dicemus de bonis quaſi caſtrenſibus, quod videlicet ob delictum filijfamilias in confiſcationem bonorum non veniant, licet & de hoc genere bonorum filijfamilias jure communi libere diſponere, & ad extraneos hæredes ea tranſferre poſſint, *§. vlt. Inſtit.*

Inſtit. de teſtam. milit. l. vlt. C. de inoffic. teſtam. l. vlt. C. qui teſtam. fac.
poſſ. Exceptio † vero quoad vtraque, nimirum caſtrenſia & quaſi 60
caſtrenſia bona, ſtatuenda eſt in crimine læſæ maieſtatis, per *l.*
quiſquis. §. filij vero. ff. ad l. jul. maieſtat. vbi filiusfamilias ob crimen
læſæ maieſtatis omnia ſua bona nulla facta diſtinctione inter ea,
quę eius ſunt jure communi, vel jure ſpeciali, amittit, atque hanc
limitationem præter alios tradunt etiam Gigas *de crim. læſ. maieſt.*
lib. 2. tit. de pœn. commit. crim. læſ. maieſt. quæſt. 12. in fin. Peregr. *d. tit.*
1. num. 130. verſic. limita primo. Farinac. *d. quæſt. 24. num. 14.* Eadem
† limitatio in aduentitijs bonis filijfamilias, quoad crimen læſæ 61
maieſtatis, conſtitui poteſt; Cacheran. *deciſ. 94. num. 8. verſic. con-*
traria tamen & ſeqq. hanc limitationem multis confirmans & ad
contraria reſpondens. Farinac. *d. quæſt. 24. nu. 9.* Peregrin. *d. tit. 1.*
nu. 128. vbi addit hanc limitationem indubitanter veram eſſe in
terminis *l. quiſquis C. ad l. jul. maieſtat.*

Quod † vero regulariter ſupra dictum eſt juris eſſe in ca- 62
ſtrenſi vel quaſi caſtrenſi peculio, eo magis in aduentitijs bonis
dubitatione caret, quod ea bona non ſint ſimpliciter & omni ex
parte filij, ſed pater in ijs vſumfructum habeat. *§. quod nobis. Inſtit.*
per quas perſon. cuiq. acquir. l. cum oportet. C. de bon. quæ liber. Confir-
matur vero hæc ſententia etiam eo, † quod filiusfamilias nullo 63
modo poſſit alienare proprietatem bonorum aduentitiorum,
per contractum vel vltimam volũtatem, ſine conſenſu & volun-
tate patris *l. fin. §. filius autem. C. de bon. quæ liber.* & † confiſcatio ob 64
delictum facta cenſeatur quædam alienatio, valeatq; argumentũ
à contractu vel vltima voluntate ad delictum hac in re ſumptum
l. Imperator & ibi Bart. & nonnulli Dd. *ff. de fideicom. libert.* Gomez.
variar. reſolut. tom. 2. c. 15. num. 14. Atque † hæc ſententia tanquam 65
verior à tam multis approbata eſt, vt communis eſſe dicatur, cu-
ius rei teſtes ſunt præter alios Gail. *de pac. publ. lib. 2. cap. 13. num. 37.*
verſ. De aduentitio. Ruin. *conſ. 24. nu. 6. lib. 5.* Pariſ. *conſ. 157. n. 1. lib. 4.*
Cacheran. *d. deciſ. 94. nu. 3.* Farinac. *de delict. & pœn. lib. 1. tit. 3. quæſt.*
24. nu. 5. Curt. ſen. *conſil. 59. num. 12.* Couarr. *var. reſolut. lib. 2. cap. 8.*
nu. 7. verſ. Ex his patet. & ſecundum eam judicatum fuiſſe teſtatur
Capell. Tholoſ. *deciſ. 120.* incip. *Item fuit quæſitum.*

Digitized by Google

66 Neque † obſtat huic ſententiæ textus *in l. ſi poſtulauerit. §. iub. 1. ff. ad l. Iul. de adult.* quia loquitur de extraneo proprietario, non autem de filiofamil. nec de eius bonis, & vult, in extraneo proprietario confiſcari poſſe proprietatem, ſaluo manente vſufructu alterius, quod eiusmodi proprietarius facultatem habeat proprietatem ſuam & jus, quod habet in re, alienandi inuito vſufructuario, quod filiofamilias proprietario nullo modo permit-
67 titur, ob fauorem patris vſufructuarij Nihilo magis † aduerſatur textus *in l. clarum. C. de auct. præſt.* quia ibi erat prohibita alienatio fauore ipſius minoris per delictum priuilegium amittentis, & ſic ſibi ipſi præiudicantis. Hic vero agitur de alienatione prohibita ratione patris vſufructuarij, vt tertij. Atque ita reſpondent ad *d. l. clarum.* Bart. Caſtrenſ. Alexand. & Imol. *in l. finita. §. ſi de vectigalibus. ff. de damn. infect.* Salicet. *in l. ſi filius. num 3. C. de bon. proſcript.* Alciat. *reſponſ. 522. num. 4.* Menoch. *de recup. poſſeſſ. remed. 9. nu. 78.* vbi ſimul *num. 79. & 80.* oſtendit, non obſtare etiam textum *in l. quinque legibus. cum ſeq. ff. de bon. damnat.*

68 Etſi † vero nonnulli reperiantur ſpeciales caſus, in quibus patri de jure non debetur vſusfructus in eiusmodi bonis, ſed bona pleno jure filijfamilias ſunt, tamē in ijs etiam caſibus dicemus confiſcationi bonorum non eſſe locū in eiusmodi bonis, ſed patrem præferri fiſco. Nā ſi in caſtrenſibus bonis, in quibus filiusfa. plenū jus habet & libere diſponere poteſt, nec patri vſusfructus debetur publicationi bonorum non eſt locus, vt ſupra oſtenſum eſt, merito hoc ipſum porrigitur ad aduētitia bona, licet eiusmodi ſit caſus, quo patri de jure denegatur vſusfructus. Non deſunt tamen, qui contra ſentiunt, ex quibus ſunt Crot. *in repet. l. frater à fratre. nu. 21 ff. de condict. indebit.* & alij Dd. allegati à Peregr. *d. tit. 1.*
69 *nu. 128. verſic. dubitabilis tamen.* Sed † altera ſententia non ſolum verior eſt, ſed & æquior, vt aſſerunt Ruin. *d. conſ. 24. num. 11. & 12.* Socin. Iun. *conſ. 77. nu. 10. libr. 2.* Farinac. *d. quæſt. 24. nu 6. verſ. Quibus non obſtantibus.* & communiorem eſſe teſtatur Peregrin. *iam citato loco* per hæc verba. *licet plures contra ſentiant.*

70 In † dubium quidem etiam vocatur an, cum patri vſusfructus in bonis aduentitijs filij debetur, hic vſusfructus quoque veniat in

niat in confiſcationem bonorum patris delinquentis? Et ſunt qui ſimpliciter affirmant, ſunt etiam non pauci Dd. qui negatiuam ſententiam tenent, ſed neutra ſententia vera eſt. Nam vſusfructus morte naturali & ciuili etiam, ſi videlicet maximam vel minimam capitis diminutionem delinquens ſubeat, omnino finitur, & cum proprietate conſolidari dicitur, eaque ratione ad proprietarium redit, §. *finitur.* & ibi Dd. *Inſtit. de vſufruct. & l. corruptionem, C. eod.* Ex quo conſequitur, nec ſi quis capitis pœna plectatur, nec etiam ſi ita puniatur, vt maximam vel mediam capitis diminutionem ſubeat, vſumfructum fiſco acquiri, ſed potius ad proprietarium pertinere. Eo vero caſu, quo delinquens ita non punitur, in confiſcationem vſusfructus, vita vſufructuarij durante, veniet *arg. l. ſi poſtulauerit. §. iubet lex. ff. ad l. Iul. de adult.* facitque quod † commoditas & fructuum perceptio ab vſufructuario recte alienari poſſit *l. arboribus. §. vſufructuarius ff. de vſufr.* 71
& conſequenter recte confiſcetur *arg. l. Imperatores. ff. de iur. fiſc.* Atque † hanc ſententiam, qua prædicto modo diſtinctio adhibetur, amplectuntur etiam Bald. *in d. l. corruptionem nu. 7.* Alex. *in d. §. ſi de vectigalibus, nu 45. & 51.* Salicet. *in l. ſi quis poſt hac. §. ſi quid etiam quaſt. vlt. nu. 4. verſic. ſed nunc quaro. C. de bon. proſcript.* Boer. *deciſ. 7. num. 4.* addens hanc fuiſſe Cyni ante Bald. *in l. diximus. § ſi pater. ff. de excuſ. tut.* Plot. *conſ. crimin. 130. num. 24. lib. 1.* Menoch. *de recup. poſſ. remed. 9. nu. 244.* Peregr. *d. tit. 1. nu. 129. verſ. Tu vero concluſiue.* Farinac. *d. qu. 25. nu. 33.* Franc. Marc. *deciſ. 827. num. 4. part. 1.* Caualcan. *in tract. de vſufr. mulieri relict. nu. 235.* vbi ſimul teſtatur ex Nell. *in tract. de bannit. 1. part. 2. temp. quaſt. 27.* hanc ſententiam eſſe communiter approbatam. 72

His † vero, quæ de caſtrenſibus & quaſi caſtrenſibus aduentitijsque bonis filijfamilias delinquentis ſupra dicta ſunt, de profectitijs etiam bonis eius addendũ eſt, multo minus dubitandum eſſe, quod in confiſcationem bonorum filij delinquentis non veniant, cum † pleno jure ad patrem pertineant *l. ſi plures. §. in arrogato. ff. de vulgar. & pupillar. ſubſtit. l. placet. ff. de acquir. hared. §. cum nobis Inſtit per quas perſon. cuiq. acquir. l. cum oportet. C. de bon. qua liber.* Ideoque † illud receptiſſima Dd. ſententia eſt comproba- 75

Vuu 2 tum,

tum, dicitque Boſſ. *d. tit. de bonor. publicat. nu. 71.* quod in hoc nulla ſit difficultas, & ex Ruino addit Farinac. *d. quæſt. 24. num. 3.* neminem de hac re dubitare, ſimiliterque Gail. *de pac. public. lib. 2. obſ. 13. nu. 37. verſ. De peculio* aſſerit, nullam eſſe dubitationem. At-
76 que † eſt hæc ſententia adeo vera, vt etiam eo caſu locum habeat, quo pater filio conceſſit liberam & abſolutam adminiſtrationem peculij profectitij, cum per huiusmodi conceſſionem non cenſeatur translata facultas per delictum vel alia ratione alienandi, & efficiendi vt alius acquirat, *arg. l. creditor. §. Lucius ff. mandati. & l. ſi conuenire. C. de pact. dotal.* & ita ſentiunt Ang. Imol. & alij Dd. communiter *in l. ſi filiusfamilias. ff. de damn. infect.* Boſſ. *d. num. 71.* Gomez. *variar. reſol. tom. 2. cap. 15. num. 16.* vbi *verſic. Imo*
77 *quod magis eſt*, addit, etiamſi † pater committat delictum, propter quod bona eius veniunt confiſcanda, non debere confiſcari tale peculium profectitium, cuius adminiſtrationem habet filius, propter ſpem ſuccedendi patri, & propter illam præuentionem, quam fecit pater tradendo ei peculium, idque comprobatur per textum ſingularem *in l. 3. §. ſed vtrum. verſicul. magis enim. ff. de minorib.* quem allegat etiam Gomez. *ibidem*, & ſimul refutat Baldum, Cynum & Romanum, non ſimpliciter hanc ſententiam
78 admittentes, ſed diſtinctione vtentes. Fallit † in crimine læſæ maieſtatis Alexand. *in l. ſi finita. § ſi de vectigalibus n. 46 ff. de damn. infect.* Peregrin. *d. tit. 1. nu. 26.* Gig. *d. tit. de pœn. committent. crim. laſ. maieſt. quæſt. 12. nu. 4.* vbi licet dicat, ſe hac in re ancipitem eſſe, tamen concludit, patris bonis confiſcatis venire etiam in eam cō-
79 fiſcationem peculiū profectitium. Quod ſi † vero filius ipſe hoc crimen perpetrauerit, huiusmodi peculium etiam in hoc crimine in confiſcationem nō venit, ſed ſupra dictum jus regulare etiam in eo crimine locum habebit, Crot. *in l. frater à fratre. nu. 19 ff. de condict. indeb.* Gig. *d. tit. de pœn. committent. crim. laſ. maieſt. quæſt. 10. nu. 1. 2. & 3.* Pariſ. *conſ. 157. nu. 37. lib. 4.* Menoch. *conſ. 562. nu. 12.* Socin. Iun. *conſ. 77. nu. 8. lib. 1.*

Atque ea quidem, quę hactenus de bonis ad fiſcum per publicationem non tranſeuntibus dicta ſunt, cum regulariter ita ſe habeant in bonis, quæ delinquens ante publicationem habuit,

multo,

multo magis procedunt in bonis futuris, & quæ poſt publicatio-
nem acquiſita ſunt. Quæritur † vero an & eo caſu, quo bona in 80
publicationem reuera veniunt, futura & poſtea acquiſita ea
comprehendantur? Et quidem pro negatiua; quod ſcilicet non
comprehendantur, ſed damnatus huiuſmodi bonis, dum viuit,
frui poſſit, facit text. *in l. ſi mandauero tibi. §. Is cuius bona. ff. mandat.*
l. eius qui §. 1. ff. de teſt. l. certa forma & ibi Bart. Iban. de Plat. & plures
alij Dd. *C. de iur. fiſc.* Idem tenent Bald. Angel. Alex. & Dec. *in l. 3.*
§. illud. ff. Quod quiſque iur. Boſſ. *d. titul. de bonor. public. num. 15. & 66.*
Peregrin. *de iur. fiſc. lib. 5. tit. 1. numer. 135.* Weſemb. *in parat. ff. de bon.*
damn. n. 6. Gig. *de crim. leſ. maieſt. lib. 2. tit. de pœn. commit. crim. leſ. ma-*
ieſt. qu. 7. nu. 1. Angel. *in tract. de malefic. in verb. & eius bona publica-*
mus n. 25. & hanc eſſe communem ſententiam aſſerunt Iaſ. *in l. ſi*
ſtipulatus fuerim. §. cum ſtipulamur. nu. 7. ff. de verb. obligat. Menoch.
conſ. 10. nu. 13. & 24. vol. 1. Clar. *in practic. crim. § fin. quæſt. 78. nu. 24.*
Nell. *in tract. de bannit. 1. part. 2. temp. nu. 18.* Curt. ſen. *conſ. 59. num. 13.*
verſ. conſequenter. Horat. Mandoſ. in addit. ad Roman. *conſ. 242.*
ſub verb. Conditionali. Eman. Soarez. *in comm. opin. verb. Confiſcatio*
bonorum. Farinac. *de delict. & pœn. lib. 1. tit. 3. q. 25. n. 138.* Et † ean- 81
dem in crimine læſæ maieſtatis locum habere, tradit Boſſ. *d. loco*
num. 27. verſ. Et ſi ſit condemnatus, Gig. *d. tit. de pœn. committent. crimiẽ*
leſ. maieſt. quæſt. 7. num. 1. vbi ſimul pro hac ſententia, alios Dd. al-
legat, additq; *nu. 2.* in talem confiſcationem bonorum non veni-
re etiam futuram ſubſtitutionem.

Atque † his conſequens eſt, quod iura conditionalia in 82
confiſcationem non veniant, gloſſ. Bart. Caſtrenſ. & alij Dd. *in l.*
Non ad ea ff. d. condit. & demonſtr. Angel. & Imol. *in l. quoties ff. de no-*
uat. Clar. *de quæſt. 78. nu. 23. verſ. ſcias tamen.* Natt. *conſ. 472. nu. 5. 6.*
& 10. lib. 2. Peregr. *d. num. 132.* Angel. *de malefic. in verb. Et bona eius*
publicamus. nu. 12. Plot. inter conſ. criminal. *conſ. 103. num. 55. vol. 1.*
Atque ita communiter teneri teſtantur Iaſ. *in l. ſi quis arbitratu, n.*
29. ff. de verb. obligat. Emanuel Soarez. *in comm. opin. verb. Confiſcatio*
bonorum Boſſ. *d. tit. d. bonor. publicat. num. 14.* Eaque ſententia lo- 83
cum etiam habet in crimine læſæ maieſtatis, Menoch. *conſ. 526.*

 nu. 14.

tum, dicitque Boſſ. d. tit. de b[illegible] ch. de Saxon.
la ſit difficultas, & ex Ruin[illegible] 2. & 423. Ve-
minem de hac re dubi[illegible] quæ proueniunt ex vltima
obſ. 13. nu. 37. verſ. [illegible]
76 que † eſt h[illegible] tatem, fideicommiſſum, vel lega-
beat [illegible] rum heredem l. vn. §. ſin autem ſub
tio[illegible] l. legata ſub conditione l. ita expreſſim. ff.
no[illegible] l. ſi uia legitimam §. illi ſi volet ff. de legat. 1. l. ſi cum
[illegible] diem & l. [illegible] expreſſim ff. Quand. dies legat. ced.
[illegible] heredis habeatur, vt ſupra oſtenſum eſt: tamen ſe-
[illegible] proficiſcantur ex contractu, cum hæc tranſmittan-
[illegible] §. Ex conditionalibus. Inſtit. de verb. oblig. l. Neceſſario.
85 [illegible] pendente ff. de peric. & commod. rei vendit. l. inter ſocerum. §.
[illegible] pact. dotal. ideoque ad fiſcum tranſeunt, ſicut ad heredem
[illegible] Idque † reſtringendum eſt ad conditionem caſualem &
86 mixtā, cū poteſtatiua non tranſmittantur ad heredes, ideoq; nec
ad fiſcum, q creditor cenſeatur eſſe in culpa non adimplendo l.
ſi decem cum petiero, vbi communiter Dd. ff. de verb. obl. l. Potior. & l.
87 qui balneum ff. Qui potior in pignor. habeant. Et † ſimiliter limitatio
conſtitui poteſt in conditione de futuro, cum ſecus ſit, ſi ſit de
præſenti vel præterito, l. conditio ff. de verb. obligat. l. cum ad præſcri-
ptum cum l. ſeq. ff. ſi cert. petat. Gomez. var. reſol. tom. 3. c. 14. n. 2. in fin.
Ioan. de Imol. in d. l. non ad ea ff. de condit. & demonſtr. Farin. de q. 25.
n. 146. eamq; limitationem communiter approbatam eſſe teſta-
tur Eman. Soarez, in theſaur. recep. ſent. verb. confiſcatio bonorum. verſ.
ſecus omnino futurum.

88 Generaliter † vero hic etiam de omnibus, quæ aliis ex con-
tractu debentur, tenendum eſt, quod non veniant in confiſca-
tionem, nec ea creditoribus damnati præiudicet, l. Tutoris. C. ad l.
Iul. de vi publ. l. ſi vt proponis. C. de bon. proſcr. l. 1. C. de pœn. fiſcal. quem-
89 admodum † nec ea bona tanquam confiſcata fiſco debentur,
ſed à damnato eiuſque heredibus retinentur, quæ ſibi arrogare
tanto temporis ſpacio ceſſauit, vt per præſcriptionem ius ſuum
amiſerit, idq; receptiſſima Dd. ſententia eſt comprobatum, adeo
adeo verum, vt nec reſtitutio in integrum fiſco aduerſus præ-
ſcri-

ſcriptionem detur, vt oſtendit Oddus Peruſin. *in tract. de reſtit. in integr. quæſt. 3. num. 85. & ſeq.* vbi hanc ſententiam magis communem eſſe addit.

De † tempore vero, quo huiuſmodi præſcriptio inducitur, 90 licet diuerſæ ſint Dd. ſententiæ, tamen ea ſola mihi placet, & vera eſt, qua 20. annorum ſpatium requiritur, idque ob textum *in l. in omnibus. ff. de diuerſ. tempor. præſcript. l. querela. C. ad l. Corn. de falſ. l. 2. & l. 3. ff. de requirend. vel abſent. damnand.* Nam *in d. l. in omnibus* hæc generalis ſtatuitur regula, quod in omnibus cauſis fiſci 20. annorum præſcriptio cuſtodiatur, exceptis cauſis in quibus minora tempora ſeruari ſtatutum eſt, ſic & *in d. l. querela* reſcribitur, falſi querelam 20. annorum præſcriptione excludi, & generaliter adduntur hæc verba: *Sicut cætera fere omnia.* In quibus per verbum *fere* ſimiliter excipiuntur tantum illæ cauſæ, in quibus alia tempora ſeruari ſpecialiter conſtitutum eſt. Eodem pertinet textus *in d. l. 2. & d. l. 3.* vbi Marcianus ait, quam unq; quæſtionem apud fiſcum, ſi non alia ſit præſcriptio, viginti annorum ſilentio præſcribi, Diui Principes voluerunt. Atque contra fiſcum ob delictum ex generali bonorum publicatione ius quæſitum habentem expreſſe & in ſpecie non reperitur alia præſcriptio conſtituta. Atque hanc ſententiam à gloſſa ordinaria, Bart. & aliis Dd. communiter approbari *in d. l. omnibus.* teſtatur Gomez. *variar. reſolut. tom. 3. cap. 14. num. 5. verſ. vel aliter & ſecundo.* licet ipſe ibidem contra ſentiat, & quinquennium ſufficere putet, motus textu *in l. 2. Cod. de vectigal. & commiſſ.* qui † in ſpecie 91 loquitur de non ſoluente vectigal, & de ſolis illis rebus, quæ ideo in commiſſum ceciderunt, non autem de vlla generali bonorum ob delictum facta publicatione. Sic † & *in d. l. 2. Cod. de apoſtat.* 92 tantum in ſpecie de teſtamento apoſtatæ, & actione contra illud intra quinquennium exercenda, non autem de publicatione bonorum agitur.

Hæc † vero omnia, quæ de publicatione bonorum ſupradicta ſunt, nullum vel exiguum videntur vſum habere, quod multi ſint Dd. qui aſſerunt, hodie per totum mundum, excepto 93

caſu

Digitized by Google

caſu criminis læſæ maieſtatis, abolitam eſſe, nec obſeruari confiſcationem, niſi ſpeciali conſuetudine vel ſtatuto aliud introductum eſſe conſtet. Hi Dd. ſunt Alberic. 3 *part. ſtatutorum quæſt. 18. num.* 13. Iacob. de S. Georg. *de feud. in verb. dicti vaſalli. col. pen.* Cagnol. *in l. ea ſola. num.* 6. *ff. de reg. iur.* Nouell. *in pract. fol.* 176. *num.* 6. Iaſ. *conſ.* 46. *n.* 1. *vol.* 3. Peregrin. *d. tit.* 1. *n.* 8. Clar. *d. quæſt.* 78. *in princ.* Farinac. *d. qu.* 25. *num.* 10. Roland. à Vall. *conſ.* 97. *n.* 2. Decian. *conſ.* 56. *n* 64. *lib.* 2. Dec. *conſ.* 257. *n.* 6. *& conſ.* 422. *n.* 6. Cæpoll. *conſ. crim. diuerſ.* 17. *nu.* 35. Sed animaduertendum eſt, eos omnes Italos eſſe, quibus non potuit conſtare, quid per totum mundum obtineat, & vſu receptum ſit. Et licet Emanuel Soarez, Hiſpanus Iuriſconſultus. *in theſaur. receptar. ſententiar. verb. Bonorum confiſcatio.* eius conſuetudinis meminerit, tamen id non aliter facit, quam quod Clarum de ea teſtantem adducat, & prædicti etiam alij Dd. excepto vno atq; altero (cuiuſmodi eſt Alberic. *d. qu.* 18. *n.* 13. nullum alium de ea conſuetudine a'legans) non ipſi ex ſua ſcientia illam conſuetudinem aſſerunt, ſed vnum vel plures alios de ea adducunt, qui & ipſi non ex ſua ſcientia affirmant, ſed aliũ aliquem allegant. Sane in Gallia talem conſuetudinem non eſſe, ſed contrarium obſeruari ex Galliæ Iuriſconſultis refert Weſembec. *in parat ff. de bon. damnat. n.* 6. atq; idem teſtatur Benedict. *in c. Raynutius. de teſtam.* Oldrad. *conſ.* 17 *nu.* 6. *&* 7. Peregrin. *d. tit.* 1. *num.* 20. In nonnullis tamen particularibus locis eius regni dictam *auth. Bona damnatorum.* ſeruari, dicit Molin. in addit. ad Dec. *conſ.* 252 *nu.* 5. *in verb non fuerit.* & Boerius. *deciſ.* 264. *n.* 15. vbi etiam conſuetudinis totius mundi meminit, ſed non aliter, quam alios allegando, inter quos eſt etiam Guid. Pap. *deciſ.* 437. *verſ. ſed quod dixi*, qui tamen ibi nullam eius conſuetudinis mentionem facit. Et in ſpecie de Ducatibus Lotharingiæ & Burgundiæ, quod in iis contrarium obtineat, aſſerunt Frider. Mindan. & Chaſſan. & quidem ille de Lotharingia *in tract. de proceſſib. & mandat. lib.* 2. *cap.* 43. *nu.* 9. hic de Burgundia *in comment. ad conſuet. eius Ducatus rub.* 2. *§.* 1. *verſ. pro ſeptuageſimo ſecundo.* vbi pro regula traditur, quod, qui perdit vitam, perdat & bona, contra d. auth. Bona damnatorum.

In

Digitized by Google

In regno Scotiæ etiam contrarium obſeruari & quidem adeo ri-
gide, vt non ſolum liberi, parentes, aliique, ſanguine delinquen-
ti iuncti, à bonis eius omnino excludantur, ſed etiam creditori-
bus denegetur, refert Chopp. *de Doman. Franciæ libr. 1. cap. 7.*
numer. 15. addens idem affirmare Boethium in Scotorum re-
bus geſtis.

In † Germania Caroli Quinti conſtitutione criminali 94
art. 218. ita publicatio bonorum prohibita eſt, vt non ſolum cri-
men læſæ maieſtatis, excipiatur, ſed etiam de aliis caſibus addan-
tur hæc verba. **oder ſonſten in andern fellen.** Atq; in hanc conſtitu-
tionem in iis verbis allegat etiam Heig. *quæſt. 33. nu. 52.* vbi ſimul
lectorem remittit ad nonnullos Dd. exempla eorum caſuum ex
iure communi adducentes. Eiuſmodi etiam caſus eſt, de quo a-
gitur in ſua conſtitutione *art. 135.* vbi, ſi reus, qui ob delictum ca-
pitis & bonorum priuationis pœnam meretur, mortem ſibi ipſi
conſciuit, bona eius publicantur, & heredibus ea denegantur,
atque ita comprobatur, quod in tali reo de pœna publicationis
antea cautum eſt, *in l. 3. §. idem reſcripſit. verſ. Ergo ita demum dicen-*
dum eſt. ff. de bon. eor. qui aut. ſentent. mort. Eiuſmodi quoque caſus
eſt, ſi crimen monopolij committatur, vt videre eſt in Imperii
ordinatione politica *tit.* **die monopolia vnd ſchädliche fürkauffe belan-
gend. §. Hierauff haben ꝛc.** & **§. vnnd wo die ꝛc.** atque huc pertinet
quod eadem monopolij pœna ſtatuitur *in l. vnic. Cod. de monopol.*
Tales etiam ſunt diuerſi caſus ſpeciales in quibus ratione mone-
tæ delinquentes pro qualitate facti vel etiam perſonæ in bonis
puniuntur & pœna hæc fiſco vel etiam aliis applicatur de qui-
bus caſibus ſupra *cap. 7.* latius dictum eſt. Quatenus † vero in 95
ſupra allegata conſtitutione *art. 219.* prohibetur publicatio bo-
norum. ea prohibitio ita fit, vt omnino damnentur & pro nullis
habeantur omnes conſuetudines & ſtatuta, quibus pœna publi-
cationis bonorum antea introducta fuit, vel etiam poſt eam
conſtitutionem introduceretur, idque ad eos caſus reſtringitur,
quibus de iure quis ob crimen morte plectitur, non autem bo-
nis priuatur, eoq; ſenſu accipienda ſunt verba **ſo der Vbelthäter**

Leib vnd Gutt nicht verwürckt / quaſi diceret, Leib vnd nicht Gutt atque eo pertinet verſio latina Georgij Rhemi, & confirmatur illud eo quod mox ſubiiciatur, præter pœnam capitis, quam damnatus ſubit, vxorem etiam & liberos per pœnam publicationis bonorum ad inopiam redigi, & magiſtratui bona adiudicari.

Etſi vero huiuſmodi conſtitutio in Imperio non extaret,
96 tamen ſi † ex ſtatuto aliquis ad mortis pœnam condemnaretur, publicatio bonorum locum habere non poſſet, niſi in ſtatuto hoc ipſum expreſſe dictum eſſet Bald. Alex. & Iaſ. *in l.2. C. qui teſt. fac. poſſ.* Idem Bald. *in c.1. in princ. de pac. tenend.* Dec. *conſ.252. num.5.*
97 Roland. à Vall. *conſ.98. num.4.189. ff de iuriſdict.* vbi addit, in † generali etiam arbitrio iudici dato non cenſeri datam poteſtatem publicanti bona, idq; tradit etiam Bald. *in d.c.1 in princ. verſic. ſed hic quæro. & in l.1. C. ne ſine iuſſu Princip.* Dec. *d.n.5.* Laudenſ. *d.c.1. n.12.* Farinac. *de delict. lib.1. tit 3. q.25. n.4.*

98 Optandum † vero eſſet, vt iis caſibus, quibus publicatio bonorum locum habere poteſt celeberrima & æquiſſima conſtitutio Imperatorum Gratiani & Theodoſii *in l.1. C. de bon. petit. ſubl. lib.10.* per quam tales bonorum petitiones iam olim ſublatæ ſunt, ſtricte obſerueretur. Quod tamen non fieri, fecit noſtrorum temporum iniquitas Cod. Fabriano *lib.9. tit.28. de bon. damn. definit.* 1. vbi additur hodie inter aulicos nihil frequentius eſſe huiuſmodi petitionibus, adeo, vt & plerunq; priuſquam de crimine cognitum nedum pronunciatum ſit delinquentis bona citius donata reperiantur, quam publicata inuerecunda petentium inhiatione vt loquuntur Imperatores in *d. l. 1.*

CA-

CAPVT XIII.

De angariis & parangariis & plauſtrorum nauiumque præſtationibus.

SVMMARIA.

1 *ANgariæ & parangariæ, plauſtrorum & nauium præſtationes ſunt de regalibus.*

2 *Angariarum appellatio manat à Græco verbo* ἀγγαρεύω *vel* ἀγγαρίζω *non à verbo latino ango, vt quidam minus rectè tradiderunt.* n. 3.

4 *Græci vocem* ἀγγαρείας *à Perſis mutuati ſunt, eam à voce angaros quod Perſis nuncium ſignificat, deducentes.*

5 *Parangariæ non à præpoſitione per & angariis, vt quidem voluerunt, ſed* ἀπὸ τοῦ παρὰ *&* ἀγγαρεία *deriuantur* n. 6.

7 *Angariæ & parangariæ quæ ſint? &* n. 10.

8 *Veredi & parauerędi qui ſint?*

9 *Veredorum & parauerędorum rariſſime in legibus coniunctim creberrime vero & plerumq́; ſeparatim fit mentio.*

11 *Angariarum & parangariarum appellatione non ſolum equorum & aliorum iumentorum, ſed etiam plauſtrorum nauiumq́; præſtationes continentur, licet hæ ab iſtis interdum ſeparentur* num. 12. *& quare id fiat* n. 14.

13 *Angariarum & parangariarum regale ex conceſſione vel præſcriptione habenti etiam plauſtrorum nauiumq́; præſtationes debentur.*

15 *Angariæ & parangariæ minus rectè à Ioanne Arze iniuſtiſſima & grauiſſima extorſio vocantur.*

16 *Angariæ & parangariæ quomodo differant? & ſub,* n. 39.

17 *Angariæ quibus muneribus annumerari debeant.* n. *18. &* 19.

20 L. vlt. §. 1. ff. de muner. & honorib. *declarantur.*

21 *Munera perſonalia quæ dicantur?*

22 *Forenſes non ſunt à muneribus patrimonialibus immunes.*

23 *A muneribus patrimonialibus nec militia, nec ætas, nec vllum priuilegium excuſare cenſetur.*

24 *Ab angarijs nulla priuilegia immunitatem præbent, fallit tamen in eccleſia, pijs locis & eccleſiaſticis* nu. 26. *& aliis perſonis, de quibus remiſſiue* num. 27. *quæ tamen fallentia non procedit, quando angariæ vel parangariæ ex guntur ob Principis expeditionem*, num. 28. *publicæ annonæ tranſuectionem*, num. 29. *pontium vel viarum inſtructionem aut reſtaurationem*, num. 30. *& ob aliam magnam imminentem neceſſitatem*, nu 31.

25 L. Ab his oneribus. §. Angariarum ff. de vacat. muner. *declaratur.*

32 *Priuilegia omnia ceſſant cum vrget neceſſitas.*

33 *Hactenus dicta etiam in parangariis procedunt.*

34 *Parangariæ qualia munera?*

35 *A parangariis iidem, qui & ab angariis vacationem habent.*

36 *Parangariæ raro ab angariis ſeparantur, ſæpiſſime vero coniunguntur*, nu. 37.

38 *Parangariarum in Digeſtis nulla fit mentio.*

39 *Per angarias non eſſe mixtis muneribus annumerandas.*

40 *Angariæ & parangariæ an ſordidis muneribus annumerentur.*

41 *Operæ ruſtico um, quarum ius noſtrum meminit, ab angariis & parangariis ſeparantur, &* n 46.

42 *Publici curſus, qui hodie poſtæ vocantur, quo referri debeant & cui has poſtas conſtituendi & confirmandi ius competat.*

43 *Inter regalia à nonnullis angariæ & parangariæ non referuntur.*

44 *Angarias & parangarias, de regalibus eſſe & Imperatori competere cum reliquo etiam iure communi congruit.*

45 *Angariæ & parangariæ poſſunt etiam ſuperiorem recognoſcentibus competere ex conceſſione, item ex præſcriptione.*

47 *Angariæ non competunt ſolam iuriſdictionem, merumq́; ac mixtum Imperium haben i.*

48 *Domini, quibus angariæ & parangariæ aliaue operæ debentur nõ debent*

debent plus ſolito à ſubditis exigere & liberum arbitrium in tyrannidem conuertere.

*49. Opera ſubditorum indeterminata (*vngemeſſene dienſte*) debent ad arbitrium boni viri re luci, quia regna principatus & dominia non tam ad dominorum quam ſubditorum commoda inuenta ſunt.*

50. In operis exigendis dominorum abuſus notatur.

51. Opera inſolita præſumuntur metu extorta & ſic etiam noua conſuetudo contra antiquam de eiusmodi operis præſumitur vi & de facto extorta extorquentes autem 50. libris auri mulctantur, nu. 52.

53. Subditi ſi in poſſeſſione vel quaſi iniuſte à domino moleſtentur, interdicto vti poſſidetis, vti poſſunt.

54. Operis inſolitis vel indebitis ſi grauentur ſubditi, ſuperioris officium ad huiusmodi oppreſſionem & ſæuitiam reprimendam implorare poſſunt, imo & judex ſine imploratione ne indebite & plus æquo onerentur prouidere debet, & tertius etiam eos etiamſi quieſcant aduerſus magiſtratum in ipſorum gratiam juuare & ei reſiſtere poteſt, nu. 55.

56. Angarijs & parangarijs alijsve operis, ſi ſubditi plus æquo grauentur ab imperio & poteſtate, quam domini habent, eximi poſſunt.

57. De operis indebitis aduerſus grauantes mandata ſine clauſula impetrari poſſunt apud ſuperiorem, & quatenus id præſertim in Cæſaris aula vel Camera fieri poſſit, nu. 58. 59. & 60.

61. Mandata antequam ſubditis aduerſus dominos aut magiſtratus in Camera Imperiali decernantur, ea in dubio dominis aut magiſtratui per literas narrata & petitionem ſubditorum ſignificare ſolet cum contra ſubditum pro magiſtratu ſemper militat præſumptio.

62. Operis & ſeruitijs indebitis à dominis ſubditi extraiudicialiter grauati an appellare ad ſuperiorem poſſint, & nu. 65.

63. Appellationes extraiudiciales non ſunt proprie appellationes, ſed potius ad cauſam prouocationes & apud ordinarium judicem inſtituuntur.

64. Operas debitas præſtare recuſantes à dominis puniri & per pignorationes & arreſta ad debitam obedientiam reduci poſſunt, fallit tamen hoc vt nu. 66.

67. Subditi coram quo judice à dominis conueniri debeant?

68. *Operas extra territorium & locum habitationis ſubditi edere non tenentur.*

69. *Extra operas & ſeruitia ſolita an & quando ſubditi caſtrum Domini cuſtodire teneantur?*

70. *Caſtrum idem non cenſetur cuius eadem ſpecies non conſiſtit.*

71. *Principali deſtructo deſtruitur & acceſſorium.*

72. *Surrogatum ſapit naturam eius, in cuius locum ſurrogatur, etiamſi aliquibus ab eo diſcrepat*, nu. 73.

74. *Operas & ſeruitia eadem, quæ ad caſtrum deſtructum edere tenebantur, ſubditi ad nouum etiam alibi inſtauratum præſtare tenentur.*

75. *Operas à ſubditis ſibi debitas domini non poſſunt pro libitu in pecuniariam præſtationem conuertere, niſi ita inter eos conuentum ſit, vel neceſſitas vrgeat & boni viri æſtimatio interueniat*, nu. 76.

77. *De operis ſubditorum plures quæſtiones moueri ſolent, de quibus lector ad alios Dd. remittitur.*

78. *In angariarum, parangariarum aliarumve operarum præſtatione ſi ſubditis eripiantur vel deteriora reddantur plauſtra, naue, iumenta vel alia ad eiuſmodi præſtationem neceſſaria, an & quando domini ad reſarciendum damnum teneantur*, & nu. 79.

1 DEcimum tertium † regale *in hoc vnic.* ſunt angaria & paran-
2 garia plauſtrorumq; & nauium præſtationes. Sunt † autem *angariæ* & *parangariæ* græca vocabula, nec aliter in græco textu *Nouellarum*, vel etiam in libris βασιλικῶν & à græcis eorum Interpretibus appellantur, eaq; appellatio manat à verbo ἀγγαρεύειν vel etiam, vt Ferrar. Montan. *de feud. lib. 5. cap. 7. verſic. ſunt & alia munera, &c.* loquitur, ἀγγαρελάζω, atq; inde ἀγγαρεία proprie ſignificat compulſionem ſiue Coactionem violentam, & quod neceſſario
3 iniungitur, ideoque † minus recte Hartman. Hartman. *practic. obſeruat. lib. 2. tit. miſcellaneor. ex jur. ciuil. cap. 2. obſ. 8. nu. 5.* & Ioann. Arze. *in tractat. de nobilit. Hiſpan part. 1. c. 2. nu. 23.* tradunt, *angarias* ſic dici à latina voce *ango*, quod affligant & conſtringant ad onus.
4 Alciatus † cum gloſſ. à ſe alleg. *in l. neminem nu. 2. C. de ſacroſ. eccleſ.* ait, angaros eſſe vocem Perſicam, & ſignificare nuncium, atque inde Græcos angarias deduxiſſe, *angaroſque*, appellaſſe *baiulos & onera*

onera ſubeuntes. Sunt † qui de parangarijs tradunt, eas ſic dici à 5
præpoſitione per & angarijs, eamq; præpoſitionem augere hoc
onus, & ob eam perfectas eſſe angarias. Ex his ſunt Cyn. *in d.l. ne-
minem. num. 2. verſ. De angaria nulla lex, &c.* Alberic. de Roſat. *ibid.
num 1. C. de SS. Eccleſ.* & Ioann. Arze. *d.c. 2 nu. 23.* Sed † verius eſt 6
quod parangariæ à παρὰ & ἀγγαρεία ſic appellentur, quod præter
angarias ſint & aliæ ſimiles præſtationes, quæ præſtantur, quem-
admodum præter veredos ſunt & alij, qui parauere di dicuntur,
& præter dotem, quæ græcè φερνὴ vocatur, ſunt etiam alia mulie-
ris bona, quæ ideo paraphernalia dicuntur. Atque hæc quidem
de deriuatione nominis in angarijs & parangarijs ita ſe habent.

Sunt † qui angarias ita definiunt, vt dicant eas eſſe equorum 7
prҫſtationes ad curſum publicum. Inter hos eſt & Anto. Auguſt.
ad *d. l. ſi duos. 6. §. Eſt autem verſic. Philoſophos. ff. de excuſ. tut.* Sed ea
definitio pertinet potius ad illam præſtationem, qui per veredos
& parauere dos præſtari dicitur, & cuius mentio fit *in l. vlt. § pa-
trimoniorum autem. ff. de muner. & honor. l. 2. l. in omnibus. l. quoniam.
& l. non patimur. C. de curſ. public. angar. & parang. lib 12. l. ſi quis eod.
tit. l. 2. C. de præpoſ. ſacr. cubic. lib. 12. l. 3. C. de ſilent. lib. eod. l maxima-
rum. C. de excuſ. muner. lib. 10. cum ſimil.* Nam † hi ſunt equi vel mu- 8
liones ad publicum curſum deſtinati, & quidem veredi ſunt mi-
nores equi curſuales, parauere di maiores agminales *l. vlt. §. patri-
moniorum autem. ff. de munerib. & honorib. l. 1. & l. comperimus. C. de
curſ. publ. lib. 12.* Cuiac. *ad rubr. C eodem* Hotom. *in comment. verbor.
iur. in verb. veredi. & in verb. Parauere di,* ſeparanturque paſſim ab
angarijs & parangarijs. Etſi vero *in d. § patrimoniorum autem d. l. 1.
d. l. comperimus, alijſque locis,* equorum tantum fiat mentio, tamen
interdum leges etiam mulionũ ſiue mulorum, aut animalium,
ad curſum publicum deputatorum, meminiſſe apparet non ſolũ
ex *d. § patrimoniorum autem* ſed & ex *l. Parhippum, & l. nemo mulio-
nem. C. de curſ. publ. lib. 12.* Et quemadmodum hæc animalia ad pu-
blicum vſum deputata ſunt, ſic & propter hunc ipſum vſum pro-
uinciales ea recipere, ſtabulaq; ſuis ſumptibus ijs præbere tenen-
tur, *d. §. patrimoniorum autem, l. in omnibus C. de cur. publ. lib. 12.* Ra-
riſſime † vero de his veredis & parauere dis leges ita loquuntur, 9
vt in

vt in vna lege coniungantur, eaque coniunctio fit *in l. vlt. Cod. de curſ. publ. lib. 12.* ſeparatim eorum fit creberrime mentio, vt videre eſt *in l. maximarum Cod. de excuſat. muner. lib. 10. lib. 2. C. de prapoſ. ſacr. cubic. lib. 12. l. 3. C. de ſilent. eod. lib. l. 2. l. Parhippum l. in omnibus cum l. ſeq. l. quoniam l. non patimur l. ſi quis l. comperimus l. nemo ducum C. de curſ. publ. lib. eod. cum ſimilibus.*

10 Atque † hęc quidem cum ita ſe habeant, angarias vt & parangarias à veredis & parauer edis, tanquam ſolis animalibus, & ad curſum publicum tantum pertinentibus, diſtinguendo dici poterit, eas eſſe munus, quod ob negotium aliquod, cui celeriter neceſſitate ita vrgente vehendis oneribus prouidendum eſt, publice imponitur. Atque eo pertinet, quod hoc onus nunc exigatur in transvectione armorum, *l. vlt. C. de fabricenſ. lib. 11.* nunc in aliarum rerum transvectione, *l. 1. C. de quib. mun. vel praſt. nem. ſe lic. excuſ. lib. 10.* junct. *l. maximarum C. de excuſat. muner. l. b. eod.* &
11 quidem ob quamlibet neceſſitatem, continenturque † angariarum & parangariarum appellatione non ſolum equorum & aliorum iumentorum, ſed etiam plauſtrorum nauiumque præſtationes, Cuiac. *in d. l. vlt.* Hotom. *in hoc c. vnic.* & *ibid.* Boreholt. *num. 84.* Roſenth. *de feud. cap. 5. concluſ 70. num. 3.* Ferrar. Montan. *de feud. lib. 5. cap. 7. verſ. ſunt & alia munera.* quo pertinet, quod *in l. pen. ff. de veteran.* naues dicuntur angariarij, & quod eſt in forma ceſſionis in oratorium collatæ apud Marcolphum his verbis: *Nullas functiones vel exactiones, neque caballorum partus aut parauer edos, aut carrarum angarias,* quam formam adducit Cuiac. *in d. l. vlt. C. de fabricenſ. lib. 11.* & fere paſſim angariarum & parangatiarum ſimpliciter ita fit mentio, vt rariſſime in ſpecie & ſeparatim de plauſtris & nauibus aliquid adijciatur, & ſic in eo ipſo ſatis innuatur, plauſtrorum etiam & nauium præſtationes angariarum &
12 parangariarum appellatione comprehendi. Nõnunquam † vero etiam ſeparari plauſtrorum & nauium præſtationes ab angarijs apparet quoad plauſtra ex *l. neminem C. de ſacroſ. eccleſ. l. 2. C. à quibus muner. vel praſtat. nem. ſe lic. excuſ. lib. 10.* & quoad naues ex *d. l. vlt §. ſiue autem perſonalium ff. de muner. & bonor.* eademque ratione Frideric. Imperator in ſpecie nauium & plauſtrorum etiam me-

Digitized by Google

iam meminit, dum *in hoc c. vn.* angarias & parangarias inter regalia numerari voluit.

Neque † tamen inde colligendum eſt, ei, qui angariarum & parangariarum regale habet, puta ex Imperatoria conceſſione, vel ex pręſcriptione, non deberi pręſtationes etiam plauſtrorum & nauium, ſed expendendum eſt, quod ſuperius dictum eſt, fere paſſim angariarum & parangariarum ita in jure noſtro fieri mentionem, vt præſtationes plauſtrorum & nauium earum appellatione contineantur, ideoque † dicendum eſt, quod nonnullis locis ſeparatim etiam plauſtrorum & nauium fit mentio, maioris declarationis ergo fieri, neque aliud etiam Fridericum voluiſſe, dum plauſtrorum nauiumq; ſeparatim vna cum angarijs & parangarijs meminit. Quia vero angariæ & parangariæ, vt ſupra dictum eſt, proprie eiusmodi onus ſiue munus ſunt, quod ob negocium aliquod, cui celeriter neceſſitate ita vrgente vehendis oneribus prouidēdum eſt, publice imponitur, & ex conſtitutione Friderici *in hoc c. vn.* inter regalia referuntur, idque, vt infra oſtendetur, reliquo etiam juri conſentaneum eſt; minus † recte Ioannes Arze *in tract. de nobilit. Hiſpan. part. 1. c. 2. nu. 23. verſ. itaque angaria.* has iniuſtiſſimam & grauiſſimam extorſionem vocat. Cæterum † quomodo differant angariæ & parangariæ, infra ſuo loco dicetur. Quæſtionis vero eſt, vtrum angariæ & parangariæ ſint munus ſiue onus perſonale, an patrimoniale ſiue reale? Hanc quæſtionem ita excutiemus, vt primum de angarijs, deinde de parangarijs agamus. Et † quidem gloſſ. *in l. ab his oneribus. §. angariorum. ff. de vacat. & excuſat. muner. & in l. neminem. Cod. de ſacroſanct. eccleſ.* aſſerit angarias perſonale eſſe munus, ſubſcribunt Andr. de Iſern. *in hoc. c. vn. nu. 52.* & *ibid.* Matth. de afflict. *in verb. angaria. n. 1.* Aluarot. *nu. 5.* Præpoſit. *nu. 6.* & alij Dd. communiter. In eadem ſententia ſunt Bart. *in l. placet. n. 17. C. de ſacroſ. eccleſ.* Luc. de Penn. *in l. cum ad fælicis. in fin. C. de quib. munerib. ſe nem. excuſ. lic. lib. 10.* Alciat. *in d. l. neminem. nu. 2.* Alberic. de Roſat. *in rubr. ff. d. muner. & honor. nu. 16.* Innoc. *in c. non minus nu. 3.* & *ibid.* Abb. *n. 10. de immunit. eccleſ.* Remig. de Gonny *in tract. de charitat. ſubſid. quæſt. 59. nu. 2.* Hugo *de offic. quat. prælat. part. 4. cap. de muner. excuſat. nu. 11.*

Yyy *verſ.*

verſ. angaria & parangaria. Gail. *obſeru. 52. num. 7. lib. 2. & de arreſt. Imper. cap. 10. nu. 4. cum ſeq. & cap. 11. nu. 27.* Natt. *conſ. 185. paucis. nu. 4.* Burſat. *conſ. 16. multum. nu. 20.* Crauett. *conſ. 702.* ſcriptum cumulate *nu. 15.* eamque communem eſſe aſſerit Borch. *in hoc cap. vnic. nu 82.* Videtur etiam huic ſententiæ ſuffragari textus *in l. vlt. §. 1. ff. de munerib. & honorib.* vbi angariarum præbitio diſerte dicitur eſſe munus perſonale.

18 Verum † angariarum præſtationes munera patrimonialia ſiue realia eſſe, verius eſt, atque ita etiam ſentiunt Cuiac. *in l. 1. C. de quib. munerib. ſe nem. excuſ. lic. lib. 10.* Weſenbec. *in parat. ff. de munerib. & honor. num. 3.* Godofred. *in not. ad l. ſunt munera. ſub lit. o ff. de vacat. muner.* Schoner *feudal. diſput. 4. theſ. 123.* Borcholt. *in hoc c. vnic. nu. 84.* ab Iſernia, Afflict. & alij, *ibidem* contrarium tenentibus diſſentiens, Guilhelm. de Cun. etiam *in tractat. de munerib.* angarias munus reale eſſe tradit per *d. l. ſunt munera. & l. 2. Cod. de præpoſit. ſacr. cubic. lib. 12.* & in ſpecie de plauſtrorum præſtatione addit, eam eſſe munus reale ſiue patrimoniale. Hanc autem, non minus quam præſtationem nauium, angariarum & parangariarum appellatione contineri, ſupra oſtenſum eſt.

19 Et † ſane hanc ſententiam veriorem etiam eſſe, inde liquet, quo huiuſmodi onera poſſeſſionibus & patrimonijs indici dicãtur, textus eſt de angarijs expreſſus *in d. l. 2. C. de præpoſit. ſacr. cubic. 12 & in d. l. vlt. §. patrimoniorum autem. ff. de munerib. & honorib.* vbi hæc extant verba patrimoniorum munera duplicia ſunt, nam quædam ex his muneribus, poſſeſſionibus ſiue patrimonijs indicuntur, veluti agminales equi vel mulæ, angariæ atq; veredi, huiuſmodi igitur obſequia & hi, qui neque munipices, neque incolæ ſunt, agnoſcere coguntur. Accedit text. *in d. l. ſunt munera* vbi exhibitio angariarum, & nonnulla alia ibidem enumerata, diſerte dicuntur eſſe munera quæ rei proprie cohærent.

20 Nec † refragatur his textus *in d. l. vlt. § 1.* Quia hic locus (vt monet Cuiac. & Gothofred. ad *l. 2. C. de præpoſ. ſacr. cubic. lib. 12.*) non de ipſa præſtatione angariarum accipiendus eſt, ſed de munere ſiue cura exigendi angarias & compellendi homines vt de poſſeſſionibus & patrimonijs ſuis eas præſtent. De quo munere loqui-

loquitur *l. 1. C. ſump. iniunct. muner. ad omn. colleg. pertin. lib. 11. & l. 1. C. quom. ciuil. mun. indic. lib. 10.* vbi, qui illud habet, appellatur curator ad cogendas angarias creatus. Hoc munus autem perſonale eſt, vt euincitur ex iam *citatis locis,* & facit huc, quod † perſonalia 21
munera dicantur eſſe, quæ cum animi prouiſione & corporalis laboris intentione ſine aliquo gerentis detrimento pertractantur, vt ait Iuriſconſultus *in d. l. vlt. §. 1.* vbi ſimul huic definitioni perſonalium munerum ſubijcit inter alia exempla præbitionem angariarum, atque ita abunde oſtendit, ſe quoad angarias non de patrimoniali onere, ſed de cura, quæ perſonæ principaliter incumbit, loqui.

Præſtationem vero angariarum non perſonale, ſed patrimoniale munus eſſe, eo eſt certius, quod † à patrimonialibus mune- 22
ribus immunes eſſe negentur etiam forenſes, *l. vlt. §. patrimoniorum. verſ. Huiusmodi igitur.* ibi, *neque municipes neque incolæ. ff. de muner. & honor.* & † quod generaliter nemo vel ob ætatem, vel ob mili- 23
tiam, vel ob priuilegium aliquod ab ijs excuſari dicatur *in d. § patrimoniorum. verſic. ab huiusmodi. ff. de muner. & honor. l. ab his oneribus. in prin. l. ſunt munera. ff. de vacat. & excuſ. muner. l. munera & l. neque tempore C. de muner. patrimon.* & † hoc ipſum de angarijs etiam 24
in ſpecie conſtitutum ſit *d. l. ſunt munera. l. neminem. C. de SS. eccl. l. 2. C. à quib. mun. & præſt. nem. ſe excuſ. lic. lib. 10. & l. nullum. C. de curſ. public. angar. & parang. lib. 12.* Eodem pertinet text. *in d. §. patrimoniorum. autem.* vbi angariæ nominatim inter patrimonialia munera ita referuntur, vt ſimul *ibid. in verſ. ab huiusmodi* tam in ſpecie de illis, quam de alijs patrimonialibus muneribus addatur, ab ijs non excuſari eum etiam, qui priuilegium aliquod habet.

Non † obſtat *d. l. ab his oneribus. §. angariorum.* Nam quem- 25
admodum quod *in d. l. vlt. §. 1.* de angarijs proditum eſt, ad munus & curam exigendi angarias & cogēdi homines ad præſtationem earum pertinet: ſic & textus *in d. §. angariorum.* intelligēdus eſt de eodem munere & cura, quam munus perſonale eſſe ſupra oſtendimus. Quanquam & illud conſtat, non eſſe tam generale, quod modo dictum eſt, neminem ab angariarum prēſtatione, vt onere patrimoniali, excuſari, vt nō reperiantur, qui vacationē &

Digitized by Google

26 excuſationem ab ijs habent. Sic † enim eccleſia & alia pia loca,
perſonæque eccleſiaſticæ vacationem ab ijſdem habere dicun-
tur in conſtitutione Frideric. 2. *de ſtatut. & conſuet.* §. *Item nulla.* &
inde deſumpta *auth. item nulla. C. de epiſc. & cleric. l. 2.* §. *ad paranga-*
riam. C. eod. eadem immunitas & vacatio dicitur competere ſi-
lentiarijs & decurionibus *l. 2. C. de præpoſ. ſacr. cubic. lib. 12.* & cubi-
cularijs ſacri cubilis *l. decurionibus. C. de ſilent. & decur. lib. eod.* item
cubicularijs ſacri palatij & excubicularijs *l. maximarũ C. de excuſat.*
muner. lib. 10. d. l. 2. ſic & militibus ea immunitas datur *in l. vlt. § ſi-*
ue autem perſonalium. ff. de munerib. & honorib. l. ab his. §. angariorum.
ff. de vacat. muner. & Dd. *l. medicos. & l. vltim. C. de profeſſor. lib. 10.*
27 multisque † alijs *d. l. maximarum* Dd. *in d. l. medicos.* Luc. de penn.
in l. mulieres. C. de dignitat. lib. 12. & alij allegati à Roſenth. *d. cap. 5.*
28 *concl. 72. nu. 2.* Verum † huiuſmodi immunitas ab angarijs & par-
angarijs, alijsq; ſimilibus muneribus in eccleſijs vel vllis alijs pri-
uilegiatis perſonis locum non habet, quando angariæ & paran-
gariæ exiguntur ad ſupremi Principis expeditionem *l. iubemus. C.*
de SS. eccleſ. l. 2. C. de quib. muner. ſe nem. excuſar. lic. lib. 10. l. nullus peni-
29 *tus. C. de curſ. publ. lib. 12.* vel † ad publicę annonæ transvectionem
30 *l. vlt. C. de nau. non excuſ. lib. 11.* vel † ad inſtructionem & inſtaura-
tionem pontium, viarum *l. ad inſtructionem. C. de SS. eccleſ. l. abſit. C.*
de priuil. dom. Auguſt. lib. 11. portusve & murorum *l. aut portus. C. de*
31 *oper. publ. lib. eod.* vel † aliam aliquam magnã & ineuitabilem im-
minentem neceſſitatem *l. 1. C. vt nem. lic. in empt. ſpec. ſe excuſ. lib. 10.*
vbi ſtatuitur, ne pragmaticam quidem vllam ſanctionem ab Im-
peratore datam alicui patrocinari, & nullius omnino priuilegij
32 prætextu eum excuſari poſſe, ideoq; † per illum textum omnia
priuilegia, cum neceſſitas vrget, tolli ait Tiraq. *in tract. de nobilit.*
cap. 20. nu. 169. & ibidem addit, *alia plura jura eo pertinere.*

33 Quæ † vero hactenus dicta ſunt de angarijs, in parangarijs
34 quoq; locum ſibi vendicant, & † inter ea cum primis & illud eſt,
quod & hæ inter munera patrimonialia referendæ ſint, idq; no-
minatim non minus de ijs, quam de angarijs abunde innuitur *in*
d. l. 2. C. de præpoſ. ſacr. cubic. in verb. neque poſſeſſiones eorum angarias
ſiue parangarias, &c. l. maximarum. Cod. de excuſat. muner. lib. 10. in
verb.

Digitized by Google

verb. vt patrimoniis dignitatum &c. l. 2. §. Ad parangariam C. de epiſcop. & cleric. & † ſimiliter quod de ſpecialibus caſibus, in quibus immunitas conceditur, diximus, in parangariis non minus quam angariis obtinet, vt videre eſt *in d. §. item nulla. & d. Auth. item nulla d. l. 2. C. de præpoſ. ſacr. cubic. d. l. decurionibus. C. de ſilent. & decurion. eor. lib. 12. & d. l. maximarum.* Eo minus vero mirum idem in parangariis, quod in angariis, locum habere, quod † illæ rariſſimæ ab his ſeparentur, eaq; ſeparatio fiat *in d. l. maximarum & d. §. ad parangariam.* aliàs † vero paſſim, quandocunq; parangariarum mentio fit, cum angariis coniungantur, vt apparet non ſolum ex *d. §. item nulla. & d. Auth. item nulla. d. l. 2. C. de præpoſ. ſacr. cubic. d. l. decurionib.* ſed etiam ex aliis iuris locis, cuiuſmodi ſunt *rubr. C. de curſ. public. angar. & parang. lib. 12. & l. nullus. C. eod. tit. l. neminem. C. de ſacroſ. eccleſ. l. nulla. C. de epiſc. & cleric. l. 2. C. de quib. mun. vel præſtat. & hoc c. vnic.* vbi Fridericus inter regalia cum angariis parangarias nominatim coniungere voluit. Notandum † vero eſt, quod in digeſtis nulla fiat mentio parangariarum, ſed ſolarum angariarum; & in reliquis libris iuris tandem etiam parangariarum cœperit fieri mentio. Et licet Rofred. *de ord. iud. rubr. Quid ſit angaria & parangaria n. 2.* afferat, *d. l. fin. §. patrimoniorum. ff. de muner & honor.* expreſſe quoq; de *parangariis* loqui, tamen illud verbum ibi non reperitur, ſiue ad Florentinarum Pandectarum, ſiue ad aliorum librorum textum reſpiciatur. 35 36 37 38

Atque † hæc quidem omnia, quæ ſupra de parangariis æque ac de angariis dicta ſunt, cum ita ſe habeant, non recte Iſern. Afflict. Aluarot. & plures alij Dd. communiter *in hoc c. vnic.* docent, parangarias etiam eiuſmodi munus eſſe, quod præſtetur non reſpectu patrimonij, ſed perſonę, & quidem ſumptibus propriis, vel etiam ſoluatur pecunia vltra perſonalia ſeruitiã, & ſic nec perſonale, nec patrimoniale, ſed mixtum munus ſit. Etenim ex *d. l. 2. C. de præpoſ. ſacr. cubic.* & aliis ſupra adductis abunde euincitur, parangarias non minus quam angarias reſpectu poſſeſſionum & patrimoniorum præſtari, nec à Dd. adducitur textus, ex quo colligi poſſit, parangarias munus eſſe mixtum. Nam licet 39

Aluarot. afferat pro corroboratione eius opinionis textum *in l. vlt §. patrimonior. ff. de muner. & honor.* tamen hic textus tantum abeſt vt illi opinioni patrocinetur, vt nulla omnino in eo fiat mentio parangariarum, & potius contrarium inde eliciatur, cum diſerte angariæ ibidem numerentur inter mera patrimonialia munera, & tam à mixtis, quam à meris perſonalibus ſeparentur, nec hac in parte vlla appareat inter angarias & parangarias diuerſitas, vel etiam diuerſitatis ratio. Differre alioqui angarias & parangarias in eo, quod illę ſunt qua curſus publicus diſpoſitus eſt, hæ vero alio verſum, ſiue in obliquum, oſtendit Cuiac. *ad rubric. Cod. De curſ. publ. libr. 12.* dicens etiam Græcos *libr. 56.* βασιλικῶν idem docere his verbis: Καὶ ἔστιν ἀγγαρεία μὲν, ἡ πάροδος ἡ διὰ τῆς δημοσίας ὁδοῦ, τῆς καὶ δρόμον ἐχούσης ὡς τυχὸν ἐντεῦθεν ἐπὶ ἡ τύρον. Παραγγαρεία δὲ ἡ διὰ τῆς ἐκ πλαγίας ὁδοῦ, ὡς τυχὸν ἐντεῦθεν ἐπὶ ἡλιούπολιν, quæ verba omnia (exceptis his in fine additis: ὡς τυχὸν ἐντεῦθεν ἐπὶ ἡλιούπολιν, hoc eſt, *veluti ex hoc loco Heliopolin vſque*) etiam extant in *ſynopſi* βασιλικῶν *libr. 5. titul. 1. cap. 5.* & à Leunclaio latine ita translata ſunt; Eſt autem angaria tranſitus per viam publicam, quæ & curſum habet, velut ex hoc loco Tyrum vſque: Parangaria vero tranſitus per viam tranſuerſum. Eandem vero differentiam angariarum & parangariarum adducunt & approbant Borcholt. *in hoc c. vnic. num* 84. *verſ. diſtant vero* Gothofred. *in ſuis notis ad d. rubr. C. de curſ. publ.* Gilcken. *in l. placet nu. 13. verſ. eademq; & hic ſeparatio. Cod. de ſacroſ. eccleſ.* Schard. *in lexico ſuo in verb. angarus in fi. & in verb. Angaria. verſ. differentiam autem.* Comprehenduntur vero ſub hac differentia angariarum & parangariarum, etiam plauſtrorũ & nauium præſtationes. Nam licet paucis locis plauſtrorum & nauium ſeparatim fiat mentio, tamen plerumque hæ præſtationes illarum appellatione continentur, & tantum maioris alicuius declarationis cauſa fit, quod nonnunquam ab iis ſeparentur, vt ſupra oſtenſum eſt, ideoque Cuic. etiam, licet *in l. vlt. C. de fabricenſ. lib. 11.* dicat, angarias ibi à nauibus ſeparari, tamen cum, vt ibidem addit, & naues angariari dicantur, & earum vt & plauſtrorum præſtatio alias appellatione angariarum & parangaria-

rum

rum comprehendatur, voluit prædictam differentiam conſtituere, & in ea Græcorum ſententiam comprobare. Etſi † vero 40
non deſint, qui & in eo differentiam conſtituunt, quod ſolæ parangariæ, non autem angariæ in iure ſordida munera eſſe dicantur, tamen vtræque inter ſordida munera referuntur *in l. 2. C. de præpoſ. ſacr. cubic. libr.* 12. ideoque non recte Remigius de Gonny. *in tract. de charitat. ſubſid. quæſt.* 59. *n.* 2. vtraſque inter munera non ſordida refert, idque refutatur etiam per *l. Maximarum. C. de excuſat. mun. libr.* 10. qui textus expreſſe parangariarum inter ſordida munera meminit, idque *ibidem & in d. l.* 2. fit etiam de paraueredis.

Obſeruandum † autem eſt operas ruſticorum, de quibus 41
ius noſtrum loquitur, ſeparari ab angariis & parangariis. De eiuſmodi operis agitur *in tit. C. ne oper. à collat exigant. libr.* 10. *& in l.* 1. *l.* 2. *C. ne ruſtic. ad obſeq. euoc. lib.* 11. vbi hæ operæ etiam obſequium appellantur. Ab his operis angariæ & parangariæ diſerte ſeparantur *in l. decernimus ſub fin. C. de aquaduct. lib.* 12. *& in l.* 4. *C. Theodoſ. de extra rd. ſiue ſordid. muner.* vbi Conſtantinus Magnus *manu ſua*, inquit, *Rectores ſcribere debebunt quid opus ſit, et in qua neceſſitate per ſingula capita, vel quantæ angariæ, vel quantæ operæ, vel quæ in quanto modo præbenda ſint.* Sic etiam *d. tit. Cod. Ne oper. à coll. exigant. et d. tit. Cod. Ne ruſtic. ad obſeq. euoc.* omnino, & quidem diuerſis etiam libris, ſeparantur à *d. ti. C. de curſ. public. angar. et parangar.* in quo ex profeſſo de angariis & parangariis agitur, non minus quam de curſu publico de † quo quantum ad hodiernum Imperij ſtatum 42
attinet, obſeruandum eſt, quod ad eum referri poſſint curſus illi publici, qui hodie poſtæ vocantur, & quibus qui præſunt magiſtri poſtarum appellari ſolent, pertinetque ius inſtituendi & confirmandi huiuſmodi poſtas ſiue curſus publicos ad Imperatorem, atque ideo anno 1579. cuidam generales per Belgiam & Italiam diſponere volenti à Cæſare pro iuris ſibi competentis tuitione inhibitum fuit, Arnold. Clapmar. *de arcan. Imper. cap.* 21. Thom. Michael. *in diſputat de Iuriſdict. theſ.* 12. *lit.* b. vbi addit, antea anno 1576. 1577. L. T. eiuſque ſubſtituto officium Magiſtri

giſtri poſtarum à Cæſarea maieſtate confirmatum, ac reliquis priuatis & ciuitatum poſtis generali diplomate officio interdictum fuiſſe. Non deſunt autem Dd. qui quantum ad angarias & parangarias, vt & prædictas ſubditorum operas attinet, de iis ita loquuntur, quaſi nullum inter has & illas ſit conſtituendum diſcrimen, & illæ harum appellatione contineantur. Sed repugnat illa, de qua ſupra dictum eſt, ſeparatio ex diuerſis legibus ac titulis adducta, cum præſertim licet *d. titul. de curſ. publ.* inſcriptus etiam ſit de angariis & parangariis, & in eo ex profeſſo de iis agatur, multæque legis contineantur, tamen in nulla lege vlla operarum fiat mentio. Et ſane Fridericus *in hoc c. vnic. Quæ ſint regalia* ſolas angarias & parangarias nominatim inter regalia numerat, nec operarum illarum regalium enumeratione vllam fieri voluit mentionem. Atque hinc Iſern. *in hoc c. vn. nu.* 52. ait, in regno Siciliæ in Baroniis & feudis multas eſſe operas & ſeruitia, ſed illa non eſſe regalia, niſi ſint in domaniis regum & principum. Ra-
43 deuicus † nec angariarum, nec parangariarum quidem nominatim inter regalia meminit, quemadmodum nec Guntherus, nec Dedoch. Abbas, nec Mutius, nec Carolus Sigonius. Sed vt de nonnullis aliis regalibus ab iiſdem omiſſis, iam antea ſuis locis diximus, ſufficit ipſa Friderici conſtitutione & ipſius Friderici verbis *in hoc c. vnic.* exprimi, & ibidem omnium Interpretum communi ſententia comprobari quæ regalium numero cenſeri
44 debeant. Deinde † ex reliquo etiam iure abunde conſtat, ſoli Imperatori deberi angarias & parangarias, eoq; pertinent *l. neminem. C. de SS. Eccleſ. l. 2. C. de quibus munerib. & præſtat. nem. ſe excuſ. lic. l nemo ducum l. 2. l. nullus euectione. C. de curſ. publ. lib. 12. cum ſimilibus.* Si tamen Imperator alicui inferiori harum copiam fecerit, vtetur & hic, cui ea copia ſiue conceſſio facta eſt, libere angariis & parangariis *d. l. nullus euectione. & d. l. iudicibus. C. de curſ. public. angar. & paranq.* Tales eſſe de iure præfectum prætorio & magiſtrũ officiorum, recte ait Iſern. *in hoc c. vnic. num.* 53. *per l. 2. & d. l. iudicibus. C. de curſ. public.* Tales etiam dicuntur eſſe legati ad Imperatorem miſſi *l. his tantummodo C. eod.* Senatores à Cæſare euocati, ab

coue

eoue diſcedentes, *l.euectionum.Cod.eod.* publicas functiones proſequentes, *d l.iudicibus.* Agentes in rebus, *l. Parhippum. Cod. de curſ.public.* & nonnulli alij ex iis, qui enumerantur à Cuiac. *in d. l. nullus euectione.* Præfecti vero Prætorio & Magiſtri officiorum tanta eſt prærogatiua & poteſtas, vt ipſi etiam loco Imperatoris poſſint copiam angariis & parangariis vtendi aliis facere. *d. l. iudicibus.* Reperiuntur † hodie etiam alij ſuperiorem recogno- 45
ſcentes, qui ex conceſſione hoc regale habent, & ſunt † etiã qui- 46
bus ex præſcriptione illud competit. Qui † vero hoc regale ex 47
conceſſione vel pręſcriptione non habent, angarias & parangarias exigere non poſſunt, etiamſi habeant iuriſdictionem, merumq; ac mixtum imperium, Boſſ. *de extraord exact. nu.* 2. vbi pro ea ſententia etiam allegat Bald. *in l. cum multa in fin. Cod. de bon. quæ lib.* & dicit idem tradere Iacob. de S. Georg. *in ſua inueſt. verb cum mero & mixto imperio chart. antepen.*

Cauendum † vero dominus, quibus angariæ & paranga- 48
riæ vel prædictæ aliæ operæ (de quibus ob frequentem earum vſum & affinitatem nonnulla addemus) debentur, ne plus ſolito à ſubditis exigant, ſtudioque nouitatis eos grauent, liberumque arbitrium in tyrannidem & cyclopicã ſæuitiam conuertant, eoque pertinent *l. cum ſatis §. caueant. Cod. de agricol. & cenſit. libr. 11. l. 1. & 2. Cod ne ruſtic. ad obſeq. eod. lib. l. 1. Cod. in quib cauſ. col. cenſit. domin. accenſ. poſſ. libr.* 11. & monet Gail. *in tractat. de arreſt. Imper. cap.* 10. *numer.* 7. Idem facit Huſan. *in tract. de propriis hominib. cap. 6. numer. 68. verſic. & operæ indeterminatæ*, vbi † de iis, quæ incertæ & inde- 49
terminatæ ſunt, ac circumſcriptum aliquod tempus non habent, ſed ex arbitrio & libera voluntate dominorum dependent, totiesque præſtari debent, quoties exiguntur, & vngemeſſene dienſte in Germania vocantur, inter cætera tradit, eas ad arbitrium boni viri reduci ac coarctari debere, idque tradit etiam Roſenth. *de feud. cap.* 5. *concluſ.* 71. *numer.* 4. & Beuſt. *in rubr. ff. de iureiur. numer.* 41. Atque eſt hic merito contra inſolita & nimis grauia ſeruitia expendendum, quod regna principatus & dominia, non tam ad dominorum quam ſubditorum commoda in-

uenta ſunt, *1.q.1.c. Ecce & c.ſeq.* idq; ita aſſeritur in voto Camerali referentis quod extat apud Roſacorb. *pract. obſ.c.37.n.12.*

50 Quantus † tamen abuſus hac in parte paſſim ſit, & quam ſuſque deque habeantur, quæ iura conſtituerunt, res ipſa & experientia loquitur, & diuerſi Interpretes teſtantur. Sic Coler. *in tractat de proceſſ. execut. in pa t.1.cap.9. num.58.* conqueritur, quod ſubditi per integram ſeptimanam continuis laboribus obruentur, in diebus feſtis autem tabulariorum vices ſubire cogantur. Et Ferrar. Montan. *in collectan. in vſus feudor. libr. 6. cap.3. ſub verſ. Expoſuimus.* ait, ruricolas, præterquam quod arma quoque ſumere, aut alias in bellicis expeditionibus facere cogantur, quæ lixarum atque calonum ſunt, tamen domi nunquam non vrgeri, & ſi domini permittant, vt reſpirent, per miniſtros tamen aut Officiales illis nullam quietem dari qui ita etiam precibus inſtare ſoleant, vt ipſorum rogare violenta ſpecies ſit iubendi, & ſic miſelli iſti homines tam extra ordinem quam iis quæ ordinarie debent, quotidie grauentur. Similes querelæ de hoc abuſu ſunt apud Parid. de Puteo *in tractat. Syndic. titul. de Regum Princ. Duc. & Baron. exceſſ.* Zaſ. *ſingul. intellect. lib.1. cap.3. num.70. & ſeqq.* Boſſ. *in tract. crimin. titul. de angar. & extraord. exact. numer 1.* & plures alios.

Non immerito igitur quæritur, quomodo, & quibus remediis huiuſmodi afflictis & miſeris hominibus aduerſus illum
51 abuſum, & dominorum ſæuitiam ſuccurri poſſit? Et † primum quidem iuris præſumptionem pro ſe habent, quod videlicet inſolita ſeruitia per vim & metum extorta præſumantur, Boer. *deciſ.132. numer.4.* Iacob. de S. Georg. *de feud. in verb. cum mero & mixto imperio num.16. verſic. addito quod ad præmiſſa & in tract. de homag. ſub num.43.* Coler. *de proceſſ. execut. part.1. cap.9 nu 58.* Chaſſan. *in conſuetud. Burgund. rubric.1. §.4. numer.14. & 15.* Huſan. *de propr. homin. cap.6. numer.68.* Bald. *in cap.1. in princ. qual. vaſ. iura. deb. fidel. conſ.182. col 3. in pr. ante verſ. quod ſi dicatur* dicens Dd. *in d.l.1.* velle etiam nouam conſuetudinem de grauaminibus & ſeruitiis contra antiquam præſumi per impreſſionem obtentam & extortam.

Hartm.

Hartm. Hartm. *lib. 2. tit. 54. obſ. 43. num. 2. verſ. nec releuabit* Schrad. *de feud. part. 10. ſect. 5. n. 109.* vbi etiam communem hanc eſſe Dd. ſententiam teſtatur. Atque hoc votando in Camera Imperiali aliquando conſideratum fuit in cauſa Fiſcalis contra quendam Abbatem & Ducem, Beningn. *Syntagm. 2. decad. 4. vot. 1. num.* 37. Eiuſmodi † vero ſeruitia extorquentes quinquaginta li- 52
bris auri mulctari tradit Anton. Sola *in Conſtitut. antiq. ſubaud. Decret. in caſib. gloſſ. 2. num. 2.* per *l. fin. C. de alluuion.* Atque † habent 53
ſubditi ordinaria remedia iuris, quibus contra dominum vti poſſunt, & inter hæc eſt interdum Vti poſſidetis, quo recte vtuntur, ſi in poſſeſſione vel quaſi à domino moleſtentur, Bald. *in l. 1. Cod. commun. de manumiſſ.* Bart. & Alexand. *in l. 1. §. 1. ff. Vti poſſidet.* idque ita aliquando in Camera Imperiali obſeruatum fuit, eiuſque rei meminit Gilman. *Rer. indicatar. libr. 2. deciſ. 3. num. 5.*

Poteſt † etiam is, qui in debitis ſeruitiis à domino grauatur, omiſſo ordinario Iuris remedio, officium ſuperioris implo- 54
rare, vt domini oppreſſionem & ſæuitiam reprimat, Specul. *tit. de exact. nu. 3. & tit. de denunciat. nu. 13.* Petr. Surd. *conſ. 83. n. 8.* Gail. *lib. 1. obſ. 7. nu. 3.* Hartman. Hartman. *d. obſ. 43. nu. 1.* Coler. *d. num. 58. verſ. contra quæ iniuſta ac indebita ſeruitia.* Imo † etiamſi ſubditi de 55
ſæuitia domini ipſimet non conquerantur, nec per alium id fieri curent, tamen poteſt & debet iudex ex officio ſine vlla imploratione iis ſubditis prouidere, ne indebite & plus æquo onerentur & vexentur *l. illicitas. §. ne potẽtiores ff. de offic. præſid.* Vaſq. *illuſtr. contron. cap. 8. num. 18.* Bald. *in c. 1. §. Publici latrones. de pac. tenend.* Ioan. Fab. *in §. fin. Inſtit. de his qui ſui vel al. iur. ſunt.* Guid. Pap. *deciſ. 62.* dicens ita de ſtylo curiæ Parlamẽti Delphinatus ſeruari Thom. Grammat. *deciſ. 104. n. 15.* Gail. *d. obſ. 17. n. 7. verſ. Et procedit iſta concluſio. & obſ. 62. in fin. lib. 2. & in tract. de pac. publ lib. 1. c. 2. n. 22.* Mynſ. *obſ. 8. num. fin. cent. 5.* vbi ſubiicit, id veluti memoratu dignum diligenter obſeruandum.

Permittitur etiam tertio ſi ſubditus quieſcat in ipſius gratiã magiſtratui ſiue iudici limites iuris excedẽdi & via facti vteti reſi-

reſiſtere, & læſũ iuuare *l.3.in pr.& l.ſi quis in ſeruitute in fin.ff.de furt.* Atque hæc quidem eo veriora ſunt quod non ſolum Innocentius *c.deberet.de ſentent.excommun. lib.6.* ſcribat, Clerico atq; laico licere ſe defendere contra iudicem etiam ordinarium, qui ordinario ordine iudicij non ſeruato iniuriam facit in rebus vel perſonis, ſed et Diocletianus & Maximilianus *in l. prohibitum, Cod.de iur.fiſc. lib.10.* his verb. reſcripſerint: *Sancimus licere vniuerſis quorum intereſt, obijcere manus his, qui ad capienda bona alicuius venerint: vt etiamſi officiales auſi fuerint, à tenore datæ legis deſiſtere, ipſis priuatis reſiſtentibus ab iniuria facienda arceantur,* cum quo reſcripto concordant text. *in l omnes C.de Decurion.lib.10.& l.contra C.de execut. & exact.lib.12.* & plura alia Imperatoria reſcripta.

56 Præterea † adeo odioſum & omni iure prohibitum eſt, ſubditos vltra modum angariis & parangariis aliisque operis grauari, vt ob huiuſmodi aſperitatem & ſæuitiam ſubditi ab imperio & poteſtate, quam domini in eos habent, eximi poſſe tradant Roman.*conſ.37.num.1.* Bald.*in d.l.1. §. diſpiciamus ff.de his qui ſui vel alien.iur.ſunt.* Guid.Pap.*d.deciſ.62.num.1.* Mynſing.*d obſ.8.*
57 *num.5.* Gail. *d.obſ.17.num.2.& 4.* & † mandata etiam ſine clauſula contra eos, qui ſubditos ita grauant, apud ſuperiorem impetrari poſſint. Mynſing.*d.obſ.8.nu.12.* Gail.*d obſ.17.nu.1.& in tract.*
58 *de arreſt.Imp.cap.10. num.7.* Idq; † contra immediate Imperio ſubiectos recte fit in Camera vel aula Cæſarea. Gail. *d.c.10.numer.7.* Mynſing.*d.num.12.* eaque ratione decretum fuit anno 1580. 27. Auguſti in cauſa **Weilmünſter** contra **Naſſow/** & extant huiuſmodi plura prejudicia. Neque hoc ſolum iuri communi eſt conſentaneum, ſed & in Cameræ ordinatione *part.2.titul.21.* fundatum, cum ibi inter alios caſus, quibus mandata ſine clauſula de-
59 cernuntur, & ille ſit, qui omni iure probibitus eſt. Debet † tamen iudex in huiuſmodi mandatis ſine clauſula contra dominos decernendis prudẽtia magna vti, ne ſubditi aduerſus magiſtratum aut dominos armentur & ad inobedientiã inuitentur, vt monet Gail. *d.obſ.17.nu.6.* Ideoque in conſtitutione Imperij *de anno*

anno 1594. §. So ſoll auch zum 5. *&c.* ſancitum eſt, mandata ſine clauſula ſubditis contra magiſtratum ſuum facile, & cum de narratis veriſimiliter non conſtat, haud eſſe decernenda. Loquitur † Gail. *d. obſ.17. nu.8.* ita de eiusmodi mandatis non facile decer- 60
nendis, vt velit cauſas decernendi illa, non ſolum graues ſed etiam notorias eſſe. Sed hoc à praxi Camerali alienum eſt, & pugnat cum prædicta conſtitutione, ex qua ſufficit, vt de cauſis, ob quas ſubditi Mandatum ſine clauſula petunt, veriſimiliter conſtet, ideoque vt plene eæ cauſæ ſtatim probentur, vel notoriæ ſint, non eſt neceſſe. Caute † vero fit à Camera Imperiali, quod 61
in dubio magiſtratui per literas narrata & petitionem ſubditorum ſignificare ſoleat, & ita intelligat, quid magiſtratus reſpondeat, quo reſponſo accepto mandatum vel denegat, vel ſi veriſimiliter cauſas à ſubditis adductas animaduertat, decernit. Eo vero minus mirum à Camera ad magiſtratum ſcribi & eum prius audiri quod præſumptio ſemper militet pro magiſtratu *l. iniuriarum* §. *is qui accuſ. non poſſ. c. ſicut nobis in fin. de ſentent. & re judic.* Quod tamen ita ex *d. l.* iniuriarum *d. c. ſicut nobis & alijs juris textibus* reſtringendum eſt, vt locum non habeat, quando ſatis conſtat judex parte non audita & juris ordine non ſeruato contra ſubditum procedi.

Quod ſi † vero ſubditi à domino extraiudicialiter prædi- 62
ctis ſeruitijs immoderatis & inſolitis eos grauãre ad ſuperiorem appellare vellent, hoc remedio fruſtra vtentur, cum huiusmodi extraiudiciales † appellationes in negotijs, non tertiũ ſed ipſum 63
dominum contra ſubditos concernentibus, non ſint proprie appellationes, ſed magis prouocationes ad cauſam, & vim conuentionis habere dicantur. *c. cum ſit Romana.* §. *ſi vero. de appellat.* Panorm. *in cap. cum inter. num. 17. de except.* Mynſing. *cent. 4. obſ. 43. num. 3.* Gail. *obſ. 120. num. 3. & 4. lib. 1.* vbi ex Innoc. *in c. cum ſuper. num. 5. in fin. de ſentent. & re judic.* addit, ordinarium † judicem & 64
non appellationis adeundum, quando à grauamine extraiudiciali appellatum eſt. Atque hanc ſententiam de huiusmodi extraiudiciali appellatione non admittenda deciſione Cameræ Imperialis approbatum eſſe teſtatur Mynſing. *d. num. 3.* & Gail.

 d. nu. 4.

d.nu.4. qui diuerſa præiudicia allegat & in ſpecie de ſubditis, qui à Principe ſuo extraiudicialiter grauati ſunt, & ad Cameram appellarunt, plura præiudicia adducuntur *in libro praiudiciorum & deciſionum Camera in verb. appellatio extraiudicialis.* §. *ſubditus ſi à Principe. & in verb.* Außträge der vnterthanen §. *fin.*

Quemadmodum autem alia remedia, de quibus ſuperius dictum eſt, ſubditis aduerſis dominos, à quibus grauantur, com-
65 petunt: ſic & † ſi ſubditi operas dominis debitas denegent, & ſic hos dominos ſuos grauent, rebellesque ſe ea in parte exhibeant, habent & hi viam, qua ſibi ſuccurratur, cum eos punire, & per pignorationes & arreſta ad debitam obedientiam reducere poſſint *arg. l. ſi quis forte.* §. *ſi quis comitum. ff. de pœn.* Gail. *d. cap. 10. nu. 1. & 4. & d. obſeru. 17. num 8.* vbi addit, communem hanc eſſe Dd. concluſionem, *& d. c. 10. in princ.* teſtatur, moribus Germaniæ receptum eſſe, vt contra ſubditos contumaces per arreſta bono-
66 rum & perſonarum procedatur. Verum † ſi ſubditi diu in quieta poſſeſſione libertatis fuerint, vel etiam res magis à parte dominorum, quam ſubditorum dubia ſit, pignorationes vel arreſtationes locum non habent, ſed dominis iure (vt non ſemel factum
67 vidi) experiendum erit, neque † hi alium judicem habent, quam ſuum ſuperiorem, cuius modi in ijs dominis, qui immediate Imperio ſub ecti ſunt, eſt Camera Imperialis, Mynſing *obſ. 1. cent. 1.* Gail *obſ. 1. nu. 18. lib. 1.* Cuius rei multa Cameræ extant præiudicia, & nonnulla à Mynſing. & Gail. *dictis locis* adducuntur.

68 Inter † ea autem ſeruitia, ad quæ præſtanda ſubditi tenentur, & ab ijs recuſari non poſſunt, referendum non eſt, ſi ad ea extra territorium & locum habitationis præſtanda vocentur *l. quod niſi* & *l. opera enim. ff. de oper. libert.* Ferrar. Montan. *in collect. feud. lib. 6 c. 3.* §. *ord naria ſeruitia.* Afflict. *in conſtit. Regni Sicilia part. 3 notab. 6. fol. 47.* Zaſ *in l. ſi non de condict. indeb.* & referens *nu. 43.* in voto Camerali, quod extat apud Roſacorb. *practicar. obſ. cap. 37.* Huſan. *de propr. hominib. cap. 6. nu. 89.* (vbi æquius eſſe dicit) Iacob. de S. Georg. *tit. de rhoydis. num 7.* dicens ſe ita ſæpius conſuluiſſe, Roſenth. *d. cap. 5. concl. 71. nu. 5.* vbi præiudicia Cameræ Imperia-
69 lis de hac re addit. Ad † cuſtodiam etiam caſtrorum ſubditi non tenen-

tenentur, ſed illa ſumptibus dominorum fieri debet, Zaſ. *in l. diuortio. §. impendia. nu. 10. in fin ff ſolut. matrimon.* Ferrar. Montan. *de feud. lib. 6. c. 3. verſ. Qua de cauſa.* Chaſſ. *in conſuetud. Burgund. rubr. 3. §. 4. nu. 25.* Fulu. Pacian. *in tract. de probat. c. 37. nu. vlt. lib. 2.* Papon. *in conſuetud. Burbon. tit. de iuriſdict. & iuſtit. §. 5.* Iacob. de S. Georg. *in tract. de homag. nu. 43. verſ. an autem.* idque in electorali conſtitutione Saxonica *part. 2. conſtit. 51.* de iure communi ita ſe habere aſſeritur, & per eandem comprobatur, & Moller. *in ſuo commentar. ad eam nu. 1.* ait, cum recepta Dd. traditione congruere. Exceptio vero ſtatuenda eſt in tempore belli publici, Ferrar. Monta. Fulu. Pacian. & Iacob. de S. Georg. *dictis locis* Boer. *deciſ. 212. nu. 7. in fin.* Manſuer. *tit. de tall. collect. excub. & alijs impoſit. n. 22.* Moller. *d. loco. nu. 2.* item ſi aliter pactis conuentum, vel conſuetudine aliud receptum ſit Boer. & Moller. *dictis locis.* Atq; hi ſpeciales caſus expreſſe comprobantur etiam dicta *conſtitut. 51.* vbi & duo alij caſus adduntur, nimirum ſi incendiarij graſſentur, vel dominis à diffidatoribus periculum immineat, ſubijciturq; ſimul de his & prioribus caſibus, ita ſubditos in ijs vltra ſolitas operas & ſeruitia ad cuſtodiam caſtrorum teneri, vt tamen durante cuſtodia victus vſitatus, nimirum panis & caſeus, præbeatur, niſi forſan de ea re etiam in contrarium extet conſuetudo. Atque hæc de omnibus ijs caſibus communi Interpretum traditioni conſentanea, & Electorem Saxoniæ *in d. conſtit. 51.* eam traditionem ſecutum eſſe, addit Moller. *d. loco.*

Deſtructo vero aliquo caſtro, ad quod ſubditi ſeruitia præſtare tenebantur, & nouo alibi inſtaurato, in dubium quidem vocatur, an eo eadem ſeruitia præſtare teneantur, cum † idem 70
caſtrum eſſe non cenſeatur, cuius ſpecies eadem non conſiſtit, *l. proponebatur. in fin. ff. de judic.* & † deſtructo principali deſtruatur 71
etiam acceſſorium, *l. vſusfruct. ff. quib. mod. vſusfr. amitt. l. pater. §. Tuſculanus. ff de legat. 3. l. cum principalis. ff. de reg. jur. & c. acceſſorium eod. in 6.* Sed cum econtra expediti juris ſit, ſurrogatum † ſapere 72
naturam ſui ſurrogati, *l. ſi cum. §. qui iniuriarũ. ff ſi quis caut. jud. ſiſt. &c. l. duobus. §. 1. ff. de jureiur.* idq; † adeo verum ſit, vt, licet ſurro- 73
gatum in aliquo caſu diſcrepet ab eo, in cuius locũ ſurrogatur, tamen hu-

men huius naturam in omnibus alijs ſuſcipiat Caſtrenſ. conſil. 72.
num.3. in fin. part.1. Dec. conſil. 50. num.2. verſic. & licet ſurrogatum.
Gabriel, commun. concluſ. lib.6. concluſ.2. num. 28. plures alios alle-
74 gans. verius † eſt, quod ſubditi eadē ſeruitia ad nouum caſtrum
edere teneantur, Alb. in d.l. vſusfructus. num.5. Boer. d.deciſ.212.
num.14. Gabriel d.concluſ.2.num.27. Iacob. de rhoydis. num.50. Gail.
obſ.61 nu 8. lib.2. Bellon. conſ.1.nu.8. Ferrar. Montan. d.cap.3. §. ſed
quid ſi caſtrum.

Porro cum nonnunquam dominis, & ipſis etiam ſubditis,
commodius & vtilius ſit, vt pro ſeruitijs debitis pecunia vel alia
penſio ſoluatur, non rarum eſt, vt pro ſeruitijs vel omnibus, vel
nonnullis, domini pecuniam accipiant, idque paſſim experien-
tia teſtatum facit, & de jure communi etiam hoc fieri poteſt.
Iacob. de S. Georg. de homag. num.31. poſt Baldum in l.1. in fin. C. de
oper. libert. Ioan. Koppen. quæſt.13. num.2. Sed quęritur an domini
eiusmodi ſeruitia in pecuniariam præſtationem pro libitu con-
75 uertere, & ſubditos ad eā cogere poſſint? Et † quidem, quemad-
modum quilibet homo de jure communi pro poſſeſſionibus &
prædijs ſuis operas perpetuas promittere ac præſtare poteſt,
Ioan. Koppen. d.deciſ.13. num.5. Iacob. de S. Georg. de rhoydis. nu.5.
Coler. de proceſſib. executiu. part.1. num.57. ſic etiam ſi inter domi-
num & ſubditos conuenit, vt certa penſione annua perpetuo
ſint operæ in poſterum redemptæ, res plana eſt, ſtandumque eſt
pacto l.1. ff. de pact. l.1. ff. de conſtit. pecun. cū ſimilib. Ferrar. Montan.
76 d.cap.3. §. proinde certa. Huſan. d.cap.6. num.76. Si † vero de huius-
modi conuentione non conſtiterit, non licebit domino ſeruitia
in pecuniariam præſtationem commutare, niſi neceſſitate vr-
gente & boni viri æſtimatione interueniente. Bald. in l.1. in fin. C.
de oper. libert. Ferrar. Montan. d. § proinde certa. Iacob. de homag.
num.31. Huſan. d.cap.6. num.77. Neceſſitate vero illa ceſſante me-
rito ceſſabit etiam commutatio ſeruitiorum in pecuniariam
præſtationem, & ſi ſubditus ſeruitia præſtare malit, dominus ijs,
quemadmodum antea præſtari ſolita ſunt, contētus eſſe debet,
cū ipſa cauſa ceſſante ceſſet etiā effectus, c. cum ceſſante. de appellat.
l. Titio Seio. §. vſuras. ff. de leg. 2. l.1. C. de condict. ob cauſ. atque ob
eandem

eandem rationem econtra dicendum eſt, etiamſi ſubditus ab ipſis ſeruitijs liber eſſe, & in pecunia pro ijs ſoluenda perſeuerare malit, tamen eum ad illa teneri, ſi ideo pecuniaria præſtatio antea facta eſt, quod ob longum interuallum locorum vel alia de cauſa ſeruitijs ijs dominus vti non potuerit, vel non indiguerit, eique loco eorum pecuniam accipere commodius fuerit, atque ea cauſa poſtea omnino ceſſauerit, & dominus ideo ſeruitia ſibi exhiberi maluerit.

De † pluribus vero quæſtionibus, quæ ad operarum mate- 77
riam pertinent, conſuli poterunt Huſan. *d. cap. 6.* Iacobin. *in tract. derhoyd.* Ferrar. Montan. *d. cap. 6.* Quibus illam quæſtionem addemus, ſi in præſtatione angariarum vel parangariarum aliarumq; operarum diripiantur vel deteriora reddantur plauſtra, naues, iumenta vel alia ad huiusmodi præſtationem neceſſaria, an princeps vel alius dominus, cui eæ debentur, teneatur ſubditis hoc damnum reſarcire? Et † quidem ſi ab ipſo principe aliove 78
vbi angariæ parangariæ aliæque operæ debentur domino damnum illatum ſit ſuis ſubditis, minus dubij res habet, dicendumque eſt, eum, cum proprium factum interuenerit, ad ſatisfactionem teneri, ſiue ob neceſſitatem ſiue alia de cauſa id fecerit, vt recte docent Iſern. Afflict. & nonnulli alij *in hoc cap. vnic.* facitque pro confirmatione eius, quod princeps rem ſubditi auferens ad refuſionem precij tenetur, etiamſi id ob publicam vtilitatem vel neceſſitatem fiat *l. item ſi verberatum.* §. *1. ff. de rei vendic. l. venditor.* §. *ſi conſtat. ff. commun. prædior. l. 2.* & ibi Bald. *nu. 4. C. ex quib. cauſ. ſeru. pro præm. libert. accip.* Bart. *in l. fin.* §. *vlt. n. 1. ff. de pign.* Iaſ. *in l. Barbarius. nu. 36. ff. de offic. prætor.* Felin. *in c. quia in eccleſiarum nu. 28.* & *ibid.* Dec. *nu. 91. de conſtit.* Roman. *conſ. 310. nu. 4.* Ang. *conſ. 139. nu. 3.* Alex. *conſ. 196. nu. 2. lib. 2.* Gail. *obſeru. 56. nu. 8. lib. 2.* addens id æquitati, rationi, & iuſtitiæ conſentaneum eſſe. Maior † vero 79
difficultas in eo eſt, quid dicendum ſit, ſi non ab ipſo principe vel alio, ſed ab hoſtibus vel etiam prædonibus, aut alijs naues, plauſtra, iumenta vel alia, ad angariarum, parangariarum aliarumq; operarum præſtationem neceſſaria, diripiantur vel deteriora reddantur? Lucas de Penn. *in l. fin. C. de nauib. non excuſ. lib. 11.* re-

Digitized by Google

ſpondet, hoc etiam caſu à principe vel alio domino damnum ſubdito reſarciendum eſſe. Ego vero cum Alciato & Molinæo *in l. neminem C. de ſacroſanct. eccleſ.* crediderim dominum non teneri, quod ſubditi non cenſeantur plauſtra, iumenta, naues operamve ſuam locaſſe, ſed obligationi ab ipſa lege ſibi impoſitæ ſatisfacere, & regulariter nemo ex facto alterius obligetur, ſed cuique ſuum tantum factum noceat *l. de pupillo. §. plurium. ff. de non. oper. nunc. l. factum cuique. ff. de reg. jur.* atque ideo cum à ſubditis, de quibus in hac quæſtione loquimur, locatio non ſit facta, non obſtat quod *in l. merces. §. culpa. ff. locat.* proditum eſt, conductorem ad damnum ab inimicis ſuis rei conductæ illatum reſarciendum teneri. Præterea etiamſi ſtatuamus locationem vere factam eſſe, tamen conductor non tenebitur, ſi ab hoſtibus vel prædonibus alijsve nō ob priuatas ſed publicas inimicitia motis damnum illatum ſit. Nam quod de damno ob inimicitias rei conductæ illato ex *d. §. culpa.* dictum eſt, ſuas recipit reſtrictiones, inter quas ſunt, quæ & hic locum habere poſſunt, & eſt inter illas cum primis ea, qua negatur conductorem ad damnum præſtandum teneri, ſi id ob publicas inimicitias datum ſit, vt declarat Bald. *in l. pen. §. nam & in licinia. ff. ſolut. matrimon.* per *d. l. ſi merces. § vis maior. l. item quæritur. §. exercitu & l. hac diſtinctio. ff. locat.* atque huc facit, quod generaliter expediti juris ſit, quod prædonum vel hoſtium aliorumque publicorum inimicorum incurſus & impetus caſibus fortuitis annumeretur, ideoque nec à conductore, nec ab vllo alio præſtetur *d. l. item quæritur. §. ſi quis ſeruum. l. ex conducto. §. ſi vis l. proinde. ff. locat. l. contractus. ff. de reg. jur. l. quæ fortuitis* & ibi Bald. *nu. 5. verſ. Item poteſt exemplari C. de pigneorat. act.* Affl & *deciſ. 55. nu. 2. in fin.* Atque hæc quidem ita ſe habere eo minus mirum eſt, quod conductor ne quidem ad damnum ob priuatas inimicitias datum teneatur, ſi ſine vlla culpa illius inimicus factus ſit is, qui damnum intulit. Nam non debet eſſe in poteſtate aliena cōditionem alterius nihil delinquentis facere deteriorem, vt inquit ICtus Venuleius *in l. 2 ff. quod vi aut clam.* quo pertinet etiam *l. non debet alteri ff. de reg. jur. cum ſimil. ib.* Et licet non deſint qui tradunt ob priuatas inimicitias conductorem ad damnum reſarciendum

endum indiſtinctè teneri, ſiue ex culpa eius, ſiue aliunde & ſine ea exortæ ſint Bart. *in d.* §. *culpa in prin.* & *ibid.* Salic. *nu.3.* Alberic. de Roſ. *nu.6. verſ. ſed quare.* Ruin. *conſ.23. nu.5. lib.1. & conſ.85. n.10. lib. eod.* Gozadin. *conſ.27. num.20. & 21.* Crauett. *conſ.933. num.18.* Franciſ. Ripa *de peſte tit. de priuileg. contract. cauſ. poſt num. 89.* allegans text. *in l. cotem ferro.* §. *qui maximas. ff. de publican. & vectig.* & Anchoran. *conſil. 414.* tamen prædicta prior ſententia ſanior eſt, eamque amplectitur, & contrariam abſurdam eſſe, naturalique æquitati repugnare aſſerit Cyn. *in d. l. pen. in prin. ff. ſolut. matrimon.* & eundem ſecutus Bald. *ibid.* §. *1. nu. 2. verſ. Dn. Cynus.* Accedit his Raph. Fulgoſ. *in d. l. ſi merces.* §. *culpa. verſ. ergo ſentit.* adjiciens id videri ſibi ſatis iuſtum & rationabile. Angel. *in d. l. pen. in princ. nu.3. verſ. ſed dominus Cynus.* dicens ſimul eam eſſe etiam æquiorem, & *ibid.* Caſtrenſ. *nu.4.* addens, contrariam ſententiam eſſe iniquam & inhumanam, Alexand. *n.1.* vbi & Imolam idem tenere ſcribit.

Capvt XIV.

De extraordinaria ad expeditionem Imperatoris collatione.

Svmmaria.

1. *Per extraordinariam collationem an intelligi debeat fodrum?*
2. *Fodrum inter regalia referri.*
3. *Fodrum vnde appelletur.*
4. *Fodrum quatenus inter regalia refertur, annonam militarem ſignificat.*
5. *Fodrum tanquam collationem annonæ militaris etiam apud priſcos Franciæ reges in vſu fuiſſe, tandemque pecuniariam indictionem locum eius ſucceſſiſſe.*
6. *Collatio extraordinaria, de qua* in hoc c. vnic. Quæ ſint regal. *agitur, ſecundum Afflict. Aluarott. & communiter Dd. eſt illud, quod in iure noſtro appellatur ſuperindictum.*
7. *Superindictum, ſuperindictio & ſuperindictitij tituli quid ſint.*

8. *Interdictio quid ſit?*

9. *Superexactio quid ſit?*

10. *Fœliciſſima expeditionis, cuius reſpectu collatio facta* in d. c. vn. *inter regalia refertur, quibus locis reliqui juris fiat mentio.*

11. *Collatio, quæ ob eiusmodi expeditionem fit, ſicut* in hoc c. vnic. *expreſſe extraordinaria appellatur, ſic & collecta Imperij, quæ hodie ob expeditionem contra Turcam indicitur, non pro extraordinario munere habenda eſt, &* nu. 15.

12. *Munera extraordinaria quæ ſint?*

13. *Cacheranus* decis. 95. nu. 94. *declaratur.*

14. *Munera extraordinaria pro neceſſitate publica indicta æquiparantur ordinarijs & realibus, ad hoc vt ab omnibus præſtentur.*

16. *Collectandi ius de regalibus eſſe verius eſt, & licet quidam negent, tamen plures alij* nu. 17. *relati id affirmant, eorumque ſententia eſt communis* nu. 18. *generali conſuetudine recepta* nu. 19. *& in Camera Imperiali votando ac decidendo ſæpius comprobata* nu. 20.

21. *Collectæ cenſentur eſſe vera ſymbola ac notæ ſuperioritatis ſeu ſublimioris eminentiæ.*

22. *Collectas vrgente neceſſitate etiam illi qui regalia non habent ſed tantum jurisdictionem, exigere poſſunt, ſi vnanimi decreto communitatis ac conuentione cum ea habita imponantur.*

23. *Conſentienti & volenti non fit iniuria.*

24. *Renunciare juri ſuo cuilibet liberum eſt.*

25. *Collecta an & quando pro elocanda filia indici poſſit? &* nu. 26.

27. *Ciuitates, vniuerſitates ac villæ plerunque arcam communem habent.*

28. *Ciuitates, vniuerſitates ac villæ neceſſitate vrgente communi vel partis maioris conſenſu ac conuentione quadam ſibi collectas imponere, nec tamen creditoribus eam impoſitionem cedere poſſunt.*

29. *Collectæ impoſitio à ciuitate vel vniuerſitate vrgente neceſſitate facta executionem paratam habere dicitur.*

30. *Non eſt tamen de regalibus.*

31. *Subcollectæ quæ per ſtatus Imperij regalia habentes à ſubditis ſuis exiguntur, poſtquam contra Turcam in imperio collectæ ſunt indictæ, non ſunt de eorum regalibus.*

32. Colle-

32 *Collecta prouincialis eſt de regalibus ſiue ex conceſſione ac priuilegio ſiue ex conſuetudine vel præſcriptione immemoriali illud collectandi ius acquiſitum ſit.*

33 *Forenſes collectandi conſuetudinem decem annorum ſpatio introduci poſſe, licet quidam aſſerant, tamen immemoriale tempus requiri verius eſt.* n. 34.

35 *Extenſio & augmentum rei cenſentur eiuſdem eſſe natura & iuris, cuius eſt res principalis.*

36 *Statutum inferioris, vt forenſes teneantur ad collectas an valeat.*

37 *Extra territorium ius dicenti impune non paretur.*

38 *Forenſibus ob conceſſionem & priuilegium Principis collectas magiſtratus imponere poteſt, non vero iure communi.*

39 *Priuilegio non indiget is, cui aliquid iure communi competit.*

40 *Imperatoris & totius Imperij intereſt, ne imperio ſubiecti oneribus & exactionibus facile onerentur.*

41 *Statua & decreta, quibus forenſes collectis grauantur, ambitioſa videri.*

42 *Conſuetudo licet regulariter decennio introducatur, id tamen in regalibus non procedit.*

43 *Temporis immemorialis quanta vis ſit.*

44 *A conſuetudine ad ſtatutum hic non poſſe argui, nec locum habere, quod ea paribus paſſibus ambulare dicuntur.*

45 *Collectandi regale habentes ab omni inuocatione, & abuſu in impoſitione collectarum ſibi temperare debent.*

46 *Iidem ſuum marſupium ante omnia excutere debent, nec ad placitum collectas exigere poſſunt.*

47 *Collecta non niſi ex iuſta cauſa, quæ videlicet in publica vtilitate & neceſſitate fundata ſit, imponi poteſt.*

48 *Collectæ imponi poſſunt, ſi collectandi ius habentes ſingulari neceſſitate premantur, & propriis reditibus huic neceſſitati occurrere nequeant.*

49 *In Collectis illis quæ cautela præiudicio et abuſui ſubſiditi occurrere poſsint.*

Digitized by Google

50 *Collecta an & quatenus in nonnullis caſibus per inferiores dominos à ſubditis exigi poſſint, remiſſiue.*

51 *Collectari ſubditi pro elocanda filia de iure communi non poſſunt, ſi nec ex conuentione obligati ſint, nec conſuetudo extet.*

52 *Collectam pro elocanda filia imponi poſſe, generali Germaniæ conſuetudine receptum eſſe, quidam teſtantur, quod declaratur,* n. 53.

54 *Collecta pro filij nuptijs exigi non poteſt.*

55 *Collectari ſubditi pro filia ſpuria elocanda non poſſunt, etiamſi alias, ex conſuetudine vel conuentione ad collectam pro filia elocanda tenentur.*

56 *Collecta, quando de iuſtis cauſis, in publica vtilitate vel etiam vera ius collectandi habentis neceſſitate fundatis, non apparet, cenſentur eſſe odioſa & interpretatio contra eas fieri debet,* nu. 57. *iudicandumq́ etiam eſt & ſemper inter duas cauſas in vno actu concurrentes attendi debet ea, quæ in collectis & alijs minus grauet, metuq́ & vi à ſubditis præſumuntur extortæ, adeo vt in ijs etiam præſcriptio tacita ſub murmuratione interrumpi dicatur* n. 58.

59 *Collectarum vſus quantopere hodie interuertatur, & ad quæſtum transferatur, &* n. 60.

61 *Collectas ſoluere tenentur ſubditi & incolæ, etiam minores 25. annis,* n. 62. *recens vt habitent venientes, ſi neceſſitas collectandi poſt aduentum emergat legatarius ſi poſt mortem teſtatoris collecta indicta ſit.* n. 63. *poſt collectam impoſitam recedentes,* n. 64. *bonis ſuis cedentes,* nu. 65. *is propter quem collectæ imponuntur,* num. 66. *bona litigioſa poſſidentes,* nu. 67. *bannitus pro bonis retentis vel poſtea acquiſitis,* nu. 68. *fiſcus pro re confiſcata,* nu. 69.

70 *Forenſes collectari non poſſunt &* nu. 72. *fallit aliquot caſibus, de quibus,* nu. 73. 74. & 75.

71 L. forma. §. Si vero ff. de cenſib. *declaratur.*

76 *collecta eſt onus fructuum.*

77 *Collectas ſolui à poſſeſſore fructusq́ ſuos faciente.*

78 *Collectas poſſeſſor ipſius gentilitiæ domus præſtat, ita tamen vt à conſortibus viriles partes repetere poſſit.*

79 *Ad collectas tenetur vſufructuarius, creditor rem poſſidens,* n. 80.

(*quas*

(quas tamen à debitore repetit, n. 81.) *maritus de rebus dotalibus*, n. 82. *vxor de paraphernalibus* n. 83. *emphyteuta*, n. 84. *libellarius*, n. 85. *conductor ad longum tempus*, n. 86. *colonus partiarius pro parte fructuum*, nu. 87.

88 *Pauperes, quorum operâ ac induſtria vix alimentis ſufficiunt, ad collectas non tenentur, vt nec res ſteriles poſſidentes*, n. 89.

90 *Nec etiam corpore infirmi, ſi non plus quam nuda alimenta ex fructibus facultatum habeant.*

91 *Sic & artifices nihil poſſidentes ad collectas non tenentur, ſi tantum ex artificio neceſſariam corporis ſuſtentationem habent.*

92 *Idem procedit in iis, qui facultatibus lapſi ſunt, fallit in his, & pauperibus, ſi ad pinguiorem fortunam perueniant*, n. 93. *quod declaratur*, n. 94.

95 *Patrem numero liberorum duodecim oneratum, à collectis excuſari, licet quidam negent, tamen contraria ſententia eſt verior, æquior, receptior*, n. 96 *& in praxi ſeruatur, variarumq; curiarum deciſionibus comprobata eſt*. n. 98.

97 *Immunitatis ius ob ſobolis procreationem in parente duodecim liberorum Reipublicæ cauſa eſt fauorabile.*

99 *Immunitatis conceſſio ob numerum liberorum ſemel obtenta, durat, etiamſi poſtea aliquis liberorum moriatur, ex communi Dd. ſententia de cuius ampliationibus & limitationibus remiſſiue*, n. 102.

100 *Priuilegij cauſa ceſſante ipſum etiam priuilegium ceſſat, niſi aliqua remaneant reliquia*, n. 101.

103 *Protectores in clientelam receptos collectare nequeunt, armis tamen & vi eos contra iniuriam aliorum & vim maiorem defendere poſſunt, & debent*, nu. 104.

105 *Protectionis ius nullam iuriſdictionem tribuit, & ne quidem ipſo Imperatore in clientelam ſuam aliquem recipiente ordinariæ alterius iuriſdictioni derogatur*, n. 106.

107 *Eccleſiaſtica perſona nec à protectoribus, nec à domino territorii collectari poſſunt, fallit ſi pro refectione viarum & pontium collecta imponatur*, num. 108. *ſi impoſitio fiat ob bellum imminens*. num. 109.

aliam-

aliamue publicam neceſſitatem vel vtilitatem, nu.110. *ſi in fraudem collectarum bona ſint in eas tranſlata,* nu.111. *ſi poſt impoſitionem, pro certis annis ſucceſſiuis factam, r ſ in eas tranſeat,* num.112. *ſi negotiationem exerceant,* num. 113. *ſi res in eas ſub conditione, vt pro ea collectas ſoluant, tranſlata ſit,* num.114. *ſi bona antea onere collectæ affecta ad eas perueniant,* num. 115.

116 *Res tranſit cum ſuo onere,*

117 *Immunitas à collectis an & quatenus competat nobilibus, Iureconſultis, ſcholaribus & nonnullis alijs, remiſſiue.*

118 *An & quanti temporis præſcriptione ea immunitas acquiratur, & an vera ſint eius præſcriptionis requiſita à nonnullis Dd. tradita?*

119 *Immunitas à collectis priuilegio etiam acquiritur.*

120 *Immunitatis conceſſio ſimpliciter facta ad bona poſt eam acquiſita ex quorundam ſententia non extenditur, contrarium tamen verius & communiter à Dd. approbatum eſt,* nu. 121.

122 *Immunitatis conceſſio ita reſtringenda eſt, ne alij grauentur, & vt portio priuilegiati de ſolutione collectæ detrahatur,* nu.123.

124 *Idq. ita ſe habet, etiamſi à ſupremo Principe per priuilegium quis exemptus ſit.*

125 *Non comprehendũtur tali immunitatis conceſſione collecta ob bellum vel aliam neceſſitatem aut vtilitatem publicam indicta, etiamſi eiuſmodi verbis generalibus facta ſit, vt immunitas ordinarijs ab extraordinarijs muneribus concedatur.*

126 *Eaq. ſententia non ſolum vera, ſed & æquitati conſona, magis communis, & in Camera, totiuſque Germaniæ conſuetudine comprobata eſt.*

127 *Immunitatis conceſſio contra indictionem collectarum Imperij ob Turcicam expeditionem ex Receſſibus quoque Imperij non attenditur.*

128 *Ad collectam imperij omnes etiam eccleſiaſtici tenentur, ac ne quidem hoſpitalia pinguioris fortunæ excipiuntur.*

129 *Principibus alijsq. ſtatibus ex Receſſibus Imperij onus collectæ ob Turcicam expeditionem ex ſuis prouentibus ſoluendi remiſſum eſt, & ſingulariter indultum, vt eas à ſuis ſubditis exigere poſſint.*

130 *Licet*

130 *Licet ſecus foret de iure communi ſi id ita ſpecialiter non eſſet cautum.*

131 *Collectas eiuſmodi olim ex Receſſibus etiam Imperij non tantum ſubditi, ſed & Principes aliiq́; ſtatus Imperij ex ſuis prouentibus ſoluere tenebantur.*

132 *In Imperatoris prædijs quid de collectis iuris ſit?*

133 *Priuilegium immunitatis iure communi comprehendere collectas ob bellum, aliamue neceſſitatem vel vtilitatem publicam indictas, ſi expreſſe & in ſpecie à talibus immunitas conceſſa ſit, item ſi vel ex ſolis coniecturis de oneribus etiam belli cogitatum eſſe colligi poſſit*, num. 134. *ſi conceſſio hac verba vniuerſalia geminata: ab omnibus & quibuſcunque oneribus, ordinarijs & extraordinariis, contineat*, num. 135. *ſi ex contractu oneroſo immunitas conceſſa fuerit* n. 136. *ſi publica vtilitas vel neceſſitas amplius non duret* n. 137.

138 *Collectæ pro rebus præſtandæ ſunt, non tantum ſi immobiles, ſed & ſi mobiles ſint.*

139 *Collectæ oneri etiam mercatorum merces ſubiectæ ſunt.*

140 *Idq́; ita non ſolum in mercibus, ſed & aliis mobilibus locum habet, ſi fructus ſiue quæſtus ex iis percipiatur, non vero ſi ſint otioſæ*, numer. 141.

142 *Collectandi modus ita ſeruandus eſt, vt poßibilitas locorum & perſonarum attendatur.*

143 *Collecta omnis, quæ ob perſonale munus non indicitur, pro facultatum viribus exigi debet.*

144 *Eadem per as & libram æqualitate ſeruata pro modo facultatum imponenda eſt.*

145 *Si vnus præ alio grauetur, appellari poteſt.*

146 *Collecta non iuxta rei valorem, ſed quantitatem fructuum exigenda eſt.*

147 *Idque habita ratione non antiqui ſtatus, ſed præſentis temporis fieri debet.*

148 *Bona ſi ſint aucta, maior, ſin diminuta, minor collecta eſt ſoluenda.*

149 *Moderatores in Imperio ex æquo & bono, an & quatenus collectis Impe-*

Imperij cauſæ moderationis iuſtæ ſint, & quantum iis detrahi debeat, cognoſcunt.

150 *Debent etiam ſi circa procedendi modum aliquid dubij incidat, Cæſarem conſulere, ita tamen vt cauſam Principalem ipſi decidant.*

151 *Ab eorum ſententia ad Cæſareos commiſſarios & Electores, aliosq́, deputatos ſtatus, aut ab his ablegatos appellari poteſt.*

152 *Atq́, in hac appellatione ſummarie proceditur.*

153 *Æqui & boni toties in Conſtitutionibus ac Receſſibus Imperij in materia collectarum mentio fit, vt in nulla alia materia tam crebro id fiat.*

154 *Æs alienum in æſtimatione bonorum eſt detrahendum, & ex eo, quod reſtat, collecta præſtanda.*

155 *Bona cuiusq́, intelliguntur, quæ ære alieno deducto ſuperſunt.*

156 *In collectis imponendis eius tantum, quod exigi poteſt, in æſtimatione bonorum debitoris ratio habenda eſt, ſi forte à debitore facultatibus lapſo integrum debitum ſolui non poſſit.*

157 *Collectarum aliorumq́, munerum patrimonialium nomine amplius inquietari non debet, qui creditoribus bona ſua in ſolutum dedit.*

158 *Collecta ab aliquo ſæpius quam ſemel exigi nequit.*

159 *Onere vel præſtatione duplici vnius rei nomine nemo grauari debet.*

160 *Bona fides non patitur, vt idem bis exigatur.*

161 *Idem licet bis promiſſum ſit, id tamen non amplius quam ſemel quis præſtare tenetur, quando vero collecta ſimplex multiplicatur idem tenetur ad multiplicatam qui tenebatur ad ſimplicem.*

162 *Ad duplicem præſtationem & onus quis obligatus eſſe cenſetur, ſi ex diuerſis cauſis & obligationibus aliquid præſtare teneatur.*

163 *Collectarum exactores ſi per negligentiam quædam omiſerint, puniuntur & de ſuo ſoluere coguntur,* n. *164.*

165 *Collectarum debitores ad ſolutionem recte compelluntur & executiue ſine iudicij ſtrepitu contra eos procedi poteſt.*

166 *De iiſdem executiue etiam contra forenſes eo caſu, quo collectari poſſunt, recte proceditur.*

167 *Executiue in collectis ita procedi poteſt, vt pignora capiuntur, vel mulcta*

mulcta imponatur. nu. *168. vel res ipſa, pro qua collecta debetur, eiuſque fructus auferantur & diſtrahantur pro quantitate oneris,* num. *169. vel ipſa perſona, quæ ad collectas tenetur, capiatur & in cuſtdia detineatur, & pendente etiam lite primæ vel ſecundæ inſtantiæ contra refractarios earum debitores procedi poteſt,* n.170.

171 *Collectarum debitor, licet de iure communi capi & detineri poſſit, tamen incarceratio contra eum locum non habet. idem de muliere dicendum eſt.*

172 *Forenſes, cum ſubditi non ſint, iure communi eo caſu, quo bona eorum oneri collectarum ſubiecta ſunt, ne quidem ſine carceratione capi & detineri poſſunt.*

173 *In collectarum exactione executiue non ex abrupto, ſed ita procedi poteſt, vt Proclama præcedat, & abunde prius ſignificetur, eas eſſe ſoluendas.*

147 *Ob collectarum ſolutionem non factam agrorum cultura prohiberi nequit, adeo vt mandata ſine clauſula contra prohibentem vel impedientem eam obtineri poſſint,* n.177.

175 *Agricolæ ſationibus vel frugibus inſiſtentes non ſunt ad onera extraordinaria trahendi.*

176 *Ne agrorum cultura impediatur executio in bobus aratoriis & inſtrumentis ad agriculturam deputatis fieri non poteſt.*

178 *In collectæ executione non executiue, ſed cauſa cognita procedi debet, ſi non omnino certum ſit, quod quis ad eam teneatur. nec valent ſtatuta, quibus per ciuitatem vel alium ſtatum Imperij ſtatuitur ob collectam omnino non, vel etiam pro parte ſolutam, bona publicanda eſſe.*

179 *Ob collectas temporis præteriti, quarum dilatio præſens periculum non habet, non debet executiue, ſed ordine iuris ſeruato procedi.*

180 *Pœna dupli à ſubditis collectas Imperij non ſoluentibus per Principem vel alium Statum Imperij pignorando vel alia extraiudiciali executiua via exigi non poteſt, ſed ſuperior adeundus eſt.*

181 *Idq; ita fieri poteſt, vt in Camera mandatum pœnale petatur, reiq; excipiendo, ſi ſub- & obreptionis exceptiones habeant, audiantur, antequam ſententia de ea pœna pronuncietur.*

182 *Collectas ſi princeps aliuſue Status Imperij à ſubditis non exigat, nec exactas ſoluat, in pœnam banni, & priuationis regalium priuilegiorumque incurrit.*

183 *Ita tamen vt prius contra eos in Camera procedatur, & exceptiones debitæ iis non denegentur.*

184 *Pœna prædicta in Principibus aliisq́; Statibus poteſt, habita ratione circumſtantiarum, in pecuniariam conuerti.*

185 *De collectis Imperij ita etiam ſæpe procedi ſolet apud ſuperiorem, vt nulla pœna petatur, ſed actio aliqua ordinata petitorij vel poſſeſſorii inter ipſos Imperii Status, & nonnunquam etiam inter eos & fiſcalem inſtituatu. Poſſunt huc etiam referri quæ ſupra* lib.1.c.7. *non ſolum de petitorio & ordinario ſummarioq́; poſſeſſorio, ſed & in ſpecie de perſonalibus actionibus dicta ſunt.*

DEcimum quartum regale eſt extraordinaria ad expeditionem Imperatoris collatio, quam Fridericus *in hoc c. vn.* vocat collationem extraordinariam ad fœliciſſimam numinis regalis expeditionem idq; ita etiam ab eodem Friderico *in cap.1. in pr. de prohib. feud. alien. per Frid.* fit, vt conqueratur eam expeditionem, per alienationes feudorum in Imperio impediri. Quæ vero extraordinaria ſit ad eam expeditionem collatio, variant In-
1 terpp.† Cuiac. Hotom. Charondas & Gothofred. *in hoc c. vn.* fo-
2 drum per eam intelligi volunt. Et † ſane Radeuicus in vita Friderici *lib.2.c.5.* de hac ipſa conſtitutione, quæ in hoc c. vn. extat, agens, inter regalia refert etiam fodrum. Idem facit in vita eiuſdem Friderici, & de eadem conſtitutione agens, Carolus Sigonius *de Regn. Italiæ lib.*12. Item Guntherus *lib.8.* vbi inquit;

Vectigal portus, cudendæ iura monetæ
Cumq́; molendinis, telonia, flumina, pontes,
Id quoq́; quod Fodrum vulgari nomine dicunt,
Et capito litium, certo ſub tempore cenſum
Hæc ligures ſacro tribuerunt omnia fiſco.

Sed & ipſe Fridericus in ſua conſtitutione *de Pace conſtantiæ.* *§. Nobis autem.* huius fodri ita meminit, vt fodrum regale appellet.

lex, ſignificans tale id eſſe, vt ad regalia ſpectet. Ab Ottone Friſingenſi etiam de geſtis huius Friderici *lib. 2. cap. 3.* proditum eſt, fodrum ad fiſcum regalem pertinere. *Mos enim,* inquit, *antiquus ex quo Imperium Romanum ad Francos deriuatum, ad noſtra vſque deductus eſt tempora, vt quotieſcunque reges Italiam ingredi deſtinauerint, gnaros quoslibet de familiaribus ſuis præmittant, qui ſingulas ciuitates ſeu oppida peragrando ea, quæ ad fiſcum regalem ſpectant, quæ ab accolis fodrum dicuntur, exquirant.* Huius fodri etiam fit mentio in Conſtitutione Conradi II. *De beneſic.* §. *Fodrum. Fodrum,* inquit, *de Caſtellis, quod noſtri anteceſſores habuerunt, habere volumus, illud, quod non habuerunt, nullo modo exigimus.* Fodrum † vero ſic haud dubie 3
appellatur à germanico vocabulo Futter / quod pabulum eſt equorum. Et † quatenus inter regalia refertur, ſignificat anno- 4
nam militarem, vt explicatur in appendice Annoni *lib. 5. cap. 3.* & Fridericus *in hoc cap. vnic.* regale, de quo nunc agimus, vocat talem collationem extraordinariam, quæ ad expeditionem pertineat, ideoque militaris eſt, cuiuſmodi eſt illa collatio, cuius meminit Vlp. *in l. ſi pendentes.* §. *ſi quid cloacarij. ff. de vſufr.* vbi inter alia onera, quę ſubit vſufructuarius, agit etiam de collatione, quę fit ex fructibus ob tranſitum exercitus. Petrus de Vineis Cancellarius Imperatoris Friderici II. *epiſt. ſuarum lib. 2. cap. 29.* vbi Capitaneo regni de fodro ſcribit, ita huius fodri meminit, vt interpretetur eſſe frumentum, hordeum, & res alias victui neceſſarias ad Imperatoris exercitum, & haud obſcure ex eius verbis colligitur, quod fodrum voluerit nihil aliud eſſe, quam extraordinariam quandam annonæ collationem militarem, ſiue ad expeditionem Imperatoris pertinentem. Fuiſſe † autem eiuſmodi mi- 5
litarem collationem etiam apud priſcos Franciæ Reges in vſu, & fodrum vocatum, tandemque vt populus eo onere leuaretur, temporibus Caroli M. in locum eius collationis pecuniariam indictionem ſuffectam eſſe, refert Choppin. *de Doman. Franciæ lib. 1. tit. 13. nu. 18. & lib 2. tit. 14. nu. 359.* Atque hæc quidem hactenus de fodro.

Matth. † de Afflict. Aluarot. & plerique alij *in hoc cap. vnic.* 6
extraordinariam collationem de qua Fridericus loquitur, interpretan-

pretantur eſſe illud, quod in jure noſtro ſuperindictum vocatur, nec fodri vllam faciunt mentionem, atque eſt hæc ſententia vel potius interpretatio communis apud Dd. Eiq; accedit Borchol.
7 *in hoc cap. vnic. num. 85.* Superindictum † vero eſt extraordinaria præſtatio, ſiue munus vltra ſolitam collationem indictum *l. 1. C. de indiction. lib. 10. l. vnic. C. de ſuperindicto lib. eod. l. euidenter Cod. de excuſat. muner. eod. lib. l. 3. C. de ſilent. lib. 11.* & augmentum indictionis eſſe dicitur ab Areadio & Honorio *in l. vlt. C. Theod. de collat. fund. patr.* nuncupatur etiam ſuperindictio *in l. 1. C. de priuileg. domus. auguſt. lib. 11.* eodemque pertinet quod *in l. vltim. C. eod tit.* ſimiliter conſtitutum eſt de ſuperindictitijs titulis. Hi enim nihil aliud ſunt, quam ſuperindictitia onera ſiue ſuperindictio, vt apparet ex collatione *l. 1. eod.* cum ea *l. vlt.* vbi idem de ſuperindictitijs titulis, ſancitum eſt quod *in d. l. 1.* de ſuperindictionibus.
8 Indictiones † vero, quarum reſpectu ſuperindicta & ſuperindictiones ſic dicuntur, annonæ etiam appellantur *in l. 2. C de annon. & tribut lib. 10.* & onera annonarum ac contributionum *in l fine. §. Lucius ff. de adminiſtrat. tut.* ideoque recte dicetur, eas eſſe annonarias & tributarias collationes, & ſimul attendendum eſt ex *l. quaro. ff. de vſufruct. leg. d. §. Lucius. d. l. 2. & 3. C. de annon. & tribut. lib. 10. Nouell. 128. de collatorib. §. nullus autem,* eas proprie non perſonarum, ſed poſſeſſionum onus eſſe. Extat etiam *in C. lib. 10.* Ti-
9 tulus *de ſuperexactionibus.* Sed † eæ ſunt, quicquid vltra debitum inique per ſuperexactores exigitur, vt apparet ex *l. vnic. d. tit. de ſuperexact.* vbi ſuperexactio etiam crimẽ appellatur, & dupli pœ-
10 nam luit per eam peccans. Eius † vero feliciſſimæ expeditionis, cuius reſpectu collatio facta *in hoc c. vnic.* inter regalia refertur, fit etiam alijs locis Iuris noſtri mentio, ex quibus ſunt *l. jubemus. C. de SS. eccleſ. l. 1. de quib. muner. ſe nem. excuſ. lic. lib. 10. l. nullus penitus C. de curſ. publ. lib. 12. & d. c. 1. in princ. de prohibit. feud. alienat. per Frid.* Et
11 † quemadmodum ea collatio, quæ ob eiuſmodi expeditionem Imperatoris fit, expreſſe *in hoc c. vnic.* extraordinaria appellatur, quod non ſtato & certo tempore, ſed extra ordinem neceſſitate vrgente indicatur, ſic collecta etiam Imperij, quæ ab Imperatore hodie propter expeditionem contra Turcam iniungitur, non
pro or-

pro ordinario, ſed extraordinario munere merito habenda eſt. Nam huiuſmodi collectæ certam præſtationem non habent, ſed extra ordinem vrgente neceſſitate ita indicuntur, vt ſtato tempore ac certo ſtabilique modo non recurrant, & antequam imponuntur, vna cum Principibus & alijs ordinibus Imperij deliberetur, eorumque conſenſus ac voluntas accedat, ac nonnunquam diſcrepantia inter eos ſint ſuffragia, eoque magis in ijs collectis varietur. Extraordinaria † vero munera ſunt, quæ certam 12
ac vniformem, determinatamq; præſtationem non habent, ſed prout res ob occurrentem neceſſitatem exegerit, præſtantur, idque euincitur ex textu *in hoc c. vnic. & in l. qui muneris. ff. de muner. & honor. l. in honoribus. §. vacationum verſ. qui muneris. ff. de vacat. muner. l. fin. C. de munerib. patrimonial. lib. 10.* Atq; hanc ſententiam contra alios diſſentientes amplectuntur Bart. & Angel. *in l. vnic. nu. 40. C. de mulierib.* & *ibidem in addit.* ad eum Alex. *num. 27 & 40.* Idem Bart. *in l. in honoribus. §. vacationum. ff. de vacat. muner. & in l. placet. C. de SS. eccl.* & ibidem Bald. *in 2. notabili.* Iaſ. *n. 27. &* Thom. Parpalias, *num. 104.* Lucas de penna *in l. 1. col. 1. in fin. C. de indict.* Cacheran. *deciſ. 95. nu. 47.* Alex Raudenſ. *conſ. 54. num. 60.* Lag. *in method. jur. ciuil. part. 6. cap. 8. de immunitat. num. 5.* Ioan. Iacob. de Leonard. inter conſilia B. uni *conſ. 117. nu 3. fol. 335. vol. 1.* Pariſ. *conſ. 25. nu. 6. vol. 1.* Gail. *obſ. 53. nu. 9. & nu. 10. lib. 2.* Roſenth. *de feudis c. 5. concl. 72. nu. 6.* Frider. Mindan. *de mandat. lib. 2. c. 43. nu. 4.* Schoner. *diſput. feudal. theſ. 86.* Paurmeiſt. *de juriſd. Roman. Imp. cap. 10. nu. 16. lib. 1.* Georg. à Breitenbach inter conſilia varior. German. Iuriſc. *tom. 5. conſ. 15. num. 7. 9. & 38.* Quibus accedunt, quæ habentur pro eadem ſententia in votis Cameralibus apud Gilman. *in ſymphorē. ſupplicat. tom. 1. part. 2. tit. 6 vot. 7. in princ. & vot. 3. num. 4.* & apud Meichſ. *deciſ. Camer. Imperial. tom. 2. lib. 1. deciſ. 6. n. 83.* & licet nonnulli in contraria ſententia ſint, tamen hanc ſentētiam communem eſſe aſſeritur *in d. vot. 7.* & Cacher. *d. n. 43. in fin.* magis cōmunem & veram eſſe dicit. Neq; obſtat, ſi dicamus ordinarium eſſe potius, q̃ extraordinarium munus, ſi principis voluntate vel lege conſtitutioneve indicatur. Nā vt extraordinarium munus ſit, cū principis voluntate, lege vel conſtitutione cōcurrit, ꝙ ex impro uiſo, ſi-

uiſo, ſine certa determinatione, nec certo ſtato tempore vel mo-
13 do iniunguntur, ſecundum *jura & Dd. ſupra adductos.* Nec † re-
fragatur, quod Cacheran. *deciſ. 95. num. 44.* onera extraordinaria,
quando pro vtilitate neceſſitateve publica indicuntur, ordina-
rijs & realibus æquiparari dicat, & pro ea ſententia alleget Afflict.
in hoc cap. vnic. in verb. Extraordinaria num. 23. & Pariſ. *conſil. 25. nu.*
14 *74. & 75. vol. 1.* Nam † id non ſimpliciter aſſerit, ſed ea reſtrictio-
ne & reſpectu, quod vt patrimonialia, ſic & hæc extraordinaria
ab omnibus præſtentur, & eo modo illis æquiparentur, nec à ſu-
pradicta ſententia recedit, quam *num. 43.* veram & magis com-
munem ipſe dixit, quemadmodum & Pariſ. *d. conſil. 25. num. 5. &*
15 *91.* eam tuetur. In † ſpecie vero de collecta Imperij, quæ contra
Turcam indicitur, quod munus ſit extraordinarium, traditur à
Roſenth. Frider. Schoner. *ſupra allegatis locis.* Hartman. *lib. 2. in
miſcellan. cap. 2. obſeru. 8. num. 14.* & à Rulant *de commiſſ. part. 4. lib. 2.
cap. 6. num. 18.* vbi addit in Camera Imperiali conſideratum eſſe
in cauſa Pfaltz Newburg contra, Augſpurg / Greineiſen contra
Speyer & ſimil. Neque ideo minus pro extraordinario munere
haberi debet, quod creberrime hodie indicatur, & quaſi conti-
nuetur. Nam illa, de qua dictum eſt, incertitudo & variatio in
tempore & modo nihilominus in huiusmodi collecta manet,
vrgensque neceſſitas cauſam præbet, & cum hæc ita ſe de extra-
ordinaria habeant, merito reliqua onera Imperij, quæ non va-
riantur, ſed certam formam ac præſtationem habent, & certis
temporibus recurrunt, ordinaria eſſe cenſentur.

An autem de jure collectandi dici poſſit, quod de regali-
bus ſit, à Dd. controuertitur, diſcrepantesque ſunt de ea re ſen-
16 tentiæ. Negatiuam † tenet Iaſ. *in l. de quibus num. 47. ff. de legib.* &
17 plures alij Dd. Sed † contraria verior eſt, ob text. *in l. vnic. C. de
ſuperindict. lib. 10. l. placet. C. de excuſat. mun. lib. eod. & in hoc cap. vnic.
Quæ ſint regal.* facitque inter cætera pro maiori confirmatione,
quod infra *num. 21. 34. 35. 36. & 37.* ſubijcietur, quemadmodum &
de limitationibus eiusdem ſententiæ *num. 22. & aliquot ſeqq. vſque
ad num. 32.* dicetur. Atque hanc contrariam ſententiam vt verio-
rem amplectuntur Iſern, Bal. & alij omnes *in hoc cap. vnic.* Salicet.
in l. 4.

Digitized by Google

in l.3.num.3.C.de nou.vectigal.inſtit.non poſſ. Alberic.de Roſat. *in rubr.ff.de muner.& honor.num.56.& 57.* Bald *in l.cum multa.num.5. verſ. non obſtant contraria.C.de bon.quæ liber.* Ang.*in l.4.§.actor.nu.1.ff.de re judic.*Garz.*in tractat.de expenſ.cap.12.num.64.* Thom.Parpalias *in l.placet.num.30.C.de SS.eccleſ.* Chaſſan. *in conſuet. Burgund. rubr.1.§.4.in princ.nu.10. verſic. Et iſtud jus.* Clar.*in §.feudum quæſt.29.num.1.verſic. Nam huiuſmodi* Alexand. *conſil.145.num.1.vol.2.* Menoch.*d.conſil.32.num.30.& 70.* Alciat. *conſil.493.nu.4.* Syluan. *conſil.9.num.15.* & præter hos aliosque plures in eadem ſententia ſunt ex Germaniæ ICtis Mynſing.*reſponſ.1.num.97.& 98.decad.11.* (dicens ſimul ideo nemini, etiamſi ei merum & mixtum imperium cõceſſum fuerit, licere collectas imponere ſubditis Ferrar. Montan.*de feud.part.2.lib.6.cap.5.* Schneidwin.*de feud.part.2.nu.109.& part.5.num.119.* (negans ſimul expreſſe merum & mixtum imperium ac omnimodam jurisdictionem habentes collectare poſſe) Weſenbec.*conſil.27.num.20.verſ.alijs tamen magis,& nu.24.* addens de potioribus etiam regalibus eſſe. Idem *conſil.45.nu.8.& 20.*Modeſt.Piſtor.*conſil.4.nu.1.vol.1.* & apud eundem Lipſenſe Collegium juridicum *conſil.9 num.18.vol.1.*Borcholt.*in hoc cap.vnic nu.53.* addens, ex veriori ſententia merum mixtumque imperium & omnimodam jurisdictionem habentem, non poſſe imponere collectas Vult.*de feud.lib.1.cap.5.numer.7.* Knichen.*de Saxon.non prouocand jur.cap.5.in verb.* Steuer.*num.80.* Rulant.*de commiſſar.part.4.lib.2.cap.6.num.1.*Schoner.*diſput.feudal.4.theſ.87.* Ioan. Koppen. *quæſt.32.num.4.& 8.* dicens collectas eſſe potius ſpeciem regalium, quam partem vel ſpeciem jurisdictionis & à ſpecie regalium non poſſe inferri ad ſpeciem jurisdictionis Schurff. *conſil.59. num.2. cent.1.* vbi licet addat, etiam ijs hoc jus competere, qui habent merum & mixtum Imperium, tamen *num.26.* nullam meri & mixti Imperij mentionem faciens, ſimpliciter dicit, illud jus eſſe de regalibus & ad regalia pertinere, ſimulque affirmat hoc certum eſſe, & pro confirmatione eiusdem ſententię allegat textum *in hoc cap.vnic.*eamque † commu- 18
nem eſſe,& ex eadem hoc jus non competere ijs,qui tamen merum Imperium & omnimodam jurisdictionem habent, aſſerit

Cccc Clarus

Clarus *in §. feudum. quaſt. 29. num. 1.* poſt Pariſ. *conſil 25. num. 2. lib. 1.*
19 ac † generali conſuetudine eam receptam eſſe teſtatur Weſenb. *d. conſ. 45. num. 20.* idque eo confirmatur, quod in inueſtituris Imperialibus, quibus principes inferiores inueſtiuntur, inter alia regalia etiam collectarum mentio fieri ſoleat, & in oppignorationibus ac venditionibus cum pacto de retrouendendo, quæ ab huiusmodi principibus fiunt alijs regalia non habentibus, plerumque excipiantur & reſeruentur inter alia regalia etiam collectæ, etiamſi merum & mixtum Imperium omnimodaque juriſdictio ijsdem in eiusmodi oppignorationibus & venditioni-
20 bus concedantur. Sæpius † etiam in Camera Imperiali votando ac decidendo hanc ſententiam eſſe comprobatam apparet ex ijs, quæ habentur apud Meichſner. *deciſ. Camer. Imper. tom. 2 lib. 1. deciſ. 6. nu. 129. §. quamuis enim, & num. 40. & tom 3. deciſ. 1. num. 13.* Gilman. *rer. judicat. Cam. Imp. lib. 2. deciſ. 14. num. 27. & in Symphor. ſupplicat. tom. 1. part. 2. tit. 6. vot. 1. nu. 33. & vot. 4. nu. 20 35. 42. & vot. 6. nu. 11. & 142.* Tileman, de Benign. *ſyntag 2. decad. 1. vot. 5. num. 33. & vot. 6. nu 4. & 5.* & apud Rulant. *d. c. 6. num. 1.* vbi dicit ita obſeruatum eſſe in cauſa Augſpurg contra Pfaltz Newburg. Ingelheim contra Pfaltz. & des Städtleins Wangens contra alle Bawren zu
21 Labes. Quibus † omnibus pro maiori confirmatione accedit, quod collectæ cenſeantur eſſe vera ſymbola ac notæ ſuperioritatis ſeu ſublimioris eminentiæ *l. nulli C. de epiſc. & cler. c. 2. de cenſib.* Petr. Greg. *de republ. lib. 9. c. 1. num. 11. verſ. non negatur.* Kniehen. *de territor. jur. cap. 3. nu. 108. 109.* Sylvan. *conſ. 9. nu. 15.* Mandell. *conſ. 62. nu. 3.* Pruckm. *conſ. 27. nu 35.* Quomodo vero hoc, quod facultas collectandi de regalibus ſit, reſtringi debeat, & quatenus ad ea non pertineat, ex ijs, quæ infra dicentur, patebit.

22 Obſeruandum † igitur hic eſt, quod illi etiam qui non habent regalia, ſed tantum Iuriſdictionem, vrgente neceſſitate eâ ſuæ juriſdictioni ſubiectis collectas exigere poſſint, ſi vnanimi decreto communitatis, ac conuentione cum ea habita imponãtur Iacob *de homag. nu. 33. & 35.* Bald. *in l. hu quibus in pr. verſ. Quapropter nobi'is. C. de fideicommiſſ. libert.* Alberic. de Roſar. *in rubr. ff. de muner. & honor. num. 57. verſ. Aut quæritur de collect.* Molin. *in conſue-*

conſuetud, Pariſ.*tit.1.§.5.num.55. & ſeq.* Schneidw *d.part.5.nu.119.*
verſ. ſi tamen comites. dicens, eos debere eſſe contentos oneribus
& muneribus impoſitis tẽpore conceſſionis bonorum, nec ſub-
ditos vltra grauare debere, poſſe tamẽ collectas imponere ſi ha-
beant hanc poteſtatem ex pacto vel conuentione vel etiam cõ-
ſuetudine. Ioan. Koppen.*qu.32.n.8. verſ. Licet verum ſit.* Weſenb.
conſ.45.nu.21. verſ. Nam quando. vbi ait Dd. quando dicunt eum,
cui conceſſum eſt merum & mixtum imperium & omnis juris-
dictio, indicere collectas poſſe, accipiẽdos eſſe cum collecta vo-
luntarie per modum jurisdictionis communi decreto cõmuni-
tatis ob neceſſitatem vniuerſitatis imponitur, non vero quoties
per modum præcepti & indictionis ac imperij à ſuperiori decer-
nitur, quia hoc collectandi jus eſt de regalibus. Non eſt igitur ea
collectatio, quæ ſupra dicto modo voluntarie conſtituitur ab ijs,
qui jurisdictionem habent, de regalibus. Eo minus vero mirum
eſt, nihilominus prædictam voluntariam impoſitionem collectę
ab ijs fieri poſſe, quod † ſubditis volentibus & conſentientibus 23
non fiat iniuria *l.1. §. ſi conueniat. ff. depoſ. l. cum donationes. Cod. de*
tranſact. & † in cuiuslibet libero arbitrio & voluntate ſit, vt ſuo 24
juri renunciet *l. ſi quis in conſcribendo C. de pact.*

Atque † hinc eſt, quod licet inter Interpretes juris contro- 25
uerſum ſit, an & quatenus collecta indici poſſit pro elocanda fi-
lia, tamen certum ſit, recte huiusmodi collectæ impoſitionem
fieri, quando in ſubditis voluntaria eſt, & eorum conuentio in-
teruenit, ſiue imponentes hanc collectam regalia habeant, ſiue
jurisdictionem tantum, Iacobin. de S. Georg. *de feud. verb. qui qui-*
dem inueſtiti. nu.75. Petr. de Vbald. *de collect. in princ. nu.1.* Roſenth.
de feud. cap.5. concluſ.77. nu.4. Ioan. Koppen. *d. deciſ.32. nu.10.* vbi aſ-
ſerit, hoc omni dubio carere, & ex Boer. *deciſ.126. nu.1. & 3.* hanc
ſententiam communiter receptam eſſe addit, idemque † obti- 26
net, ſi conſuetudine vel præſcriptione hoc jus collectandi pro fi-
lia elocanda acquiſitum ſit, Iacobin. de S. Georg. *in d. verb. qui*
quidem inueſtiti. nu.75. & 76. Boer. *d. deciſ.126. nu.3.* Alberic. *in l. fin.*
nu.8. C. de jurisd. omn. judic. Alex. *conſ.35. nu.3. lib.2.* Ioan. Koppen.
d. quæſt.32. nu.13. Roſenth. *d. loco.* Menoch. *de arbitrar. judic. quæſt.*

 lib.2.

lib.2.caſ.181. numer.3. Weſenbec. d.conſil.45. num.20. eamque ſententiam communem eſſe dicunt Boer. & Ioan. Koppen. iam allegatis locis.

Quemadmodum autem ab ijs, qui non habent regalia, ſed tantum Iuriſdictionem, ex conuentione cum ſubditis legitime inita, recte collectas imponi, nec hoc de regalibus eſſe, ſupra dictum eſt, ſic illud etiam attendendum eſt in ea collectarum impoſitione, quæ fit ab aliqua ciuitate, vniuerſitate, vel villa neceſ-
27 ſitate vrgente. Nam † habent plerumque quælibet ciuitates, vniuerſitates ac villæ arcam communem l.1. §.quod ſi nemo. ff. quod
28 cuiusque vniuerſitat. nom. & † neceſſitate, cui alia ratione occurrere nequeunt, vrgente, communi vel partis maioris conſenſu ac conuentione quadam ſibi collectas imponere poſſunt, Barr. in d. § quod ſi nemo. nu.2. & in l.4 §. actor. in princ. ff. de re iudic. & ibidem. Ang nu.1. Natta. conſ.105. nu.6. Iaſ. in l. quo minus. n.156. ff. de flumin. Boſſ. tit. de princip. & priuil. eius. num.95. & ſeq. Thomas Parpal. in d. l. placet. nu.30. C. de SS. eccleſ. dicens plus in hac re poſſe communitatem, quam principem. Franc. Marc. qu 428. nu.22. & præter hos aliosq; plures exteros idem tenent ex Germaniæ ICtis Weſenb. conſ.26. Schurff. conſ.59. nu.2. cent.1. Borcholt. in hoc c. vnic. nu 51. & ſeq. Iacob Omphal. de offic. & poteſt. Princip. cap.22. Rulant. d. part. 4 lib.2. cap 6. nu.16. Roſenth. d. cap.5. concl 75. nu.1. Doctores collegij iuridici Ingolſtadienſis inter cõſilia variar. vniuerſit. & ICtor. Germaniæ conſ 1. num.43 tom.1. atque ita votatum eſt in Camera Imperiali in cauſa Teutſchemeiſters cõtra Oettingen/ Meichſner. deciſ. Cam Imp. tom.2. lib.1. deciſ.6. n.42. creditoribus tamen facultas imponendi collectas, per quas ijs neceſſitate vrgente ſolutio fieri debet, cedi non poteſt, Bal. in l. etiam. n.3. C. de execut. rei iudic. Thom. Parpal. in d. l. placet. nu.31. verſ. Itẽ nota aliud quod quamuis ci-
29 uitas. C. de ſacroſ. eccleſ. Tantam † vero vim huiusmodi impoſitio collectæ habet, vt dicatur etiam executionem paratam habere, l. miſſi C. de exact. tribut. l. publicas C. de ferijs. l. abſtinendum. C. quor. appell. n. non recip. Nouell.17. cap.8. Roland. à Valle conſil 32. numer. 5. vol 1. Borcholt in hoc cap. vnic numer.53. Crauett. conſil.111. num. 1. & 195. num.1. Theſaur. deciſ.164 nu.2. Rulant. conſ.32. nu.5. vol 1.

Menoch.

Digitized by Google

Menoch.*conſ.75.n.103.* Parlodor.*lib.2.rer.quotid.c.fin.n.1.p.2.* Non pertinet † tamen hæc facultas collectandi ad regalia, nec regale appellari poteſt, late Borcholt.*d.n.53.& 54.* Omphal.*d.c.22.* Panorm.*conſ.13.n.5.& conſ.61.n.5.part.2.* Gœden.*conſ.1. de auri & argenti fodin.n.9.* Weſemb.*conſ.45.nu.10.* Menoch.*conſ.119.num.64.* eamq; ſententiam communiter approbatam eſſe aſſerit Borch. *in hoc c.vn.n.54.* 30

Idem † dicendum eſt de ſubcollectis, quæ per ſtatus Imperij regalia habentes exiguntur à ſuis ſubditis, poſtquam contra Turcam in Imperio collectæ ſunt indictæ. Quia huiuſmodi collectæ Imperij per ſtatus à ſuis ſubditis magis in modum executionis, quam iure quodam proprio, & vigore ſuorum regaliũ exiguntur, ideoque huiuſmodi ſubcollectatio non eſt de eorum regalibus. Rulant.*d.part.4.lib.2.c.6.num.10* atque ita in Camera Imperiali votatum eſt in cauſa Teutſchmeiſters cõtra Oettingen/ Meich.*ſ.deciſ.Cam.imp.tom.2.lib.1.deciſ.6.n.92.* & confirmatur eo, quod ſtatus Imperij eas collectas ita exigant, vt nihil ſibi inde reſeruare poſſint, ſed in certis ciuitatibus, quæ Legſtätte vocantur, totam ſuam portionem definitam ſoluant; idque in Electoribus Imperij etiam locum habeat. Et licet reperiantur in Imperio qui ſuæ ratæ Imperatori ſoluendæ nomine plus, quam præſtare tenentur, à ſubditis exigant, & quod eam excedit, ſibi retineant, tamen hoc male & per abuſum fit, ac ſaluberrimis conſtitutionibus Imperij repugnat, meritoque ſubditis illud reſtituitur. 31

Illa † vero collecta quæ non eſt Imperij ſed ſpecialis ac prouincialis ſtatuum Imperij, de regalibus eorum eſt, habent enim & exercent illud collectandi ius vigore regalium, & iure quodam proprio, nec in imponendis huiuſmodi collectis authoritate ac conſenſu ſuperioris indigent, ſiue dicamus id cõpetere ex conceſſione ac priuilegio, ſiue ex præſcriptione, vel conſuetudine, quib. modis ius collectandi ab inferioribus principibus & aliis recte acquiritur, eoq; quoad conceſſionem facit textus *in c.ſuper quibuſdam §. Præterea.de verbor.ſignif.* ac eſt illud 32

Digitized by Google

communiſſima Dd. ſententia receptum. De præſcriptione & conſuetudine, eaque immemoriali, probatur id ſimiliter textu *in d. §. Præterea.* & tradunt Innocent. *in cap. ſi diligenti numer. 9. de præſcript.* Iacob. de Aiello *in tractat. de iure adoha num. 24.* Iacobin. de S. Georg. *de feud. in verb. Qui quidem inueſtiti num. 75. verſ. non eſt dubium.* Guido Pap. *conſ. 1. num. 13.* Roſenth. *d. c. 5. concluſ. 83. numer. 5.* Sunt vero qui, quantum in ſpecie ad conſuetudinem forenſes collectandi attinet, minus tempus, quam immemoriale in ea admittunt. Et † ſane præter eos, qui quadraginta annos in

33 tali conſuetudine requirunt, ſunt plures alij, qui ſolum decennium in ea ſufficere exiſtimant, ex quorum numero ſunt, Iaſ. *in l. de quibus num 47. ff. de legib.* Felin. *in c. cum nobis num. 6. verſic. denuo nota. de præſcript.* Alex. *conſ. 68. nu. 11. vol. 2.* Balb. *in tract. de præſcript. 2. part. 5. part. princip. quæſt. 6. num. 2. verſic. Sed dominus Alexander.* Crauett. *de antiquit. tempor. §. Materia ſubtilitatis numer. 31.* Pariſ. *conſ. 25. num. 88. volum. 1.* Parpal. *in l. Placet nu. 61. C. de SS. Eccl.* Gail. *obſeruat. 52. num. 23. lib. 2.* idque ideo ſe habere dicunt Iaſ. Felin. Alexand. Crauett. & Parpal. *iam citatis locis*, quod ius collectandi forenſes non ſit de regalibus ſiue principi reſeruatis. Ve-

34 rum † immemoriale tempus in conſuetudine collectandi forenſes requiri, in ſpecie de ea tenent Bart. *in l. cum neque numer. 1. Cod. de incol. lib 10.* Petr. de Vbald. *de collect. num. 4. verſic. fallit in ciuitatibus* Curt. Iun. *conſ. 68. nu. 3. & conſil. 90. num 9.* Dec. *conſil. 285. nu. 6.* Natta *conſ. 160 nu. 14.* Laudenſ. *de fiſco quæſt. 161.* Corn *conſil. 268. lib. 4.* Aretin. *conſil. 133. col. 4. verſ. iſta conſuetudo.* Socin. Iun. *conſil. 69. num. 20 & 21. lib. 2.* Menoch. *conſil. 32 num. 69.* Mynſing. *obſeru. 22. nu. 6.* ibi: *aut inueterata conſuetudine cent. 5.* iisq; accedit etiam Alexander ſupra de decennio allegatus *conſ. 52. n. 3. lib. 5. & conſ. 78. n. 15. lib. 6.* Atq; hęc ſententia eo confirmatur, quod ius collectandi ſit de regalibus, idque non minus in forenſibus, quam ſubditis locum habeat, ſiue illud ius principaliter conſideretur, ſiue tanquam extenſio & augmentum eius iuris collectandi, quod

35 quis habet in ſubditis, cum † extenſio & augmentum rei cenſeantur eiuſdem eſſe naturæ & iuris, cuius eſt res ipſa, cui accedunt

dunt *l. ſi ex toto, & l. quod in rerum §. ſi quid poſt. ff. de legib.* & ſic de dotis augmento idem iudicandum ſit, quod de ipſa dote. *l. inter ſocerum §. cum inter ff. de pact. dotal. l. etiam. C. de iur. dot.* eodemque pertinet, quod non ſolum ius habendi vectigalia, ſed & ius augendi & extendendi ea de regalibus ſit. Neque vlla hic vera diuerſitatis ratio apparet, ob quam facultas collectandi forenſes legitime acquiſita non ſit habenda pro regali. Imo cum maius quiddam ſit, poſſe collectare forenſes, quam ſubditos, difficiliuſque in forenſibus, quam in ſubditis admittatur collectarum impoſitio, vt infra; vbi ad perſonas, quæ collectas præſtare tenentur, deuentum fuerit, oſtendetur, eo verius eſt, ius collectandi tam in illis, quam in his de regalibus eſſe, & ad acquirendum illud ius per præſcriptionem vel conſuetudinem non minus in illis, quam in his tempus immemoriale requiri.

Neque † obſtat, quod Iaſon, Felin. Crauett. Parpal. Balb. *dictis locis* & Alexand. *d. conſil. 68. num. 11.* ſuæ opinioni pro maiori confirmatione addant, inferiorem poſſe ſtatuere ac decernere, vt forenſes teneantur ad collectas: quod ſimpliciter dici non poteſt, cum non ſolum notiſſimi iuris ſit, extra territorium ius dicenti impune non pareri *l. fin. ff. de iuriſd. &c.* ſed & † in ſpecie de collectis iuri conſonum ſit, ideo, quod de regalibus ſint, nullum inferiorem, qui regalia non habet, vel in ſpecie regale collectandi legitime non acquiſiuit, eas imponere aliis poſſe, idque etiam ab iis, qui merum mixtumque imperium habent, vel à communitate fieri non poſſit, niſi ex conſenſu & conuentione cum iis, quorum intereſt, ne grauentur, habita, quo caſu impoſitio collectarum de regalibus non eſt, vt de iis omnibus ſupra oſtenſum eſt. Et † ſane cum magiſtratus ob conceſſionem & priuilegium Principis dicatur forenſibus collectas imponere poſſe, vt tradunt Luc. de Penna *in l. cum neque num. 3. C. de incol. libr. 10.* Petr. de Vbald. *de collect. numer. 4.* Alexand. *conſil. 68. numer. 7. libr. 2.* Bart. *in l. numerum. §. Patrimoniorum nu. 4. ff. de munerib. & honor.* Mynſing. *obſer. 22. n. 6. cent. 5.* Pariſ.

36 37 38

Pariſ.*conſ.25.nu.52. & 94.vol.1.* Gail.*obſeru.52.nu.23.lib.2.* eo ipſo negatur, iure communi eum propria authoritate ſtatuere poſſe, vt extra ſuum territorium domicilium habentes ſine eorum conſenſu, ac conuentione cum iis habita, ad collectas præſtan-
39 das teneantur, cum † is cui iure communi aliquid competit, priuilegio non indigeat, & proprie priuilegium dicatur, quod contra ius vel conſuetudinem conceditur, Bart. & alij in *l.beneficium ff.de conſtit.princ.* Natt.*conſ.163.nu.3.* Pet. Antibol. *de munerib. part.2.§.Reſtat.nu.1.* Petr. de Vbald. *in d.tract.de collect.num.43.* vbi addit, ciuitatem & caſtra non poſſe imponere collectas forenſibus ſine principis authoritate, ſimulque ſubiicit, Petrum de Peruſio conſuluiſſe caſtrum non poſſe ſtatuta facere, vt homines alterius caſtri ſubeant onera, quæ perſonis imponuntur, licet bona eorum in diſtrictu talis caſtri ſita ſint. Facit etiam pro hac ſententia quod ius collectandi ſit proprium ſupremi Principis,
40 vt ſupra oſtenſum eſt, & † eius interſit ſuo imperio ſubiectos huiuſmodi oneribus & exactionibus non facile premi & grauari *l. cum ratio §.ſi plures.ff.de bon.damnat.c.1.in princ. de prohib feud. alien.*
41 *per Frideric.* Et † ſane hic locum etiam habere videtur, quod eſt *in l.Ambitioſa.ff.de decret.ab ordin.fac.* ambitioſa ſcilicet eſſe huiuſmodi ſtatuta & decreta, quibus ſtatuitur vt forenſes collectas ſoluant, & ſic proprium commodum fauorque populi captetur.
42 Etſi † vero, vt in ſpecie ad conſuetudinem redeamus, nonnulli ex iis, qui decennali conſuetudine ius collectandi forenſes acquiri poſſe exiſtimant, ea ratione nitantur, quod decennium ad introducendam conſuetudinem ſufficiat, tamen nec hoc obſtat, quo minus immemoriale tempus in conſuetudine collectandi neceſſarium eſſe dicendum ſit. Nam regulariter quidem id ita ſe habet, quod conſuetudo decennio introducatur, ſed hoc fallit in regalibus, cum in iis immemorialis conſuetudo re-
43 quiratur, vt ſupra *lib.1.cap.5.nu.136.* oſtenſum eſt. Et † cum tempus immemoriale præter alios effectus vim etiam habeat pacti & contractus, item priuilegij Cæſarei, vt ſimiliter *d.cap.5. num.138. & 170.* demonſtratum eſt, dicendum eſt, per conſuetudinem imme-

immemorialem ius collectandi forenſes ita acquiſitum cenſeri,
ac ſi per pactum, contractumue, vel etiam per priuilegium Cæ- 44
ſareum id factum eſſet, ideoque † hic à tali conſuetudine ad ſtatutum argui & inferri non poteſt, nec locum habet, quod ſtatutum ac conſuetudo paribus paſſibus ambulare & eandem vim habere dicantur, Bald. *in l.2 nu.4. verſ. conſuetudo & ſtatutum. Cod. quæ ſit longa conſu.* Franciſcus Niconit. *ad rubr. ff. de nou. oper. nunc. n. 257.* Alexand. *conſ. 190. n. 11. vol. 2.* Riminald. *conſ. 18. n. 3. & 9. lib. 1. & conſ. 304. nu. 5. lib. 2.* Crauett. *conſ. 151. n. 3.* Weſemb. *conſ. 50. nu. 13. & conſil. 53. n. 59.*

Porro † quocunq; modo quis legitime hoc regale colle- 45
ctandi ſubditos vel etiam forenſes habet, curæ ei eſſe debet, vt ſibi ab omni innouatione & abuſu per impoſitionem collectarum temperet, *l. ſancimus §. Caueant. C. de agric. & cenſit.* & † ſuum 46
marſupium ante omnia excutiat, nec ad libitum & placitum eas exigat, Cyn. Bald. Alberic. & Caſtrenſis *in l. neminem ab angariis C. de SS. eccleſ.* Guid. Pap. *qu. 551. in fin.* Iacobin. de S. Georg. *de feud. in verb. Qui quidem inueſtiti n. 76.* Faber *in l. 2. num. 2. C. de ſtatuis & imagin.* Iſern. *in hoc c. vn. num. 59.* & Afflict. *ibid. in verb. Extraordinaria num. 1. & 2.* Schneidw. *de feud. part. 5. nu. 119.* Roſenth. *d. c. 5. concluſ. 97. nu. 1.* Ioan. Koppen. *quæſt. 32. nu. 2.* Ferrar. Montan. *de feud. lib. 6. cap. 5. verſic. Quiſquis igitur.* vbi eleganter ait, quiſquis ſubſidium collectæ à ſuis exigere conſtituit, prius in ſe deſcendat, quam id indixerit, quid valeant humeri, quæ ſint ærarij vires, nunquid paulo ante hac ope ſit adiutus, in quem vſum exacta vertantur, in aleam ne an in pompam parum neceſſariam, tum quid ſubditi poſſunt. Iuſta † etiam collectandi cauſa, quæ vide- 47
licet in publica vtilitate & neceſſitate fundata ſit, ſubeſſe debet, Luc. de penna *in l. fin. n. 59. verſic. Mihi C. de quib. muner.* & poſt eum Pariſ. *conſ. 25. n. 71. lib. 1.* Thomat. *in tract. de collect. §. Neſcienter nu. 3.* Schneidw. *d. loco* Rulant. *de commiſſ. part. 4. libr. 2. cap. 6. num. 17. & 76. & in hoc c. vn.* ita præter alios tradunt. Afflict. & Iſern. *iam citatis locis.* quod † tamen ita accipiendum eſt, vt ſi ipſimet etiam, 48
qui hoc regale habent, neceſſitate ſingulari premantur, & ſuis

viribus & propriis reditibus huic neceſſitati occurrere non poſſint, liberum iis ſit à ſuis ſubditis collectas exigere, quibus ſibi ſuccurrant, *argum. l. 1. ff. de alend. lib. cum ſimilibus*, Schneidwin. *d. numer. 119. & 121.* Ferrar *Montan. d. cap. 5. verſ. ratio autem iudicandi.* Burſat. *conſ 16. nu.* 14. ibi *pro aduentu principis illiusq; neceſſitate. libr.* Mynſ. poſt alios à ſe adductos in *reſponſ. 1. n. 104. decad. 1 1.* Roſent. *d. concl. 79. n. 1. & 2.* Decian. *reſp.* 41. *n.* 60. *vol.* 2. Frider. *de mand. iud. lib. 2. c* 44. *n.* 4. Andr. Knich. *de Sax. non prouoc. iur. c. 5. verb.* Steur
49 *nu.* 288. Monet † vero Hoſtienſis *in ſua ſumma rubr. de immun. eccl. n. 5. verſ debet tamen fieri.* vt abuſui occurratur, & eiuſmodi impoſitio collectę tanto minus ſubditis præiudicet & noceat, ſcripturam confici & per eam caueri debere, quod non ex debito, ſed gratis detur, eoq; facit textus *in c. pontifices.* & ibi gloſſ. *in verb. Et cum cautela. 7. qu.* 1. neq; hæc cautela hodie rara eſt, appellanturq; huiuſmodi ſcripturæ Reuerſales, quas tamen domini nonnunquam tanti non faciunt, vt non de nouo facile ſubditos interpellent, & collectas exigant, neceſſitatem æris alieni vel aliam obtendentes, ideoq; non deſunt ſubditi qui hoc nomine apud ſupremum magiſtratum conqueſti ſunt, & mandata contra dominos impetrarunt.

50 Adducuntur † vero à Dd. ſex ſpeciales caſus, de quibus tractant, an & quatenus per inferiores dominos ſubditi collectari poſſint, de quibus videre licet Parpaliam *in l. placet. num.* 85. *C. de SS. eccleſ.* Feſtaſ. *de æſtim. & collect. part. 2. c. 4. num.* 45. *& ſeq.* Speculat *tit. de feud. §. Quoniam nu. 67.* Hoſtienſ. *in ſua ſumma tit. de immunit. eccleſ. num. 3. verſ. publicam vtilitatem.* Chaſſan. *in conſuetud. Burgund. tit. Des iuſtices. §. 4. in princip. num. 8* Iacobin. *de feud in verb. qui quidem inueſtiti numer.* 75. Thomat. *de collect. §. neſcienter numer.* 5. *pag* (mihi) 395. Clar. *in §. feudum quaſt. 59 per tot.* Roſenth. *d. cap. 5. concluſ. 76. & 77.* Alberic. de Roſat. *in ſuo dictionario in verb. Dominus.* Burſat. *d. conſ. 16. num. 27. lib.* 1. Guid. Pap. *conſ. 1. num* 14. Frider.
51 *d lib. 2. cap. 45. num. 5.* Inter † hos etiam eſt redemptio domini à captiuitate, *arg. c. cum apoſtolus c. cum prohibemus de cenſib.* Roſenthal. *d. concluſ. 76. num.* 5. Chaſſan. & Thomat. *dict. loc.* Iacob. de S. Georg.

Georg. *d.* §. *verb. qui quidem inueſtiti num.* 77. Item incurſio hoſtilis, Bart. in l. placet Cod. de excuſ. mun. Frider. de mandat. Iud. *cap.* 44. *nu.* 5. *lib.* 2. Roſenth. *d. c.* 5. *concl.* 86.

Et ſi dominus pro elocanda filia ſubditos collectare velit, de quo caſu quamplurimi ſentiunt, recte impoſitionem collectæ fieri, etiamſi ea impoſitio non ſit talis, de qua ſupra dictum eſt, hoc eſt, ſi ex pacto & conuentione cum ſubditis habita fiat, eamque ſententiam communiter receptam eſſe aſſerunt Mynſing. *obſeru.* 21. *numer.* 4. *cent.* 5. & Petr. Gregor. *ſyntagm. iur. lib.* 3. *c.* 7. *n.* 11. nec deſunt, quibus ea ſententia adeo placet, vt licet negent in reliquis omnibus ſubditos collectari poſſe, tamen in hoc caſu admittant. Sed ratio quæ de publicæ vtilitatis defectu in pleriſque reliquis caſibus ſpectatur, hoc etiam caſu attendi debet, cum ad priuatum domini commodum pertineat, quod filia dotetur. Accedit quod nec mater quidem filiam, nec frater ſororem dotare teneatur *l. cum plures* §. *pen. verſic. ſed non dabit dotem ſorori ff. de adminiſtrat. tut. l. neque matrem. C. de iur. dot.* Quare de iure communi verius eſt, ſubditos pro elocanda filia non poſſe collectari, eamq; ſententiam amplectuntur Iacob. *de feud. in verb. qui quidem inueſtiti num.* 75. *verſ. nam circa ſubſidium ad filiam.* Salicet. *in l.* 3. *n.* 3. *verſ. ſed ex his C. nou. vectigal. inſtit. non poſſ.* Rebuff. *in l.* 1. *C. de exact. tribut.* per *l placet C. de excuſ. muner. lib.* 10. Menoch. *d. num.* 3. Brun. *conſ. feud.* 31. *nu.* 7. Clar. *in* §. *feudum quæſt.* 29. *num.* 2. Late Boer. *d. deciſ.* 126. & Vaſq. *illuſt. qu. lib.* 1. *c.* 7. *num.* 3. atque hanc ſententiam etiam communem eſſe teſtatur Pariſ. *conſ.* 25. *num.* 2. *vol.* 1. & magis communem dicunt Brun. & Clar. *d. locis.* Etſi † vero de conſuetudine generali Germaniæ inde receſſum eſſe aſſerat Mynſ. *obſ.* 21. *n.* 4. *cent.* 5. Kirchou. *comm. opin. cent.* 5. *concl.* 77. Huſan. *de propriis hominibus c.* 6. *quæſt.* 45. *numer.* 5. Frider. *d. c.* 44. *nu.* 12. 52
Idemque velle videatur Zaſ. *de feud. part.* 7. *num.* 50. tamen † reſponderi poteſt cum Ioan. Koppen. *d. quæſt.* 31. *nu.* 9. & Roſenth. *d. concl.* 77. *num.* 2. *lit.* b. id fieri ideo, vel quod collectam imponentes ſpecialiter eatenus ſint priuilegiati, vel etiam quod ſubditi ſponte conſentiant, & ex conuentione ſe obligauerint, vel ex 53

conſuetudine ius collectandi acquiſitum ſit, idq́; confirmatur eo, quod in Camera Imperiali ſecundum ius commune pronũciatum ſit, de qua præiudicium in cauſa Hanaw contra Hanaw. extat inter ſententias Cameræ editas à Chriſtiano Bart. *tom.* 2.
54 *pag.* 132. Atque † hæc cum ita ſe habeant in filia, tanto magis repugnaret iuri communi & Cameræ Imperialis deciſioni, ſi pro filij nuptiis aliquid à ſubditis peteretur, cuiuſmodi petitio à Rofredo *de ord. iudiciar. part.* 5. *rubr. ſacramentum cuiuslibet Vaſalli &c. num.* 3. *verſic. pro filio autem*, Iaſone *in d. l. placet in* 2. *lect. num.* 19. Speculatore *in d* §. *Quoniam num.* 67. *verſ. pro filio autem vxorando*, & aliis vnanimi conſenſu reprobatur, quæ reprobatio eo etiam confirmatur, quod dotis nomen habere non poſſet, quod pro filio daretur. Reperiuntur tamen hodie, qui per abuſum hac in re peccant, dum pro filij etiam nuptiis aliquid petunt, & quod precario obtinuerunt, tandem tanquam legitima conſuetudine
55 approbatum, iure ſibi competere contendunt. An † autem, ſi ſtatuatur conſuetudinem extare, vel conuentionem certam initam eſſe, ex qua pro filia elocanda ſubditis collecta imponi poſſit, extenſio fieri debeat ad ſpuriam, diſcrepantes quidẽ ſunt Dd. ſententiæ, nec deſunt, qui affirmatiue reſpondent, Præpoſ. *in c.* 1. §. *ſimiliter. n.* 2 *de capit. Corrad.* Chaſſan. *in conſuet. Burgund. tit. des iuſtices.* §. 4. *verb. Mariage d'une fille. nu.* 5. Laudenſ. *in c.* 1. *num.* 7. *an apud iudicem &c.* Zaſ. *de feud. part.* 7. *n.* 50. ſed rectius contra ſentiunt Iacobin de S. Georg. *de feud. in verb. qui quidem inueſtiti &c. num.* 76. & 79. Andr. Gail. *obſeru.* 88. *nu.* 11. *lib.* 2. Frider. *d. c.* 44 *n.* 13. Nam conſuetudo, præſertim iuri communi contraria ſtricti iuris eſt, & ſtricte interpretanda, *argum. l. ſi vero* §. *de viro ff. ſolut. matrim. l. Quicquid aſtringendæ ff de verb. obligat.* Roman. *conſ.* 516. *nu.* 4. Alexand *conſil* 68 *n.* 5. & 19. *lib.* 2. Ruin *conſ.* 167. *nu.* 10. *vol.* 3. Crauett. *conſil.* 170. *nu.* 4. Decian. *reſponſ.* 11. *num.* 181. *vol.* 1. idem dicendum eſt non ſolum de ſtipulationibus, ſed & de pactis, quibus vt aliquid fiat placuit *l. ſi vnus.* §. *ante omnia ff. de pact. l. plenum.* §. *ſi cum d es ff. de arbitr. l. in lege fundi. ff. de contrah. empt. l. Rutilia polla. ff. eod.* Pariſ. *conſ.* 52. *num.* 9. *vol.* 1. Modeſtin. Piſtor. *conſil.* 1 *num.* 29. *& con-*

& conſ.35.nu.7.lib.1. & merito alias etiam huiuſmodi extenſio de liberis legitimis ad ſpurios odioſa cenſetur.

Quamdiu † vero aliqua ex juſtis cauſis, in vtilitate publica, 56
vel etiam vera jus collectandi habentis neceſſitate, fundatis manifeſte non apparet, collectæ, vt ſeruitutis ſpeciem habentes, omnino odioſæ eſſe cenſentur *arg. l.1. C. vectigal. nou. inſtit. non poſſ.* Ferrar. Mont. *d. cap. 5. verſic. ſed de minori*, aſſerens odijs eſſe plenas Ioan. Koppen. *d. quæſt. 32. num. 2.* dicens valde eſſe odioſas. Tiraquel. *de retr. lign.* §. *15. gloſſ. 1. nu. 12.* Et † interpretatio contra 57
eas fieri debet, Abbas *conſil. 20. nu. 3. part. 2.* Crauett. *conſ. 111. nu. 26.* Autor voti Cameralis, quod eſt apud Tilemannum de Benign. *ſyntagm. 2. decad. 3. vot. 1. num. 124.* atque in dubio contra eas judicandum eſſe Corne. *conſ. 149. num. 8. lib. 4.* Surd. *conſil. 234. num. 20.* Fab. de Anna. *conſil. 59. nu. 83.* & ſemper quando in vno actu duæ cauſæ concurrunt, attendi debet ea, quę in collectis vel ſimilibus minus grauat, Barr. *in l. ſi pupillus in princ. num. 7. ff. ſi ex noxali cauſ. agat.* Cacher. *deciſ. 4. num. 5.* Dec. *conſil. 457. num. 8.* metuque † & 58
vi à ſubditis collectæ extortæ eſſe præſumuntur, Innoc. *in cap. ſi diligenti. num. 5. verſ. item nota quod cum tantum de præſcript.* Luc. de penn. *in l. quemadmodum verſic. 159. C. de agric. & cenſit.* & poſt eos à ſe allegatos Maſcard. *de probat. concl. 316. in fin.* Ruin. *conſ. 111. nu. 21. vol. 5.* Pariſ. *conſ. 25. num. 22.* Garz. *de expenſ. cap. 9. num. 3.* Schrader. *de feud. p. 10. ſect. 5. nu. 117. & ſeqq.* allegans plures alios, Socin. jun. *conſil. 98. num. 36.* Menoch. *de præſumpt. lib. 3. præſumpt. 126. num. 14.* adeo, vt in ijs etiam præſcriptio tacita ſubmurmuratione interrumpi dicatur, Cæſ. Vrſill. in addit. ad Afflict. *deciſ. 282. num. 12.* Fulu. Pacian. *lib. 1. de probat. c. 30. num. 80.* Iohan. Bapt. Coſta *de fact. ſcient. & ignorant. deciſ. 27. numer. 7. cent. 2.* Petr. Auguſt. Morla *in empor. jur. p. 1. tit. de ſeruitut. quæſt. 4. nu. 24. & ſeqq.* ac † docet expe- 59
rientia, collectarum vſum quandoque interuerti & ad quæſtum transferri, vt ſcribit Gail. *obſ. 52. num. 1. lib. 2.* & Thomat. *in d.* §. *ne ſcienter. num. 6.* vbi † ob eiuſmodi cauſam ait, hodie (proh dolor) 60
pellem populorum excoriari, & vix precarium ſpiritum dimitti, idem dicunt Schneidwin. *d. part. 5. num. 119.* Ferrar. Montan. *d. cap. 5. verſic. quiſquis igitur* Ioan. Koppen. *d. quæſt. 32. num. 2.* Andr.

Digitized by Google

Knichen. *de Saxon. non prouocand. jur. cap. 5. num. 295.* Weſenbec. *d. conſil. 45. num. 17.* & ante eos dixit Bald. *in l. ex hoc jure. num. 64. ff. de juſtit. & jur.* Atque huc pertinet etiam, quod non ſolum collectarum vſus interuertatur & ad alium vſum, quam ad quem principaliter deſtinatus eſt, & quidem ad merum quæſtum transferatur, ſed & huiusmodi vſus ceſſante cauſa collectandi, cum tanto maiori detrimento ſubditorum continuetur etiam juri communi & receſſibus Imperij conſonum ſit, quod ceſſante cauſa, collectæ etiam ceſſent, & collectas ad alium vſum quam deſtinatæ ſunt, verti non poſſe, adeo verum eſt, vt in receſſu Imperij de anno 1594. ipſe etiam Imperator ad eam rem ſe adſtringat, quod collectas ad nullum alium, quam deſtinatum vſum transferre & vertere velit. Pertinet huc etiam, quod de abuſu juris collectandi contra ſubditos ſupra *num. 4.* dictum eſt. Quantopere vero, & quam varijs pœnis ij, qui collectandi jure prædictis modis abutantur, & varia nouarum & iniquarum exactionum genera contra ſubditos excogitant & ijs extorquent [quorum magnum catalogum recenſet Caſpar Glockens *diſput. de contributionib. concl. 3.*] diuerſis temporibus puniti ſint, hiſtorici & alij ſcriptores de ſuperiorem non recognoſcentibus & alijs teſtantur: ac debebãt omnes Principes & magiſtratus ob oculos habere eiusmodi exempla, & quidem ſimul etiam proborum Principum ac magiſtratuum, qui vel nullas extra ordinem collectas imponunt ſubditis vel eorum voluntario conſenſu ob veram vtilitatem publicam ad hanc impoſitionem adducuntur, vel poſtquam male impoſuerunt, pœnitentia ducuntur, & ſe male feciſſe profitentur, qualis præter alios fuit Mahometes ille Turcarum Imperator, qui Conſtantinopolim occupauit, & teſtamento condito, plurimum ſibi dolere, teſtatum reliquit, quod extra ordinem ſuis prouincijs imperaſſet pecuniam, teſte Cominæo, qui ſe teſtamentum vidiſſe atteſtatur. Quæ pietas, quod non Chriſtianus ſed Ethnicus fuerit, eo magis admiranda & commendanda eſt. Ludouicus XII. Galliarum Rex pius, & à ſubditis inique grauandis abhorrendiſſimus, cum propter inopiam Regij fiſci & patrimonij ex bellis ciuilibus & externis à Ludouico Vndecimo &

Carolo

Carolo VIII. & ipſius deniq; ductu & auſpicijs geſtis ortam, grauia onera ſubditis imponeret, tamen, quia hac in re more maiorum conuocatis regni ordinibus, & expoſita neceſſitate præſenti illorum conſenſu & approbatione omnia faceret, inque regni vtilitatem nullumque omnino alium vſum collectam pecuniam conuerteret, tantum abeſt, vt in reprehenſionem incurrerit, vt etiam patris patriæ nomen populi ſuffragio obtinuerit. Quod memorabile & laudatiſſimum exemplum eſt collectæ ex juſta cauſa petitę, & ſimul conſenſu ordinum regni accedente obtentæ, veriq; eius vſus ac inſecuti ſummi præmij, quo videlicet Rex patris patriæ nomen adeptus eſt, quale nullum alium Galliarum Regum ante eum obtinuiſſe, refert Bodin. *de Repub. lib. 1. c. 9.*

Vt autem, poſtquam præter alia de ijs, qui collectas exigere poſſunt, & de cauſis juſtis collectandi dictum eſt, ad eas perſonas, quibus collectæ imponi poſſunt, & alia tranſeamus, ſciēdum † eſt huiusmodi perſonas eſſe ſubditos & incolas, *l. reſcripto. §. fin.* 61
ff. de muner. & honor. l. incola & his ff. ad municipal. etiamſi † ſint mi- 62
nores, Parpal. *in l. placet. num. 32. C. de SS. eccleſ.* Frider. *de mandat. jud. lib. 2. cap. 45. num. 16.* ijsque † annumerandi recens in locum 63
aliquem, vt ibi habitent, venientes, ſi collecta ſit impoſita ob neceſſitatem, quæ poſt eorum aduentum & non ante emerſit, Bart. *in l. prouidendum* per illum textum *Cod. de decurion. lib. 10.* Parpal. *in d. l. placet. num. 36.* Laudenſ. *in tract. de fiſc. quaſt. 160.* Thomat. *de collectis. § pauperes. numer. 12.* Gail. *de arreſt. Imper. cap. 9. numer. 21.* Legatarius, ſi poſt mortem teſtatoris collecta indicta ſit, *l. cum ſeruus. §. hæres. ff. de legat. 1.* Surd. *conſil. 146. numer. 13. & 23.* Tiraquell. *de retract. conſang. § 6. gloſſ. 1. nu. 7.* Garz. *de expenſ. cap. 11. numer. 51. & ſeqq.* Decian. *reſponſ. 37. numer. 14. & 15. vol. 2.* & † volentes poſt collectam impoſitam recedere, *l. incola iam* & 64
ibi Bart. *numer. 1. ff. ad municipal. arg. l. is cum quo. ff. de aqua pluu. arcend.* Speculat. *tit. de cenſibus. §. nunc dicendum numer. 13.* Franc. Lucan. *de fiſc. & eius priuileg. part. principal. 3. §. 1. numer. 21.* Bald. *in l. 1. num. 1. in fin. Cod. de Incol. lib. 10.* Zaſ. *in l. ait prætor. §. hoc edictum. numer. 4. de damn. infect.* Petr. Antibol. *de munerib. part. principal. 3. §. 1. numer. 31. verſ. ſed quid erit, & §. 4. numer. 99.*

Roman.

Digitized by Google

Roman. *conſil. 161. num. 3.* communem hanc opinionem eſſe ad-
dens, Parpal. *in d. l. placet. num. 34.* idem de communi opinione aſ-
65 ſerens Gail. *d. num. 21.* Bonis † ſuis fraudulenter cedentes *arg. l. ſi
pater. & l. propter honorem. C. qui bon. ced. poſſ.* Iaſ. *in l. in emphyteutica-
rijs num. 26. C. de jur. emphyteut.* Brun. *in tract. de ceſſ. bon. quæſt. 9. nu.
3. & 5.* Auſter. ad Capell. Tholoſ. *61. num. 3. quæſt. 134. in princ.* Bald.
in l. 1. C. de ſentent. quæ pro eo quod intereſt, Parpal. *in d. l. placet. nu. 46.
verſ. & pariter.* Bart. *in d. l. is cum quo. nu. 2. ff. de aqua & pluu. arcend.*
Compenſatione contra collectas vti, & in ea ſe fundare volen-
tes, ſiue ſit illiquidum, ſiue etiam liquidum, quod ijs debetur *l. ob
negotium ff. de compenſat. l. non vtique. §. ſi autem. ff. de adminiſtr. rer.
ad ciuit. pertinent. l. in ea quæ*, vbi Caſtrenſ. *l. ſi ex venditione. l. fin. C. de
66 compenſat.* Thomat. *de collect. §. expoſuimus. num. 19.* Is † propter
quem collectæ impoſitio facta eſt, Dyn. *in l. ab omnibus. §. ſi Titio.*
ac ibid. Bart. *num. 1. & 2.* Angel. *num. 4.* Bald. *nu. 1.* Caſtrenſ. *nu. 4.*
& Alberic. de Roſat. *num. 7. ff. de leg. 1.* Speculat. *in d. §. nunc viden-
dum. num. 14. & ibid.* Ioannes Andreæ *in addit.* Nicolaus Feſtaſ. *in
67 tract. de æſtimo & collect. part. 2. cap. 4. nu. 49.* bona † etiam contro-
uerſa & litis dubiæ euentui ſubiecta poſſidentes, text. *in l. de liti-
bus. §. hac de reditibus* & ibi Bart. *num. 41. Cod. de agric. & cenſit. lib. 11.*
Parpal. *in d. l. placet. num. 81. verſic. & quando pendet lis* Thomat. *in
68 d. §. pauperes. num. 31. in fin. & in § ſane. num. 28.* bannitus † pro bo-
nis, quæ vllo modo retinet vel poſtea acquirit, Bald. *in d. l. placet.
num. 30. verſic. quæro an exbanniti & in l. fin. num. 2. verſic. ſed nunquid
C. ſi propter public. penſitat.* Bart. *in l. inter quos. §. damni. num 3. ff. de
damn. infect.* Caſtrenſ. *in l. ſi ſeruus plurium. §. ſi quis ante. num. 3. ff. de
leg. 1.* Iul. Ferret. *de gabell. num. 485.* Nicolaus Feſtaſ. *d. cap. 4. nu. 35.*
69 imo † & fiſcus pro re confiſcata, etiamſi is, cuius bona confiſcata
ſunt, in æſtimo reperiatur, & de præteritis collectis ſoluendis a-
gatur, Feſtaſ. *d. cap. 4. num. 34.* Roman. *conſil. 73. num. 5.* Socin. *conſil.
119. col fin. verſic. vndecimo* Calcan. *conſil. 68. num. 5.* Thomat. *in d.
70 tract. de collect. §. exactis. nu. 18.* forenſes † etiam ratione bonorum
in alieno territorio ſitorum ad prҽſtationem collectarum obſtri-
ctos eſſe ſecundum plurium opinionem, ait Mynſing. *obſeru. 22.
nu. 1. cent. 5.* vbi etiam in ſpecie aliquot Dd. pro eadem opinione
allegat,

allegat, idque facit etiam Gabriel *commun. concluſ. lib. 6. tit. de jur. immunitat. concluſ. 2. num. 2.* contrarium tamen verius eſt *l. cum nec C. de Incol. l. libertas. §. ſola. ff. de municip. l. præterea. §. patrimonium & l. reſcripto. §. fin. ff. de muner. & honor.* quem textum Dd. communiter pro hac contraria ſententia allegant. Eamque ſententiam comprobant etiam Mynſing. *cent. 5. obſ. 22. num. 3.* Gail. *de arreſt. c. 10. num. 5.* Schurff. *cent. 1. conſil. 59. nu. 26.* Et facit pro ea, quod nec honores, nec commoda percipiant, ideoque collectis merito non grauentur, Natta *conſil. 160. num. 7. & 8.* Mynſing. & Schurff. *dd. ll.* Neque † refragatur *l. forma. §. ſi vero. ff. de cenſib.* quia atten- 71
dendum eſt, eam loqui non de collectis, ſed cenſu, qui à collectis differt, & de quo certum eſt, quod de agris in alieno territorio ſitis domino territorij ſolui debeat, idque probatur non ſolum ex text. *in d. §. ſi vero,* ſed & facit eodem *l. fin. C. de exact. tributor. lib. 10. & l. omnes Cod. ſine cenſ. vel reliq.* & traditur à Bart. Iaſ. & alijs Dd. *in d. l. placet.* Atque † hanc poſteriorem ſententiam frequentio- 72
ribus calculis à Dd. receptam eſſe teſtantur Parpal. *in d. l. placet. num. 56.* Mynſing. *d. obſ. 22. num. 2. & 5.* Gabriel *d. concluſ. 2. num. 3.* Fichard. *conſil. 143. num. 4. lib. 2.* vbi addit idem teſtari Corn. *conſil. 203. num. 3. vol 1.*

Hoc † jus tamen fallit in ijs caſibus, quibus conceſſione ac 73
priuilegio Principis, vel præſcriptione aut conſuetudine immemoriali jus collectandi forenſes acquiſitum eſt, vt ſupra eſt oſtenſum. Similiter † fallit eo caſu, quo collecta ob communem 74
vtilitatem ipſos etiam forenſes ratione ſuarum rerum & poſſeſſionum concernit, cum juri etiam naturali ſit conſentaneum, vt eum ſequantur incommoda & onera, quem ſequuntur commoda *l. nam natura ff. de condict. indeb. 1. §. fin. ff. de aq. pluu. arcend. l. ſecundum naturam. ff. de reg. jur.* & facit pro hac ſententia *l. ad inſtructiones C. de ſacroſ. eccleſ.* vbi eccleſiaſticæ etiam perſonæ ob huiuſmodi communem vtilitatem, ex qua ratione bonorum commodum percipiunt, collectas ſoluere tenentur, de qua re infra ſuo loco dicetur.

In † ijs quoque forenſibus, quorum bona in cataſtro terri- 75
torij conſcripta ſunt, limitationem conſtituendam eſſe, præter

alios tradunt Faſtaſ. *de jur. collect and. & æſtim. part. 2. cap. 3. num 47.* Pariſ. *conſil. 25. numer. 94. vol. 1.* Dec. *conſil. 285. numer. 5.* Curt. Iun. *conſil. 42. numer. 4.* Burſat. *conſil. 17. numer. 13.* Natta *conſil. 286. num. 6.* Weſenbec. *conſil. 72. numer. 12.* Surd. *conſil. 162. num 30.* Thomat. *de collect. §. exactis. numer. 36. & 37.* Rulant. *de commiſſar. part 4. lib. 2. cap. 6. numer. 70.* Mynſing. *obſeruat. 22. numer. 7. verſic. quid item ſi prædia cent. 5.* Gail. *obſeruat. 52. numer. 24. lib. 2.* Idque adeo in jure fundatum eſt, vt is, qui alias immunis à collectis eſt, ſi ſemel ſciat ſua bona in communi cataſtro territorij conſcripta eſſe, & intra decēdium appellationis remedio non vtatur, cenſeatur renunciaſſe ſuo priuilegio, & oneri collectarum ſe ſubieciſſe, *argumen. l. ſi adſcribatum, & l. hi qui ad. Cod. de appellat.* Iaſon. *in l. 3. numer. 59. ff. de conſtitut. princip. Ang. in l. 1. §. ſi quis tutor. ff. quand. appell. ſit.* Lancellot. *de attentat. p. 2. cap. 4. limit. 25 numer. 4.* Cacheran. *deciſ. 91. numer. 5. & 9.* Ant. de Amat. *deciſ. 159. numer. 9.* Burſat. *d. conſil. 17. numer. 79.* Bertrand. *conſil 227. num. 20. verſ. Nono vol. 3.* Pacian. *conſil. 7. numer. 34.* quemadmodum econtra exemptio ab onere collectarum eo ipſo probari cenſetur, ſi bona in cataſtro ſiue æſtimo non reperiantur, & ſic de defectu regiſtrationis hac in re conſtet, Anton. Sola. *in conſtit. Sabaud. de jur. emphyt. gloſſ. 2. p. 3. fol. 109. numer. 9. circ. fin.* Surd. *conſil. 234. numer. 8.* Pacian. *conſil. 7. num. 95. & ſeq.* Quæritur vero an quod de conſuetudine quoad forenſes modo dictum eſt, in lege etiam municipali ſiue ſtatuto, quo cauetur, vt forenſes de ſuis facultatibus collectas ſoluant, locum habeat? De hac quæſtione ſupra *num. 44.* egimus, vbi ſententiam negatiuam defendimus.

76 Obſeruandum † vero eſt de ſupra dictis & alijs omnibus, qui ſoluere collectas tenentur, quod collecta ſit onus fructuum, *l. ſi pendentes. §. ſi quid. ff. de vſufruct. l. ſi ſine. §. Lucius. ff. de adminiſtra. tutor. l. neque ſtipendia. ff. de impenſ. in reb. dotat. fact.* Bellon. *conſil. 12. numer. 6.* Dec. *conſil. 156. numer. 3.* Roman. *conſil. 73. numer. 5. & in l. inter quos. §. damni. ff. de damn. infect.* Bald. *in l. ad inſtructiones. num.*
77 *3. Cod. de SS. eccleſ.* Cacheran. *deciſ. 83. numer. 4.* ideoque † æquum eſſe cenſeatur, vt poſſidens fructusque ſuos faciens, collectam ſoluat, etiamſi alius in æſtimo adhuc reperiatur Alex. *conſil. 148.*

num. 8.

num.8.vol.6. Feſta ſ.*d.part.2.cap.1.num.37.* plures alios allegans. & poſt Curt. Iun. *conſil.42.num.1.* communem hanc eſſe regulam aſſerens. Atque huc pertinet, quod in conſtitutione Imperij de anno 1594. §.Demnach dann/ꝛc. ſtatuitur, ipſos poſſeſſores nouos ditionum contribuere ſolitarum, onera earum ſuſtinere debere, quod † ſi vero territorium aliquod inter plures commune ſit, 78
poſſeſſor domus gentilitiæ collectas præſtat, ita tamen, vt à conſortibus viriles partes in Camera repetere poſſit, vt ſancitum eſt in conſtitutione de anno 1576. Ex † prædicta regula de poſſeſſo- 79
ribus & fructus percipientibus illud etiam conſequitur, quod ad preſtationem collectarum tanquam oneris fructuum teneantur merus vſusfructuarius, *l.hactenus* & ibi Alberic. de Roſat. *nu.3.ff. de vſufruct.l.ſi pendentes.§.ſi quid cloacarij eod.tit.l.quaro.* & ibi Barr. *in princ.ff. de vſufruct. legat.* Franciſ. Lucan. *de fiſc.part.princ.3.§.1. nu.25.* Cacheran. *d.deciſ.83.nu.4.* Hartman. Piſtor. *quaſt.46.nu.33. lib.1.* Caualcan. *de vſufr.nu.160. verſ.hinc eſt & deciſ.44.num.54. & ſeq.* Iohan.del.Caſtill. *de vſufr.c.56.nu.14.* Garz. *de expenſ.d.c.11.nu. 47.* Bellon. *d.conſ.12.nu.7.* Fab. Turret. *conſ.53.nu.4.* Bald. *conſ.237. nu.2.verſic.tamen ad collectas vol.5.* Alexand. *conſil.35.nu.12.vol.4.* creditor † ſolo pignoris jure rem poſſidens, Bart. *in l.inter debi-* 80
torem,nu.1.ff.de pact. Bald. *in l.ſumma,nu.1.C.de pignorib.* Parpal. *in d.l.placet,nu.54.verſic.Et tandem* (addens † poſt Bald. *in d.l.ſumma,* 81
nu.2. collectas à debitore per creditorem repeti poſſe) Thomat. *in d.§.pauperes,nu.37.* maritus † ratione rerum dotalium, Bart. *in* 82
l.vn.verſ.Item quærit gloſſ.C.de mulieribus & in quo loco lib.10. Guid. Pap. *deciſ.396.nu.2.* Ioan. de Amic. *conſil.69.nu.14.* Alex. *conſ.148. per tot. lib.6.* vxor † de rebus paraphernalibus, Bald. *in l.licet in pr.* 83
C.de jur.dot. Guid.Pap. *d.deciſ.396.nu.3.* Parpal. *d.nu.54.verſic.Item & ſecundo.* emphyteuta † de rebus emphyteuticis, Lucas de 84
penn. *in l.1.C.de indict.lib.10.* Iaſ. & Dec. *in l.2.C.de jur.emphyteut.* Ant.Sola. *in conſtit.Saband.de jur.emphyteut.d.glo.2.nu.26.* Garz. *de expenſ.c.12.n.69.* Ioan.de Amic. *conſ.8.nu.6.* Laurent.Syluan. *conſ. 47.nu.9.* Alex. *conſ.4.nu.3.vol.1.* Rulant. *de commiſſ.part.4.lib.2.c.6. n.62.* Et licet nonnulli Dd. diſſentiant, ex quibus ſunt Bart. *in l.priuate,n.2.C.de excuſat.mun.lib.10.* Franciſ. Lucan. *d.part.princ.3.§.1.*

num.17. Parpal. *in d.l.placet.nu.74.* Thomat. *in d.§.pauperes. nu.29.*
tamen ſuperior ſententia non tantum eſt verior, ſed & eam com-
muniter receptam eſſe teſtantur Curt.Sen. *conſil.36.in fin.* Nico-
laus Feſtaſ.*d.part.2.cap.4.num.24.* Iul.Clar. *in §.emphyteuſis quæſt.*
85 *46.nu.1.* atque † hoc ipſum locum habet etiam in libellario, Ni-
colaus Feſtaſ.poſt Socin. & Ruin. à ſe allegatos. *d.cap.4. num 25.*
86 Rulant *d.nu.62.* & † in conductore ad longum tempus, Parpal.
in d.l.placet nu.48. Natt.*conſ.36.nu.3.vol.1.* Vincent.Caroc.*d.locat.*
conduct.part.2.tit.de collectis.nu.7. vbi hanc ſententiam commu-
nem eſſe teſtatur, idq; affirmat etiam Soarez. *in theſaur.commun.*
opin.in verb.conductor ad longum tempus, idque communiter rece-
ptum eſſe teſtatur Ioan.Gutier.*canonicar.quæſt.lib.2.c.12.nu.3.*

Inquilini vero & coloni, qui ad longum tempus non con-
duxit, alia ratio eſt, & quidem de inquilino, quod non ipſe ſed
dominus, qui penſionem percipit, ad collectas teneatur, tradunt
Roland.à Vall.*conſil.66 num.32.vol.1.* poſt Luc.de penna *in l.1. C.*
de annon.& tribut.lib.10.& in l.2.C.de præd.nauicular.lib.11. Rulant.
87 *d.cap.6.num.61.* Idem † dicendum eſt de colono, qui pecuniam
ſoluit, non autem ſi partiarius ſit, qui ratione fructuum pro parte
eorum tenetur, Franciſ.Lucap.*d.part.3.§.1.num.17.verſ.Colonus*
vero. Corſet.*in ſingular.in verb.locatio.* Rulant.*d.num.61.verſic.ſi co-*
lonus Vincent.Caroc. *d.tit.de collect.numer.9.* Sichard. *conſil.11.*
de contractib.n.11. allegans text. *in l.ſi ſine.§.Lucius.ff.de adminiſtrat.*
tutor. Roland.à Vall.*d.conſ.66.n.29.poſt.* Luc.de penna *in l.2.quæſt.*
17.C.de quib.munerib.ſe nem.excuſ.lic.lib.10. additque Rolandus de
partiario id eo confirmari, quod & ad decimas teneatur huius-
modi colonus pro ſua parte fructuum, & dominus prædij pro
parte, qui ad ipſum perueniunt, per *c.à nobis.& c.tua.de decim.* In-
88 ter † eos vero, qui ad collectas non tenentur, ſunt cum primis
etiam pauperes, quorum videlicet opera ac induſtria vix alimen-
tis ſufficiunt, textus eſt elegans *in l.cura.§.inopes.ff.de munerib.&*
honorib. cuius verba ſunt: *inopes onera patrimonij ipſa non habendi ne-*
ceſſitate non ſuſtinent, eoque pertinet, quod in conſtitutionibus
89 Imperij inopiæ rationem habendam eſſe ſtatuatur, atque † hinc
eſt, quod nec ſteriles res poſſidentes ob ſterilitatem, quaſi pau-
perta

pertatem, de iis rebus collectas ſoluant *l. forma ff. de cenſib.* Albe-
ric. de Roſat. *in rubr. ff. de muner. & honorib. nu. 102.* Lucan. *de fiſc. &*
eius priuileg. part. 3. §. 1. nu. 13. verſ. item quæ ſunt Natt. *conſ. 418. nu. 7.*
Bellon. *conſil. 12. nu. 7.* Mynſing. *reſponſ. 1. num. 30. decad. 15.* plures
alios allegans, ideoque † & eadem immunitate gaudent, qui fa- 90
cultatibus diuites, corpore autem infirmi ſunt, ſi fructus earum
facultatum vix ad alimenta eiuſmodi perſonarum ſufficiant, Pe-
trus de Vbald. *in tr. de collectis n. 12.* vbi † addit, idem procedere in 91
artificibus nihil poſſidentibus idque confirmatur eo, quod licet
tales perſonæ pauperes proprie dici non poſſint, ſecundum no-
tata *in c. licet. de cenſib.* tamen iis neceſſaria pro ſuſtentatione cor-
poris reſeruari debeant *arg. l. ſuo victu & l. pen. de oper. libert. & cap.*
non mediocriter. de conſecr. diſt. 5. His † annumerandi ſunt ij, qui fa- 92
cultatibus lapſi ſunt, Bald. *in l. etiam nu. 17. verſic. aut collecta impo-*
nitur C. de execut. rei iudic. Alexand. *in l. ſi ſe non obtulit. nu. 17. ff. de re*
iudic. Iaſ. *in l. Auus neptis nu. 13. ff. de pact.* Franc. Lucan. *d. part. 3. §.*
1. nu. 7. Gail. *de arreſt. imper. cap. 9. nu. 20.* Eoque pertinet conſtitu-
tio Imperij de anno 1548. §. Vnd demnach ſolche *in fi.* quod † ſi ve- 93
ro hi vel alij pauperes ad pinguiorem fortunam perueniant, non
erunt immunes, cum enim ceſſante cauſa ceſſet effectus *cap. cum*
ceſſante. de appellat. l. quod dictum ff. de pact. l. adigere §. quamuis de iur.
patron. ceſſante paupertate ceſſabit etiam excuſatio & immuni-
tas, atque hæc ſententia firmatur textu, *in l. ab his oneribus §. auctis*
de vacat. & excuſat. muner. eamq; tenent Thomat. *de collect. §. paupe-*
res num. 2. Iaſ. *in l. ſciendum §. ſi fundum nu. 6. & ſeq. ff. qui ſatisd. cogant.*
Tiraquell. *in tractat. ceſſante cauſa &c. part. princ. 1. nu. 193.* Viv. *com-*
mun. opin. lib. 1. in verb. immunitas conceſſa propter, communem eſſe
dicens. Petrus Antibol. *in tract. muneribus part. 3. in princ. num. 45.*
qui † ſimul *nu. 48.* addit, id procedere quoad collectas poſt quæ-
ſitum patrimonium indicendas, non vero quoad collectas iam
ante indictas.

An autem quemadmodum ij, quos ob tenuitatem fortu-
næ, & bonorum defectum à collectis excuſari ſupra dictum eſt,
ſic & ij, qui numero duodecim liberorum onerati ſunt, & eorum

educationi ex facultatibus ſuis vacare coguntur, à collectis im-
95 munes ſint, diſcrepantes ſunt Dd. ſententiæ. Negant † præter alios Bald. & Rebuff. *in l. ſi quis decurio. Cod de decur. libr.* 10. Alberic. de Roſat. *in l. 2. in princ. numer. 4. ff. de vacat. & excuſat. muner.* Chaſſan. *in conſuetud. Burgund. rubr.* 1. *§. 4. num.* 56. Contrariam
96 vero † ſententiam amplectuntur Bart. Ioann. de Plat. & Luc. de Penn. *in d. l. ſi quis decurio.* idem Bart. *in l. ſemper §. legem ff. de iur. immunit.* Angelus Aretin. *in prin. Inſtit. de excuſat. tutor. numer.* 1. pro qua ſententia facit *d. l. ſi quis decurio.* eamque veriſſimam eſſe aſſerit Theſſaur. *deciſ.* 267. *numer.* 3. addens textum *in l.* 1. *C. de his qui num. liberor & in d. l.* 2. *§. Numerus ff. de vacat. & excuſat. muner.* cum ſimilibus, generaliter de numero liberorum non excuſante loquentibus, continere regulam, numerum liberorum non excuſare, ſi videlicet exiguus ſit, & licet *d. l. ſemper §. legem verſic. demonſtratur.* ſedecim liberorum mentionem faciat, tamen id fieri ponendo exemplum in eo numero, & ampliari etiam in numero
97 12. liberorum, ita vt nulla ſit inter decurionem & priuatum differentia. Quæ † ampliatio eo etiam confirmatur, quod non ſolum onus educationis 12. liberorum ſit magnum & graue, ſed & ob ſobolis procreationem hoc ius reipublicæ cauſa ſit fauorabi-
98 le, latamque interpretationem requirat, *l. hoc modo ff. de condit. & demonſtrat. cap. odia de reg. iur in* 6. ideoque † hanc ſententiam benigniorem eſſe teſtatur Angel. Aret. in *d. nu.* 1. *verſ. ex quo infert.* & æquiſſimam eſſe affirmat Theſſaurus *d. loc.* eandem communem etiam eſſe teſtantur Ioan. de Anan. *conſ. vlt. nu.* 2. *verſ. ſed in aliis* & ibid. Ludovic. Bologn. *in addit. nu.* 6. Roland. à Valle *conſil.* 56. *nu.* 35. *vol.* 1. Feſtaſ. *de aeſtim. & collect. part.* 4. *cap.* 3. *nu.* 73. *verſ. ſed opinio Bartoli.* magiſque communem eſſe dicit Franciſc. Viv. *commun. concl. lib.* 1. *verſ. Pater habens* 12. *filios,* & receptiſſimam eam eſſe, addit Theſſaur. *d. loco.* Et quemadmodum Purpuratus inter conſilia feudalia varior, *conſ.* 38. *nu.* 4. *verſ. premiſſis tamen* dicit, ab ea in iudicando non eſſe recedendum, & Angelus *d. loc.* eam ſententiam in practica ſeruari, & hoc perpetuo notandum eſſe ad-

dit,

dit, ſic etiam variarum curiarum deciſionibus comprobata eſt, nam Angelus eo loco ſubiicit, ſecundum eam Florentiæ & Bononiæ ſe conſultore iudicatum eſſe, ſic & Marc. Vertrand. *tr. de iur. liberor. c. 14. col. 2.* teſtatur Aquis Sextiis eam bis per deciſionem Senatus prouincialis comprobatam eſſe, & à ſenatu Pedemontano ſemper ſecundum eam iudicari nulla facta diſtinctione inter decurionem & priuatum ait Theſſaurus *cit. loc.* Ampliatur † etiam hæc ſententia vt procedat eo caſu, quo poſt immu- 99
nitatem, ob numerum duodecim liberorum ſemel obtentam, aliquis eorum mortuus eſt. Alberic. de Roſat. *in l. 2. §. 1. ff. de excuſ. tutor.* Dec. *in l. in omnibus cauſis id n. 17. & ibid.* Cagnol. *n. 15. ff. de reg. iur.* Idem Dec. *conſ. 24. nu. 4. verſ. Quinto accedit.* Martin. Laudenſ. *in tract. de fiſco quæſt. 198.* & plures alij, quos referunt & ſequuntur Ioan. de Anan. *d. conſ. vlt. num. 3. 4. 5. & ibid.* Ludov. Bologn. *in addit num. 6. verſ. Præmiſſis.* Theſſaur. *d. deciſ. 267. num. 6. verſ. ampliatur quarto.* Atque hanc eſſe communem opinionem teſtantur Barthol. Socin. *in l. ſciendum §. vlt. & ibid.* Iaſ. *§. pen. numer. 7. ff. de his qui ſatisd. cog.* Franc. Rip. *in l. ex facto num. 14. & 17. ff. de vulgar. & pupil. ſubſt.* Nicol. Arelatan. in addit. ad Alciat. *in tract. de præſumpt. reg. 1. præſumpt. 36. nu. 2.* Pancirol. *conſ. 2. num. 50.* Franciſc. Viv. *ſupra citato loco.* atque ita ſe in facto obtinuiſſe dicit Albericus de Roſate *in d. §. 1.* eandemq; ſententiam deciſione ſenatus Pedemontani ſæpius comprobatam eſſe, teſtatur Theſſaurus *ſupra citato loco.* Nec † obſtat, quod ceſſante cauſa priuilegij & ipſum priui- 100
legium ceſſare debeat, *cap. Cum ceſſante. de appellat. cap. Abbate. de verb. ſignif.* Nam † vt reſpondent Ioannes de Anania Batho- 101
lom. Socinus & Iaſon. *dictis locis,* id non procedit, quando cauſa priuilegij non ceſſat penitus, ſed quædam reliquiæ remanent, quo faciunt *l. & ideo §. ſed & cum vxore ff. Rer. amotar. l. Vnius §. ſeruus in caput ff. de quæſt. l. fin. ff. de decur.* & tradunt Alberic. de Roſat. *in d. l. Et ideo numer. 3.* Angel. *in l. Minoribus numer. 2. verſ. Nam nulla reliquia. C. de his quib. vt indign.* Dyn. *in c. Decet. nu. 3. de reg. iur in 6.* Euerhart. à Middelb. *in loc. legal. A ceſſatione rationis num. 5. verſ. Tertio iſtud limitatur.* Plures † vero ampliationes, & cum 102

iis

iis etiam aliquot limitationes, videre licet apud Theſſaur. *d. deciſ. 267. n. 5. & ſeqq. vſq. ad finem*, vbi ſimul varias deciſiones & præiudicia Senatus Pedemontani pro illis ampliationibus & limitationibus adducit.

103 Non † poſſunt etiam, qui in alterius protectionem ſeu clientelam recepti ſunt, à protectore collectis grauari, Gail. *obſ. 54.*
104 *num. 5. lib. 2.* idq; eo confirmatur, quod licet † ius protectionis tantum ſit & tam efficax, vt protectores armis etiam & vi contra iniuriam aliorum & vim maiorem defendere poſſint, & debeant eos, quos in tutelam & protectionem receperunt *l. deſertorem §. fin. in fin. de re milit.* Bart. *in proem. ff torum. in pr. col. 3. in fin. verſ. idem dicitur hic* Schurff. *conſ. 23. num. 1. & 2. cent. 3.* Gail. *d. obſ. 54. nu. 2.* ta-
105 men huiuſmodi clientes ſint inſtar forenſium, & † ius protectionis iuriſdictionem non tribuat, text. in *c. Recipimus in fi. & in c. Ex parte, de priuileg.* Ioan. Plat. *in rubr. C. de domeſt. & proteſt. lib. 12.* Natt. *conſ. 636. nu. 96.* Gail. *d. obſ. 54. nu. 1. 2. 3. 4. & ſeqq.* dicens commu-
106 nem. Schurff. *d. conſ. 23. nu. 1. 2. & 3.* adeo † vt etiamſi Cæſar ipſe in clientelam ſuam aliquẽ peculiariter recipiat, & de hac re priuilegium largiatur, tamen mediatæ iuriſdictioni ordinariæ inferioris magiſtratus, cui alioqui huiuſmodi perſonæ & bona ſubiecta ſunt, non derogetur, nec præiudicium vllum adferatur, vt addit Gail. *d. obſeru. 54. n. 7.* poſt alios à ſe allegatos & per text. in *d. c. recepimus.*

107 Eccleſiaſticæ † vero perſonæ neque ab iis, à quibus in ſolam protectionem & tutelam receptæ ſunt, neque etiam ab iis, in quorum territorio degunt & bona eccleſiaſtica ſita ſunt, collectis grauari poſſunt *l. placet C. de SS. eccleſ. auth. item nulla communitas. C. de Epiſc. & Cleric. c. non minus de immunit. eccleſ.* Alexand. *in l. 1. §. 1. ff. de publican.* Bart. *in l. de his C. de Epiſc. & Cleric.* eaq; receptiſſima eſt Dd. ſententia, atq; hoc quidem regulariter ita ſe habet, & ſimul circa hoc ius variæ obſeruandæ ſunt limitationes, &
108 quidem † primo ad collectas tenentur eiuſmodi perſonæ, ſi pro neceſſaria refectione murorum, viarum & pontium imponantur *l. ad inſtructiones*, & ibi Dd. *C. de SS. eccleſ. l. nemo* & ibi Bart. *C. de*

annon.

Digitized by Google

annon & tribut. lib.10. d. c. non minus vbi Dd. *de immun. eccleſ.* Petr. Antib. *de muner. part. principal. 3. in prin. n. 108.* Iul. Ferret. *de gabell. n. 570. & ſeq.* Alexand. *conſ. 68. nu. 13. vol. 2.* Gail. *obſ. 52. num. 15. libr. 2.* Eman. Soarez, *in theſaur. receptar. ſentent. lic. c. in verb. Clericis immunitas.* vbi id communiter receptum eſſe teſtatur poſt Ripam *in tract. de peſte titul. de remed. præſeruat. numer. 234.* & Viv. *commun. opin. lib. 2. opin. 42.* Secundo † ſi impoſitio collectæ fiat ob bellum 109
imminens, Iacob. de Aiello. *De iure adoha. num. 46* Bart. *in l. nullus nu. 1. C. de curſ. publ. libr. 12.* Anton. de But. *in cap. 1. de immunit. eccleſ. lib. 6.* autor voti Cameralis, quod eſt apud Gilman. *rerum iudicatar. lib. 2. deciſ. 51. num. 49.* Ferrer. *de gabell. num. 529.* Parpal. *in d. l. placet. num. 76.* Caſtrenſ. *in d. l. ad inſtructiones numer. 2.* Michael Graſſ. *commun. opin. lib. 1. cap. 18. quaeſt. 3.* aliamue † publicam neceſſita- 110
tem vel vtilitatem, *l. iubemus nullam. Cod. de ſacroſ. eccleſ. & l. fin. Cod. de quib. muner. ſe nem. excuſ. lic. lib. 10.* Alciat. *in d. l. placet. nu. 16.* Thomat. *in d. tract. de collect. §. ſubiiciunt. n. 7.* Hieron. Schurff. *conſ. 44. nu. 16. 17. & 18. cent. 1.* Gail. *obſ. 32. nu. 7. libr. 2.* Frider. *de mand. iudic. 2. cap. 45. num. 15.* Gutiettez. *prædictar. quaeſt. lib. 1. quaeſt. 3.* Hieron. de Cæuallos *in ſpecul. commun. opin. contra communes quaeſt. 726. nu. 18. & 19.* addés. id mente tenendum eo quod ſit aſſiduum & quotidianum. Tertio † ſi in fraudem collectarum bona ſint in eccleſiaſti- 111
cas perſonas translata, Speculat. *tit. de cleric. coniugat. num. 16.* Petr. Antibol. *d. part. principal. 3. in princ. num. 109. verſ. ſed quid ſi fratres.* Thom. Parpal. *in d. l. placet. num. 76. verſ. item limitetis.* Quarto † ſi 112
pro certis annis ſucceſſiuis collecta imponatur, & res interea ad eccleſiaſticam perſonam tranſeat, Angel. *conſ. 203. inter ordinamenta num. 2.* Felin. *in cap. eccleſia ſancta Maria num. 77. verſ. Tertio nota* Parpal. *in d. l. placet numer. 78. verſ. Aliam & ſeptimam* Thomat. *in d. §. ſubiiciunt numer. 8.* Feſtaſ. *de æſtim. & collect. part. 4. cap. 2. num. 36. & ſeqq.* Quinto † ſi negotiationem exerceant *cap. fin. de* 113
vit. & condit. Cleric. cap. Quanquam de cenſib. libr. 6. Papon. *de arreſt. lib. 5. tit. Tailles & impoſts. nu. 21.* Frider. *d. nu. 15. in fin.* Rulant. *de commiſſar. part. 4. libr. 2. cap. 6. num. 39.* Sexto † ſi res in eccleſiaſticam 114
perſonam ſub ea conditione, vt pro ea collectas ſoluat, per con-

Digitized by Google

tractum vel etiam vltimam voluntatem tranſlata ſit, Innocent.
in c. Verum de for. compet. Felin. d. num. 77. Bart. in l. caueri ff. Commun.
prædior. Bald. in l. fin. numer. 9. C. ſine cenſ. vel reliq. & c. Parpal. in d. l.
placet. num. 78. Feſtaſ. d. cap. 2. num. 31. & 32. Thomat. in d. tractat. de
115 collect. §. Non obſtant numer. 19. Septimo † ſi bona oneri collectæ
ſubiecta, & eo onere affecta, & venditione vel ſucceſſione alio
ve legitimo titulo ad eccleſiaſticam perſonam perueniant Bart.
in l. reſcripto §. ſciendum numer 5. ff. de munerib. & honor. Bald. in ru-
bric. ff. de rerum diuiſ. num. 1. verſ. ex his nota & in l. 1. §. Quod ſi nemo
num. 1. ff. quod cuiuſque vniuerſitat. nom. Caſtrenſ. in l. rei annonariæ
numer. 6. C. ſine cenſ. vel reliq. Alciat. in d. l. placet. numer. 8. Panormit.
in c. quod clericis num. 41. verſ. Et pro hoc nota de for. compet. Dec. in d.
c. eccleſia ſancta Maria num. 215. de conſtit. Iul. Ferret. de gabell. numer.
569. quod etiam procedit. Franc. Lucan. de fiſco. part. principal. 3. in
princ. numer. 31. & 32. Bertachin. de gabell. part. 7. numer. 20. eamq́;
ſententiam communiter ab Interpretibus approbatam eſſe te-
ſtantur Socin. conſ. 12. vol. 4. Thomat. d. §. Subiiciunt numer. 14. in
fin. & magis communem aſſerit Feſtaſ. d. æſtimat. & collect. part. 4.
cap. 2. nu. 9. vſq; inualuiſſe teſtatur Bald. conſ. 280. num. 1. verſ. iſta
opinio vol. 1. Eadem æqua & iuſta eſſe dicitur ab Anchoran. conſil.
116 303. nu. 5. verſ. & iſta opinio. quod res tranſeat cum ſuo onere l. alie-
natio ff. de contrahend. empt. l. fin. §. Lucius ff. de donat. l. 2. & l. fin. C. ſine
cenſ. vel reliq.

117 An † vero etiam & quatenus nobiles, iureconſulti, medici, ſcholares & nonnulli alij quorum ſupra non eſt facta mentio iure communi à collectis immunes ſint videre licet apud Feſtaſ. d. part. 4. c. 3. per tot. Parpal. in d. l. placet. n. 66. 70. & 71. Thomat in §. Exactis & §. medici per tot. item in §. Pauperes n. 10. Tiraqu. de nobilit. cap. 20. num. 165. & aliquot ſeqq. Schneidw. de feud. part. 4. num. 119. verſ. Et quando Roland. à Vall. d. conſ. 66. num. 36. & ſeqq. vol. 1. Petr. Heig quæſt. 17. num. 18. 19. 20. & ſeqq. part. 1. Roſenth. d. c. 5. concl. 78. num 13. Rulant. d. c. 6. 46. & 50 Frider. de mandat. iud. lib. 2. c. 45. nu. 14. Collegium Lipſenſe inter conſilia Modeſtini Piſtor. conſil. 9. num. 43 44. 45. 46. & 50. vol. 2 Franciſc. Marc. quæſt 458, num. 12. & ſeqq.

*& ſeqq. part.*1. Guid. Pap. *quæſt.* 388. *num.* 1. *& ſeqq.* Mynſing. *d. reſp.* 1. *nu.* 32. 33. 34. *& ſeqq dec.* 15. Natt. *conſ.* 486. *n.* 1. *&* 2. *lib.* 3. Crot. *conſ.* 64. *nu.* 11. *& ſeqq.*

Sunt etiam à collectis immunes, qui præſcriptionem contra eas pro ſe habent vel peculiare priuilegium. Et † quidem præſcriptione 40. annorum eiuſmodi immunitatem à collectis accedente titulo & bona fide acquiri tradunt Iaſ. *conſil.* 25. *num.* 2. *verſ. Nec ad hoc obſtat vol.* 3. Curt. iun. *conſ.* 60. *nu.* 16. Ruin. *conſ.* 217. *numer.* 13 *verſ. non obſtat. volum.* 1. Modeſtin. Piſtor. *conſil.* 4. *num.* 36. *volum.* 1. & communem eſſe hanc ſententiam, dicunt Eman. Soarez. *in theſaur. receptar. ſentent. in verb. immunitas & exemptio.* Viv. *commun. opin. libr.* 1. *in verb. immunitas & exemptio.* Burſat. *conſ.* 16. *num.* 41. Etſi vero vt præſcribens interpellatus & requiſitus ſit de collectæ ſolutione, & requiſitioni contradixerit ſeu ſoluere recuſauerit, neceſſarium eſſe ad prædictam præſcriptionem 40. annorum exiſtiment Alexand. *conſil.* 136. *num.* 19. *verſ. item ad hoc volum.* 2. Curt. iun. *conſ.* 69. *num.* 17. Riminald. *conſ.* 10. *num.* 18. *& ſeqq. vol.* 1. Pariſ. *conſ.* 25. *nu.* 109. *lib.* 1. tamen contrarium † recte verius eſſe ſentiunt præter alios Ruin. *d. nu.* 13. *in fin.* Grauett. *de antiq. temp. part.* 4. §. *Circa præmiſſa numer.* 36. *&* 38. *& d. conſ.* 111. *num.* 21. 22. *&* 23. rationibus etiam hanc ſententiam propugnans & addens Alexandrum *in d. conſ.* 136. nimium audacter affirmaſſe, interpellationem eſſe neceſſariam, nec Bartolũ & Dd. ab eo allegatos id dicere, Syluan. *conſ* 57. *num.* 16 *& conſ.* 59 *nu.* 11. *&* 12. Cothman. *d. conſ.* 11. *nu.* 97. 98. *et* 99. Mynſ. *reſponſ.* 1. *nu.* 67. *et* 68. *decad.* 15. vbi plures alios Dd. pro hac ſententia de præſcriptione 40. annorum allegat, & hanc ſententiam communiter à Dd. comprobatam, contrariam vero reprobatam, eſſe ſubiicit, & *ibidem verſ. et poſito.* addit, etiamſi vera eſſet contraria Dd. ſententia, qua interpellatio & recuſatio requiruntur, tamen eam abſque omni dubio locum non habituram in præſcriptione illius temporis, cuius in contrarium non extat memoria, & *num.* 77. adducit etiam Receſſum Imperij de anno 1548. & eundem ita allegat Modeſtin. Piſtor. *d.*

conſ. 4. *num.* 31. *&* 36. quod ex eo, nullo omnino exiſtente titulo immemorialis temporis præſcriptio in Imperij collectis requiratur.

119 Quemadmodum † autem præſcriptione immunitas à collectis acquiri poteſt, ita idem peculiari priuilegio recte fit *l. ſunt munera*: ibi *præter eos quibus principali beneficio conceſſum eſt. ff. de vacat. muner. l. vn. Cod. de his qui vacat. à princip. acceper. libr.* 10. *l.* 2. *& l. eos Cod. de excuſat. muner. eod. libr.* & tradunt Petr. Antibol. *de muneribus part. principal.* 3. *in prin. numer.* 30. *&* 32. Ioan. Andr. *in cap. peruenit. numer.* 2. *verſ. ſed non nego. de immunit. eccleſ.* Feſtaſ. *d. part.* 4. *cap.* 4. *numer.* 50. *verſ. iis, & aliis* Mynſing. *d. reſponſ.* 1. *num.* 51. qui dicit eam ſententiam omni dubio carere, præſertim ſi huiuſmodi priuilegium à principe ſuperiorem non reco-
120 gnoſcente conceſſum ſit. Etſi † vero huiuſmodi immunitatis conceſſionem ſimpliciter factam ad bona poſt eam acquiſita non eſſe extendendam nonnulli teneant, ex quib. præter alios ſunt Franc. Lucan. *de fiſco part.* 3. *in princ. num.* 33. & Petr. Antibol.
121 *d. part. principal.* 3. *§.* 4. *num.* 114. tamen † contrarium verius eſt *arg. l. immunitates ff. de iur. immunit.* eamque ſententiam amplectuntur Ioan. de Imol. Bart. Alex. & alij Dd. *in l. damni §. ſi is qui heres ff. de damn. infect.* Iaſ. *in l. qui filiabus nu.* 13. *ff. de legat.* 1. Alexand. *conſ.* 178. *num.* 15. *vol.* 2. Iaſ. *conſ.* 170. *num.* 6. *lib.* 2. *conſ.* 25. *num.* 1. *libr.* 3. & tam multi alij, vt eam communem eſſe teſtetur Feſtaſ. *d. part.* 4. *cap.* 7. *numer.* 64. *verſ. ad obiecta.* & magis communem dicat Burſatus *conſ.* 16. *num.* 77. *lib.* 1. confirmaturque ea ſingulariter per rationes à Feſtaſ. *d. cap.* 7. *numer.* 63. *& ſeq.* ac Guidone Pap. *quaeſt.* 489. *num.* 2. adductas, qui *num.* 3. ita de conſuetudine ſeruari.

122 Siue † autem ad præſentia tantum, ſiue ad futura etiam huiuſmodi priuilegium pertinere dicamus, tamen illud ita reſtringendum eſt, ne alij per illud grauentur *l. nec auus* ibi: *nec in cuiuſpiam iniuriam beneficia tribuere moris eſt noſtri. C. de emancipat. libe-*
123 *ror.* ideoq; † portio exempti ſiue priuilegiati de ſolutione collectæ detrahatur & exemptio ſoli eximenti præiudicet, Speculat.

tit.

tit. de cenſ. §. *nunc videndum.num.9.* Alberic. de Roſat. *in l. ſi vnus.* §. *item ſi pactus.num.2.* & ibid. Angel. *numer.3.ff.de pact.* Caſtrenſ. *in l. Auus.num.4.eod.tit.* Luc. de Penna. *in l. actores. C. de exact. tributor. lib.10.* Ludouic. Roman. *in d. l. ſi vnus.* §. *ſed ſi generaliter.* & ibid. Bald *num.3. verſ. extra quaero.* Petr. Antibol. *d. part. principal.3.* §. *4. num.120. & 121.* Anchoran. *conſil.260.num.4.* Roland. à Vall. *conſil. 76.num.4. vol.2.* Burſat. *conſil.262.num.19. & 35.* Mynſing. *reſponſ.1. nu.109. decad.11.* Quam ſententiam communiter à Dd. receptam eſſe teſtantur Iaſon. *in d. l. auus num.9. verſ. ſed in contrarium.* Pariſ. *in c. accedentes. num. 23. de praeſcript.* Petr. Peck. *in c. qui ſentit onus. num.10. de reg. iur. in 6.* Roland. à Vall. *conſ.76. num.5. vol.2.* Burſat. *conſil.16. nu.67. lib.1.* eandemque communiorem eſſe & ſibi probari ſcribit Zaſius *in d. l. Auus. num.3. verſ. princeps noſter.* Atque † 124 ita iam allegati Dd. de ſua & communi receptiorique ſententia loquuntur, vt non diſtinguant inter Principem ſupremum & ſuperiorem recognoſcentem & Feſtaſius *d. part.4. cap.2. nu.75.* ſpeciatim ſuperioris & inferioris principis ita meminit, vt non ſolum de illo ſed & de hoc expreſſe dicat communem eſſe praedictam ſententiam.

Obſeruandum † vero hic eſt & illud, quod priuilegium im- 125
munitatis non comprehendat collectas, ob bellum vel aliam neceſſitatem aut vtilitatem publicam indictas, etiamſi eiuſmodi verbis generalibus eſſet conceptum, vt immunitas concederetur ab ordinarijs & extraordinarijs muneribus, textus eſt *in l. iubemus. C. de ſacroſ. eccleſ. l.2. C. de quibus munerib. ſe nemin. excuſ. liceat. lib.10. & l.1. C. vt nem. ſe lic. ab empt. ſpecier. excuſare. lib. eodem,* quem textum optimum pro ea ſententia eſſe dicit Iaſon. *in l. ſi ex toto. num.8. in fin. ff. de leg.1.* addens *num.12.* ſe hanc tenere pro veritate, & ſecundum eam cōſulturum & judicaturum, & † eandem ma- 126
gnam aequitatem habere, dicit *ibid. num.18.* & ſimiliter aequitati conſonam eſſe, aſſerit Mynſing. *obſeruat.70. num.3. cent.4.* vterque etiam ijsdem locis magis communem eſſe teſtatur, & multos alios de communi & magis communi atteſtātes adducit, Roſenr. *d. cap.5. concluſ.86. num.3. in gloſſ.* addit etiam Mynſing. *d. obſeru.70. num.5.* eam Cameralis iudicij vſu comprobatam, & ſimul con-

127 ſuetudine communi totius Germaniæ receptam eſſe. Quibus † accedit, quod hæc ſententia in terminis collectarum Imperij, ob Turcicam expeditionem indictarum, comprobetur & confirmetur conſtitutionibus ac Receſſibus Imperij, quibus priuilegium immunitatis contra indictionem eiusmodi collectarum non admittitur nec attēditur, ſed omnes tam priuilegiati, quam
128 non priuilegiati, tam exempti, quam non exempti, ac † tam Eccleſiaſtici, quam ſeculares ad collectas adſtringuntur, & ne quidem hoſpitalia pinguioris fortunæ excipiuntur, vt ex ipſis Receſſuum verbis planiſſimum eſt, & conſideratum fuit in cauſa Magiſtri Teuthonici ordinis contra Comites ab Oettingen/ Meichſner. *deciſ. Camer. Imperial. tom. 2. lib 1. deciſ. 6. n. 64.* vbi contra priuilegium immunitatis Teuthonici ordinis generaliter aſſeritur, quod receſſus Imperij non admittant priuilegia exem-
129 ptionum à collectis. Hodie † vero ex Receſſibus Imperij onus prædictas collectas ex ſuis Cameris & prouentibus ſoluendi ipſis Principibus & alijs Statibus Imperij remiſſum eſt, & ſingulariter indultum, vt eas à ſuis ſubditis exigere, & ex ſolis eorum facultatibus pręſtare poſſint, atque inde Collegium Lipſenſe inter conſilia Modeſtini Piſtor. *conſ. 9. num. 8. lib. 2.* infert, quod niſi hoc ita peculiariter conſtitutum eſſet, Principes & alij imperij Status ad earum ſolutionem ex ſuis Cameris & reditibus tenerentur, cum
130 † alioqui fruſtratorium jus illud eſſet, ſi jure communi ſubditis collectas ita imponere poſſent, vt non prius ſuum marſupium excuterent. Idque confirmatur per ea, quæ ex jure communi ſupra de marſupio ante omnia à principibus alijsque jus collectandi habentibus excutiendo dicta ſunt, & quæ *d. conſ. 9. nu. 4. 5. & 7.*
131 late à Collegio Lipſenſi de eadem re adducūtur. Et † ſane quod olim, etiam ex ipſis Imperij conſtitutionibus non ſolum ſubditi Principum & aliorum Statuum Imperij ex ſuis bonis, ſed & ipſimet Principes alijque Status ex ſuis Cameris & prouentibus ad collectas imperij tenebantur, apparet in primis ex conſtitutione de anno 1542. §. Vnd nach dem der Churfürſten/ꝛc. (vbi nominatim & in ſpecie etiam ex ipſorum Principatuum & Comitatuum reditibus collecta ſoluenda eſſe dicitur) & §. Es ſollen auch alle. De

Impe-

Imperatoribus † vero tale non fuit cautum, & quod non tenerentur ad eiusmodi onera ſuſtinenda, juri communi etiam conſentaneum eſt, *l. priuata & l. pen. C. de excuſat. mun. lib. 10. l. 1. C. de fund. patrimon. lib. 11. l. 1. & l. vlt C. de priuileg. dom. auguſt. lib. eod.* ex quibus locis apparet, Imperatorum prædia priuata ob neceſſitates etiam publicas extraordinarijs muneribus non eſſe ſubiecta, licet ipſi Impp. reſcribant, ſecus ſe rem habere in ordinarijs *in l. 1. C. de indict. lib. 10. l. 2. & 3. C. de collat. fund. fiſcal. l. rem priuatam. l. abſit. C. de priuileg. dom. auguſt. lib. eod.* quæ & canonica appellantur *in d. l. 1. C. de indict. lib. 10. & d. l. 1. C. de priuileg. dom. auguſt. lib. 1.* 132

Porro adducuntur à Dd. aliquot limitationes eius juris communis, ex quo ſupra generaliter dictum eſt, priuilegium immunitatis non comprehendere collectas ob bellum aliamve neceſſitatem & vtilitatem publicam indictas. Eiusmodi † eſt, ſi cõſtet expreſſe & in ſpecie à talibus immunitatem eſſe conceſſam 133 Mynſ. *d. obſ. 70. n. 9.* Burſat. *conſ. 16. nu. 51.* plures alios allegans Luc. de Penn. *in l. 3. C. de munerib. patrimon.* Roſenth. *d. concl. 86. num. 4.* Cacheran. *deciſ. 39. n. 20.* addens Dd ita loqui *in d. l. ſi ex toto.* Eamque limitationem magis communiter à Dd. approbatam eſſe teſtatur Burſat. *d. loco.* Secunda † limitatio eſt, ſi vel ex ſolis coniecturis intelligi poſſit, fuiſſe de oneribus belli cogitatũ, Aretin. & Caſtr. conſ. *in d. l. ſi ex toto. ff. de leg. 1.* Mynſ. *d. obſ. 70. nu. 10.* Roland. à Vall. *conſ. 76. nu. 24. vol. 2.* Roſenth. *d. concl. 86. nu. 6.* Pariſ. *conſ. 68. n. 18. & 22. lib. 1.* Meichſ. *d. deciſ. 6. n. 3.* vbi id in prædicta cauſa Magiſtri Theutonici ordinis contra Comites ab Oittingen votando adducitur. Tertia † eſt, ſi conceſſio contineat verba vniuerſalia geminata: ab omnibus & quibuscunq; oneribus ordinarijs & extraordinarijs Burſat. *d. conſ. 16. n. 52.* Pariſ. *conſ. 68. n. 29. lib. 1.* Rip. *in d. l. ſi ex toto n. 16.* Roſenth. *d. concl. 86. nu. 5.* Viu. *commun. opin. lib. 1. in verb. immunitas conceſſa alicui.* Feſtaſ. *d. part. 4. cap. 7. nu. 51.* vbi *n. 53.* addit, hanc limitationẽ eſſe dubiam. Quarta † eſt, ſi ex contractu oneroſo imũnitas cõceſſa fuerit. Ioan. Baptiſt. Caccialup. *d. S. Seuer. in l. omnes populi nu. 181. ff. de juſt. & jur.* Cacheran. *deciſ. 39. nu. 21.* Natt. *conſ. 397. nu. 9. & 10.* Mynſ. *d. reſponſ. 1. nu. 24. verſ.* Nun aber iſt es zu Recht verſehen/ *decad. 15.* Ruin. *conſil. 196. num. 8. vol. 1.* Pariſ.

134

135

136

Pariſ. *conſil. 69. num. 5. vol. 1.* Caſtrenſ. *conſil. 317. nu. 8. lib. 1.* Neuizan. *conſil. 66. num. 44.* Roland. à Vall. *conſil. 5. nu. 53. verſ. ſecundo reſpondetur*, qui etiam hanc eſſe communem Dd. ſententiam teſtatur *conſil. 76. num. 13. vol. 2.* Idemque facit Burſat. *d. conſil. 16. num. 70.* & ſecundum hanc ſententiam in ciuitate Senarum iudicatum
137 eſſe, ait Ioannes Baptiſt. Caccialup. *ſupra citato loco.* Quinta † eſt, ſi publica vtilitas vel neceſſitas amplius non duret, cum ea, quæ ob eiusmodi vtilitatem vel neceſſitatem inducta ſunt, non cenſeantur diutius durare, quam vtilitas vel neceſſitas durat, *c. quod pro neceſſitate. 1. q. 1. l. quapropter*, & ibi Dec. *nu. 3. ff. de reg. jur.* Felin. *in c. quæ in eccleſiarum. num. 29. de conſtit.* Marſil. *in l. vnic. num. 35. C. de rapt. virgin.* Atque hæc quidem hactenus de ijs etiam perſonis, quibus collectæ imponi poſſunt, & quæ ab ijs immunes ſunt.

138 Quantum † vero ad res attinet, non ſolum pro immobilibus, ſed & pro mobilibus bonis collectæ præſtandæ ſunt *l. forma. §. in ſeruis. ff. de cenſib. & l. 2. C. de immunit. nem. conced. lib. 10.* & tam de his, quam de illis bonis id tradunt Guid. Pap. *quæſt. 87. num. 8. & quæſt. 395. num. 3.* Bart. *in l. vnic. num. 31. Cod. de mulierib. & in quo loco.* Feſtaſ. *de æſtim. & collect. part. 1. cap. 1. num. 13* Parpal. *in d. l. placet. num 91. verſ. nunc reſtat videre.* Mandell. *conſil. 40. numer. 1. 2. & 4.* Colleg. juridic. Lipſenſ. inter conſilia Modeſtini Piſtor. *conſil. 21.*
139 *num. 27. lib. 2.* idque † etiam in mercibus mercatorum ſe ita habet, Butrigar. *in l. placet. verſ. Ad hoc quod mercator.* Decian. *reſponſ. 69. nu. 1. & 2. lib. 3.* Roland. à Vall. *conſil. 66. nu. 27. vol. 1.* Cothman.
140 *reſponſ. 11. num. 166.* Ita † tamen hæc declaranda & reſtringenda ſunt, vt dicamus ea procedere, ſi fructus ſiue quæſtus ex mobilibus percipiatur, Andr. de Iſern. *in hoc cap. vn. in verb. plauſtrorum. numer. 58.* & *ibid.* Afflict. *num. 10.* Decian. *d. reſponſ. 69. numer. 3. & 4.* Mandell. *d. conſil. 40. num. 5.* Natt. *conſil. 48. nu. 3. & ſeq.* Collegium Lipſenſ. *jam citato loco.* Roland. à Vall. *conſil. 66. nu. 17. 18. & 27.* Atque huc facit, quod collecta dicatur eſſe onus fructuum, vt ſupra
141 oſtenſum eſt, ideoque † de mobilibus otioſis ad collectam quis non tenetur, Andr. de Iſern. & Afflict. *d. loc.* Luc. de Penn. *in l. 3. C. de fund. limitroph. lib. 11.* Roland. à Vall. *d. nu. 18.* Mynſing. *reſponſ. 1. num. 29. decad. 15.* vbi ait, multos Dd. hoc tradere, & in ſpecie

loqui-

loquitur non ſolum de pecunia, ſed & de catenis & annulis aureis, margaritis, lapidibus pretioſis, ornamentis virilibus & muliebribus, ex quibus ſola pompa & inanis gloria ſequitur, nec vlla alia commoditas percipitur, quod ita etiam tradit Roland. à Vall. *d. nu. 18.* addens generaliter, nec de alijs, quæ vſu conſumuntur, collectam ſolui.

Modus † vero exigendi collectas ita ſeruandus eſt, vt attendatur poſſibilitas locorum & perſonarum exemplo Tyberij *in l. 1. C. de fund. limitroph.* quam ad hanc rem adducit Lucan. *de fiſc. & eius priuileg. part. 3. §. 1. nu. 1.* dicens modum imponendi collectas eſſe, vt Princeps vel domini terrarũ ad poſſibilitatem quorumcunque locorum & perſonarum reſpiciant, ne ſubditi in ſumma paupertate & pauperie degant. Et cum † omnis collecta, quæ non indicitur ob perſonale munus, pro facultatum viribus exigenda ſit, *l. omnes prouinciarum. Cod. de operib. public.* Bart. *in l. 4. §. actor. nu. 2. verſ. mihi autem videtur. & nu. 3. ff. de re judic.* Henning. Gœd. *conſ. 34. num. 30.* Natt. *conſ. 157. num. 5. & conſ. 183. num. 1. & 2.* Roland. à Vall. *conſ. 66. num. 15. vol. 1.* debet † impoſitio & exactio collectarum ita fieri per æs & libram æqualitate pro modo facultatum, ne vnus præ alio grauetur *l. fin. Cod. quemadmod. ciuil. mun. indic. l. 3. § præſes. ff. de munerib. & honorib. arg. l. 1. & l. 2. ff. ad l. Rhod. de jact. & d. l. omnes prouinciarum.* Gail. *de arreſt. Imper. cap. 9. num. 19. & 21.* Thomat. *in d. tract. de collect. §. retenta. num. 14.* Crauett. *conſ. 872. num. 11.* Collegium juridicum Lipſenſe inter conſilia Modeſtini Piſtor. *conſ. 21. num. 21. & 91. vol. 2.* Tileman. de Benign. *ſintag. 3. decad. 3. vol. 9. num. 31. verſ. Et imponitur* Ferrar. Montan. *de feud. lib. 6. cap. 5. verſ. igitur ſecundum, & verſ. in qua re.* Surd. *conſil. 525. nu. 1.* Fab. de Ann. *conſil. 60. num. 1. & 2.* Petr. de Vbald. *de collect. nu. 12. verſ. in dubio autem.* 142 143 144

Quod † ſi vero vnus præ alio grauatus fuerit, ab eiuſmodi grauamine ad ſuperiorem appellari poteſt, *l. vnic. Cod. de vacat. muner. lib. 11. & l. qui ſe grauatos. C. de cenſib. lib. eod.* Thomat. *in d. tract. de collect. §. retenta. n. 23. & 24.* Collegium juridicum Lipſenſe inter conſilia Modeſtini Piſtor. *conſil. 9. num. 59. & d. conſil. 21. num. 39. & 91.* Crot. *conſ. 64. nu. 20. vol. 2.* Alexand. *conſil. 336. nu. 11.* 145

lib.2. Cothman. *reſponſ.11. nu.178. lib.1.* Cacheran. *deciſ 91. nu.5. & 19.* Petr. de Vbald. *de collect. quæſt.12. nu.45.* auctor voti Cameralis *in cauſa Fiſcalis contra R. & Ducem B.* quod eſt apud Gilman. *rer. judicatar. lib.2. deciſ.40. nu.41.*

146 Pertinet † autem ad modum collectandi & illud, vt non ad valorem rei, ſed ad fructus, qui inde percipi poſſunt, reſpiciatur *l.2. Cod. de præd. nauicular. lib.11.* Alberic. de Roſat. *in rubr. ff. de munerib. & honorib. numer. 102.* Laudenſ. *de fiſco quæſt. 75.* Crauett. *conſil. 497. num. 5.* Franc. Lucan. *de fiſc. & eius priuileg. part. 3. §. 1. num.13. verſ. item quæ ſunt* Tileman. de Benign. *d. vot 9 num. 31.* id-

147 que † ita fiat, vt non antiqui ſtatus, ſed præſentis temporis habeatur ratio, ſiue minores, ſiue maiores fructus præſenti tempore ſint, quam antea Simon de Proct *conſil. 100. cent. 3.* Montiſp. *conſ. 1. num. 4.* Burſar. *conſil. 186. numer. 4.* poſt Syluanum à ſe allegatum Crauett. *conſil. 195.* Bald. *3. conſil. 397.* eoque pertinet etiam, quod

148 † ſpectandum eſſe dicitur an bona aucta ſint, vel diminuta, & de auctis maior, de diminutis vero minor collecta ſit *l. forma. §. illam æquitatem & §. quæ poſt edictum. ff. de cenſib. & arg. l. ſi merces. §. vis maior. ff. locati l. licet Cod. eod cap. propter ſterilitatem ext. d. tit.* Ferrar. Montan. *de feud. lib. 6. cap. 5. verſ. & eam ob cauſam* Rulant. *de commiſſar. part. 4. lib. 2. cap. 6. num. 77.* Gail. *obſ 21. num. 14 18. & 19. lib. 1.* Atque hanc juſtam cauſam releuandi eſſe, ſi quid de bonis diſceſſerit, aut inſignis quædam calamitas acceſſerit in Receſſu Imperij de anno 1548 §. Vnd demnach ſolche/ꝛc. *in fine* de collectis Imperij cautum eſt, his verbis: Wo ein Stand nach vorigem beſchehenem Anſchlag von etlichen ſeinen Landen vnd Leuten kommen/ oder jhme vielleicht das ſeine genommen were/ oder ſonſten etwa andern ſein Landſchafft vbergeben/ vnd zugeſtellt hette/ oder was dergleichen fäll/ vnd erhebliche Vrſachen aller anderer voriger Anſchläge halber ſein möchten/ deßgleichen wo jemand dermaſſen Vnfall vnd Vnglück mitlerzeit were zugeſtanden/ dardurch er in ſolche Beſchwerungen vnd Vnvermögen kommen/ daß er billich im Anſchlag ſol geringert werden.

149 De † huiusmodi vero cauſis cognoſcunt & definiunt in Imperio moderatores ex æquo & bono, an videlicet & quatenus juſtæ ſint, & quid, quantumque ex cuiusque collecta demi debeat,

beat, per d. Receſſ. de anno 1548. §. Wann dann der/ꝛc. & in alijs de
annis 1576. 1589. 1594. §. Vnd dann was ſonſten/ꝛc. qui §. *ſingulis illis*
tribus conſtitutionibus eſt inſertus. Et † ſi circa procedendi ordinem 150
modumque aliquid dubij incidat, moderatores Cæſarem con-
ſulere debent, ita tamen vt cauſam principalem ipſi decidant ex
conſtitut. de anno 1555. §. Vnd wiewol wir. & † ab eorum ſen 151
tentia ad Cæſareos commiſſarios & Electores, aliosque deputa-
tos ſtatus, aut ab ijs ablegatos prouocari & appellari poſſit, vt
poſt *d.* §. Vnd was ſonſten/ ſubijcitur in prædictis conſtitutioni-
bus, vbi † ſimul additur, quomodo in huiuſmodi cauſa appella- 152
tionis ſummarie procedi & cognoſci debeat. Et ijs omnibus lo-
cis repetitur, vt æquum & bonum attendatur. Notandum † eſt 153
toties in hac materia collectarum æqui & boni in conſtitutioni-
bus Imperij mentionem fieri, & id ſpectandum eſſe inculcari,
vt in nulla alia materia tam crebro id fiat. Deplorandum vero
eſt, quod licet in prædictis cauſis moderationis collectarum æ-
qui & boni ratio habenda, & eo, quo dictum eſt, modo procedi
debeat, magnusque ſit numerus eiusmodi cauſarum, tamen dif-
ficillime & admodum lente ad earum deciſionem deueniatur,
& à Fiſcali interim in Camera Imperiali contra multos proce-
datur, qui iuxta ſummam in matricula Imperij definitam colle-
ctas non ſoluunt, niſi extra ordinem à Cæſare remiſſionem im-
petrauerint.

Quæſtionis † vero eſt, an in æſtimandis bonis, & conſide- 154
randa æſtimatione eorum, attendendum ſit etiam æs alienum, vt
nimirum, quantum quis debet, de bonis detrahatur, & dunta-
xat ex eo, quod reſtat, collecta præſtetur? Reſpondetur merito
affirmatiue, idque facit etiam Lucan. *d. part. 3. in princ. nu. 9.* con-
firmatur † hæc ſententia eo, quod bona cuiusque intelligantur, 155
quæ deducto ære alieno ſuperſunt *l. ſubſignatum. §. bona. ff. de verb.*
ſignif. Et † ſimiliter econtra, ſi alius alicui quid debeat, & fortaſſe 156
facultatibus lapſus, & ad inopiam adeo redactus ſit, vt integri
debiti ſolutionem creditor conſequi nequeat, eius rãtum, quod
exigere poteſt, in æſtimatione bonorum pro imponendis colle-
ctis ratio habenda eſt, *arg. l. pretia rerum. §. cuius debitor. ff. ad l.*

 Falcid.

Falcid. cuius debitor, inquit ibi ICtus Paulus, ſoluendo non eſt,
157 tantum habet in bonis, quantum exigere poteſt. Sicut † nec is, qui bona ſua creditoribus in ſolutum dedit, reſpectu illorum amplius ratione collectarum aliorumque munerum patrimonialium inquietari debet, *l. cum facultates. C. de his qui num. liberor. lib. 10.* Lucan. *d. part. 3. §. ſunt autem nu. 7. in fin.*

158 Non † poteſt etiam ab aliquo ſæpius quam ſemel collecta exigi, Ioan. de Plat. *in l. indictiones. C. de annon. & tribut. lib. 10.* Bald. *in l. etiam. nu. 15. C. de execut. rei judic.* Petr. de Vbald. *de collect. nu. 35.* Crauett. *de antiquit. tempor. part. 4. §. materia ſingularitatis. num. 33. & conſ. 24. nu. 7.* Roland. à Vall. *conſ. 1. nu. 21. vol. 2* Gail. *obſ. 53. nu. 3. 9. & 10. lib. 2.* qui vehementer iniquum, contra bonam fidem, & ſubditis longe grauiſſimum eſſe addit, ſi quis duobus locis colle-
159 ctaretur. Et † confirmatur hæc ſententia eo, quod nemo duplici onere vel præſtatione vnius rei nomine grauari debeat. *l. nauis o-*
160 *nuſta. §. cum autem,* ibi: *Non debet duplici damno onerari. ff. ad l. Rhod.*
161 *de jact. l. Titia, §. qui inuita, ibi: duplici præſtatione. ff. de leg. 2.* & † bona fides non pati dicatur, vt idem bis exigatur *l. bona fides ff. de reg.*
162 *jur.* idque † adeo verum ſit, vt etiamſi bis idem ſit promiſſum, tamen id non amplius, quam ſemel præſtare quis teneatur *l. quibus. ff. de verb. obligat.* Quando vero collecta ſimplex multiplicatur, idem tenetur ad multiplicatum, qui tenebatur ad ſimplicem, Bart. *in l. 1. verſ. quæro vtrum. C. de mulier. & in quo loco lib. 10.* Bald. *in l. etiam colum. vlt. verſ. hoc modo. C. de execut. rei judicat.* Petr. Bollin. *de re militar. part. 6. tit. 2. num. 2.* quia hoc caſu non idem bis ſoluitur, ſed quod per multiplicationem tanquam aliud & nouum accedit, præſtatur. ſi † tamen ex diuerſis cauſis & obligationibus quis aliquid præſtare tenetur, ad duplicem præſtationem & onus obligatus eſſe cenſetur, Thomat. *§ exactis. num. 19.* Natt. *conſil. 114. numer. 13 & conſil. 312. num. 12.* Heig. *quæſt. 18. num. 36. part. 1.*

163 Quemadmodum autem modus in exigendis collectis excedi non debet, per ea, quæ de eo ſupra adducta ſunt, ſic † ſi exactores negligentes in exactione fuerint & per negligētiam quædam omiſerint puniuntur *l. judices Cod. de annon. & tribut. lib. 10. l. miſſi C.*

miſſi C.de exactor.tribut.lib.eod. Petr.de Vbald. *de collect.nu.47.* Rulant.*d.c.6.nu.*78. Feſtaſ.*d part.3.c.1.num.27.* vbi † addit, eos de ſuo 164
ſoluere debere, allegans Bart. & Dd. *in l. Mauia ff.ſolut.matrimon.* Socin.*conſ.273.col.3.verſ. confirmantur iſta lib.2.* Neque † eſt, quod 165
ad effugiendam pœnam negligentiæ obtendant, ſe ab iis qui ad collectas tenentur, ob eorum tergiverſationem & recuſationem vel protractionem non potuiſſe debito tempore ſolutionem obtinere, quia † eos compellere & executiue ſine iudicij ſtre- 166
pitu, & exhibitione libelli contra eos procedere poſſunt *l.1.& 2.C.de capiend.& diſtrah.pignor.tributor.cauſ.libr.10. Nou. 17.de mandat.princip.§.Coges.* Ioan.de Plat.*in l.pen.nu.2.C.de conueniend.fiſc.debitor.lib.10.* Bald.*in d.l.etiam C.de execut.rei iudic.& conſ.238.nu.1.vol.1.* Roland.*conſ.32. nu.3.4.& 5.lib.1.* Aſin. *in praxi ciuil. §.3.cap.31.num.20.* Gail. loquens in terminis collectarum Imperij *obſ.20.nu.6.lib.3.* Cacheran.*deciſ.86.num.4.* vbi oſtendit, pendente etiam cognitione executionem recte fieri, imo † contra fo- 167
renſes etiam eo caſu, quo collectari poſſunt, executiue procedi poteſt, Bald.*in d.l.etiam nu.15.in fin.C.de execut.rei iudic.* Gail.*obſ.52. n.22.lib.2.* Feſtaſ.*d.part.3.c.2.nu.47.* Rol.*d.conſ.32.nu.8.vol.1.* Caſtr. *in l. inter debitorem n.4.ff.de pact.*

Executiue † vero ita recte proceditur, vt pignora capian- 168
tur, Feſtaſ.*d.part.3.c.1.n.10.* Gail.*d.obſ.52.num.20.* Tileman.de Benign.*ſyntagm.1.decad.1.vot.7.n.91.* Vel † mulcta imponatur, Gail. 169
& Tileman.de Benign.*iam citat.loc.* vel † res ipſa, pro qua colle- 170
cta debetur, eiusq; fructus auferantur, & diſtrahantur pro quantitate oneris, Crauett.*conſ.111.nu.1.* Tileman. de Benign.*d. vot.7. nu.20.* Feſtaſ. poſt Innocentium à ſe allegatum *part.2.c.3.n.10.& 13.& d part.3.c.1.nu.11.* Roland.*d.conſ.32.nu.3.4.& 8.* vel ſaltem ſequæſtratio eorum fiat Gail.*d.obſ.52.nu.20.& 22.* Vel † ipſa perſo- 171
na, quæ ad collectas tenetur, capiatur, & in cuſtodia detineatur. Tilem.de Benig.*d.vot.7.n.21.* Feſtaſ.*d.c.1.n.51.*

Atque hæc quidem ita ſe habere eo minus mirum eſt, quod impoſitio collectarum executionem paratam habere dicatur [vt ſupra num. 29. oſtenſum eſt] & pendente etiam lite primæ

vel ſecundæ inſtantiæ contra refractarios & moroſos eorum debitores procedi poſſit, nec id per eiuſmodi litis pendentiam impediatur *l. publicas. C. de feriis & abſt. C. quor. appell. non recip.* Cothm. *conſ. 11. n. 182.* Cacher. *deciſ. 86. n. 4.* Theſſaur. *deciſ. 164. n. 2.*

Obſeruandæ vero ſimul ſunt de via executiua, de qua hactenus
171 nus dictum eſt, nonnullæ declarationes & reſtrictiones, & † primum quidem licet de iure communi debitor collectarum capi & detineri poſſit, tamen incarceratio contra eum locum non habet, vt additur apud Tileman. de Benign. *in d. vot. 7. num. 21.* & Feſtaſ. *d. loco*, qui tamen addit, id conſuetudine non ſeruari. Facit pro ea ſententia de omittenda incarceratione elegans textus *in l. nemo C. de exact. tribut.*

172 In † forenſibus autem, cum ſubditi non ſint, iure communi eo caſu, quo bona eorum collectari poſſunt, ne quidem ſimplex captura & detentio ſine incarceratione locum habet, Gail. *d. n. 22.* De muliere etiam dicendũ eſt, quod carceratio in ea locũ non habeat per text. generaliter, tam de fiſcalibus, quam priuatis debitis loquentem *in Nou. 134. vt nulli iudicum §. neceſſarium* & inde deſumptam *Authen. ſed hodie C. de offic. diuerſ. iud.* vbi ſtatuitur nullam mulieré pro fiſcalib. vel priuatis ſuis debitis includi debere, ſed ei permittitur, vt ad iudicem veniat ipſamet vel per procuratorem vel etiam vnum atq; alterum mittat, qui eius negotia expediat, additurq; pœna aduerſus Iudices & magiſtratus hoc ius non obſeruantes.

173 Secundo † non poteſt ex abrupto executiue procedi, ſed ita vt prius proclama præcedat, & abunde collectas ſoluendas eſſe ſignificetur, Crauett. *d. conſ. 111. num. 19. verſ. ſecundo reſpondeo.* Bertachin. *de gabell. in prælud. num. 12. verſ. illud ſingulariter notandum*, Roland. *d. conſ. 32. n. 38.* poſt Bald. *conſ. vlt. col. 2. vol. 3.* Feſtaſ. *d. c. 1. num. 8.*

Tertio etiamſi per pignorationem, ſequeſtrationem, vel diſtractionem contra debitores collectarum ita procedi poſſit,
174 vt ſupra dictum eſt, tamen prohibiti o fieri non poteſt, ne quis interim, donec collectas ſoluerit, agros colat, Rulant. *d. cap. 8. nu. 8.*

Digitized by Google

num. 8. vbi addit id notatum eſſe in Camera Imperiali in cauſa Proen contra Meckelnburg/ & confirmatur eo, quod nemini cultura agrorum prohibenda, *l. 1. Cod. de collat. fund. patrimon.* neque ſationibus † vel frugibus inſiſtentes agricolæ ad onera extraordinaria trahendi ſint *l. 1. C. de agric. & cenſit. libr.* 11. & † ne agrorum cultura impediatur in bobus aratoriis, & inſtrumentis ad agriculturam deputatis, executio fieri non poſſit *l. executores. & auth. agricultores C. quæ res pign obligar. poſſ.* ideoque † mandatum ſine clauſula *ex tit. 23. part. 2. ord. Camer.* obtineri poteſt contra impedientem culturam agrorum, cum nullo iure illud iuſtificari poſſit, & publice interſit, ne cultura agrorum impediatur, atq; hinc eiuſmodi mandatum decretum fuit in cauſa Eiſingrim contra ciuitatem Spirenſem. 175 176 177

Quarto † non poteſt executiue de collectis procedi, ſi non omnino ſit certum, quod quis ad collectam teneatur, ſed de ea re dubitetur, neque de vlla exceptione peremptoria vel dilatoria aduerſus exactionem competentem appareat, quo caſu ſine via executiua cauſa cognita procedendum eſt, *l. 2. C. de offic. ciuil. iudic.* Cacheran. *deciſ. 86. nu. 6. verſ. quid dicendum & n. 7.* Angel. *in l. fin. § ſuper publicis nu. 1. verſ. & hoc intellige C. vbi quis decur. vel cohort.* Crauett. *ſupra citato loco* Cothm. *d. conſ. 11. n. 90.* nec valent ſtatuta, quibus per ciuitatem vel alium ſtatum Imperij ſtatuitur ob collectam omnino nō, vel etiam pro parte ſolutam bona publicanda eſſe, cum non ſolum à iure communi & conſtitutionib. Imperij omnino alienum ſit, vt ipſo facto vel iure eiuſmodi bona non ſoluentis collectas, publicentur, ſed & ex criminali Conſtit. Carol. V. *art. 218.* expreſſe omnes conſuetudines ac ſtatuta damnentur ac caſſentur, quib. bona damnatorum publicantur, nec hoc delictum collectæ omnino non vel ex parte non ſolutæ ad crimen læſæ Maieſtatis vel etiam vllum caſum in quo adhuc hodie pœna confiſcationis bonorum locum habet iuxta ea, quæ ſupra *c. 12. n. 94.* dicta ſunt, referri poſſet. 179

Quinto † ob præteriti temporis collectas, quarum videlicet dilatio præſens periculum non habet, iuris ordine ſeruato 178

non

non vero executiua via procedi debet, Lancellot. *de attentat. part. 2. c. 4. limit. 25. num. 5.* Cothman. *d. conſ. 11. nu. 192.* Surd. *conſ. 168. nu. 57.* Cacheran. *d. deciſ. 86. nu.* 8. addens id deciſione Senatus Pedemontani comprobatum eſſe, & votando in Camera Imperiali in quadam cauſa adductum & approbatum fuit, vt videre eſt apud Gilman. *rerum iudicat. lib. 2. deciſ. 51. n. 54. & tom.* 4. *ſuppl. Cam. Imp. part. 1. vot. 3. n. 67.*

180 Sexto † ſi in collectis Imperij Princeps, vel alius Imperij Status, ob denegatam ſolutionem pœnam dupli, quam ſubditi eas non ſoluentes incurrunt, conſequi velit, non poteſt pignoratione, captura vel alia extraiudiciali executiua via vti, ſed ſu-
181 periorem ad eam pœnam obtinendam adire debet, atque † illud ita fieri poteſt, vt in Camera mandatum pœnale petatur, reique excipiendo, ſi ſub- & obreptionis exceptiones habeant, audian-
182 tur, antequam ſententia de ea pœna pronuncietur. Sic † & licet contra ipſos Principes & alios Status Imperij banni & regalium priuilegiorumque pœna locum habeat, ſi à ſubditis collectas Imperij non exigerint, vel exactas non ſoluerint receſſu Imperij
183 de anno 1594. §. Da aber bey einiger. tamen † prius per Fiſcalem impetrata citatione ad videndum ſe declarari in pœnam &c. in Camera proceditur, nec eis debitæ exceptiones denegantur, &
184 eſt † in arbitrio iudicum vt hæc pœna banni, vel amiſſionis regalium & priuilegiorum, habita ratione circumſtantiarum, in pœnam pecuniariam commutetur, iuxta conſtitutiones Imperij de anno 1570. §. Es ſollen auch ꝛc. de anno 1576. §. Darneben ſollen ꝛc. de anno 1582. de anno 1594. & de anno 1603. in quibus tribus poſterioribus *d.* §. Darneben ſollen ꝛc. repetitur.

185 Solet † etiam ſæpe de collectis & iure collectandi apud ſuperiorem ita procedi, vt nulla pœna petatur, & ordinaria actio petitorij vel poſſeſſorij inter Status Imperij, & nonnunquam etiam Fiſcalem & eos inſtituatur, vt praxis Cameralis teſtatum facit, & ex variis deciſionibus votiſque Cameræ editis videre licet, cum primis apud Tileman. de Benign. *ſyntagm. 1. decad. 2. vot. 8. n. 2. & vot 9. in princ. & ſyntagm. 2. decad. 1. vot. 5. num. 1. & 4. & vot. 6. nu. 1.*

num. 1. in princ. et verſ. reſtat. et decad. 4. vot. 1. num. 8. 9. 10. 11. 12. et 13. verſ. verum licet, & Ioannem Meichſnerum *deciſion. Camer. Imper. tom. 2. lib. 1. deciſ. 9. num. 9. et* 10. Adrianum Gilmannum *rer. iudicatar. Camer. Imper. lib. 2. deciſ. 14. in princ. et deciſ. 45. num. 12. et 13.* Mynſing. *obſ. 34. num. 6. cent. 3.* Poſſuntq; huc etiam referri, quæ non ſolum de petitorio & ordinario ſummarioque poſſeſſorio, ſed & in ſpecie de perſonalibus actionibus late adducta ſunt ſupra *libr. 1. cap. 7.* quod ad actiones de Regalibus competentes pertinet.

Capvt XV.

De poteſtate creandorum magiſtratuum ad iuſtitiam expediendam.

Svmmaria.

1 M*agiſtratuum creandorum poteſtatem prima lex omnium, quæ à Publico Valerio conſule poſt exactos vrbe Roma Reges latæ ſunt, populo tribuit.*

2 *Talis etiam lex ad populum Venetorum lata eſt.*

3 *Magiſtratuum creandorum poteſtas, quæ olim apud populum Romanum fuit, lege Regia in Imperatorem translata eſt.*

4 *Eandem referri inter regalia.* n. 6. *& quidem maiora,* n. 10.

5 Nouell. *15.* §. Interim. verſ. Iuſiurandum vero, *declaratur.*

6 *Imperatorem eſſe fontem omnis iuriſdictionis, & quomodo ab eo iuriſdictiones fluant, & ad eundem refluant* n. 8.

9 *De magiſtratuum poteſtate Friderici II. elegantiſſima verba.*

11 *Notarios creandi ius etiam eſſe de regalibus, & quidem maioribus,* num. 14.

12 *Notarij dicuntur voluntariam habere iuriſdictionem, appellanturq; indices chartularij,* n. 13.

15 *Notarij ab Imperatore vel Comite Palatino creati an vbiq; in Imperio & extra illud officium ſuum exercere poſſint?*

16 *De notarios creandi abuſu, &* num. 19 *eorumq; imperitia*, numer. 17.

18 *Notarius in dubio peritus & legalis eſſe præſumitur.*

20 *De differentia Notariorum Cameræ Imperiali immatriculatorum & aliorum.*

21 *Notarij an & quando ad exercendum officium ſuum cogi & an huic pro arbitrio & ſine auctoritate Summi Principis renunciare poſſint.*

22 *De dignitatibus & honoribus, in quibus non minus quam in magiſtratibus ius creandi & conferendi de regalibus, & quidem maioribus eſt.*

23 *Non ſolum conſtituendi magiſtratum, & alias dignitates in aliquem conferendi, ſed & confirmandi ius eſt de regalibus.*

24 *Idem ita ſe habet in iure abrogandi & tollendi.*

25 *Cur à Friderico addantur hæc verba:* ad iuſtitiam expediendam, & nu. 30.

26 *Lege Iulia de ambitu in pœnam pecuniariam damnatus eam non recuperat, etiamſi in integrum reſtituatur.*

27 *Impp. quorundam turpes quæſtus in magiſtratibus & honoribus decernendis taxantur.*

28 *Impp. recenſentur, qui à quæſtu iſto alieniſſimi fuerunt, & ſanxerunt, ne quis per quæſtum ad dignitates admitteretur.*

29 *Magiſtratus muneribus inhiantes à iuſtitiæ tramite deflectunt.*

31 *Magiſtratus quales eſſe & qui eligi debeant.*

32 *Magiſtratuum nundinationes quam ſint periculoſa & noxia.*

33 *De iuramento à magiſtratibus præſtando.*

34 *Magiſtratus minores etiam non ſolum ad leges reſpicere, ſed & æquitatis rationem habere debere, contra communem Dd. ſententiam & errorem.*

35 *Æquitatis ratio quod ſuadet, legibus etiam conſentaneum eſſe cenſetur.*

36 L. Rem

Digitized by Google

36 *L. Rem non nouam C. de iudic. declaratur.*

37 *In* Auth. Hodie C. de iudic. *ex* Nouel. 15, *deſcribenda Irnerium peccaſſe.*

38 *In Authenticis ex Nouellis deſumptis Irnerium lapſum eſſe & quidem inter eas in vna etiam plures quam vnum vel duos errores commiſiſſe, authorem in quamplurimis Authenticis ante plures quam* 20. *annos oſtendiſſe.*

39 *Inter Dd. etiam eſſe, qui de Irnerij erroribus in authenticis commiſſis conqueruntur.*

40 *In authenticis illis multa, quæ erronea ſunt, non ſolum communi Dd. ſententia, ſed & primariarum & ſupremarum curiarum deciſionibus comprobata eſſe. Nouellas ipſas potius quã Authenticas legendas, & quod ſit diſcrimen inter Auth. & Iuliani patritij anteceſſoris Conſtantinopolitani epitomen, item inter eiuſdem & veteris interpretis verſionem Nouellarum.*

DEcimumquintum regale eſt poteſtas creandorũ magiſtratuum ad iuſtitiam expediendam. Cum † Reges vrbe Roma 1 exacti eſſent, prima lex omnium, quæ ad populum latæ ſunt à Publio Valerio conſule, populo tribuit magiſtratuum creandorum poteſtatem, vt rem maximi momenti, & ſupremum quiddam in republica. Talem † etiam legem ad populum Vene- 2 torum latam fuiſſe, memoriæ proditum eſt à Contareno *de republ. Venetor.* nec vlla cenſetur Venetis lex ſanctior. Sed † vt 3 ad rempubl. Romanam redeamus, poteſtatem conſtituendorum magiſtratuum penes populum olim extitiſſe, manifeſtum eſt ex ſolis iis, quæ Modeſtinus ſcribit *in l. vn. ad l. iul. de ambit.* Interdum vero Dictatores ideo creati ſunt, vt ſenatum complerẽt, teſte Liuio *lib.* 23. ſic Fab. Put. dictator 178. ſenatores in demortuorum locum ſubſtituit. Tandem cum lege regia in Imperatores ius populi translatum eſſet, eo res deuenit, vt ſoli Imperatori magiſtratuum creandorum facultas competeret *d. l. vn.* vbi Modeſtinus ait, legem Iuliam de ambitu hodie ceſſare, quod ad curam principis creandorum magiſtratuum poteſtas pertineat, non ad populi fauorem, ad quem alioquin olim ſpectabat.

4 Atque † hinc eſt quod & ipſa poteſtas conſtituendorum magiſtratuum inter regalia à Friderico *l. in hoc c. vnic.* numeretur, eodemque pertinet conſtitutio eiuſdem Friderici I. *in c.1.§. homicidium*, ibi*: ab Imperatore vel eius voluntate conſtituti vel confirmati. de pac. tenend.* Atque hoc ius non eſſe nouum, ſed cum reliquo iure communi,& quidem veteri,congruere, apparet ex *d. l. vn. ff. ad l. Iul. de ambit. & l quidam, in verb. princeps enim qui ei ma-*
5 *giſtratum dedit. ff. de re iudic.* Neque † obſtat text. *in nou.* 15. *de defenſor. ciuitat. §. interim verſ. iusiurandum vero.* Nam quod ibi dicitur,fieri poſſe à præfectis prætorio, ideo ita ſtatuitur, quod non ſolum ſummi poſt Imperatorem ſint magiſtratus, ſed illud iis in ſpecie in defenſoribus ciuitatum conceſſum fuerit. Reuera
6 autem † poteſtatem conſtituendi & creandi magiſtratum eſſe de regalibus,non ſolum ex prædictis aliis textibus liquet, ſed & à multis traditum & receptum, inter quos ſunt Iſern. Matth. de Afflict. & alij Dd. *in hoc c. vnic.* Cagnol. *in l. 2. nu. 102. & 103. ff. de orig. iur.* Peregrin. *de iur. fiſc. lib. 1. tit. 1. num.* 10. *& tit. 2. nu. 97*. Choppin. *de Doman. regn Franc. lib. 3. tit 9. num. 5. & tit. 20. nu. 1. verſ. Huc pertinet.* Crauett *conſ. 338. num.* 2. Menoch. *conſ.* 302. *qui honoris nu.* 29. *verſ. decimoquinto ex regalibus.* Decian. *in prax. criminal. lib* 8. *cap.* 23. *num. 1.* Petr. Greg. *de publ. lib. 9. cap. 1. nu. 34.* qui addit,ideo,quia regale eſt, mortuo Rege Galliæ omnia officia regia egere noua ſucceſſoris confirmatione, quod officia, quæ à Rege dantur, ſint ſub hac clauſula*: Pour en ſoayr tanr qu'il nous plaira*, hoc eſt, *donec Regi placuerit*, *conceſſa* & ibidem ſubiicit, ſoluere communiter ſucceſſores voluntatem priorum ſequi per *c fin. de prabend. in* 6. De regalibus vero eſſe poteſtatem conſtituendorum magiſtratuum teſtatum etiam faciunt Radeuic. *libr. 2. cap. 5.* & Carol. Sigon. *de regno Ital. lib. 12.* dum de Friderici conſtitutione, quæ *eſt* in hoc c. vn. loquentes, conſulatum referunt inter regalia, per conſulatum nihil aliud intelligentes, quam illud magiſtratuum creandorum ius,de quo nunc agimus,& cuius ipſe Frideric. *in d. c. vn* meminit. Muthius etiam *Chronic. lib.* 18. de eadem Friderici conſtitutione agens, inter regalia numerat officiorum dignitatum-

tatum-

ratumque confirmationes, judicium conſulum, omniumque magiſtratuum creationes. Ad Imperatorem igitur recte dicemus pertinere poteſtatem conſtituendorum magiſtratuum & eius eſſe hoc regale, cum † ſit frons omnis jurisdictionis, Ang. *in rubr. ff. de jurisdict. omn. judic. nu. 2.* Marant. *de ord. judic. part. 4. diſt. 5 num. 3.* Heig. *quaſt. 9. num. 18. part. 1.* Abb. *conſil. 8. nu. 4. verſ. Nam apud Imperatorem. lib. 1.* ab † eoque jurisdictiones per conceſſiones, commiſſiones & confirmationes fluant, ac per appellationes, nullitates & querelas ad eum refluant. Bald. *in cap. 1. num. 11. de allod. & in cap. 1. §. adhac qui allodium. de pac. juram. firmand.* Curt. Sen. *conſil. 65. num. 2.* Abb. *conſil. 6. num 2. verſ. omnes enim jurisdictiones lib. 2.* Crauett. *conſil. 92. num. 99. & conſil. 963. nu. 2.* Vnde † apud Petrum de Vineis *lib. 6. epiſt. 26.* Imperator Fridericus II. in priuilegio Duci Auſtriæ conceſſo, de fulgore, inquit, throni Cæſarei, velut ex ſole radij, ſic cæteræ prodeunt dignitates, vt primæ lucis integritas memorati luminis non ſentiat detrimenta, tantoque magis imperiale ſceptrum extollitur, & tanto magis cura regiminis ſolicitudinis releuatur, quanto tribunal ipſius digniores in circuitu circumſpicit conſimiles regiones. Hac igitur conſideratione commoniti, qui cœleſti prouidentia Romani Imperij moderamur habenas, ſoli noſtri decus tam veterum dignitatum ornamentis fouemus, quam nouis honoribus ampliamus. 7 8 9

10 Adeo † vero certum eſt, poteſtatem creandorum magiſtratuum regale eſſe, vt eam inter maiora regalia referant Interpretes, ex quibus ſunt Zaſ. *in epit. feudal. part. 5. num. 14.* Caſtald. *in tract. de Imperat. quaſt. 110 caſ. 17.* Ferrar. Montan *de feud. lib. 5. cap. 7. verſ. Regalia adhuc.* Sonsbeck. *de feud. part. 8. nu. 19.* & plures alij ſupra *lib. 1. cap. 2. nu. 34.* allegati. Non † pauci ſunt, qui tradunt, quod *in hoc cap. vnic.* de poteſtate conſtituendi magiſtratum ſancitum eſt, in tabellionibus ſiue Notarijs etiam locum habere, vt videlicet jus eos creandi ſimiliter ſit de regalibus, & ſoli Imperatori, vel cui hoc dedit, competat, Innoc. *in c. cum P. tabellio num. 1. verſ. Nobis autem videtur. de fid. inſtrum.* Andr. de Iſern. *in hoc cap. vnic. in verb. ad juſtitiam expediendam num. 65.* & *ibid.* Aluarot. *numer. 6.* 11

Afflict. *in verb. poteſtas. n. 10. in fin.* Iaſ. *in l. Imperium. n. 28 ff. de juriſd. omn. judic.* Crau. *d. conſ. 338. nu. 2. verſ. Eadem ratione,* & plures alij.
12 Et † dicuntur huiuſmodi perſonæ voluntariam habere juriſdi-
ctionem, Anton. de Petruc. *in l. 1. nu. 227. verſ licet non habeant contentioſam. ff. de jureiur.* Panor. *in c. P. & G. nu. 14. de offic. deleg.* Franc. Marc. *deciſ. 489. nu 10. part. 1.* Marant. *de ord. judic. part. 4. diſtinct. 18. nu. 3.* Gail *obſeru. 1. nu 13. lib. 1. & obſeru. 71. nu 13. verſ. Communis eſt lib. 2.* Paurmeiſt. *de juriſdict. Imper. Roman. cap. 10. nu. 15. verſ. Tabelliones. lib. 1.* Rulant. *de commiſſar. part. 2. lib. 5. cap. 6. nu 24.* Bald. *conſ. 105. factum tale eſt. nu. 3. verſ. Et licet iſti. vol. 3.* Caſtrenſ. *conſ. 260. Viſis*
13 *compromiſſo. num. 4. in fin. lib. 1.* Iudicesque † chartularij vocantur,
Caſtrenſ. *in l. 1. nu. 18. ff. de judic.* Ioan. Ign. *in l. neceſſarios. §. non alias. n. 74. verſ. Nam & in pariſienſi curia. ff. ad SC Sylan.* Alex. *conſ. 92. videretur. nu. 5. lib 7.* Zaſ. *in parat. ff. de procurat. nu. 3. verſ. Et coram notario. & in l. acta. num. 2. verſ. Notarius tamen. ff. de re judic.* Mynſing. *conſ. 93. nu. 30. decad. 10.* Marant. & Gail. *iam allegatis locis.*
14 Adeo † vero Notariorum creatio de regalibus eſt, vt inter
maiora etiam regalia numeretur, Camerar. *in cap. Imperialem. de prohibit. feud. alienat. per Frider. pag. 641. verſ. ſeptima concluſ.* Afflict. *in hoc c. vn. in verb. regalia. nu. 32. & ibid.* Borcholt. *nu. 4.* Zaſ. *part. 5. num. 14. & conſ. 16. nu. 94. lib. 2.* Sonsbeck *d. part. 9. nu. 19.* Roſenth. *de feud. cap. 5. concluſ. 15. num. 2.* Ferrar. Montan. *de feud. lib. 2. cap. 1. & lib 5. cap. 7.* Pruckman. *ad rubr. quæ ſint regal. cap. 3. num. 2.* alijque ſupra *lib. 1. cap. 2. num. 35.* allegati. Et ſane ipſa experientia teſtatur, ne quidem per Electores aliosque principes Imperio ſubiectos Notarios creari, qui per Imperium ea, quæ ad officium notariatus pertinent, exerceant, nec eorum principum inueſtituris eiusmodi facultas inter alia regalia adijci ſolet, ſed ab Imperatore ipſo, vel ijs, qui vulgo Comites Palatini vocantur, talis
15 Notariorum creatio fit. Ideoque † eiusmodi Notarij per totum Imperium officium ſuum exercere poſſunt, idque etiam in alijs locis extra Imperium recte fit, vt teſtantur quamplurimi non ſolum Germaniæ ICti (è quorum numero præter alios ſunt Andr. Gail. *obſeru 71. num. 13. lib. 2.* Roſenth *de feud. cap. 5. concluſ. 15. gloſſ. 4 in fin.* Petr. Gilken. *in tract. de præſcript. part. 2. membr. 1. cap. 7. nu. 79.*

nu.79.& 80.) ſed & exteri, ex quibus ſunt Speculat. *tit. de inſtrum. edit.§.reſtat.nu 23.* de Gallia, Anglia & Hiſpania loquens, Bart.*in l.1.nu 3. verſ.ſecus ſi tabellio.ff.de offic.proconſ.* Alberic.de Roſat.*in l. lecta.nu.11.verſ.alij dicunt.ff.ſi cert.petat.* Choppin.*de doman Franc. lib.3.tit.21.num.4.verſ.ac principis quidem Notarius.* Abb.*in c.ſicut te. verſ.contrarium autem.Ne cleric.vel monach ſecularib.negot.ſe immiſc.* vbi dicit de facto ſeruari vt Notarij ab Imperatore creati etiam in terris eccleſiæ conſenſu partium inſtrumenta conficere poſſint, *& nu.13.verſ.Et hæc ſubiungit,* hanc opinionem ſibi videri Veriſſimam. Philipp.Franc.*in c.1.§.vlt.n.1.& nu.2. in fi.de for.compet. in 6.*Bellamer.*conſ.42.*Dn.Hugo.*nu.8.& 9.*aſſerens Notarium ab Imperatore creatum Pariſijs, & ſic in regno Galliæ poſſe inſtrumenta conficere, & ita eſſe inueteratam cõſuetudinem & communem obſeruantiam. Iaſ.*conſ.122.in præſenti cauſa.nu.1.verſ.Item collegium Notariorum vol.3.* Roland. à Vall. *conſ.91. Neruus præſentis conſultationis.nu.18.vol.3.* addens ita ſentire Dd. communiter *in c. cum P.tabellio de fide inſtrum.* Gabriel *commun.concluſ.lib.1.tit.de fide inſtrum.concluſ.1 nu.5.* Maſcard.*de probat.concluſ.920.nu.19.& 21.*& tam multi alij, vt hanc ſententiam communiter receptam eſſe aſſerat Andr.Gail.*d.nu.13.verſ.commune eſt,* vbi ſimul addit, idem in Notarijs creatis ab ijs, quibus Imperator creandi Notarios poteſtatem dedit (cuiusmodi ſunt Comites Palatini) locum habere, idque ita tradunt etiam Anton. de Butr. *in c.per venerabilem. qui fil ſint legit.* Sebaſtia.Sap.in addit. ad Abbat. *in c.pen.n.9. de fid. inſtrum.* Speculat, Bart. Philip.Franc.& Petr.Gilken. *iam allegatis locis,* Maſcard.*d.concluſ.926.nu 22.*

Quia † vero quam plurimi reperiuntur Comites Palatini, 16
Notarios creandi poteſtatem ab Imperatore habentes, tanto facilius Notarij creantur, & tanto maior eſt eorum numerus, naſciturque inde non exiguus abuſus (cuius etiam cum ſingulari reprehenſione mentio fit in conſtitutione Maximiliani I. de anno 1512. in princ.) & † multi reperiuntur ad notariatum omni- 17
no inepti & inhabiles, & male officio ſuo fungentes, adeo vt ſæpe eos ipſis teſtatoribus imperitiores eſſe dicant Alexand. *in l. filius à patre in princ.nu.3.ff.de liber.& poſth.* Cottm. *in ſuis memoralib. in verb.*

in verb. notariorum imperitia. Iaſ. *conſil. 97. num. 1. verſ. ſed præmiſſis vol. 4.* Menoch. *conſil. 328. nu. 26.* & inſtar picarum & pſitacorum in palatijs dominorum ſtantium, & ſine intellectu loquentium eſſe aſſerant. Roman. *ſing 52.* incip. *quid operatur. num. 2.* Cagnol. *in l. librarius num. 2. in fin. ff. de reg. jur.* Euerhard. ſen. *conſil. 26. nu. 4.* Scot. *reſponſ. 9. num. 13. tom. 2. lib. 3.* Pruckman. *conſil. 2. num. 91.* In
18 † dubio tamen Notarius peritus & legalis præſumitur, Pariſ. *conſ. 28. nu. 49. lib. 2.* Socin. jun. *conſil. 101. nu. 11. verſ. præterea lib. 1.* Guid. Pap. *conſil. 51. num. 5.* Neuizan. *conſil. 28. num. 18.* Crauett. *conſil. 727. num. 7.* Menoch. *conſil. 37. num. 110.* Zaſ. *conſil. 21. num. 3. lib. 1.* Non
19 † mirum vero eſt tantam eſſe imperitiam Notariorum, cum ſæpe ſine examine, & quidem ad ſolas etiam commendatitias literas creentur, licet ſingularis rigor in ijs examinandis adhiberi debuerit, quemadmodum in Camera Imperiali in Notarijs fieri
20 ſolet, qui † ibi in matriculam relati poſtea ſoli, non etiam alij, quantumuis admodum periti, proceſſus eiusdem iudicij exequi poſſunt, ordinat. Camer. *part. 1. tit. 39. in princ.* Mynſing. *obſ. 78. cent. 1.* vbi addit, ſe multas executiones proceſſuum ab alijs Notarijs factas in eo judicio vidiſſe caſſari, & Gail. *obſeru. 54. nu. 6. lib. 1.* dicit, ſi alij quam immatriculati Notarij proceſſus Cameræ exequantur, proclama contra citatum non decerni, neque in eius contumaciam procedi. Atque hinc liquet, qualem poteſtatem Camera Imperialis Notarijs dare poſſit. Creandi tamen notarium aliquem jus non habet, atque eſt ea poteſtas, quam Notarijs ſuis immatriculatis dat, tam reſtricta, vt extra proceſſum eiusdem iudicij nihil præcipuum habeant, adeo vt commiſſiones in eo judicio decretas & citationes commiſſariorum deputatorum exequi poſſint alij etiam Notarij, idque eo minus mirum videri debet, quod eiusmodi executio fieri quoq; poſſit per quemlibet nuncium, vt recte etiam monet Rulant. *de commiſſar.*
21 *part. 1. lib. 4. cap. 23. num. 7.* Obſeruandum † vero eſt generaliter, Notariorum tale eſſe officium, vt quemadmodum magiſtratus juſtitiam adminiſtrare tenentur, ſic & Notarij operam ſuam denegare non debeant, & ad huiusmodi operam partibus præſtandam juramento etiam adſtringantur, & diplomatis quibus Co-

mitibus

mitibus Palatinis eorum creatio conceditur, adijci ſoleat, quod eiuſmodi juramentum præſtare debeant: Et quemadmodum Magiſtratus juramentum præſtant, de adminiſtranda juſtitia, ita & Notarij ad adhibendam in officio ſummam diligentiam, & ſe conſtitutionibus Tabellionum conformes exhibendos, juramento adſtricti ſint, & cogi poſſint ad ſeruiendum partibus, idque expreſſe ſancitum eſt in prædicta conſtitutione Maximiliani I. §. Es iſt auch ein Notarius/ꝛc. & tanquam juri etiam communi conſentaneum eſſe traditur à Bart. *in l. generali. num. 14. verſ. ſed nunquid tabellio. C. de tabular. & ſcrib. lib. 10.* Bald. *in rubr. Cod. de fid. inſtrum. num. 3. & in l. prouidendum. num. 4. C. de poſtuland.* Angel. *in l. 1. §. ait prætor. num. 2. verſ. & ſic Notarius cogitur. ff. de edend.* Rip. *in l. 1. num. 23. C. eod.* Abb. *in d. c. ſicut te. num. 19.* Felin. *in c. quoniam contra. num. 5. & ibid.* Beroj. *nu. 41. de fid. inſtrum.* Dec. *in l. inuitus. nu. 4. ff. de reg. jur.* Mandoſ. *de monit. quæſt. 55. nu. 6. & 10.* Roſenth. *de feud. cap. 12. concluſ. 9. nu. 22.* Rulant. *de commiſſar. part. 1. lib. 4. cap. 8. nu. 15.* Atque hæc quidem cum ita ſe habeant, mandata etiam ſine clauſula & compulſoriales contra Notarios officium ſuum denegantes, impetrari poſſint, Frid. *lib. 2. c. 55. n. 4.* Adijcitur vero ab Imperatore Maximiliano *in d.* §. Es iſt auch ein Notarius/ꝛc. expreſſe limitatio in eo Notario, qui Doctor, decurio, vel Clericus eſt, eaq; non minus quam ipſa regula cum jure communi congruit *l. vniuerſos C. de decur. lib. 10. c. ſicut. ne cleric. vel monach. negot. ſecular. ſe immiſc.* Roman. *in l. ſi vero. §. de viro. num. 128. ff. ſolut. matrimon.* Idque generaliter & indiſtincte ita conſtitutum eſt, ideoque ea notabilis exceptio tam in ijs, qui ab Imperatore, quam qui à Comitibus Palatinis creantur locum ſibi vendicat. Et ſimiliter limitatio conſtitui poteſt in eo qui multitudine negociorum circa officium notarij concurrentium impeditur, Roman. *in d. §. de viro. nu. 241. verſ. ſecundo probatur.* Felin. *in d. c. quoniam contra num. 5. verſ. poſſet tamen illud limitari. & ibid.* Dec. *nu. 40.* Mynſ. *nu. 31.* Illud etiam obſeruandum eſt, Notarios non habere arbitrium & facultatem officio ſuo ſine permiſſu ſummi Principis, cuius auctoritate creati ſunt, renunciandi, nec ſignetum ſuum ſine judicis auctoritate mutandi, aut alieno ſigno inſtrumentum ſignandi.

Quam vero neceſſarius ſit Notariorum vſus, ipſa experientia teſtatur, & ex dicta conſtitutione Maximiliani I. §. *Es iſt auch ein Notarius/ꝛc.* & §. *Es ſollen auch/ꝛc.* & *alijs locis* liquet, ideoque miniſter boni publici appellatur *in d.* §. *Es iſt auch ein Notarius/ꝛc.* Atque hinc in auditorio Rotæ Romanę obſeruatur, vt, quemadmodum ſcribit Veſtrius *in ſua praxi lib. 2. cap 21. num. 1.* ſinguli eius Auditores habeant quatuor Notarios, & ſic in ea quadraginta octo Notarij, tanquam actuarij, cauſis adhibeantur, & quadruplo plures Notarij ſint, quam Auditores ſiue judices.

22 Vt † autem ad magiſtratuum creationem redeamus, quemadmodum ea de regalibus eſt, & à Friderico nominatim *in hoc c. vnic.* inter ea ponitur, ſic & idem dici poteſt de varijs dignitatibus, quod videlicet ad regalia pertineat jus huiusmodi dignitatibus aliquem inſigniendi. Inter eas eſt non ſolum Ducatus, Marchionatus, vel alia regalis dignitas, ſed & ea, quæ nobilitas appellatur, cum jus nobilitandi de regalibus ſit, & quidem ad maiora etiam pertineat, vt dictum eſt ſupra *lib. 1. c. 2.* Huiusmodi dignitatem habent non ſolum ij, qui expreſſe nobiles creati, ſed & qui ſine tali creatione tantum in aulæ Imperatoriæ ſenatum aſſumpti ſunt *l. 2. in princ. Cod. de legib. l. quiſquis. in verb pars corporis noſtri ſunt, C. ad l. jul. maieſtat. l. 1.* vbi Bart. & Ioan. de Plat. *l. jus ſenatorum. C. de dignitat. lib. 12. l. ſenatorum cum l. ſeq. Cod. eod.* Bon. de Curtil. *de nobilit. part. 3. num. 142.* Choppin. *de doman. Franc. lib. 3. tit 26. num. 12.* Pruckm. *conſ. 2. num. 95.* Tiraquell. *de nobilit. cap. 6. nu. 21.* vbi addit, eo ipſo, quod quis in ſenatum regij parlamenti Pariſienſis aſſumptus eſt, nobilitatem acquirere. Idem de eo parlamento teſtatur Choppin. *d. loco.* vbi etiam diuerſis temporibus ita judicatum eſſe teſtatur, & ſimiliter Tiraquell. *d. loco.* præiudicium adducit. Guido Pap. *deciſ. 376. num. 1. verſ. ſed ipſi domini, &c.* in ſpecie etiam de curia regia Delphinatus ait, per ſolam aſſumptionem in eam aliquem nobilem fieri. Etſi vero huiusmodi munus ſiue magiſtratus ad filios non tranſeat, etiamſi idonei ſint, tamen nobilitas in ijs continuatur, ſiue ad eiusmodi officia apti ſint, ſiue non, idque commune omnibus nobilibus eſt, & ita ſe habet etiamſi mater plebeia fuerit *l. filium & l. ſeq. ff. de ſenator. l. exemplo. C. de decur.*

Digitized by Google

de decur. lib. 10. l. vlt. C. de incol. lib. eod. l. mulieres. C. de dignit. lib. 12. Eſt autem inter eas dignitates & honores, quorum collatio de regalibus eſt, etiam Doctoratus, adeo vt inter maiora quoque regalia referatur, vt dictum eſt *lib. 1. cap. 2.* vbi jus creandi Licentiatos, Poetas, liberalium artium magiſtros, & Comites Palatinos ad maiora regalia pertinere oſtenſum eſt, idque eo magis in Comitibus Palatinis attendendum eſt, quod hi ex conceſſione ſiue delegatione ſibi facta non ſolum creandi Notarios facultatem, quam ad maiora regalia pertinere diximus, habere ſoleant, ſed & nonnunquam famæ reſtituere, ſpurios legitimare, veniam ætatis dare, authoritatem in adoptione, quæ per arrogationem fit, interponere, Nobiles ac Doctores creare, pluraque alia ad Imperatoris poteſtatem & regalia pertinentia exercere poſſint, vt à me traditum eſt *lib. 1. cap. 4. nu. 103. & 104.*

Tenendum † vero eſt de regalibus eſſe non ſolum jus ma- 23
giſtratum conſtituendi & prædictas reliquas dignitates & honores conferendi, ſed & confirmandi, Panorm. *conſ. 6. nu. 2. verſ. ipſe etiam Imperator. lib. 2.* Curt. ſen. *conſ. 65. num. 2.* Crauett. *conſil. 963. num. 2.* item † abrogandi ac tollendi, Crauett. *conſil. 338. num. 1. in* 24
fin. & conſil. 592. num. 99. verſ. principi porro. Bald. *conſil. 333. ad intelligentiam. nu 1. verſ. porro ad eum. vol. 1.* vbi ait, non ſolum gradationem ſed & degradationem ad principem pertinet, & diſerte ponere Senecam *lib. 6. de clementia ad Neron. in princ.* & addit; eum poſſe dignitates infringere, remouere & transferre. Idque ijsdem verbis ex eo etiam allegat & repetit Crauett. *d. conſil. 963. nu. 2. verſ. juriſdictiones & dignitates.* Idque confirmatur per text. *in l. vlt. §. adeo autem Cod. vbi Senator. vel clariſſ. ciuilit. vel criminal. conueniant. & in Nouell. 15. de defenſorib. ciuitat. §. interim, in fin.* ac per ea, quę de jure bellum tollendi pacemque cum hoſte ineundi, monetam reprobandi, & Vectigalia tollendi, immunitatemque ab ijs concedendi dicta ſunt *lib. 1. cap. 2. & lib. 2. cap. 1. 7. & 8.* quibus locis oſtenſum eſt, illa jura, non minus quam jus bellum indicendi, monetam cudendi, & vectigalia inſtituendi, de regalibus & quidem maioribus eſſe.

Porro † notandum hic in ſpecie eſt de magiſtratibus, Fride- 25

 ricum,

rium, dum poteſtatem eos conſtituendi inter regalia nominatim refert, ſimul diſerte addere hæc verba: *Ad juſtitiam expediendam.* Proinde cum & Imperatori tribuatur hæc poteſtas, & in eadem eo reſpiciatur, vt juſtitia expediatur, oſtendit eo ipſo quam ſacroſancta ſit hæc maieſtatis pars, & quam habeat hoc regale ab
26 omni quæſtu eſſe alieniſſimum, eoque † ſingulariter pertinet, quod *in d. l. vnic. §. qua lege. ff. ad l. jul. de ambit.* in qua Imperatoris hanc poteſtatem propriam eſſe proditum eſt, adeo ſtudium ambiendi magiſtratum damnetur, vt etiamſi lege julia de ambitu damnatus in integrum reſtituatur, tamen hic pœnam pecuniariam non recuperet, nec repetere poſſit, etiamſi res videatur ad
27 cauſam indebiti rediſſe. Non † defuerunt tamẽ olim Imperatores, qui ita inhiarunt turpi quæſtui, vt munera in magiſtratibus conſtituendis honoribusq; decernẽdis acceperint, & huiusmodi etiam magiſtratus honores vẽdiderint, quos Iuſtinianus optimo jure notat *in præfat. Nou. 8. vt judices ſine quoquo ſuffragio fiant, & in §. itaq; Deo,* Huiusmodi inter alios fuerunt Zeno & Anaſtaſius, qui, licet multo poſt editam à Theodoſio auream conſtitutionẽ, quæ extat *in l. vlt. C. ad l. jul. repetund.* rerum potiti ſint, tamen non memores huius ſanctæ dignitatis, eiusque, de qua agimus, poteſtatis Cæſareæ maieſtatis, nec iſtius aureæ conſtitutionis Theodoſianæ, omnes magiſtratus venales habuerunt, & per Sebaſtianum præfectũ ſuum vltimo licitatori vendiderunt, quemadmo-
28 dum Suid. teſtatur. Ab † horum Imperatorum moribus abhorrentiſſimi fuerũt boni Imperatores, inter quos Capitolinus ſcribit fuiſſe M. Antoninum. Alexander etiam Seuerus, licet Imperium nũquam grauiori inopia, quam poſt mortem Heliogabali, naturæ portenti, cui ille ſucceſſit, laboraſſe dicatur: tamẽ turpes iſtas nundinationes magiſtratuũ maxime deteſtatus eſt, & refert Spartianus, eum aliquando in pleno ſenatu dixiſſe: Non patiar mercatores poteſtatum. Theodoſius junior, princeps religioſiſſimus, peculiarem *in d. l. vlt. C. ad l. jul. repetund.* promulgauit conſtitutionẽ, qua grauiſſime & cũ pœnæ adiectione ſtatuit, ne quisquã vel donationis, vel venditionis, vel alio titulo ad honores admitteretur. Et Theod. *lib. 3. tripar. hiſtor.* præter alios Imperatores,
Marcia-

Marcianum quoq; optimum Principem, qui Theodoſio iuniori ſucceſſit, conſtitutione cauiſſe narrat, ne pro magiſtratu pecunia daretur. Sed & Iuſtinianus turpe eſſe duxit, pro magiſtratu pecuniam numerari, ideoq; huiuſmodi mercaturam inhibere voluit *in d. Nouell.* & hanc prohibitionem confirmauit *Nouell. 17. de mandat. princ. §. 1.* ibi: *ſine omni ſuffragio*, & Tiberius ſecundus Iuſtiniani exemplum ſecutus hoc ius comprobat & confirmat *Nou. 161. de prouinc. præſid.* Iuſtinianus vero *in d. Nou. 8.* ita de hac prohibitione iſtarum nundinationum agit, vt in præfatione graues cauſas eius prohibitionis exponat, & inter cætera aſſerat, pro magiſtratu accipere vel dare omnis nequitiæ principium & finem eſſe, & quemadmodum pecunia pro honoribus expenditur, ſic eos, qui in honoribus obtinendis ea ratione votis compotes redduntur, poſtea pecuniæ & muneribus inhiaturos, dum magiſtratu funguntur, quod & Ariſtoteles ſentit *Politic. lib. 2. cap. 9.* & ei hac in re aſſentitur Princeps prudentiſſimus & optimus Alexander Seuerus, vt à Lampridio memoriæ proditum eſt. Sunt, qui idem ſcribunt Pium Galliæ Regem Ludouicum 12. de hiſce nundinationibus ſenſiſſe. Quando † vero magiſtra- 29
tus ac iudices pecuniæ & muneribus inhiant ad eaq; magis quam ad veram & debitam iuſtitiæ adminiſtrationem reſpiciunt, affectibus ſolent indulgere, & deflectere à tramite iuſtitiæ, quæ conſtans & perpetua eſt voluntas ſuum cuiq; tribuendi *l. 1. de iuſtit. & iure & in princ. Inſtit. eod.* Requirit † igitur Fridericus noſter in 30
Magiſtratibus conſtituendis, vt ad iuſtitiam tanquam rem ſacratiſſimam expediendam creentur, & ea ratione hoc auguſtum regale vſurpetur, quod quidem eo rectius & ſalubriori conſilio ab Imperatore factum eſt, quod nulla maior peſtis Reipubl. ſit, quam iniuſtitia, & omnium rerum publicarum & regnorum fundamenta iuſtitia nitantur. Proinde Fridericus ſecundus in priuilegio Duci Auſtriæ conceſſo: *Cæterum vt pacem*, inquit, *& iuſtitiam, quæ ſunt regnorum fundamenta, poſſis in prædicto tuo regno cōſtantius fouere, præſentium vigore tibi concedimus, vt ſi quis in prædicto regno tuo manifeſtus extiterit malefactor, tuo videlicet aut curiæ tuæ iuſto*

iudicio condemnetur. quæ verba Friderici ſecundi extant apud Petrum de vineis *lib.6.c.26.*

31 Atq; hæc cum ita ſint, tales † in hoc regali requiri dicemus magiſtratus, qui ſe merito iuris & iuſtitiæ ſacerdotes profiteri, & de ſe ex Vlpian. *in l.1. in princ.ff. de iuſt. & iur.* hæc renunciare poſſint: Iuſtitiam colimus, & boni & æqui notitiam profitemur, æquum ab iniquo ſeparantes, licitum ab illicito diſcernentes, bonos non ſolum metu pœnarum, verum etiam præmiorum exhortatione efficere cupientes, veram non ſimulatam Philoſophiam affectantes, & vt eo rectius ius & iuſtitia colatur, non quibuslibet hoc munus eſt committendum, ſed probiores minus probis, mediocriter ſenes iunioribus, eruditi indoctis, ditiores iis, qui tenuioris fortunæ ſunt originarij peregrinis, & alij magis idonei minus idoneis, præferendi ſunt.

32 Cumprimis † vero hic de magiſtratus creatione tenendum eſt, quod ab ea alieniſſima eſſe debeat omnis venditio magiſtratus, quia vt recte ait Petr. Greg *d.c.1.n.34.* hac negotiatione, qua officia & dignitates diſtrahuntur, & vendendo in alios transferuntur, nihil poteſt accidere peius, cum pro vno aureo, quo officiarij redimunt officia & iuriſdictionis poteſtatē à Principe, infinitas reuendendi carius iuſtitiam ſubditis occaſiones aucupentur, adeo vt etiam impudenter audeant in ſubditos graſſari, palamq; ſupra ſportulas debitas petere, quod iam principi pro mercatura officiorum dicunt ſe præbuiſſe: quod non tantum prohiberi intereſt Principis & Reipublicę, ſed & minatur ſub verſionem totius legitimi ſtatus. Eodem pertinet, quod veriſſime Bodin. *de repub. lib.6.c.1.* ſcribit his verbis: *Omnium ſordidorum mercaturæ generum, quæ multa ac varia ſunt, nullum ſordidius, nullum turpius, nullum deteſtabilius magiſtratuum & honorū mercatura; quæ nunquā tolerabilis eſſe poteſt, niſi extremis temporibus vt ſalute Reipublicæ conſulatur*

Vt aūt huic malo occurreretur & magiſtratib. tanto magis omnis anſa malitioſe in ſuo munere verſandi præcideretur, Iuſti-
33 nianus † *in d.Nou 8.vt iudices ſine quoquo ſuffragio.* ſancte conſtituit, vt ſolenni iuramento obſtringerentur, & ſecundū formulā iuramenti

menti eidē Nouellæ ſubiectā iurarēt, ſe nihil dediſſe, vel daturos eſſe, vel etiā promiſiſſe ad conſequendū magiſtratū, ſolariis ſuis contentos eſſe, & quemadmodū gratis magiſtratū adepti eſſent, ſic & gratis iuſtitiā adminiſtrare velle, itē paterna affectione & cura ſubditos complexuros, odioq́; vel gratia vel ſimilib. locum nullū daturos, ſed iuxta æquitatē & leges iudicaturos eſſe. Quod
34 poſtremū de æquitate † videlicet & legib. à magiſtratib. ſeruandis ita Dd. communiter interpretantur, vt diſtinguendum eſſe putent inter minores & maiores magiſtratus, quaſi hi ſoli poſſint æquitatis habere rationē, & de ea reiurent, nō minus quā de legibus, illi vero ſolis legib. adſtricti ſint. Quę diſtinctio nata eſt ex *auth. Hodie C. de iud.* vbi opera Irnerij ita verba authenticæ concepta ſunt, vt excipiantur defenſores ciuitatū tanquā minores magiſtratus, quaſi hi ſoli tantū ſecundū leges iudicare teneātur, nec æquitatis rationē habere poſſint, idq́; deſumpſit Irnerius ex *Nou. 15. de defenſorib. ciuit. §. Iuſiurandū,* vbi tamen ea diſtinctio non reperitur, ſed ſimpliciter iniungitur defenſoribus ciuitatum, vt ſecundum leges iudicent. Et ſane *Nou. 82. §. Omnis autem.* ſine vlla exceptione de omnibus & maioribus & minoribus iudicibus cauetur, vt id, quod legibus conſentaneum eſt, attendant. Cen-
35 ſentur † autem legibus congruum eſſe & illud, quod æquitatis ratio flagitat, & Iuſtinianus in *d. Nou.* 8. in qua prædictum iuramentum per formulam eidem additam in magiſtratibus requirit, non ſolum de maioribus, ſed & de minoribus magiſtratibus
36 agit. Accedit, quod † idem Imperator *in l. Rem non nouam. Cod. de iudic.* de iuramento à magiſtratu præſtando agens, velit nullam adhiberi diſtinctionem inter maiores & minores magiſtratus & iudices, ideoque tam hos quam illos iurare, ſe id, quod legibus & æquitati conſentaneum eſt, iudicaturos. Id enim per veteres leges, quarum ibi meminit, denotatur, neq; aliud vſus ho-
37 die docet. Quæ cum ita ſe habeant, apparet † inde, Irnerium lapſum eſſe in concipienda d. auth. Hodie, idque eo minus mi-
38 rum videri debet, quod † in *Authent. inceſtas Cod. de inceſt. nupt. et in Authent. bona damnatorum Cod. de bon. damnat. ſeu proſcript.*

(vt

(vt ſupra *c.11. nu.75. & c.12. nu.28.* oſtenſum eſt) & in variis etiam aliis authenticis ex Nouellis deſumptis & Codici vſq; ad tres eius libros poſteriores (in quibus nullla Authentica, ex Nouellis excerpta, reperitur) paſſim inſertis errauerit, & ea ratione ſæpe interpretes ſeduxerit, vt in hoc tractatu antea *in d.c.11. & 12.* obiter monui, & ante plures quam viginti annos docendo in Academia Marpurgenſi ſpeciatim de quamplurimis Authenticis Codici inſertis oſtendi, quo tempore & illud docui, eſſe inter tales authenticas in quarum etiam vna plures quam vnus vel duo errores ab Irnerio commiſſi ſunt. Huiuſmodi ſunt *Auth. caſſa C. de SS eccleſ. Auth. ſicut alienatio eod. Auth. generaliter C. de Epiſcop. & cler. Auth. hodie C. de iud. Auth. nouiſſime C. de inoffic. teſtam. Auth. ſed nouo C. ſi cert. petat. Auth. hoc amplius C. de fideicomm. Auth. in teſtamento C. ad SC. Tertull. Auth. idem eſt in his C. de bon. quæ lib.*

39 Nec † deſunt inter ipſos etiam Dd. qui de vitiis eiuſmodi authenticarum eo nomine, quod ab Irnerio tanquam Iuris Interprete, & aliquid mutandi facultatem non habente minus recte ex Nouellis exceptæ ſint, mentionem faciunt & eum reprehendunt. Talis eſt Accurſius ſiue gloſſa *in auth. quibuſcunque, Auth. qui res & Auth. quas actiones in fin. C. de SS. eccleſ. Auth. Sed nouo C. de epiſc. & cleric. Auth. Sed & periculum C ſine cenſu vel reliq. Auth. ex cauſa C. de liber. præterit. & in nonnullis aliis Authenticis.* Tales ſunt etiam Franciſc. Aretin. *in l. eius qui nu.3. verſ. ſed quæritur ff. de teſtam.* Ronchegall. *in l. reos §. cum tabulis nu.77. ff. de duob. reis.* Zaſ. *conſ.4. nu.7. verſ nec enim noua eſt iſthæc querela l b.1.* Claud. Cantiunc. *de offic. iudic. lib.2 nu.2. & 3.* Didac. Couarr. *in c. ſi heredes nu.7. verſ. Verum quia de teſtam.* Pinell. *in auth. Niſi tricennale num.57. ſub fin. C. de*
40 *bon. matern.* Obſeruandum † vero ſimul eſt, multa eſſe in diuerſis eiuſmodi authenticis in Codicem ex libro Nouellarum relatis, quæ licet erronea ſint, & ab ipſo Nouellarum textu aliena, tamen ex communi errore tantam authoritatē ſunt adepta, vt nō ſolum communi vel crebriori Dd. conſenſu ſint recepta, ſed & primariarum & ſummarum curiarum deciſionibus comprobata ac quaſi confirmata, eoq; res deuenerit, vt ex parte tanquam

leges

Digitized by Google

leges & conſtitutiones in ius Canonicum verbotenus translatæ ſint, & quod *in c. quia ingredientibus 19. quæſt. 2.* dicitur, aperta lege decretum eſſe, à gloſſa non referatur ad ius Nouellarum, ſed ad *Auth. ingreſſi. C. de ſacroſ. eccleſ.* tanquam veram & apertam legem.

Ex eiuſmodi authenticis cum errore ab Irnerio in iis commiſſo in ius Canonicum relatis ſunt etiam *Auth. hoc ius porrectum Auth. ſicut alienatio Auth. quibuſcunque Auth. qui res, & Auth. perpetua C. de SS. Eccleſ.* Atque ex his omnibus liquet, omnino conſultum eſſe, vt ipſæ Nouellę, quæ à nonnullis Dd. Colophon reſpectu reliqui iuris ciuilis appellantur, teſte Reuſner. in ſuo tractatu *de Iuriſprudentia* diligenter legantur, nec ſolis authenticis omnino fidatur, cum præſertim dulciores ex ipſo fonte & aqua torrentis, quam riuulis bibantur aquæ, Innocent. *in c. quapropter nu. 2. de elect.* Afflict. *deciſ. 265. num. 12.* Quibus omnibus de authenticis Irnerij, quæ nihil aliud ſunt quam Epitome, illud addo Iuliani patritij & anteceſſoris ciuitatis Conſtantinopolitanę Epitomen in multis meliorem eſſe, quam illam, verſionemq; eius ſimiliter in multis eſſe meliorem, quam veteris interpretis Nouellarum.

Capvt XVI.

De argentariis.

Svmmaria.

Fodinas præcipue vero auri & argenti auctor commendat.

2 *Argentariarum appellatione* in hoc c. vn. *quidam munus argentariorum vel poteſtatem argentariæ faciendæ venire putant, quæ opinio à Dd. communiter reiicitur & ab auctore refutatur* n. 3.

4 L. Argentarius. §. 1. ff. de edend. *declaratur.*

5 *Per argentarias Fridericus intelligit metalli fodinas, & eas ita etiã*

appellat Henric. VI. in ſua conſtitutione quæ extat apud Goldaſt. vbi addit eas inter regalia computandas eſſe.

6 *Metallorum varia eſſe genera & quot ſint.*

7 *Metallorum comes peculiaris olim erat, vt & metallorum procuratores,* n. 8.

9 *Metallarij qui ſint?*

10 *Metallici qui dicantur?*

11 *Damnati in metallum & in opus metalli differunt, quæ differentia eſt in vinculis,* n. 12.

13 *In metallum vel in opus metalli damnatorum durior eſt conditio, quam in opus publicum damnatorum.*

14 *In opus publicum ſoli liberi homines, in metallum vero vel opus metalli etiam ſerui damnantur.*

15 *In opus publicum, non autem in metallum vel opus metalli damnati retinent libertatem.*

16 *Metalli pœna etiam fœminæ afficiuntur.*

17 *Metalla in aliis prouinciis vberiora, in aliis rariora, in aliis nullæ inueniuntur.*

18 *Fodinas habentium quibus locis in iure fiat mentio.*

19 *Metallorum omnium, præcipue vero auri & argenti Germania hodie eſt ſacratiſſima.*

20 *Præter argenti fodinas an aliæ etiam regalibus ſunt annumerandæ &* nu. 23.

21 *Verba indiſtincte prolata, ſimpliciter & ſine diſtinctione accipienda ſunt.*

22 *Fodinam ſulphuris etiam ſulphuriam, calcis calcariam, auri aurariam vocari.*

24 *In fodinis omnibus publica vtilitas verſatur.*

25 *Metalla reliqua non minori impendio eruuntur, quam argentum & in illis non minus quam in hoc fiſco in legibus ius ſuum tribuitur,* numer. 26.

27 *Fodinarum non ſolum argenti ſed & aliorum in aurea Bulla Caroli IV. fit mentio.*

28 *Fodinas etiam alias quã argenti de regalib. eſſe, conſuetudine Germaniæ, & Dd. communi conſenſu receptum eſt.* 29 *Fodi-*

29 *Fodinas ſolas auri & argenti inter regalia referentes errare.*

30 *Ex fodina ferri ſiue ferraria in priuato fundo inuenta de iure Saxonico canon metallicus non penditur, licet de iure communi ſecus ſit.*

31 *Ad fodinarum regale pertinent etiam lapides precioſi, gemmæ, & marmora.*

32 *Fodinæ in publico loco inuentæ ſimpliciter ſunt de regalibus.*

33 *Bonorum Imperij, & eorum, quæ propriæ ipſius Principis ſunt, differentia.*

34 *Fodinas priuati in ſuis fundis inuentas recte poſſident, fructumq́, inde percipiunt &* n.46.47. *refutaturq́, Matth. de Affl.* nu.37. *id in auri & argenti fodinis non obtinere tradens.*

35 *Fodinæ in pupilli fundo repertæ ſine decreto alienari non poſſunt.*

36 *Vſufructuarius in fundo, cuius vſumfructum habet, recte fodinas facit.*

38 *Domino inuito alienam domum vel fundum ingredi non licet, & contra faciens iniuriarum tenetur.*

39 *Metalli eruendi gratia fundum alienum inuito domino ingredi permiſſum eſt, modo metallum tale ſit, quod vt eruatur, publice interſit* n. 40. & 54. *plures reſtrictiones vide* n. 48, & ſeqq.

41 *Venandi vel aucupandi gratia alienum fundum inuito domino iure communi ingredi non licet.*

42 L. Venditor. § ſi conſtat ff. comm. præd. *declaratur.*

43 *Ex fodinis in priuato fundo repertis fiſco debetur certa portio, quæ vocatur canon metallicus* n. 44.

45 *Fodinæ in priuato fundo repertæ tantum reſpectu portionis, fiſco ſoluendæ, quæ decima eſt, ſunt de regalibus, idque crebriore conſenſu tradunt ICti.*

48 *Fodere metalla non licet ſub alienis ædibus inuito domino, nec etiam cũ magno eius dãno* n. 49. *cuiuſmodi eſt læſio ſuperficiei. vbi refutatur etiam obiectio, quæ videtur ſumi poſſe ex* l. Fluminum §. fin. & l. procuius ff. de damn. infect. nu. 50.

51 *Fodere metalla in alieno fundo non licet ſi dominus ipſe fodere velit, quando alius eum non præuenerit* n. 52.

53 *Fodiendo in ſuo fundo vicinus meus mihi venam aquæ præcidere poteſt.*

54 *Metalli in ſuperficie fundi inuenta inuito domino inde eximi non poſſunt.*

55 *Metalla in alieno fundo citra inueſtituram ſecundum quoſdam fodi non poſſunt, quorum ſententia improbatur* n.56. *& quid conſuetudine obſeruetur* n.58.

57 *Correctio iuris in dubio vitanda.*

59 *Ex metallis in ſuo fundo repertis domino debetur decima.*

60 *Ea tamen vere non eſt decima, ſed intereſſe pro quaqua læſione fundi.*

61 *Ex metallis in publico loco inuentis duas decimas fiſco deberi aſſerit Afflictus & alij, ſed male* n.62.

63 *A ſeparatis ob diuerſitatis rationem non recte infertur.*

64 *Inter opiniones diuerſas illa, quæ vltimo loco ponitur, præfertur.*

65 *Fodere ſi dominus fundi vel alius inuentor, poſtquam ſemel cœpit, deſinat, vel moram trahat, Principem per metallarios ſuos fodere poſſe.*

66 *Fodere nolente domino fundi, ſi alij cum Principe concurrant, hic illis præfertur.*

67 *Ius potius in aliqua re habens in plurium concurſu præfertur.*

68 *In fodiendo ſi domino fodere nolente concurrant ſoli priuati, quid ſtatuendum ſit, ſiue communionem res ferat, ſiue non.*

69 *Per ſortem controuerſiam non eſſe dirimendam niſi in caſibus ſpecialibus & iure expreſſis.*

70 *Sortis iudicium cumprimis eo caſu, quod de tertij præiudicio agitur, non habet locum.*

71 *Fiſcus in reſiduo, quod ex metallis apud inuentorem, duabus decimis altera fiſco, altera fundi domino ſolutis, manet, reliquis emere volentibus præfertur, modo competens pretium ſoluere velit.*

72 *Fodinarum ſiue metallicorum operarum exercitium mandatis*

ſuis

ſuis Princeps promouere, & ne ſibi, quoad decimam, fraus ſtruatur, inſpectores conſtituere poteſt.

73 *Fodinas incultas jacere permittens ex conſtitutione Electorali Saxonica earum commodo priuatur, idque juri communi etiam conſentaneum eſt* nu. 74.

75 *Conſuetudinem huius vel illius loci quoad decimam, ab inuentoribus ſoluendam, attendendam eſſe, & quantum temporis in ea requiratur,* nu. 78. & 79.

76 *Conſuetudine generali an receptum ſit, vt fodina indiſtincte tam in priuatis, quam publicis locis inuenta de regalibus ſint?*

77 *An conſuetudo valeat, vt priuatus à principe deputatus in alieno fundo inuito domino ita metalla fodere queat, ne ei ratione intereſſe vel damni aliquid præſtet?*

80 *Fodinæ Electoribus Imperij ex aurea Bulla Caroli IV. ita competunt, vt à decima etiam immunes ſint.*

81 *Sunt hodie & alij principes comites, aliíque, qui ex conceſſione ſiue priuilegio Imperatoris fodinas tanquam regale habent ſine onere decimæ fiſco Imperatorio ſoluendæ.*

82 *A decima fiſco præſtanda non eſt immunis, qui inueſtitus eſt mero & mixto Imperio, vel cum omnibus feudi vtilitatibus,* nu. 83.

84 *Secus eſt, ſi in ſpecie ipſis fodinis inueſtitus ſit.*

85 *Verba in dubio ſunt accipienda pleniori & vberiori ſenſu, neue ſuperuacanea ſint,* nu. 86.

87 *Verba potius impropriè ſunt accipienda, quam vt ſuperfluitas quadam inducatur.*

88 *In fodinis in feudali fundo repertis, vaſallo ab Imperatore vel alio ius fodinarum & decimæ non habente, inueſtito, idem jus, quod dominis in fodinis, in ſuo fundo priuato repertis, competit.*

89 *Tempus immemoriale habet vim priuilegij & conceſſionis Imperatoriæ.*

90 *Fodinarum jus contra ipſum etiam Imperatorem ita immemoriali præſcriptione acquiritur, vt nihil decimæ nomine præſtetur.*

DEcimoſexto loco inter regalia numerantur Argentariæ, ideoque hic generatim agemus de fodinis, vt quæ ſub hoc regali, vt infra oſtendetur, hoc loco comprehenduntur. De † his, 1

præſertim vero de auri & argenti fodinis, cum Rupelio *in tractat. de monet. lib. 1. cap. 21. num. 27.* dici poteſt, quod fœlix & fortunata ſit reſpublica, quæ ijs abundat. Atque hinc apud Caſſiodorum *variarum libro 9. cap. 3.* Athalaricus Rex ſingulariter ſtudium inueniendi & eruendi metalla commendans, inter alia ait: *Decet vt inter tanta bona nec illa deſint, quæ putantur eſſe præcipua. Cur enim jacebit ſine cultu, quod honeſtum poteſt eſſe compendium? Aurum ſiquidem per bella quærere nefas eſt, per maria periculũ, per falſitates opprobrium,*
2 *in ſua vero natura, juſtitia.* Exiſtimat † autem Eguinarius Baro *in hoc cap. vnic.* per argentarias intelligendum eſſe munus argentariorum, vel potius poteſtatem argentariæ faciendæ, quod publicam cauſam munus argentariorum habere dicatur *l. argentarius. §. 1. ff. de edendo.* In eadem ſententia eſt Aluarot. *in d. cap. vnic.* qui tamen cum dubitatione id aſſerit. Matth. de Affl ct. *in deciſ. 331. nu 19.* ait, hanc opinionem eſſe peſſundandam, cæteriq; Do-
3 ctores communiter eam ſimiliter reijciunt. Et † ſane non eſt veriſimile, Fridericum de munere argẽtariorum loqui, tum quod non ſolum hoc munus priuatum ſit, & tãquam publicum in noſtro jure argentariç appellatione deſignari nõ ſoleat, ſed & quod in eo, vel etiam poteſtate efficiendi argẽtarias nullibi aliquid Imperatori tribuatur, vel fiſco aliquid deberi dicatur, tum quod nihil ad eminentiam & dignitatem Imperatoriam pertinens in tali munere ac poteſtate reluceat, tum denique, quod conſuetudo quæ optima legũ ſolet eſſe Interpres, repugnet, vt de ea con-
4 ſuetudine aſſerit Afflict. *d. deciſ. 331. n. 19.* Et † licet Eguinar. Baro, ex *d. l. argentarius. §. 1.* obtendat, argentariorum officium publicam habere cauſam, tamen eo nõ probatur, hoc munus eſſe publicum, quia ideo publicam cauſam habere dicitur, quod eorum opera communiter omnibus contrahere cum ijs volentibus, & quidem etiam alijs argẽtarijs, vſui fuerit *l. vn. C. negociator. ne milit. lib. 12.* vbi diſtractores argenti appellantur, & omnibus contractibus vtiles eſſe dicuntur, & ſic *in Nouell. 136. de contractib. argentar. §. ſecundum vero.* communem vtilitatem in contractibus exhibere, & ob eam ſe multis periculis immiſcere dicuntur, vt ingruentibus aliorum neceſſitatibus medeantur. Neq; alio pertinet,

tinet, quod *in l. quod priuilegium. ff. depoſit.* horum vſus neceſſarius eſſe dicitur. Et vt maxime eorum officium reuera nõ priuatum, ſed publicum munus eſſet, tamẽ obſtarent reliquæ rationes iam adductæ, quo minus appellatione argentariarum, de quibus Fridericus *in hoc cap. vnic.* loquitur, tale munus deſignari dicendum eſſet. Nec refragatur, quod magiſtratus munus ſit publicum, & eius conſtitutio *in hoc cap. vnic.* inter regalia referatur. Nam ex reliquo etiam jure communi manifeſte conſtat, quod ante hanc Friderici conſtitutionem poteſtas creandi magiſtratum de regalibus fuerit, & ad ſolum Imperatorem pertinuerit, eaque poſt legem regiam eius eſſe cœperit, *l. vnic. ff. ad l. Iul. de ambit.* Tale vero de argentariorum munere ne minimo quidem verbo vel expreſſe dicitur, vel etiã tacite innuitur. Manet † igitur verum, 5 Fridericum nullo modo de argentariorum munere, ſed de ſolis fodinis metallorum loqui, dum argentariarum meminit, eaque ſententia eſt Andr. de Ifern. Afflict. aliorumque Dd *in hoc c. vn.* inter quos etiam ibidem ſunt Cuiac. & Borcholt. & ſimiliter *in l. cunctis. C. de metallar. alijsque locis.* Interpretes plerique omnes ſententiam hanc comprobarunt. Atq; hæc ſententia eo etiam confirmatur, quod Henricus VI. in ſua Conſtitutione, quæ extat apud Goldaſt. *Conſtit. Imper. tom. 3. pag. 362. & ſeq.* de hoc ipſo regali agens id argentifodinam appellet & eam ad jura Imperij pertinere, & inter regalia computandum eſſe addat.

Metallorum † vero, quæ ex terræ venis fodiuntur genera 6 ſunt varia, Matth. de Afflict. *in hoc c. vn. ve b. argentariæ, nu. 9.* Luc. de Penn. *ad rubric. C de metallar. lib. 11.* & ex eo Rebuff. *in l. inter publica § fin. ff. de verbor ſignif.* ſeptem dicunt eſſe genera metallorum, videlicet aurum, argentum, electrum, æs, ſtannum, plumbum & ferrum, atq; hoc eodem modo docet Iſiodor. *lib. 16. c. 16.* Sed plura eſſe genera metallorum, ex jure cõmuni manifeſtum eſt. Eoque pertinet, quod Vlpian. *in l. aut damnum. §. eſt pœna ff. de pœn.* dicit, metallorum multa eſſe genera, & in ſpecie varijs juris noſtri locis fit mentio metallorum, & loquuntur leges non tantum de auri & argenti fodinis, ſed etiam de ęre, ſtanno, plumbo, cupro, alumine alijsque metallis & eorum fodinis. Atq; huc ſpectat

ſpectat cumprimis etiam generalis tit. *C. de metallar. & metall. & procur. eor. lib. 11.* Sic & euincitur ex aurea Bulla Caroli Quarti. §. *præſenti hac conſtitutione* vbi non tantum auri, argenti, ſtanni, cupri, ferri, plumbi fit mentio, ſed & annectuntur hæc generalia verba: *& alterius cuiuscunque metalli.* Et quidem duodena genera metallorum reperiri, & inter hæc octo perfecta eſſe, videlicet aurum, argentum, æs, electrum, cuprum, ſtannum, plumbum, ferrum, reliqua imperfecta, argentum viuum, marmor album, ſal ſubterraneum, & minium, tradit Taboet. *de parad. & ſumm. mag. priu. ſect. 3. fol. 164.* Andr. Knich. *in commentar. de Saxon. non prouoc. jur. cap. 5. nu. 104.*

7 Erat † olim peculiaris comes metallorum, vt apparet ex inſcriptione *l. 1. C. de metallar.* & ex eo libro, qui *notitia Romani Imperij* inſcribitur, videatur etiam Guido Pancirol. *in notit. Imperij Orient. cap. 47. & Occident. cap. 35.* Wolffgang. Lazius. *in ſuis commentarijs de Republ. Roman. lib. 2. c. 11.* vbi inter cætera ait, hunc comitem noſtra ætate vocari Cameræ Grauium. Sunt qui de huiusmodi Comite etiam allegant text. *in l. 2. & l. 3. C. de metallar. lib. 11.* Sed neque in textu, neque in inſcriptione harum legum vlla
8 fit eius mentio, nec aliquid de eo innuitur. Erant † olim, & procuratores metallorum, qui ſub Comite metallorum erant: horum procuratorum nominatim meminerunt Imperatores *in l. cum procuratores. C. de metallar.* vbi & in parte rubricæ eorum fit
9 mentio. Qui † metallarij in jure noſtro vocantur, non alij ſunt, quam qui metallum fodiunt, vt recte ait Bart. *in d. l. 1. in princ* & horum alij ſponte *d. l. 1.* alij conditione tales ſunt. *l. vlt. Cod. eod.* Godofred. *ad d. rubric.* Hotom. *in commentar. verb jur. in verb. metallarij.* Recte Lazius *in comment. Reipub. Roman. lib. 2.* eos ita deſcribit, quaſi ſoli ij appellentur metallarij, qui ad effodienda metalla damnati ſunt, & quaſi eo pertineat *d. tit. C. de metallar. & l. aut damnum ff. de pœn.* cum *d. l. 1.* diſerte de ijs, qui ſua ſponte tales ſunt, & *d. l aut damnum,* non de metallarijs, ſed metallicis loqua-
10 tur, & hi alij ſint, quam illi. Appellantur † enim metallici, qui pœna metalli damnati ſunt, quaſi metallo addicti & mancipati. *l. in ſeruorum. §. 1. l. in metallum. & l. aut damnum. §. in miniſterium. ff. de pœn.*

Digitized by Google

de pœn. Horum *in d. tit. C. de metallar.* omnino nulla fit mentio.

De pœna metalli crebberrime fit in noſtro iure mentio, & plerunque rei dicuntur in metallum vel in opus metalli damnati, quæ † duo diuerſa ſunt, vt apparet ex *l. aut damnum. §. eſt pœna,* 11
& §. ſeruos. l. moris. §. iſta fere & l. capitalium. §. diuus. ff. de pœn. l. 3. §. 1. ff. de re militari. & l. pen. in fin. ff. de var. & extraord. cognit. Diſcrimen † vtriuſque pœnæ eſt in vinculis, quia qui in metallum da- 12
mnantur grauioribus vinculis premuntur, qui in opus metalli leuioribus, & qui ſunt refugæ ex opere metalli, in metallum damnantur, ex metallo grauius coercentur, *d. l. aut damnum. §. inter eos. & d. l. pen. in fin.*

Durior † igitur eſt conditio eorum, qui in metallum, quam 13
in opus metalli damnantur, nec tamen eorum, qui in opus publicum damnari dicuntur, tam grauis eſt pœna, quam eorum, qui pœna metalli afficiuntur, ſiue in metallum, ſiue in opus metalli damnatos dicamus. *d. l. aut damnum. § fiſcus. l. ſunt quidam. & l. capitalium. in princ. verſ. deinde proxima. ff. de pœn.* Paul. *recept. ſentent. lib. 5. tit. 17.* In † opus publicum damnantur ſoli liberi homines, 14
non etiam ſerui, *l. ſeruus in opus. ff. de pœn.* In metallum vel opus metalli damnantur tam ſerui, quam liberi homines, *l. metalli ſupplicium. C. de pœn.* & qui † in opus publicum damnantur, retinent 15
libertatem *d. l. ſunt quidam.* qui vero in metallum vel in opus metalli damnantur, tam grauiter puniuntur, vt libertatem etiam amittant, & ſerui pœnæ fieri dicantur. *d. l. aut damnum. §. eſt pœna. d. l. ſunt quidam & l. in metallum ff. de pœnis l. 3. ff. de his quæ pro nō ſcript. hab. l. in metallum. C. de bon. proſcript.* Sed hoc genus pœnæ antiquatum eſt à Iuſtin. *in Nouell. 22. de nupt. §. quod autem.* Non † ſolum 16
autem viri, ſed & fœminæ metalli pœna afficiuntur *d. l. aut damnum. §. in miniſterio. d. l. capitalium. §. Diuus. d. Nouell. 22. §. quod autem. & l. vlt. C. de metallar. lib. 11.*

Aliæ † prouinciæ alijs in Imperio Romano vberiora metal- 17
la, vel potius vberiores fodinas metallicas habuerunt, & fuerunt etiam quæ nullas fodinas habuerunt, teſte Vlpiano *in d. l. aut damnum. §. eſt pœna.* vbi addit, quæ non habēt, in eas prouincias mittere damnatos, quæ habent metallū. In † ſpecie vero de ijs locis, 18

quæ habent metalla & fodinas mentio fit Galliæ *in l. diuortio. §. ſi vir ff. ſolut. matrim. & l. datis. C. Theodoſ. de metall. lib. 11.* Italiæ *in d. l. datis* Macedoniæ, Daciæ, Mediterraneæ, Myſiæ ſeu Dardaniæ *in l. cum procuratores. C. de metallar.* Ponticæ Diœceſis *in l. per annos. C. eod.* Aſianæ Diœceſis *in d. l. diuortio. § ſi vir. & in d. l. per annos.* ſic etiam Docimeni, Proconnenſis & Troadenſis metalli meminerunt *l. per omnes. & l. primipili. C. Theodoſ. de indulg. deb. lib. 11.* & de Proconnenſi metallo loquitur Iuſtin. *in d. Nou. 22. §. quod autem.*

Meminerunt hiſtorici & aliarum prouinciarum ac locorum, quæ fodinas metallicas & olim habuerunt, & adhuc habent. In-
19 ter † hæc loca eſt etiam Germania noſtra, vt quæ eſt his præſertim temporibus omnium metallorum & cumprimis etiam auri & argenti fertiliſſima, & fodinis abundat. Atque hinc in varijs conſtitutionibus Imperij fodinarum Germaniç mentio fit, & ex parte certum jus de ijs conſtituitur, prærogatiuaq; etiam aliqua in cudenda moneta, & officinis ad eam rem habendis, conceditur ijs, qui fodinas habent, juxta ea, quæ ſupra ſub ſeptimo regali, nimirum jure monetæ, de hac re dicta ſunt.

20 Cæterum † cum varia ſint metallorum genera, quæſtionis eſt, an ita per argentarias à Friderico *in hoc cap. vnic.* intelligantur fodinæ, vt non ſolum argenti fodinæ, ſed & aliorum metallorum fodinæ inter regalia numerandæ ſint? Qui argenti fodinis ſolis Fridericum accipiendum, nec quod de argentarijs ſtatuit, ad alias mineras trahendum eſſe autumant, non immerito viden-
21 tur vrgere ſtrictam ſignificationem verbi argentariæ, cum † indiſtincte prolata ſimpliciter & nulla adhibita diſtinctione accipienda ſint *l. 3. ff. de offic. præſid. l. de precio. ff. de publican. in rem act.* Et ſane eo verius eſt argentariam proprie nihil aliud eſſe, quam ar-
22 genti fodinam, quod in jure † ſulphuris fodina vocetur ſulphuraria, *l. aut damnum. §. in calcariam. ff. de pœn. l. ſi quis uxori. §. ſulphuraria ff. de furt.* calcis fodina calcaria *d. §. in calcariam.* cotis fodina cotaria *l. Cæſar. ff. de publican.* ac auri fodina auraria apud alios authores appelletur, Wolffgang. Lazius *in comment. de Repub. lib. 2.* eoq; pertinet, quod Tacit. *in annal. lib. 6. ſect. 3.* ſcribit, Tiberium aurarias ſibi ſepoſuiſſe publicatis Marij Sexti bonis, & adducit

Lazius

Lazius *in d. lib. 2.* antiquas inſcriptiones, in quibus etiam aurifodinæ nominantur aurariæ.

Sed † rationi conſentaneum eſt, vt idem dicamus obtinere 23 in auro, & alijs mineris, præſertim precioſioribus. Nam in his † 24 iam publica vtilitas verſatur, quæ in metallis ſpectari ſolet *l. 1. C. de metallar. lib. 11. & l. 3. C. Theodoſ. eod.* quib. locis generaliter metallorum fit mentio, & ſimul etiam commodorum Reipublicæ, quæ inde proueniunt. Et ſane propter publicam vtilitatem rei damnantur iure noſtro non ſolum in argentifodinas vel etiam aurifodinas, ſed & alias, cum pœna metalli ſit generalis, pertinens ad quælibet metalla, vt conuincitur ex *d. l. aut damnum.* §. *eſt pœna. & ſimilibus locis*, ſuperius de pœna metalli allegatis.

Non † minori etiam impendio & ſumptu reliqua metalla ef- 25 fodiuntur, quam argentum, vt de huiusmodi metallis generaliter argumentatur Mynſing. *in conſ. 39. nu. 8.* vbi & alios ita argumentantes adducit, & addit, cum ſalinarum quoque inter regalia meminerit Fridericus *in hoc c. vnic.* eo verius eſſe, quod de argentarijs ab eo ſtatuitur, ad alias mineras producendum eſſe.

Præterea † *in d. l. 1. & l. cuncti & tot. tit. C. de metallar. item in l.* 26 *cuncti l. hi quibus. l. priuatorum & tot. tit. C. Theodoſ. eod.* ea ratione metallorum etiam aliorum, quam argenti fit mentio, vt fiſco in ijs ius ſuum tribuatur, etiamſi ea metalla ex priuatis locis eruantur. Carolus † Quartus quoq; in ſua aurea Bulla *cap. 9.* de metalli- 27 fodinis, tanquam ad regalia ſpectantibus, agens, & in ijs priuilegium Regi Bohemiæ, & alijs Principibus & Electoribus concedens, meminit non ſolum argentifodinarum, ſed & auri, ſtanni, plumbi, cupri, ferri, annectitque hæc verba: *& alterius cuiuscunque generis metalli.* Accedit † his conſuetudo, præſertim Germaniæ, 28 qua non ſolum argenti, ſed & aliorum metallorum fodinæ ad regalia pertinere cenſeatur, cum ea tamen diſtinctione, de qua inferius dicemus. Accedunt etiam authoritates Dd. qui tenent, quod de argentarijs ſtatuit Fridericus, ad alias etiã fodinas, præſertim precioſiores, ſpectare, eorumq; eſt cõmunis opinio *in d. l. cuncti. C. de metall. & in hoc c. vn.* vt aſſerit Boſſ. *in tit. de metall. & argentifod. n. 1. verſ. tamẽ poſtea.* vbi & ipſe in hanc ſententiã deſcẽdit.

Idem faciant Cæpolla *de ſeruit. ruſtic. prædior. cap. 22. nu. 4.* Matth. de Afflict. in terminis aluminis *deciſ. 321.* Paul. de Caſtr. *in d. l. diuortio. §. ſi vir. nu. 4. §. ſolut. matrim.* Zaſ. *conſ. 16. nu 67. lib. 2.* Ferrar. Montan. *de feud. lib. 5. cap. 7. verſic. ex rebus metallicis.* Henning. Gœden. *conſ. 2. nu. 1. & 6.* & Mynſing. *d. conſ. 39. nu. 7. 8. 9. & 10.* Quæ cum ita ſint, idem tribuendum erit fodinis auri, aliorumque metallorum, quod argentarijs, vt ad regalia videlicet referantur.
29 Nec † recte Weſenb. *de feud. cap. 12. nu. 5. & conſ. 45. nu. 24. & conſil. 60. nu. 30.* ſolas auri & argentifodinas inter regalia refert, & reliquas à regalibus ſeparandas & excludendas exiſtimat. Refert †
30 quidem Rauchbar. *quæſt. 22. nu. 9. verſic. verum hic non obſtantibus.* de ferraria, ſiue ferrifodina in priuato fundo inuenta in conſilio Electores Saxoniæ ita pronunciatum eſſe, quaſi non eſſet de regalibus, nec vel tota fodina, nec aliquis canon ad Principem pertineret, ſed addit, hoc eam potiſſimum ob cauſam factum eſſe, quod diceretur ex manifeſta & notoria eius prouinciæ conſuetudine nobiles, aliosq; priuatos, huiusmodi fodinam in ſuis fundis abſq; decimarum, vel alterius canonis onere, & ſine expreſſa eius inueſtitione excolere non poſſe, & ex teſtium depoſitionibus conſtaret, vltra 30. annos eam ferrifodinam alijs certa mercede vtendam fuiſſe conceſſam, nihilque ex eo vectigalis vel decimæ nomine Principi vnquam præſtitum fuiſſe.

31 Quemadmodum † autem non ſolum argenti ſed etiam aliorum metallorum fodinas appellatione argentariarum *in hoc c. vnic.* comprehendi, & de regalibus eſſe diximus, ſic idem dicendum eſt de precioſis lapidibus, gemmis & marmoribus, vt ſint hæc eiusdem conditionis Affl ct. *in hoc c. vn. in verb. argentariæ. n. 11.* Caſtrenſ. *in l. diuortio.* alias *fructus. §. ſi vir. nu. 4. ff. ſolu. matrim. & conſ. 3. nu 4. & conſ. 4. num. 1. verſ. ſecundo debet. & conſ. 23. nu. 1. lib. 2.* Cæpoll. *de ſeruit. ruſtic. prædior. cap. 22. num. 4.* Boſſ. *de metall. num. 1.* Hartman. *lib. 2. tit. 24. obſeru. 1. num. 5.* Peregrin. *de jur. fiſc. lib. 4. tit. 2. num. 13.* Heig. *quæſt. 13. nu. 37. part. 1.* Confirmatur hoc textu *in l. cuncti & l. quosdam. C. de metallar. lib. 11.* cum præſertim iſte titulus ſit generaliter de metallarijs & metallis inſcriptus, idq; ſingulariter ponderat Caſtrenſis *ſupra citatis loc.* Facit etiam, q̄ & hæc magno ſum-

gno ſumptu ac labore reperiantur, Hartman.*d.nu.*5. vbi & hanc rationem addit, quod in iis etiam vertatur vtilitas publica. Idem tradunt Caſtrenſ. & Boſſ.*d.locis* & Peregrin.*d.tit.2. num.14.*

Atq; hæc quidem de metallis & aliis huc ſpectantibus cum ita ſe habeant, diſtinctio in iis adhibenda eſt inter locum publicum Principis & priuatum; ſiue ſit argentum, ſiue aurum, ſiue aliud metallum, quod in eiuſmodi locis reperitur, & inde effoditur. Nam † ſi publicus eſt locus, ſimpliciter dicemus fodinas 32
metallicas eſſe de regalibus, Andr.de Iſern. Laudenſ. & nonnulli alij *in hoc c. vn.* Idem tenent Iacobus Rebuffus, Celſus Hugo & alij Dd. communiter *in l. Cunctis C. de metallar. lib. 11.* Quibus in hac ſententia accedunt Iacob. de S. Georg. *in verb. & cum argentifodinis; num.2. & 3.* Rebuff. *in l. inter publica §. fin. ff. de verb. ſign.* Florian. *in l. ſed ſi inter duos §. quæſitum ff. de vſufr.* Boſſ. *de metall. & argentifod. n.* 12. dicens hanc rem nullam habere difficultatem Mozz. *de natural feudor. nu.*34. Peregrin. *d.tit.2.num.*12. Matth. de Afflict. *deciſ. 321.nu.11. in fin.* Zaſ. *conſ.16 nu.67.lib.2.* Gœden. *conſ.2.nu.9. verſ. ſi autem reperiuntur.* Schneidw. *de feud. part.2. nu.*106. *verſ. ſed ſi in publicis.* Petr. Heig. *quæſt.13.num.*19. *part.*1. vbi addit, in publicis non licuiſſe ſcrutari metalla. Et prædicta ſententia optima ſuffulta eſt ratione, quia effodere aurum, argentum, aliaq; metalla, non ſolum concernit publicam vtilitatem, ſed & ipſe locus eſt publicus Romani Imperij, & quæ in tali loco inueniuntur, non ita Principis ſunt, vt propriè eius eſſe dici poſſint, ac perinde habeatur, ac ſi in proprio eius fundo reperta eſſent. Nam † magna eſt 33
differentia inter ea, quæ Principis propria ſunt, ac ea, quæ vt publica propriè ſunt ipſius Imperij, ideoq; illa ab his ſeparantur, & vocantur propria Principis ſubſtantia *l.3.§.1.C. de quadrien præſcr.* & priuatum patrimonium *l.2.C. de offic. comit. rer. priuat. l. vlt. C. de agricol. & mancip. dom. lib.11.* item res priuatæ *l.1.C. de offic. comit. rer. priuat. l.2.3. & 4. C. de fund. rei priu. lib.11. l.1. & 2. C. de agricol. & mancip. dominic. lib. eod.* aliiſque ſimilibus appellationibus deſignantur, vt *lib.1.c.1.n.29. & 30.* oſtenſum eſt. Quæ vero ſunt Imperij & fiſci, nominantur patrimonium Principatus, vel fiſcale, vel pu-

LlII 3 blicum,

blicum, vel Imperij bona, aliiſque ſimilibus appellationibus denotantur, iuxta ea, quæ dicta ſunt *d. cap.1. num.33.* Proinde cum fructus ad eum, cuius eſt fundus, ſpectent, & huiuſmodi fructus etiam ſint metalla, vt infra oſtendetur, pertinent ea, ſi in loco publico inueniantur, proprie ad Imperium, conſequiturque, fodinas ita eſſe Principis, vt tanquam res Imperij & fiſci, ab eiuſque patrimonio ſeparatæ totæ & ſimpliciter de regalibus eius ſint, nec hoc ex iure communi ad ſolam decimam ſit reſtringendum.

Etſi vero fodinæ in publico loco inuentæ ſimpliciter ſint
34 Principis, tamen ſecus ſe res habet in priuato loco. Nam † priuati etiam poſſunt poſſidere fodinas & fructum inde percipere, cum in eorum fundis inueniuntur. *l. Item ſi fundi § ſed ſi lapidicinas & l. ſi cuius.* alias *æquiſſimum §. inde eſt quæſitum ff. de vſufr. l. venditor. l. conſtat ff. commun. prædior. l. fructus.* alias *diuortio. §. ſi vir. ff. ſolut. matrim. l. ſi ex lapidicinis ff. de iur. dot. l. forma. §. Salinæ. ff. de cenſib. l. generali. § vxori. §. de vſufr. legat. l. Cuncti & l. Quoſdam C. de metallar. lib. 11.* Eodemque facit text. *in l. 3. §. vlt. & in l. ſeq. ff. de reb. eor. qui ſub. tut. vel cur. ſunt,* vbi diſerte aſſeritur, quod priuatis liceat fodi-
35 nas poſſidere, & † Vlpian *in l. Magis puto eod. tit.* hanc ob cauſam ſubiicit alienationem earum fodinarum prohiberi, ſi in pupilli fundo ſint, niſi decretũ magiſtratus interueniat, & † vſufructua-
36 rium etiam huiuſmodi fodinas in fundo priuato, cuius vſumfructum habet, facere poſſe apparet *ex d. §. Item ſi lapidicinas d. §. inde*
37 *eſt quæſitum & d. §. ſi vir.* Conſtituit † quidem Afflict. *in hoc c. vn. num.* 11. differentiam inter auri argentique fodinas, & alias, quaſi hoc ius non ad illas, ſed ad ſolas has pertineat, & illæ tam in priuato quam publico loco inuentæ ſimpliciter ſint Principis. Sed vt alia taceam, refutatur ea ſententia cumprimis per expreſſos textus *in d. §. inde eſt quæſitum & d. §. ſi vir.* in quibus nominatim etiam auri & argenti fodinarum fit mentio, & in his idem quod in aliis fodinis ſtatuitur.

Adeo vero, quæ de priuatorum iure in priuatis modo dixi,
38 vera ſunt, vt licet † alias inuito domino non liceat alienam domum

mum vel fundum ingredi, & contra faciens iniuriarum teneatur *l.3.ff.de acquir.rer.dom.& l.iniuriarum ff.de iniur.* tamen † ad metal- 39
lum eruendum alienum fundum ingredi & ibi fodere permiſſum ſit *l.Cunctis & l.Quoſdam* ac vtrobiq; gloſſ. & Ioan. de Plat. *C. de metallar.lib.11.* Iſern.*in hoc c.vnic.num.70.&* Afflict. *in verb. argentaria nu.8.idem deciſ.321.num.14.* Iacobin.*in verb. Et cum argentifodin.nu.2.* Azo.*in ſumm.C.de metallar.nu.5.* Hartman. *d.obſ.1.nu.2.* addens eo facere etiam text. *in l.omnis in fi.Cod.de aquaduct.libr.11.* God.*conſ.2.nu.9.* Boſſ.*d.nu.1.* Roſenth.*d.concl.88.nu.1.* Schneidw. *de feud.part.2.nu.106.& ſeq.* Peregrin.*d.tit.2.nu.fin.* Et ſane quemadmodum magna habetur ratio publicæ vtilitatis in hac metallaria materia, vt ex *l.1.C.de metallar lib.11.* & ex iis, quæ ſupra diuerſis locis dicta ſunt, manifeſtum euadit, ſic † & hic de fundo alie- 40
no & inuito domino eadem vtilitas publica, vt ratio decidendi, attendenda eſt, eamque rationem plerique etiam omnes Dd. iam citatis locis recte adducunt. Atque ideo † non refragatur, 41
quod quis alienum fundum venandi vel aucupandi gratia ingredi inuito domino non poſſit *l.Quod enim.§.Nec intereſt ff.de acquir rer.domin.§.Feræ verſ.plane. Inſtit. de rer.diuiſ.* quia longe alia ratio eſt fodinarum, quam venationum & aucupiorum, cum quod de publica vtilitate ratione fodinarum modo dictum eſt, non habeat locum in venationibus & aucupiis, vt quæ priuatam potius quam publicam vtilitatem concernunt. Similiter † non 42
obſtat *l. venditor. §.ſi conſtat. ff. communia prædior.* non permittens inuito domino in alieno fundo ex lapidicinis lapides cædere, niſi conſuetudine aliud receptum ſit. Nam non ſolum eiuſmodi lapides minori ſumptu & labore parantur, & in ſuperficie reperiri ſolent, ſed & publica vtilitas non æque in iis, atque in metallis & pretioſis lapidibus verſatur, vt reſpondent Caſtrenſ.*in d.l.fructus* alias *diuortio.§.ſi vir.nu.4.ff.ſolut.matrim.& conſil.4.nu.1.in fin.& conſ.23.nu.2.lib.2.* Cæpoll.*d.c.22.num.4.verſ.Nec obſtat.* & Hartman. Hartman.*d obſ.1.n.9.* & alij ſupra de pretioſis lapidibus citati.

Verum † hæc vtilitas publica eam vim & effectum non ha- 43
bet,

bet, vt Principi non etiam in fodinis in fundo priuato repertis regale ius competat, ſiue fundus ille alicuius proprius, ſiue alienus ſit, ſiquidem ei fiſcoue eius certa ex eiuſmodi fodinis debetur portio *d.l.2.& d.l.cuncti.C.de metallar.lib.11.& l.2. l. ob metallum l.cuncti.& l.hi quibus.C.Theodoſ.eod.tit.* Eoq; referri ſolet ab Interpretibus, quod eſt de publico vectigali metallorum *in d. l. inter*
44 *publica.§.fin. de verb.ſignif.* Hæc † portio canon metallicus nuncupatur *in d.l.2. C.de metall. & d.l.ob metallicum.C.Theodoſ.eod.* Fit autem huius portionis ſiue canonis ita mentio *in d. l. cuncti. Cod. de metall. & d. l. Hi quibus & d.l. cuncti. Cod. Theod. eod.* vt decima eſſe dicatur.

45 Proinde † hanc decimam illam portionẽ eſſe, quæ fiſco ex fodinis debetur, eiuſq; reſpectu fodinas in priuatorum et venis vbicunq; locorum repertis ad regalia pertinere, & potius hanc ipſam decimam eſſe regale in eiuſmodi fodinis, tradunt crebriore conſenſu Dd. *in hoc c.vnic.et d.l cuncti,C.de metallar.* Chaſſ. *in conſuetud.Burgund.rubr.1.§.1. in verb. Eſpaues.nu.*14. gloſſ.& Rebuff. *in l.inter publica.§.fin.ff. de verb.ſignif.* Petr. Gregor. *in ſuo ſyntagm.lib.3.c.17.nu.4.* Ioan Garzia. *de expenſ.cap.22.nu.47.* Peregr. *de iur.fiſc.lib.4.tit.2.num.11*, Boſſ. *tit.de metall.nu.3.* Choppin. *de leg. And.c.71.num.1.* Afflict. *deciſ.321.num 5.11.et 14.* vbi ait, ſententiam hanc communiter à Dd. eſſe approbatam, & addit *nu.*20. in quadam controuerſia ventilata in ſacro Neapolitano concilio, ſe vt vnum ex conſiliariis votaſſe pro hac ſententia, & in eodem voto extitiſſe quinque Dd. & conſiliarios eius ſacri iudicij, licet in contraria ſentẽtia fuerint Fiſcales, de quib. vt fiſco ratione officij magis addictis, id non eſt mirum, ideoque Iſern. etiam *in hoc c. vnic. num. 71.* refert fiſcales in eodem regno Neapolitano in ea contraria ſententia eſſe. Inter eos vero, qui eiuſmodi decimam fiſco deberi ſentiunt, ſunt etiam Germaniæ Iuris conſulti Henning. Gœden. *conſ.2,nu.10.et conſ.3.nu.8.et 9.* Mynſing. *conſ.39.n.12.* Schneidw. *de feud.part.2.nu.104.105.et 106. et in §.conſtituitur nu.5. Inſtit.de vſufr.* Ferrar. Montan. *de feud.lib.5.cap.7.* Zaſius *conſ.16.nu. 6.libr.2.* Borcholt. *in hoc c,vnic,nu.87.* Knichen. *de Saxonic. non pro-*

uocand

ucand. iur. cap. 5. in verb. Berg: vnd Saltzwerck/ *num.* 106. Schurff. *conſ. 26. cent. 1.* Weſembec. *de feud. cap. 12. num. 5. & conſ. 45. num. 24. & conſ. 60. num. 30.* Hartman. *lib. 2. tit. 24. obſeru. 1. num.* 8. Roſenth. *de feud. cap. 5. concluſ. 88. num. 7.* Rauchbar. *quæſt. 22. numer. 51. part.* 1. Iacob. Schultes in addit ad Coler. *deciſ.* 98. *n. 16.* addens Interpretes fere communi ſuffragio hoc ſtatuere.

Non † obſtat huic ſententiæ de decima fiſco competente 46
ex metallis in priuato fundo repertis, quod *in hoc c. vnic.* nulla diſtinctio, inter publicum & priuatum fundum adhibeatur, nec decimę vlla fiat mentio. Nam diſtinctione etiam ſupradicto modo facta, verum manet, quod fodinæ argenti, & aliæ, ſint de regalibus, idque de publico loco ſimpliciter, in priuato autem ex certa cauſa reſpectu decimæ fiſco debitæ ita ſe habeat. Et quod
non † ſit per hoc c. vnic. reliquum ius correctum, ſupra de deci- 47
ma citati Dd. tenent, qui ex fodinis in priuato fundo repertis ſolam decimam fiſco deberi tradunt, & expreſſe præter alios id aſſerit, Zaſ. *d. conſ. 16. nu. 67. lib.* 2. addens, non debere leges corrigi, quæ priuato ius in ſuis prædiis concedunt, dicuntq; Iſern. *in hoc c. vnic. ſub. n.* 70. & Affl. *d. deciſ.* 321 *n. 10.* amantibus Deum non eſſe dicendum, hoc c. vnic. corrigere ius vetus, & in dubio contra fiſcum iudicandum eſſe, reprehenduntq; vtrobiq; fiſcales regni Neapolitani contra ſentientes.

Obſeruandum vero hic eſt, quæ ſupra de metallis, in priuato proprio vel alieno fundo repertis, & decima ſoluenda dicta ſunt, multifariam reſtringi & varias habere limitationes. Nam
primum † de alienis ædibus certum eſt, quod ſub iis metalla fo- 48
dere non liceat, Textus eſt expreſſus *in d. l. quoſdam. C. de metallar. lib.* 11. vbi ratio additur, quod ipſa fundamenta eiuſmodi ædium ita labefactentur, ideoque in ſpecie de marmoribus prohibetur, ne, etiamſi ſub ædificiis lateant, perquirantur, & Bartol. ibid. prædictam labefactationem fundamentorum vocat deſtructionem ædium.

Secundo † generaliter tenendum eſt, quod inuito domino 49
fundi metalla fodi in alieno fundo non poſſint, ſi cum magno &

non leui damno eius id fiat. Andr. de Iſern. *hic num.* 70. Afflict. *d. deciſ.* 321. *num.* 6. Roſenth. *d. cap.* 5. *concluſ.* 90. *num.* 2. Caſtrenſ. *in l. ſi venditor. §. ſi conſtat. num* 3. *ff. commun. prædior. & in d. l. diuortio. §. ſi vir. numer.* 4. *ff. ſolut. matrimon. & conſ.* 23. *num.* 2. *verſic. conſtat autem lib.* 2. qui vtrobique de læſione ſuperficiei loquitur, vt & Boſſ. *tit. de metall. numer.* 1. Iacob n. *in verb. cum argentifodinis. nu.* 2. *verſ. contrariam ſententiam* Hartman. Hartmann. *d. obſ.* 24. *num.* 5. Læſio

50 vero † ſuperficiei merito pro magno damno habetur, idq; confirmatur per *d. l. quoſdam.* & eo, quod dominus fundi decimam tanquam intereſſe & in compenſationem incommodi ſui conſequatur, vt infra oſtendetur, ideoque etiam illorum Dd. opinio, qui ſimpliciter damni meminerunt, & admittunt, vt in alieno fundo ſine eo fodiatur, nec expreſſe requirunt, vt ſuperficiei læſio, vel aliud magnum ſit damnum, ita reſtringenda eſt, vt damni verbo magnum intelligatur. Ex his Dd. ſunt gloſſ. *in d. l. quoſdam.* Azo. *in ſumma. C. de metallar. nu.* 5. Affl. *in hoc cap. vnic. verb. argentaria num.* 2 Etſi vero etiam *l. fluminum §. fin. & l. proculus ff. de damn. infect.* i s quæ iam dicta ſunt obſtare videantur, tamen hæc obiectio eo ipſo ſatis refutatur, quod hic agamus de prædio alieno, & quidem vicino, legesq; ac Dd. expreſſe loquantur de eo, qui in ſuo fundo tantum quid facit.

51 Tertio † ſi ipſe dominus onus eruendi metalla ex ſuo fundo ſubire vel [illegible]s inuito eo ad fodiendum non admittitur, ſed dominus ei præferendus eſt, Matth. de Affl. *in hoc c. vnic. in verb. argentaria num.* 7. *& d. deciſ.* 321. *numer.* 14. Caſtr. *in d. l. venditor. §. ſi conſtat num.* 3. *ff. commun. prædior. & in d. l. diuortio §. ſi vir. nu.* 4. *ff. ſolut. matrim.* Poſſ. *de metall. & argentifodin. num.* 1. *in fin.* Cæpol. *de ſeruit. vrban. c.* 22. *nu.* 4. & dicit Affl. *d. n.* 7. hoc eſſe ſecundum naturalem rationem, idque comprobat Boſſ. *d. loc.* Confirmatur etiam hæc ſententia eo, quod, cum ob vtilitatem publicam quis ad fodiendum alienum fundum inuito domino ingredi poſſit, ea cauſa ceſſet, ſi dominus ipſe fodere, & publicum bonum hac ratione promouere velit.

Verum

Verum † ſi res non fuerit integra,ſed alius præuenerit, fodiendoque ſumptus & laborem ſuſtinere cœperit, & venam in ſuo fundo inuenerit, quæ ſub alieno fundo extendatur, hanc ipſam venam in eodem fundo inuito domino perſequi poterit; *d.l.cuncti. & l.quoſdam C.de metallar. libr.11.* Nec facit negotium, quod metalla fructus fundi eſſe dicantur, vt ſupra oſtenſum eſt, quia tum demum id ita ſe habet, cum ea iam reperta ſunt, & fodinæ exercentur, eoque pertinet textus expreſſus *in l.in lege ff. de contrahend.empt.* dicens nullas eſſe lapidicinas,niſi quæ apparent & cæduntur. Et licet ex *l.venditor §.ſi conſtat ff.comm.prædior.* etiam videatur contrarium decidi poſſe, tamen illam non obſtare ex iis,quæ ſupra de ea dicta ſunt,apparet. 52

Amplectuntur autem hanc noſtram ſententiam etiam Afflict. *in hoc c.vnic.in verb.argentariæ.num.5.& d.deciſ.321 num.15.* Caſtrenſ. *d.conſ.3.num.4. verſ.Nec obſtat & verſ.ſeq.in fin.* Cæpoll. *d.c.22.n.4.* Henning.Gœden. *conſ.3.n.18.19.& 20.verſ.Igitur videtur.* Hartman.Hartman. *d.obſ.1.num.6.* Schneidw. *d.part.2.num.107.* Boſſ. *d.tit.de metall.& argentifod.nu.5.* Roſenthal. *d.concl.90. num.7.* vbi addit, hic etiam conſuetudinem eorum locorum attendendam eſſe,in quibus præfertur is,qui priorem inueſtituram & cōceſſionem nactus eſt: Atque † aliter etiam de iure communi ſe res habet in vena aquæ, cum eam vicinus meus in ſuo fundo fodiendo mihi præcidere poſſit *l.ſi in meo ff.de aq.pluu.arcend.l.fluminum.& l.Proculus ff.de damn.infect.* Hartman.Hartman. *d.obſ.1.n.7* Caſtr. *d.conſ.3.n.4. verſ.vnde poteſt.* Gœden. *d. conſ.3.n.20.verſic. ad contrarium reſpondetur.* 53

Quarto † non poteſt quis alienum fundum ingredi ad fodiendum ea,in quibus ceſſat vtilitas publica,& quæ in ſuperficie inueniuntur *d.l.venditor. §.ſi conſtat.ff.comm.prædior.* de qua re ſupra pluribus actum eſt. 54

Quinto † videtur facultas ingrediendi fundum alienum & in eo metalla fodiendi etiam ita reſtringenda eſſe, vt opus ſit conceſſione Principis vel inueſtitura, Boſſ. *de metall. & argentifod.* 55

*ſed.n.1.*Peregr.*d.tit.2.num.14.* De quibus, vt & de *d.l.1. & tot.tit.C. eod.* dubitatiue loquitur Roſenth. *d.concluſ.90. gloſſ.c.* dum ait eos Dd. videri hoc velle & quod videatur hoc ſuaderi ex *d.l.1. tit. C. de metallar.*

56 Verum † recte Cuiac. *in d.l.1.* expreſſe & indiſtinctè ait, ea lege conſtitui, vt liber cuilibet auri effodiendi pateat aditus, modo fiſco portio præſtetur, & Bartol. *ibid num.1.* monet, notandum eſſe, quod cuilibet liceat fodere metallum ſecundum formam eius legis, idque ibidem Alexand. in addition. ad eum confirmat, allegando Caſtrenſ. *in d.l. Diuortio. §. ſi vir.* qui *num.* 4. generaliter tenet, cuilibet licere fodere in fundo priuato. Et gloſſ. etiam *in d.l.1. in verb. comparet,* aſſerit ita eam legem loqui, quaſi dicat, *Quicunque vult, hoc faciat.* Neque vlli Dd. *in hoc cap. vnic.* tradunt, conceſſione vel inueſtitura aliqua opus eſſe, imo Iſern. reprehendit Fiſcales regni Neapolitani pro fiſco in ea ſententia exiſtentes, idque etiam facit Afflict. *d.deciſ.321. num.14.* vbi addit, etiam alios conſiliarios Concilij Neapolitani ab iis diſſenſiſſe.

Præterea, vt iuris etiam textibus hæc ſententia confirmetur, quemadmodum textus *in d.l.1.* vtitur vniuerſali verbo *Quicunque,* ſic & textus *in d.l.cuncti,* vtitur vniuerſali verbo *Cuncti,* etſi ad conceſſionem vel inueſtituram à Principe impetrandam coarctatio fieret, ius reliquum, indiſtinctè inuentionem & foſſionem in fundis propriis & alienis admittens, nec vllam authoritatem aut conceſſionem Principis requirens, corrigeretur, cu-

57 iuſmodi † correctio in dubio euitanda eſt, *l. præcipimus. in fin. C. de appellat.* Et eſſet contra ea, quibus ſupra oſtenſum eſt, non eſſe ius vetus de libertate fodiendi metalla in priuatorum fundis & decima fiſco præſtanda per conſtitutionem Friderici *in hoc c. vnic.* abrogatum.

58 Illud † alioqui certum eſt, non deeſſe loca, in quibus conſuetudine receptum eſt, vt per conceſſionem vel inueſtituram quis id conſequatur, idque ita teſtatur etiam Roſenth. *d.loc.* Generali vero & notoria conſuetudine per totam Germaniam obſeruari,

ſeruari, vt in priuato etiam fundo ſiue alieno ſiue ſuo metalla quærere & fodere non liceat ſine conceſſione vel inueſtitura Principis, aſſerit Reinhard. *jur. ciuil. & Saxon. differt. 144. lib. 2.* & Coler. *deciſ. 89. nu. 3. & 9.* idque teſtatur etiam Knichen ex Zobel. *different. 42. num. 8. & ſeqq. part. 2.* & Schneidw. *d. part. 2. num. 105.* Sed prædicta *deciſ. 89.* non eſt Coleri, ſed Reinhardi ex *d. differ. 144.* de verbo ad verbum Coleri deciſionibus, poſt mortem eius editis, inſerta, & Schneidw. *d. loc.* nullam facit eiusmodi conſuetudinis mentionem, ſimiliterque omnes reliqui Germaniæ Iuriſconſulti ſupra adducti ita de facultate quærendi & fodiendi metalla in priuato ſuo & alieno fundo loquuntur, vt eiusmodi conſuetudinis contrariæ non meminerint, & Roſenth. dum *iam citato loco* dicit, in aliquibus locis obſeruari, vt ſtatim petatur inueſtitura vel priuilegium metalla in alienis fundis effodiendi, eo ipſo negat eã de priuato fundo & maxime inuentoris ꝓprio conſuetudinem eſſe generalem, idque ita etiam dici poteſt de Heigio *quæſt. 13. nu. 35. part. 1.* vbi de ea re ſolius conſuetudinis Saxonicarum ditionum mentionem facit.

Sexto † ſi in alieno fundo metalla fodiantur, non ſolum fiſco debetur decima, de qua ſupra dictum eſt, ſed etiam dominus 59
fundi ſuam habebit decimam, Textus eſt expreſſus *in d. l. cuncti.* atque id ita tradunt etiam gloſſ. Barr. & Dd. *ibidem* Azo. *in ſumm. C. de metallar. num. 3.* Gœden. *conſil. 2. num. 9.* Schneidw. *d. part. 2. num. 106.* Mynſing. *reſponſ. 39. num. 15. & 16.* Knich. *de Saxon. non pronoc. jur. num. 106.* Hanc † decimam autem non eſſe vere decimã, ſed intereſſe pro quaqua læſione, tradit Gœd. & Schneidw. 60
dictis locis. Quod † ſi vero in publico fundo metalla reperiantur, 61
duas decimas Principi deberi tradit Iſern. *in hoc cap. vnic. num. 70.* gloſſ. *in prior. opin. in d. l. cuncti.* Azo. *dicto loco.* Verum † tales fodinæ ſimpliciter ſunt de regalibus Principis, & eo reſpectu totæ ad 62
eum pertinent, vt ſupra oſtenſum eſt. Si præter decimam, quæ fiſco debetur, Principi ſola alia decima ideo, quod fundus ſit publicus, competeret, conſequeretur eum excepta decima fiſco debita, non plus juris habere in fodinis, quoad publicum fun-

dum, quam priuatum hominem, quoad ſuum, & totum illud reſiduum commodum, quod ex fodinis in publico fundo repertis perciperetur, ad inuentorem ſpectaret, etiamſi maximum eſſet. Et certe *d.l. cuncti*, duarum decimarum ita meminit, vt expreſſe
63 de ſolis priuatorum fundis loquatur, & † conſtat ob diuerſitatis rationem à ſeparatis nō inferri, nec ab vno ad aliud extenſionem admitti. *l.fin.ff.de calumniat.l.neque natales. C.de probat. cum ſimilib.* Repugnant etiam ſuperiori ſententiæ ſupra de decima fiſco debita allegati Dd. qui de ſolo priuatorum fundo loquuntur, nec innuunt Principi etiam aliquam decimam deberi, ſi in eius fundo metalla reperiantur. Neque Bart. & alij Dd. *in d.l.cuncti.* meminerunt duarum decimarum, quæ Principi debeantur, excepta gloſſ. in priori à ſe prolata opinione, contra quam tamen al-
64 teram adducit, præferturque † inter diuerſas opiniones illa, quæ vltimo loco profertur, Felin. *c.1.num.15.de conſtitut.* Neguzant. *in tract. de pignor. in 4.memb.2.princ. nu.117.* Tiraquell. *de retract. part. 1.§.1.gloſſ.7.num.7.& §.20.gloſſ.1.num.65.* vbi hoc communiter receptum eſſe dicit.

65 Septimo ſi † dominus vel alius inuentor metallorum, poſtquam ſemel fodere cœpit, vel omnino deſinat, vel moram trahat, Princeps inuito domino fodiendi facultatem habet, idque per metallarios expedire poteſt, Boſſ. *tit. de metall. & argentifod. num.5.* Roſenth. *d.cap.5.concluſ.89.nu.5.* Atque hoc eo confirmatur, quod publica vtilitas in fodinis verſetur, & ipſius etiam Principis ratione decimæ, quę ipſi in priuatis fundis debetur, intereſt, vt metalla ibi fodiantur. Cuius intereſſe tanta habenda eſt ratio,
66 vt ſi † domino fundi fodere nolente alij cum Principe concur-
67 rant, hic illis ſit præferendus, cum generaliter juris ſit † in concurſu plurium anteponendum eſſe eum, qui potius jus habet *l. ſi quæ ſunt. ff. famil. herciſc. l.pen. in princ. C. de adopt. cum ſimilib.* idque cumprimis in Principe ex aliqua cauſa potius jus habente ſibi locum vendicet.

68 Quod ſi † vero fundi domino fodere nolente ſoli priuati concurrant, & vnus alteri cedere nolit, merito ſimul admittuntur, ſi res communionem ferat, cum præſertim non ſolum de jure com-

re communi ſcripto de fodinis ſocietas iniri poſſit *l. 1. in princ. ff. quod cuiuſque vniuerſitat. nom.* ſed & vſus comprobet, plures etiam quam vnum operam & impenſas in fodinas recte conferre: & ſocietatem contrahere. Sin autem communio locum habere non poſſit, & vnus alteri præferri velit, magis dubium eſt, quid ſtatuendum ſit, & ſorti quidem res committenda videtur ob *l. cum ambo. ff. de judic. l. ſi quæ ſunt. ff. famil. herciſc. l. generaliter. §. quid ergo ſi plures. ff. de fideicommiſſ. libert. l. cum duobus. C. commun. de legat. l. 1. Cod. de his qui ſe defer. lib. 10. l. 2. in princ. Cod. quando & quib. quart. pars lib. eod.* Exiſtimauerim tamen ad judicis potius officium recurrendum, & hoc ſorti præferendum eſſe, vt judex, ponderatis circumſtantijs, certi aliquid ſtatuat, per textum in *§. eadem. Inſtit. de offic. judic. l. item Labeo. §. 1. l. heredes. §. pen. l. Manius §. pen. & vlt. ff. famil. herciſc. l. judicem. ff. commun. diuid. l. ad officium. Cod. eod. cum ſimilib.* ex quibus certum eſt, generaliter & regulariter juri conſonum eſſe, quod ad judicem controuerſiarum deciſio pertineat, nec in ea ſorti aliquid tribuendum ſit, proinde † per ſor- 69
tem rem non eſſe dirimendam, niſi in caſibus jure expreſſis, tradunt Bart. *in d. l. 2. num. 6. & ibid.* Bald. *num. 3.* Cott. *in memorialib. verb. ſors. in princ.* Ioann. Fichard. *conſil. 12. num. 21. & ſeqq. lib. 1.* Iaſ. *in l. ſi duobus. num. 9. Cod. commun. de legat.* dicens dictum Baldi de controuerſia non per ſortem ſed judicem terminanda cordi fixum tenendum eſſe Alciat. *in l. 2. §. ex his. num. 25. verſ. ſed iſta opinio. ff. de verb. oblig.* vbi ait, id ſortis judicium eſſe periculoſum, & ſubiectum fortunæ, non rationi, ideoque non eſſe trahendum ad conſequentias, & Iul. Ferret. *conſil. 1. verſ. Alij autem.* inter cætera aſſerit, tutiſſimum eſſe, vt ſorti nihil committatur, niſi in caſibus jure expreſſis. Sic etiam Oldendorp. *claſſ. 4. act. 22. num. 10. verſ. cæterum* ait, quod de jureiurando dicitur, idem circa ſortes quoque eſſe obſeruandum, ne ſcilicet ijs ſicut cibo quotidiano, ſed velut condimentis vtamur, ad vltimum quæſtionis definiendæ ſubſidium ac neceſſitatem.

Neque obſtant hic *d. l. cum ambo,* & aliæ ſupra allegatæ leges, ſortis mentionem facientes, quia loquuntur de caſibus ſingularibus, ſpecialiterque jure expreſſis, & in quibus judex habita

ratione

ratione circumſtantiarum rem dirimere non poteſt. Ponderandum etiam in propoſita quæſtione ſingulariter eſt, quod in fodinis publicæ vtilitas verſetur, ideoque tanto periculoſius & minus admittendum ſit, vt res ſorti committatur, cum fieri poſſit, vt per ſortem præferatur, qui ad operam præſtandam, vel ad ſumptus ſufficienter faciendos minus idoneus ſit, cui rei per judicem cauſa cognita, & circumſtantijs conſideratis, occurri po-
70 teſt. Præterea † etiamſi res non concernat publicam vtilitatem, tamen cumprimis eo caſu ad ſortis judicium non poteſt recurri, quo de tertij præiudicio agitur *l. huiusmodi. §. fin. ff. de leg. 1. & ibi* Bart. *num. 1.* Alexand. *num. 2. verſ. propter aliam rationem* Iaſ. *nu. 10.* Bald. *in d. l. 2. num. 3. C. quando & quib. quarta pars. lib. 10.* Bart. *in d. l. ſi duobus. num. 1. C. comm. de leg. & ibid.* Bald. *nu. 5.* Caſtrenſ. *in princ.* Salicet. *num. 3.* Cyn. *num. 4. in fin.* Angel. *num. 1.* Iaſ. *nu. 10.* Alberic. de Roſat. *num. 1.* rationem aſſignans, quod alienum præiudicium non ſit judicio fortunæ committendum. Carol. Molin. *in conſuet. Pariſ. tit. 1. §. 1. gloſſ. 8. num. 24.* qui ſimul teſtatur ita tenere omnes ſcribentes *in d. l. huiusmodi. §. fin.* Iam vero in propoſita quæſtione ipſius Principis, vt tertij, propter decimam ſibi debitam inter-
71 eſt, ne res per ſortem dirimatur. Octauo † licet quicquid ex fodinis, in ſuo vel alieno fundo priuato inuentis, præter decimam, fiſco & domino fundi debitam, reſiduum eſt, ad inuentorem pertineat, tamen hoc ita reſtringitur, vt ſi vendere reſiduum illud velit, fiſco vendere teneatur, & hic alijs præferatur text. eſt in *d. l. 1. C. de metallar. lib. 11. in verb. fiſco potiſſimum diſtrahi debere,* idque ibi notat. Bart. *in princ.* & Azo *in ſumm. eiuſd. tit. nu. 7.* atque inter priuilegia fiſci refert Chaſſan. *de glor. mund. part. 5. conſiderat. 24. num. 121.* Choppin. *de doman. Regn. Gall. lib. 2. tit. 29. num. 4.* Debet tamen competens pretium à fiſco ſolui, vt additur *in d. l. 1.*

72 Nono † competit Principi etiam illa prærogatiua ac poteſtas, vt metallicarum operarum exercitium mandatis ſuis promouere, & inſpectores conſtituere poſſit, ne fraus aliqua quoad decimam committatur, *arg. l. ſi ita. §. 1. ff. de vſu & habit.* Capell.

Tholoſ.

Digitized by Google

Tholoſ. *deciſ.19.* Schurff. *conſil.26. in fin. cent.1.* Heig. *quæſt.13. num. 51. part.1.* qui † *ibid. nu. 50.* ſcribit eos, qui non grauiter operas metallicas promouent, ſed fodinas incultas jacere permittunt, poſtea commoda earum fodinarum priuari ex Electorali Saxoniæ conſtit. metallica. *art. 61. 66. 73.* & † *numer. 51.* addit, id recte fieri & oſtendit juri communi conſentaneum eſſe per *l. quicunque. C. de omni agr. deſert. lib. 11.* ex qua olim agrorum deſertores puniebantur, & poſſeſſionibus, quas reliquerant, priuabantur, de qua re ibidem pro maiori confirmatione addit Menoch. *de recuper. poſſ. remed. 13. numer. 76.* Sane cum in eo vt negligentia & abuſus in fodinis auertatur, publica vtilitas flagitet juxta ea, quæ ſupra de hac vtilitate dicta ſunt, & nonnullis locis per huiuſmodi negligentiam & abuſum magnopere peccari experientia teſtatum faciat, eo magis pœna & publica inſpectione contra negligentes & abutentes non ſolum in Saxonia ſed & alijs locis opus eſt, & in quadam grauiſſima cauſa inter principem & alios de huiuſmodi negligentia & pœna priuationis fusè diſputatum eſſe ſcio, eiuſque cauſæ acta legi. 73 74

Decimo † generaliter tenendum eſt, diligenter & ante omnia attendendum eſſe, quid huius vel illius loci conſuetudine de fodinis, quoad decimam ab interuentoribus ſoluendam receptum ſit. *d. l. venditor. §. ſi conſtat. ff. communia prædior. l. 2. Cod. de metallar. lib. 11.* idque præter Dd *in hoc c. vnic. & in d. l. 2.* varijs locis inculcant alij ex quibus ſunt etiam Caſtrenſ. *in d. §. ſi conſtat. nu. 3.* Afflict. *d. deciſ. 321. nu. 3. & 17.* Mynſing. *d. reſponſ. 39. nu. 12. 16. & 17.* Weſenbec. *d. conſ. 60. nu. 30.* Schneidw. *d. part. 2. nu. 106.* Rauchbar. *quæſt. 22. nu. 10. part. 1.* Ferrar. Montan. *de feud. lib. 5. cap. 7. verſic. ex rebus metallicis.* Gœden. *conſ. 2. nu. 2.* Boſſ. *tit. de metall. & argentifod. nu. 7.* Sic Iſern. *in d. c. vnic. nu. 70.* refert, in Calabria eſſe venas metallicas, quę certo modo ſunt curię, hoc eſt fiſci. Sic in Germania reperiuntur loca, in quibus non obſeruantur ea, quæ ſupra ex jure cõmuni de fodinis dicta ſunt, vt ex parte etiam ſupra monuimus. Generali † vero conſuetudine fodinas omni ex parte regalibus annumerari indiſtincte tam de ijs, quæ in priuatis, quam quæ in publicis fundis inueniuntur, aſſerit Iacob. Schultes *in* 75 76

addit. ad d. deciſ. 98. num. 17. & eam aſſertionem de tali conſuetudine opponit communiori Dd. ſententiæ, qua ex fodinis in priuato fundo inuentis tantum decima fiſco debetur, & quam ipſemet etiam à Dd. frequentiori conſenſu fere approbari teſtatur, additque pleroſque ex ijs extra Germaniam vixiſſe, & eam ad Germanos Iureconſultos nihil attinere, cum tamen Germani eandem ſententiam amplectantur, & ex his ſint ſupra adducti celeberrimi Iuris conſulti Henning. Gœden. Mynſ. Schneidw. Ferrarius Montanus, Zaſius, Schurffius, Hartmannus Hartmanni, Vulteius, Roſenthal & Rauchbarus, ijque eiuſmodi generalis conſuetudinis in alijs locis vel etiam in Germania extantis nullam omnino mentionem faciant.

77 Quæſtionis † autem eſt, an valeat & attendenda ſit conſuetudo, vt priuatus vel etiam aliquis à Principe deputatus in alieno fundo inuito domino ita metalla quærere & fodere queat, vt domino fundi nihil ratione intereſſe vel damni præſtetur ac refundatur? Ad hanc quæſtionem reſpondet Afflict. *in hoc cap. vnic. num. 7. & d. deciſ. 321. num. 16.* & Alberic. de Roſat. *in d. §. ſi conſtat. num. 2. verſic. item quæris*, non valere, addens, ne quidem per reſcriptum id fieri poſſe, & repugnare talem conſuetudinem juri gentium ac naturali, & ſimiliter Afflict. *d. locis* negat eſſe rationabilem, & *d. num. 16.* addit, ex Bald. *in l. ſicut. C. de ſeruit. & aq.* eam eſſe diabolicam.

78 Quod † ſi vero conſuetudo rationabilis ſit & talis, qualem ſupra de fodinis attendendam eſſe diximus, quæritur, quantum temporis actuum frequentia accedente requiratur, vt ea pro introducta & præſcripta haberi poſſit? Et quidem 30. annos requiri tradit Afflict. *in hoc cap. vnic. in verb. argentaria. num. 6. & d. deciſ. 321. num. 3. & 17.* & poſt eum Boſſ. *tit. de metall. num. 7.* Mynſing. *d. reſponſ. 39. nu. 12.* Weſenbec. *d. conſ. 61 nu. 30.* Roſenth. *d. concluſ. 90. nu 13.* & hanc rationem expreſſe addunt Afflict. & Mynſing. *dict. locis*, quod conſuetudo contra jus non ſit attendenda niſi 30. annis ſit præſcripta. Sed re penitius inſpecta non immerito, quis dixerit eam ſententiam non eſſe veram. Nam primum ex jure ciuili nulla lege probatur 30. annos & non plures vel pauciores requiri,

quiri, quando contra jus conſuetudo introducitur. Deinde jure ciuili non maius quam decem annorum ſpatium in conſuetudine inducenda requiri ſupra *lib. 1. cap. 5.* late oſtenſum eſt. Verum hic † ſimul per exceptionem expendendum eſt, non ſolum decennium, ſed & 30. annorum ſpacium non ſufficere ad conſuetudinem introducendam ſiue præſcribendam in præiudicium Imperatoris vel Imperij de fodinis in publico loco repertis, vel de decima ex fodinis in fundo priuato repertis fiſco debita. Nã quando conſuetudo tendit cõtra jura Imperij & Principi ſupremo reſeruata (cuiusmodi ſunt fodinæ in publico loco repertæ, & decima ex fodinis in priuato loco inuentis, aliaque regalia) temporis immemorialis ſpatium neceſſarium eſt *c. ſuper quibusdam. §. præterea. de verb. ſignif.* cum alijs *in d. cap. 5.* à me adductis. 79

Vndecimo † expreſſe per auream Bullam Caroli Quarti *c. 9.* Principibus Electoribus Eccleſiaſticis & ſecularibus omnes fodinæ, in eorum ditionibus, territorijs & eorum pertinentis, tam inuentæ, quam inueniendæ conceduntur, idq; ita fit, vt nullam inde decimam præſtare teneantur, ſed totum illud jus habeant, quod Imperatori competit, idque de ijs notant etiam Gœden. *conſil. 3. nu. 9.* Knich. *de Sax. non prou. jur. in verb. Ducum c. 5. nu. 108.* Heig. *quæſt. 13. nu. 29. & ſeq. part. 1.* Schneidw. *in §. conſtituitur. nu 7. Inſtit. de vſufr.* Weſenbec. *conſ. 45. num. 24.* Rauchb. *quæſt. 22. nu. 9. lib. 1.* Coler. *deciſ. 98. nu. 13.* Choppin. *de Doman. Franc. lib. 1.* & teſtatur Simon Piſtoris *conſ. 4. num. 7.* quod extat poſt conſilia Modeſtini Piſtor. *vol. 2.* idem jus Electorem Saxoniæ ex ſingulari alio priuilegio habuiſſe. 80

Duodecimo † ſunt hodie & alij Principes, Comites alijque, 81
qui ex peculiari conceſſione & priuilegio Imperatoris eadem prærogatiua gaudent, vt fodinas tanquam regale habeant ſine onere decimæ ab ijs fiſco Imperatorio ſoluendæ. Non † tamen 82
huiusmodi jus conceſſione conſequitur, qui inueſtitus eſt mero & mixto imperio, Weſenb. *d. conſ. 45. nu 27.* Gœd. *conſ. 2. nu. 9.* Roſenth. *d. cap. 5. concluſ. 91. nu. 3.* vel † de omnibus feudi vtilitatibus & juribus Heig. *quæſt. 13. nu. 30.* Mynſing. *reſponſ 39. num. 16.* In 83
† ſpecie vero ipſis metallifodinis inueſtito tale jus merito com- 84

petere dicitur, Roſenth. *d. concluſ. 91. in fin.* neque aliud velle puto Iacob. *de feud. in verb. cum argentifodinis. num. 3.* dum tradit, de ſalinis & argentifodinis inueſtitum, eſſe loco ipſius Principis. Et facit, quod vaſallus fodinis in ſpecie inueſtitus nilo plus juris haberet, quam habuiſſet jure communi, ex quo ei in priuato fode-
85 re licet, ſi decimam ſoluat, vt ſupra oſtenſum eſt. Verba † autem accipienda ſunt in dubio pleniori & vberiori ſenſu *l. 1. §. 1. ff. ſi ag. vectig. l. legatum. ff. de legat. 3.* Zaſ. *in l. 3. §. ex contrario. num. 30. ff. de acq. poſſ. & conſil. 12. num. 47. lib. 1.* (vbi ait hanc eſſe receptiſſimam
86 juris doctrinam) & † cum effectu, neve ſuperuacanea ſint *l. 1. §. Hac verba.* vbi Dec. *num. 1. ff. quod quiſque jur. l. ſi quando. in princ. ff.*
87 *de leg. 1.* adeo † vt potius impropriãda ſint, quam vt ſuperfluitas quædam inducatur. Cephal. *conſil. 369. numer. 64.* Surd. *conſil. 325. num. 6.* Grat. *conſil. 94. num. 33. lib. 2.* Crauett. *in reſponſ. pro genero. num. 312.*

88 Si † vero quis nec ab Imperatore, nec ab alio, jus fodinarum & decimæ ex ijs percipiendæ habente, fundo aliquo inueſtitus eſt, & fodinæ in eo fundo inueniuntur, locum habebit, quod ſupra de decima fiſco debita dictum, in eo vero quod reliquum eſt, vaſallus idem percipit, quod alij priuati in ſuo fundo ex fodinis ibi repertis conſequuntur, cum vtile dominium habeat, & fundi etiam incrementa acceſſionesque ad eum pertineant *c. vnic. §. ſi quis de manſo. ſi de feud. inueſt. controu. fuer.* & vſufructuarius etiam eas tanquam fructum fundi habeat, vt ſupra oſtenſum eſt, atque ideo poſt ſolutam decimam fiſco debitam reſiduum ſibi reſeruabit; extraneo vero inuentore exiſtente decimam duntaxat retinebit, & quod præter alteram fiſco competentem ſupereſt, illi extraneo, vt inuentori, debetur per text. *in d. l. cuncti.* & ibi à Dd. notat.

89 Decimotertio cum † tempus immemoriale habeat vim priuilegij & conceſſionis Imperatoriæ, Afflict. *in c. 1. §. ſi quis per triginta. nu. 10 ſi de feud. controu. ſit int. dom. & agnat.* Alex. *conſ. 52. nu. 3. vol. 5.* Mynſing. *obſ. 30. cent. 1.* & alij *lib. 1. cap. 5. nu. 135.* allegati, me-
90 rito † & præſcriptioni immemoriali eadem vis tribuitur, quam eiuſmodi priuilegium ac conceſſionem habere ſupra dictũ eſt,

quod.

quod videlicet metalli fodinæ per eam præſcriptionem contra Imperatorem etiam ita acquirantur, vt decimæ nomine nihil fiſco debeatur, idq; in ſpecie de iis ita tradunt Heig. *quaſt.* 30. *n.* 30. *part.* 1. Zaſ. *conſ.* 6. *nu.* 12. *lib.* 2. & confirmatur textu *in d. c. ſuper quibuſdam. §. preterea. de verb. ſignif.* & eo ipſo, quod generaliter de regalibus iuris ſit, contra ſupremum etiam Principem ea immemoriali tempore præſcribi, vt *lib.* 1. *c.* 5. oſtenſum eſt.

CAPVT XVII.

De palatiis in ciuitatibus conſtitutis.

SVMMARIA.

1 *PAlatia, non vero placita hic legendum eſſe.*

2 *Palatium in legibus ciuilibus pro ſede Imperatoria accipitur.*

3 *Palatiis Principis non debent cohærere vlla priuatorum ædificia.*

4 *Palatia de regalibus eſſe idq; extendi etiam ad bombardas, & alia inſtrumenta ad eorum tuitionem pertinentia.*

5 *Palatia habere & inhabitare poſſunt ij, quibus hoc Princeps peculiariter permiſit.*

6 *Palatium ex permiſſu Principis inhabitans debet in eo manere, nec liberum ei eſt, vt priuatorum domos ad inhabitandum ſibi ſuo arbitrio deligat.*

7 *Prætoria ab inhabitantibus non debent deſeri, ne, ſi priuatorum domos ad inhabitandum ſibi deligant prætoriorum reparationem negligant.*

8 *Prætorij appellatione in conſtitutionibus denotantur domus magnificæ præſidum, iudicumue cauſa in ciuitatibus extructæ.*

9 *Prætorium veteres appellarunt partem villæ latius exſtructam & ipſi habitationi patrisfamilias deſtinatam.*

10 *Palatium quam variis appellationibus deſignetur, & quanti Carol. Magn. ſuum palatium fecerit.*

11 *Palatij ſacri comes vnde dicatur?*

12 *De palatinorum & ipſius etiam palatij priuilegiis partim in ſpecie partim etiam remiſſiue.*

13 *Palatinorum nomen generale eſt.*

14 *Vox palatium nonnunquam pro Palatinis in Principum conſtitutionibus accipitur.*

15 *Comites palatini tandem in Germania ad tantam dignitatem ſunt euecti, vt qui ad Rhenum ſunt, non tantum ſint Principes, ſed & inter ſeculares Electores primas teneant.*

16 *Iidem ſede vacante vna cum Electore Saxoniæ ſunt vicarij Imperij & ſoli inter Cæſarem & alios ex aurea Bulla Caroli Quarti ſunt iudices.*

17 *Comites etiam palatini hodie ſunt, qui habent ſibi conceſſam poteſtatem vel notarios creandi, vel honoribus & fama reſtituendi, & plura alia ad ſupremam Principis poteſtatem & regalia pertinentia expediendi.*

18 *Hi dignitate regali carent, appellanturque abuſiui & improprij Comites palatini.*

19 *Ciuitatum appellatio in hoc c. vn. accipienda eſt de maioribus.*

20 *Palatia quemadmodum in variis aliis ciuitatibus, ſic cumprimis Romæ & Conſtantinopoli Imperatores habuerunt.*

21 *Palatia ſua Imperatores etiam in variis Germaniæ ciuitatibus habuerunt, ex quibus ſunt etiam Imperialis ciuitas Aquiſgranum* n. 22. *Goſlaria* n. 23. *Norinberga* n. 24.

25 *Principes, Comites & alij ſuperiorem Imperatorem recognoſcentes hodie eiuſmodi caſtra extruunt, quæ palatiis Imperatoriis magnitudine & ſplendore non cedunt.*

26 *Palatia de quibus Fridericus loquitur, an & quanto tempore præſcribantur.*

1 DEcimoſeptimo loco inter regalia à Friderico numerantur palatia in ciuitatibus conſtituta. Sunt † qui pro *palatia* legunt

gunt *Placita*, verum repugnãt verba textus, & conſtans omnium codicum lectio, & congruit cum hac Friderici conſtitutione reliquum antiquitatis Romanæ teſtimonium, & ipſum ius ciuile. Nam ex antiquitate conſtat, olim Auguſtum & alios Imperatores Romanos in monte Palatino, qui vna cum aliis ſex montibus ſiue collibus pomerio vrbis Romæ incluſus fuit, ſuam ſedem & palatium habuiſſe. In † legibus ciuilibus etiam palatium pro 2
ſede Imperatoria haberi, ex diuerſis locis conſtat, eoque pertinet *l. vn. C. de palat. & dom dominic. lib. 11.* vbi Imperatores Theodoſ. & Valent. *conſecratas*, inquiunt, *nobis ædes, id eſt, inclyta palatia, ab omni priuatorum vſu & communi habitatione excipimus*, quaſi dicant, palatia eiuſmodi ædes eſſe volumus, quæ tantum ſint Imperatorum, in quibus nemo, etiam in dignitate conſtitutus, vllum ius ſibi vindicare poteſt. Eodem ſpectat text. *in l. Quicunque C. de oper. publ.* vbi ſtatuitur, vt ſi aliquid ad vſum priuatorum in palatio fabricatum, vel extructum fuerit, hoc ipſum diruatur, negaturque palatium priuatorum parietibus coarctandum. Ideoque † Matth. de Afflict. *in hoc cap. vn. in verb. Et palatia num.* 3
4. recte monet, palatiis Principis non debere cohærere vlla priuatorum ædificia. Quæ † cum ita ſint, non mirum eſt, palatia 4
in ciuitatibus conſtituta, à Friderico etiam ſua conſtitutione inter regalia referri, & de regalibus ea eſſe tenent *in hoc c. vn.* Iſer. Afflict. & communiter alij Dd. item Boſſ. *titul. de regal. numer.* 38. Chaſſan. *de glor. mund part. 12. conſiderat.* 67. Roſenth. *de feud cap. 5. concluſ. 88. num.* 1. Choppin. *de doman. regni Franciæ lib. 3. tit. 9. num. 6 in tit.* 20. *num.* 1. *verſic. huc pertinet.* Vult. *de feud. cap.* 5. *verſic.* 17. *Palatia* Menoch. *conſ.* 302. *num.* 30. Peregrin. *de iur. fiſc. lib* 1. *tit.* 1. *num.* 19. *& 26. & conſ.* 3. *num.* 20. vbi addit Decian. *in tractatu criminali lib.* 8. *c.* 2. qui id extendit etiam ad bombardas & alia inſtrumenta ad eorum tuitionem pertinentia.

Habere † tamen & inhabitare huiuſmodi palatia poſſunt ij, 5
quibus hoc Princeps peculiariter permiſit *d. l. quicunque* & eſt de eadem re text. *in l. vlt. C. de offic. rect. prouinc.* vbi † ſimul caue- 6
tur,

tur, ſi cui datum eſt, vt inhabitet palatium, hunc debere in eo manere, nec liberum ei eſſe, vt priuatorum domos ad inhabitandum ſibi ſuo arbitrio deligat. Cuius rei ratio hæc additur, vt hac neceſſitate palatia inhabitantes cogantur eorum reparationi prouidere, ideoq; pœna quinquaginta librarum auri adiicitur, quam pendere teneantur illi, qui cum palatia inhabitent, ea non reparant: eaque pœna non fiſco applicatur, ſed ipſius palatij reparationi reſeruanda eſſe dicitur.

7 Fit † autem ibidem mentio etiam prætoriorum, & de iis ſimiliter ſtatuitur, quod ab inhabitantibus non debeant deſeri, ne ſi priuatorum domos ad inhabitandum ſibi deligant, prætoriorum reparationem negligant. Magna tamen eſt inter palatium
8 & prætorium differentia. Nam † prætorij appellatione in conſtitutionibus denotantur domus magnificæ præſidum iudicumve cauſa in ciuitatibus extructæ *l.3. Cod. de oper. public. l.3. Cod. de*
9 *metall. libr.12. l. vlt. C. Theod. de offic. omn. iud.* veteres † prætorium appellarunt partem villæ latius extructam, & ipſi habitationi patrisfamilias deſtinatam *l. plenum ff. de vſu & habit. l. re coniuncti §.1. & l. Prædiis §.1. ff de legat.3. l. iniuriarum §. vlt. ff. de iniur.*

10 Palatium † vero eſt ſedes ſolorum Imperatorum, & ſic palatia Καισάρων ἑστίαι, Plutarcho in Galba dicuntur, & ædes Imperatori conſecratæ appellantur *in l. vn. C. de palat. libr.11.* ſimiliter palatium nuncupatur aula Cæſaris *in l. ex aula C. de priuileg. eor. qui in ſacr. palat. milit. lib.12. & in l. ab omnibus C. Theodoſ. eod. tit.* & diuina domus *in l.1. C. de off. rect. prouinc.* item palatium ſacrum, & ſacratiſſimum *in d. l. vn.* idque ea ratione fit, qua intuitu Imperatoris largitiones ſacræ, ſcrinia ſacra, ſtabulum ſacrum, comitatus ſacer, veſtis ſacra, conſtitutiones ſacræ, vel etiam ſacratiſſimæ appellantur. Sane tanti Carolus Magnus palatia fecit, vt etiam auguſtiſſimum & inter regalia Principem locum obtinens Ius monetæ cudendæ non alio loco, quam in ſuo palatio exerceri, & ibi monetas cudi voluerit, vt ſupra *c.7. num.*18. oſtenſum eſt, vbi etiam ipſa verba eius in capitulis *titul. de pace cap.18.* de hac re extantia adducta ſunt.

Ab

Ab † huiuſmodi palatio Imperatorio habet is comes ſuam 11
appellationem, qui ſacri palatij comes in conſtitutionibus Principum appellari ſolet, & *in d. l.* 1. *C. de off. rect. prouinc.* comes diuinæ domus nuncupatur. Ab hoc palatio etiam palatini dicuntur, qui in palatio Imperatorio militant, & ad aliquod Principis miniſterium procurationem ſibi commiſſam habent, de
quorum † priuilegiis agitur *in C. de priuileg. eor. qui in ſacro palat.* 12
milit. lib. 12. *& in C. Theodoſ. eod. tit. libr.* 6. quemadmodum & de ipſius palatij priuilegiis tractat. Chaſſan. *de glor. mund. part.* 5. *conſiderat.* 24 *num.* 125. *in* §. *Hinc videmus &c.* inter alia ſcribit, nos videre palatia Principum importare talem ſecuritatem, vt offendentes aliquem in illis, capitaliter puniantur: & illud obſeruari in omnibus Palatiis etiam Pontificis, qui tamen præ aliis miſericordia vti debet. Et *ibid.* §. *Et non ſolum &c.* addit. non ſolum ipſum palatium tali gaudere priuilegio, ſed etiam confinia palatij, idq; per plura tenere & comprobare Albericum de Roſat. *in l præſenti C. de his qui ad Eccleſ. confugiunt*, eumque ſimul dicere ita communiter obſeruari, & iudicatum fuiſſe per Dominos Parlamenti Pariſienſis quodam caſu.

Nomen † vero palatinorum generale eſt, vti ex variis locis 13
liquet, cumprimis vero ex *l.* 1. *C. de priuileg. eor. qui in ſacr. palat. milit. lib.* 12. vbi Conſtantinus Magnus, à palatinis, inquit, tam his, qui obſequiis noſtris inculpata officia præbuerunt, quam illis, qui ſcriniis noſtris, id eſt, memoriæ, epiſtolarum, libellorumque verſati ſunt, procul vniuerſas calumnias ſiue nominationes iu-
bemus ſemotas. Obſeruandum † vero eſt & illud, vocem *Pala-* 14
tium nonnunquam pro palatinis in Principum conſtitutionibus accipi, eodem modo, quo verbum *officium* haud raro pro officialibus vſurpatur, vt annotat Cuiac. *ad rubr. de priuileg. eor. qui in ſacr. palat. milit. lib.* 12.

Palatij † vero Comites tandem in Germania ad tantam 15
dignitatem & eminentiam euecti ſunt, vt, qui ad Rhenum ſunt, non ſolum ſint Principes, ſed & inter ſeculares Electores primas
teneant, & † ſede vacante Imperij ſint vicarii, vna cum Ele- 16

ctore Saxoniæ, & ſoli ex aurea Bulla Caroli Quarti *cap.5.* in controuerſiis,inter Imperatorem & alios exortis, iudices ſint, ita tamen,vt non in ſua, ſed ipſius Imperatoris cauſa, vbi & ipſe præſens extiterit, iudicium inſtituatur, & ibidem de cauſa cogno-
17 ſcatur. Sunt hodie etiam alij Comites palatij ſiue palatini, quibus data eſt poteſtas notarios creandi, vel famæ & honoribus reſtituendi, vel etiam ſpurios legitimandi, pluraque alia ad ſupremam Principis poteſtatem & regalia pertinentia,expediendi, de qua eorum poteſtate actum eſt *lib.1.cap.5. num.103. & ſeqq.*
18 Appellantur † autem abuſiui & improprij Comites palatini reſpectu eorum Comitum palatinorum, qui Imperii Principes ſunt,& quia alio etiam Comitatu,qui regalis dignitas eſt,carent. Iaſ.*in l.1.num.12.in fin & ibid.*Rip.*numer 47.ff. de offic eius cui mand. eſt iuriſdict.*Bald.Afflict.Aluarot. & Laudenſ.*in c.1.quis dicat. Dux. Com. March.*Boer.*de autorit.magn.conſ.n.*110.Decian.*reſp.9, nu.22. vol.*1.Peregr.*conſ.*84.*n.5,lib.1.*
19 Quod † autem de ciuitatibus *in hoc cap. vn.* à Friderico additur,non ad quoslibet,ſed maiores ciuitates pertinet, Chopp. *de doman.Franc,libr.3.titul.*20.*num.*1.Chaſſan.*de glor.mund.part.12. conſiderat.*67. vbi ait, palatia in magnis ciuitatibus eſſe debere &
20 ſolere. Inter † varias eiuſmodi ciuitates cumprimis eſt non ſolum Roma,ſed & Conſtantinopolis,adeo vt hanc etiam vrbis ſuæ palatium vocent Impp. Honorius & Theodoſ. *in d.l.quicunque C.de oper publ.* In prouinciarum ciuitatibus ſimiliter Imperatores habuerunt ſua palatia,vt liquet ex *l.vltim.Cod.de offic. rect.*
21 *prouinc.* Sic † etiam in Germania variæ ſunt ciuitates, in quibus
22 Imperatores ſua habuiſſe palatia conſtat. Ex † his eſt Imperialis ciuitas Aquiſgranum, de cuius palatio mentionem præter alios facit Otto Friſingenſ. *in ſuo chronico libr.5. cap.33. & lib.6. cap. 19.* vbi ſcribit,Ottonem Primum,qui & Magnus vocatus fuit,in
23 eo palatio coronatum eſſe. Eiuſmodi † ciuitas eſt etiam Goſlaria, vbi domus Cæſarea adhuc Cæſareum palatium vocatur, quod tanti Imperatores fecerunt, vt Henricus Quartus n ta-

lem domini ibi celebrauerit,& aliquot alij ex Imperatoribus ibi ſuam ſedem habuiſſe dicantur, idq; poſteriores Imperatores in ſuis priuilegiis,illi ciuitati datis,profiteantur: Quibus inter cætera & illud in ſpecie additur, eam eſſe nobile membrum Imperij, & ciues Goſlarienſes non debere ad aliena iudicia euocari, ſed in eo palatio conueniendos eſſe. Tale † palatium eſt & ca- 24
ſtrum Nurnbergenſe, cuius meminit Fridericus I. in ſua conſtitutione de incendiariis & pacis violatoribus, quam ex Abbate Vrſberg. adducit Cuiac. *de feud. libr.* 5. vbi Imperator vtitur his verbis, in caſtro noſtro Norinberg. In eo ſimiliter aliquot Cæſares ſedem ſuam habuerunt, vt Caroli Quarti auus, Henricus ſtatuerit & mandauerit peculiariter de eo caſtro, neà ciuitate Norinbergenſi ſeparetur aut alienetur. Quod confirmarunt Carolus IV. Rupertus, & Sigiſmundus. Idq; eo minus mirum videri debet, quod in aurea Bulla Caroli Quarti *cap.* 25. conſtitutum ſit, in vrbe Norinbergenſi primam curiam ab Imperatore habendam eſſe.

Quemadmodum † vero Matth. de Afflict. *in hoc cap. vn. in* 25
verb. & palatia nu. 4. conqueritur, hodie in vrbe Neapoli multos nobiles per abuſum ædificare magna palatia, ſic & in Germania eo res deuenit, vt nonnulli Principes Imperatorem ſuperiorem recognoſcentes, Comites & alij eiuſmodi caſtra extruant, quæ palatiis Imperatoriis magnitudine & ſplendore non cedunt, qua in re tamen aliquid dandum eſt iis, quos regalia ab Imperatore habere conſtat, & quidem cumprimis ſi Principes ſint. Huiuſmodi palatia multa & quidem etiam excellentiſſima in Italia eſſe ſcribit Chaſſ. *in tract. de glor. mund. part* 12. *conſiderat.* 67. *in fin. princ. & verſ. plura ſunt.*

Addendum † autem his omnibus & illud eſt, quod de pa- 26
latiis, de quibus Frideric. *in hoc c. vn.* loquitur, Andr. de Iſern. Afflict. & Aluarott. *in d. verb. & palatia* tradant, ea præſcribi non poſſe per *l. ſi quæ loca C. de fund. & ſaltib. rei domin. lib.* 11. *l. fin. C. de ſacroſ. eccleſ. l. præſcriptio C. de operib. publ.* Choppin. *de Doman. Franc. lib.* 3. *tit.* 9. *&* 1.1 [illegible] *verſ. huc pertinet &c.* vbi huiuſmodi pa-

latia appellat ſacra palatia. Sed quemadmodum Afflict. ibidem hanc addit limitationem, niſi totaliter eiuſmodi palatia eſſent deſerta *l. qui agros C. de omni agr. deſert. libr.* 10. ita dicendum etiam exiſtimo, illud non eſſe extendendum ad præſcriptionem immemorialem, iuxta ea, quæ de vi eius generaliter præſcribendis regalibus *lib.* 1. *c.* 5. dicta ſunt. Neque obſtat *d. l. ſi qua loca* quia nulla ibi fit mentio præſcriptionis immemorialis, ſed tantum temporis longi. Similiter non refragatur textus *in d. l. fin.* quia iis verbis: *nulla temporis præſcriptione coarctanda*, additur vox *ſolita*, & paulo poſt expreſſe admittitur præſcriptio centum annorum, & *in auth. quas actiones*, quæ ei legi ſubiicitur, hoc ipſum tempus per correctionem coarctatur ad 40. annorum ſpatium, excepta Romana eccleſia. Ad *d. l. præſcriptio*. reſpondendum etiam eſt, licet ſimpliciter dicatur præſcriptionem non obſtare, tamen præſcriptionem immemorialem iis verbis non includi, cum præſertim vniuerſale verbum, *nulla*, vel ſimile non addatur, & prohibitione præſcriptionis, per legem vel ſtatutum aliquod facta, non cenſeatur comprehenſa immemorialis, etiamſi verba prohibitoria eius legis vel ſtatuti ſint generaliſſima *l. ſeruitutes prædiorum ff. de ſeru. iuncta. l. ex hoc iure. §. Ductus aquæ ff. de aq. quotid. & æſt.* idque tradunt præter alios Pinel. *in auth. tricennale num.* 20. *C. de bon. matern.* Gail. *obſ.* 161. *nu.* 2. Balb. *de præſcript. part.* 5. *lib.* 2. *part.* 5. *principal. quæſt.* 9. *num.* 3. qui communem Dd. doctrinam eſſe dicit, vt & Vaſq. *illuſtr. quæſt.* 82. *num.* 7. *verſ. Tenendo partem affirmatiuam.*

CAPVT.

Capvt XVIII.
De piſcationum reditu.

SVMMARIA.

1. Pro piſcationum *Iacobus Cuiacius & nonnulli alij putant legendum* picariarum, *receptior tamen ſententia eſt, vt piſcationum reditus intelligatur* nu.3. *eaque confirmatur* nu.4.5.& 6.

2. *Picariarum etiam ſiue fodinarum picis reditus de regalibus eſt.*

7. L.nemo igitur.ff.de rer. diuiſ.& §.flumina.Inſtit.eod. *conciliantur cum hoc c.vn.* in verb. piſcationum reditus.

8. *Piſcationum reditum conſuetum tantum quidam de regalibus eſſe putant, alij tamen contra ſentiunt* num.9. *eorumque ſententia verior eſt* num.10.

11. *Fluminis publici vſus iure gentium communis eſt.*

12. *Piſcari etiam cuilibet in flumine publico licet.*

13. *Piſcationem alicui prohibens iniuriarum iure communi tenetur.*

14. *Piſcationem prohibere alijs non poſſunt Principes inferiores, niſi ex legitima conceſſione, conſuetudine vel præſcriptione jus piſcandi habeant* nu.16.

15. *Princeps etiam ſupremus piſcationem in fluminibus publicis ſine iuſta cauſa prohibere non poteſt.*

17. *Vt piſcandi jus per præſcriptionem acquiratur, tempus immemoriale requiritur.*

18. *Piſcari in diuerticulo fluminis quis alium prohibere poteſt, qui in eo ſolus longo tempore piſcatus eſt.*

19. L.præſcriptio.ff.de vſucap. *declaratur.*

20. *Piſcari quibus caſibus quis alium prohibere poſſit.*

21. *Piſcari recte quis prohibetur in priuato alterius flumine vel priuato ſtagno aut lacu.*

22. *Piſcationes, aucupia & venationes eiusdem cenſentur eſſe juris & conditionis.*

23. *Aucupandi vel venandi gratia ne quis alienum fundum ingrediatur, dominus fundi prohibere poteſt.*

24. *In aucupio & venatione prohibitio non obſtat, quo minus prohibitus ſuum faciat quod capit.*

25. *Fallit quando auctoritate Iudicis prohibitio facta eſt.*

26. *Aucupari vel venari prohibitus iniuriarum actione tenetur ob aucupium vel venationem, niſi prohibitio poſt ingreſſum in fundum facta ſit.*num.27.

28. *Piſces ſunt fructus fluminis ſtagni & lacus, eorumque pars & inſtar fructuum pendentium eſſe cenſentur.*

29. *Fallit in piſcibus cuſtodiæ cauſa impoſitis.*

30. *Piſcandi jus & piſces comprehenduntur in feudatione, ſi quis ex legitima præſcriptione vel conceſſione flumen habens, illud alicui in feudum conceſſerit.*

31. *Aucupandi & venandi Ius in jure communi de regalibus ſit? &* num.44.

32. *Piſcandi jus ex hoc* c.vnic. *non pertinere ad regalia, ſed tantum reditum piſcationum, de conſuetudine vero ab hoc jure communi receſſum eſſe* num.33.

34. *Piſcationis reditus & aucupij, venationisque ſeparata ſunt.*

35. *Feræ beſtiæ licet ſolo ſuſtineantur, ſolo non cenſentur cohærere, idque multo magis in volucribus ita ſe habet.*

36. *In ſimilibus & affinitatem habentibus ab vno ad aliud argui non poteſt. ſi diuerſitatis ratio appareat.*

37. *Piſcationum reditus eſſe de regalibus non ſolum ex hoc* c.vn *ſed & ex reliquo jure conſtat.*

38. *Aucupij vel venationis reditus aliquis Imperatori vel eius fiſco nulla lege tribuitur.*

39. L.ſi fundi.§ aucupiorum.ff.de vſ.fr. *declaratur.*

40. c.1.§.nemo retia.de pac.tenend. *declaratur, &* num.42.

41. *Interpretatio facienda eſt ſecundum ſubiectam materiam.*

43. *Venationem ex juſtis cauſis prohiberi poſſe.*

45. *In aucupijs & venationibus à jure communi, quo ea cuilibet licita ſunt, conſuetudine generali receſſum eſt, idque maxime in Germania etiam ita ſe habet.*

46. *Venationem de regalibus ex eadem conſuetudine eſſe quidam aſſerunt.*

47. *Vena-*

47. *Venationis etiam inter regalia in inueſtituris, quibus ea conceduntur, mentio fieri ſolet.*

48. *Venatio generaliter & indiſtincte in inueſtituris conceſſa non tantum inferiorem, ſed & ſuperiorem venationem complectitur.*

49. *Venatio, cuius ſpecialiter non ſit mentio, generali conceſſione ſeu infeudatione non comprehenditur.*

50. *Con eſſione generali non cenſentur conceſſa regalia.*

51. *Venatio conceſſa non cenſetur, etiamſi meri & mixti Imperij alicui conceſſio facta ſit, nec ab ea ad venationem recte infertur multoque minus eiusmodi eleuatio ſit ad jus foreſti vt jus potentius & maius jure venandi.*

52. *Venationem germanicam eſſe jurisdictioni nobilium debitam & ſeruitutem jurisdictionalem, minus recte Zoannetus aſſ ruit.*

53. *Regalium generali conceſſione contineri etiam venationem.*

54. *Regalium generali conceſſione ſi nullum in ſpecie excipi itur, an & quatenus regalia contineantur.*

55. *Venatio præſcriptione acquiri poteſt, modo ſit immemorialis.*

56. *Venatio præſcriptione ita acquiri poteſt, vt duobus Principibus vel nobilibus in vna ſylua, vno vel diuerſis modis ac formis jus venandi competat.*

57. *Præſcriptum cenſetur tantum, quantum poſſeſſum.*

58. *Præſcriptio ſtricti juris eſſe dicitur.*

59. *Venandi jus habenti Dominus ſyluæ incidendis arboribus nocere non poteſt.*

60. *Moderator quilibet eſt rerum ſuarum, & in ſuo fundo quicquid libuerit facere poteſt, etiamſi alteri noceat* nu. 61. *limitatur & declaratur* nu. 62. & 63.

64. *Præſumitur quis non nocendi animo ſ.d ob ſuum commodum aliqui i facere.*

65. *Venandi jus habens mandatum ſine clauſula contra vaſtantem ſyluam impetrare poteſt.*

66. *Venandi jus habens à domino ſyluæ impediri non poteſt, quo minus eam cingat, ita tamen, vt id ſuis lignis faciat & furtum committere dicitur, qui muro vel ſepimento incluſas feras aufert.* nu. 67.

68. *Syluæ dominus ex ea ligna cadere poteſt moderate, & ita, ne juri venandi officiat.*

69. *Sylua*

69. Sylua arboribus cadendis moderate vti poteſt etiam vſufructuarius, & alij proprietatem non habentes.

70. Ad venandi jus habentem non pertinere glandis legendæ jus, ſed ad dominum ſyluæ, & qua ratione ligna cædendo modus excedatur qualiſque exciſio vt venationi nociua prohiberi poſſit ex arbitrio judicis pendere.

71. Eidem tamen debentur plerunque inutiles & viles fructus ſylueſtres.

72. Alimenta auferens necare cenſetur.

73. Conceſſo vno, reliqua etiam conceſſa cenſentur, ſine quibus id expediri nequit.

74. Venandi jus habentes cauere debent, ne dominis fundorum immodice noceant.

75. Hi etiam feudo priuari poſſunt, ſi per venationem ſubditi male tractentur, & nimis onerentur.

76. Per venationem meſſibus ac ſegetibus damnum inferentes reſarcire illud tenentur.

77. Venandi jus non habentibus permiſſum eſt, animalia nociua & periculoſa venando capere.

78. Idque tamen hodie non obſeruari, nec deeſſe, qui licet maiorum ferarum venatio conceſſa ſit, aprinam ea conceſſione contineri negant & quam periculoſa ſit earum ferarum venatio.

79. De remedijs qualia & quam varia ratione juris venandi vel piſcandi competere poſſint.

DEcimumoctauum regale ita ſuperioribus addit Fridericus in ſua conſtitutione, vt nominetur piſcationum reditus Cu-
1 iacius pro † *piſcationum* putat legendum eſſe *P. cariarum*, vt quæ ſunt fodinæ picis, ſiue locus, vbi pix foditur. Et ſane *in l. inter publica. §. vlt ff. de V. S. in pandectis Florentinis* legitur *Picariarum* & ſic eo loco vectigal picariarum inter eos reditus, eaque vectigalia refertur, quæ fiſco debentur; Hæc lectio eodem loco probatur & nonnullis alijs juris Interpretibus, ex quibus etiam eſt Barnab. Briſſon. & picem foſſilem inueniri memoriæ proditum eſt à Plinio *lib. 16. cap. 12.* vbi ait Theopompum ſcribere, quod in Apolo-niata-

niatarum agro pix foſſilis non deterior Macedonica inueniatur. Prçterea † fodinas inter regalia referendas eſſe oſtenſum eſt 2
in decimoſexto regali, quod Argentarias appellat Fridericus *in hoc c. vnic.* vt eo minus mirum videatur eſſe, ſi quis dixerit, reditum picariarum ſiue fodinarum picis regale eſſe, & conſtitutione Friderici comprehendi. Cæterum † ex receptiori Interpre- 3
tum ſententia conſtitutio Friderici & textus *in d.* §. *vlt.* accipiuntur non de picariarum, ſed de piſcationum reditu, & hic reditus inter regalia refertur. Inter hos Interpretes ſunt ex recentioribus *in d.* §. *vlt.* etiam Alciat. Ioann. Brechæus. Petr. Rebuffus & Doctiſſ. Godçus, qui, cum ante annos viginti idem publice, hanc regalium materiam explicans, in Academia Marpurgenſi docuiſſem, ex dictatis meis necdum editis me pro ea ſententia allegauit. Atque huic † ſententię ſuffragatur tam aliarum quam flo- 4
rentinarum pandectarum lectio *in d.* §. *vlt.* cum in ijs legatur Picariarum, & eſt nonnunquam vulgarium pandectarum lectio verior & melior quam Florentinarum, vt ex diuerſis locis planum fit & Cuiac. etiam fatetur.

Suffragatur etiam conſtans omnium librorum lectio *in hoc cap. vnic. Quæ ſint regal.* & ſic in ipſa Friderici conſtitutione. Accedit † quod Radeuicus in vita huius Friderici & de hac ipſa 5
conſtitutione eius agens. *lib. 2. cap. 5.* inter alia regalia & huius, de quo nunc agimus, regalis ita meminerit, vt piſcarias vocet. Idem facit Carol. Sigon. *lib. 12. de Regn. Ital.* in eiusdem Friderici vita, & de regalibus, ad hanc eius conſtitutionem pertinentibus, tractans. Et rurſus idem Sigon. *lib. 7. de regn. Ital. in vita Ottonis Primi,* hoc regale piſcarias appellat. Præterea † ſi de fodinis picis hic lo- 6
cus accipiatur, non male dicetur commiſſa aliqua ταυτολογία quatenus iam antea de fodinis dixit, vt oſtenſum eſt in regali, quod argentarias appellat. Ea vero interpretatio, quoad eius fieri poteſt, videtur euitanda, ex qua tautologiæ vitium conſequitur. In quod eo minus Fridericus incurrere voluit, quod breuiſſime de regalibus agit.

Non † aduerſatur ei ſententię, qua piſcationum reditus di- 7
citur eſſe de regalibus, quod *in* §. *flumina Inſtit. de rer. diuiſ. & in*

l. nemo igitur. ff. eod. jus piſcandi dicitur omnibus eſſe commune in portu, fluminibusque. Nam Fridericus loquitur de reditu publico piſcationum, vt recte reſpondet Aluarot. *in hoc cap. vnic.* & poſt eum Iacobin. de S. Georg. *in ſua inueſtitura feudali in verb. Et cum piſcationib. nu. 1.* Atque huc pertinet *d. l. inter publica. §. vlt.* vbi eiusmodi reditus vectigal vocatur, & inter publica vectigalia refertur.

8 Etſi † vero Iſern. Afflict. Aluarot. & Bald. *in hoc c. vnic.* illud ad conſuetum reditum piſcationum reſtringant, quaſi non aliter ſit de regalibus, quam ſi à Principe præſcriptione vel conſuetudine acquiſitus ſit, idemq; poſt eos teneant Schrader. *de jurib. incorporalib. §. 25. nu. 11. & 12.* Mandel. *conſ. 16. nu. 11.* Dec. *conſ. 197.*
9 *num. 3. verſ. nec obſtat textus,* tamen † contra ſentiunt multi alij, inter quos etiam exiſtunt, qui ſimpliciter & ſine diſtinctione tenent, eiusmodi reditum vel jus piſcandi eſſe de regalibus, cuiusmodi præter alios ſunt Zaſ. *in epitom. feudal. part. 5. num. 13.* Petr. à Petr. *de poteſt. princip. cap. 7. nu. 13 & de fideicommiſ. quæſt. 13. nu. 574.* petr. Gregor. *de republ. lib. 9. cap. 1. num. 19.* Decian. *reſponſ. 2. nu. 165. lib. 2.* Knich. *de Saxon. non prouocand. jur. cap. 5. num. 152.* Rulant. *de*
10 *commiſſar. part. 4. lib. 2. cap. 9. nu. 3.* & † ſane verius etiam eſſe, quod in ſupremo Principe non ſit opus præſcriptione vel conſuetudine, vt reditus piſcationum ei competat, & ſit de regalibus, inde liquet, quod de tali Principe *in hoc c. vn.* agatur, & quod hoc regale nulla diſtinctio in piſcationis reditu fiat, ſimiliterq; decimumnonum regale, quod huic *in hoc c. vnic.* ſubijcitur, ſimpliciterque & ſine vlla diſtinctione ſalinarum reditus vocetur, ac ſupremus Princeps jure & vi ſupremæ poteſtatis ac eminentiæ ſua regalia habeat, nec adminiculo alio, cuiusmodi eſt præſcriptio, vel conſuetudo vel etiam conceſſio, indigeat, & potius inferiorum, ſiue ſupremum Principem recognoſcentium proprium ſit, vt vel conceſſione ſibi facta vel præſcriptione, ea acquirant.

11 Atque hinc eſt, quod hi (cum vſus † fluminis publici jure gentium communis ſit *l. riparum. ff. de rer. diuiſ. §. flumina & §. riparum. Inſtit. eod. l. 1. §. non autem. ff. de flumin. cum ſimilib.* ideoque
12 etiam † piſcari cuilibet in eo liceat *d. §. flumina,* iniuriarumque actione

ăctione † teneatur piſcari prohibẽs *l.iniuriarum.§.vlt.ff.de iniur.)* 13
non † poſſint piſcationes alijs prohibere Iacobin.de S. Georg. *in* 14
tract.de feud. in verb. Et cum piſcationibus num.2. Boſſ.*tit.de aquis &*
fluminib.num.19. Zoannet.*de duplici venat. num.93.* Ioan.Fab.*in d.*
§.flumina. num.4. Roſenth.*de feud.cap.5.concluſ.24.num.1.* Afflict.
in conſtit.Neapolit.rubr.1.num.9.lib.3. Guid.Pap.*conſil.171.num.1.&*
deciſ.514 num.1. eamque tam multi alij Dd.tenent, vt communiter à Dd.receptam eſſe aſſerat Iaſon.*conſ.119.*incip.*videretur col.1.*
verſ.ſed iſtis non refragantibus. vol.4. & idem de communi ex alijs teſtetur Roſenth. *d.loc.gloſſ.a.* Eandem in Curia Franciæ ſeruari addit Fab *ſupra allegato loco.*

Neque † vero ſupremo etiam Principi aliter eiusmodi pro- 15
hibitio permiſſa eſt, quam ſi juſta cauſa ſubſit, Schrader. *de jurib.*
*incorporalib.§.25.nu.19.& 20.*Peregr.*de jur.fiſc.lib.1.tit.1.n.22.in fin.*
Iaſ. *in l.quo minus.num.9.ff.de flumin.* Heig.*quæſt.15.num.28.part.1.*
Zoanner.*d.nu.93.* Hartman. *tit.46.obſ.3.nu.10.* Meurer. *de venat.*
part.7.fol (mihi)*83.*Roſenth.poſt alios à ſe allegatos *d.cap.5.concl.*
*23.nu.3.*vbi ait, in hanc ſententiam communiter fere itum, & pro confirmatione eius facit, quod Princeps ſupremus etiam venationem, licet jure gentium non minus quam piſcatio permiſſa ſit, ex juſta cauſa prohibere poſſit, vt infra in ſpecie de venatione oſtendetur. Pertinent huc etiam pro maiori confirmatione, quę de nauigationis prohibitione à Principe ex juſta cauſa facienda latius adducta ſunt ſupra *hoc lib.2.cap.3.*

Quod † autem modo de ijs, qui ſuperiorem recogno 16
ſcunt, dictum eſt, fallit, ſi vel ex conceſſione vel conſuetudine jus piſcandi nacti ſint, idque recte addit Roſenth.*d.concluſ.24.nu.*
1.gloſſ.a. & in conſuetudine etiam tradit Zoannet. & *d.num.93.in*
*fin.*Iacobin. *in d.verb.Et cum piſcationibus nu.3.* Ruin.*conſ.28.num.*
*11.verſ.Et confirmatur vol.1.*Chaſſ.*de gloria mundi part.10.conſiderat.*
51. Idem dicendum eſt de præſcriptione, ſi per eam hoc regale acquiſitum ſit.

Requiritur † vero ad huiusmodi præſcriptionem tempus 17
immemoriale *cap.ſuper quibusdam.§.præterea de verb ſignif.* Angel.
Aretin.*in d.§.flumina.nu.3.Inſtit.de rer.diuiſ.* poſt Ioan.de plat.à ſe

allegatum Cæpoll. *de ſeruitut. ruſticor. prædior. cap. 42. num 3. in fin.* Schneidwin. *in d. §. flumina. numer. 9. verſ. 9. niſi quis præſcripſerit.* Hartm. *tit. 24. obſ. 3. nu. 4. verſ. vnde licet præſcriptio* Sebaſt. Medic. *de venat. piſcat. & aucup. part. 2. quæſt. 21. num. 12.* Ioan. Gutierrez. *canonicar. quæſt. lib. 2. cap. 28. num. 46.* Ruin. *d. conſ. 28. num. 11. & 14. vol. 1.* Bellon. *conſ. 49. nu. 5. in fin. & nu. 6.* Forcat. *de occult. iuriſprud. dialog. 85. nu. 3.*

18 Longi † temporis tamen vſus, quo quis in aliquo diuerticulo fluminis publici ſolus piſcatus eſt, & quaſi poſſeſſionem iuris piſcandi habet, ſufficit, vt alium prohibere poſſit, ne eo iure v-
19 tatur *l. quiſquam. ff. de diuerſ. temporal. præſcript.* Neque † obſtat *l. præſcriptio. ff. de vſucap.* quia Papinianus in ea lege loquitur de eo caſu, quo is, qui longo quidem tempore vſus eſt iure piſcandi, poſtea eo vti & in poſſeſſione piſcandi eſſe deſiit, eamque ſolutionem approbant *in d. l. ſi quiſquam* Petr. & Rayner. & poſt eos Bart. & alij Dd. inter quos Zaſ. *ibid. num. 4. & 5.* hanc ſolutionem dicit eſſe communem, additque eam eſſe bonam & veram, & facit pro eius confirmatione, quod Papinianus *in d. l. præſcriptio.* de ædificio in litore poſito, & poſtea funditus diruto, addit, ſi hoc ipſum conferatur cum reſponſo Marciani quod eſt *in l. in tantum in princ. ff. de rer. diuiſ.* ex qua collatione manifeſtum euadit, eundem Marcianum *in d. l. ſi quiſquam,* velle, vt ob longum temporis vſum, ſiue conſuetudinem, quis prohibere poſſit, alium vti iure piſcandi, ſi hic conſuetudinem alleget, & in poſſeſſione ſit, nec deſierit vti iure piſcandi.

20 Plures † vero alios caſus, quibus quis alium prohibere poſſit, ne piſcatione vtatur, videre licet apud Cæpoll. *d. cap. 42. nu. 3.* Iacobin. *de feud. in verb. & cum ſimilibus. num. 11.* Sebaſtian. Medic. *d. quæſt 21. num. 6. & ſeqq.* Schneidw. *in d. §. flumina. num. 3. Inſtit. de*
21 *rer. diuiſ.* Hartman. *d. tit. 24. obſ. 3. nu 7. 8. & ſeqq.* Ex † his etiam eſt, ſi ſit priuatum flumen, vel priuatum ſtagnum, aut lacus *l. iniuriarum. §. vlt. in fin. ff. de iniur.* vbi hæc extant verba. *In lacu, qui mei dominij eſt, vtique piſcari aliquem prohibere poſſum.*

22 Neque refragatur, quod † piſcationes, aucupia, & venationes eiuſdem cenſeantur eſſe iuris & conditionis *l. item ſi fundi.*

§. *aucu-*

Digitized by Google

§. aucupiorum & l. vſufructuarium in princ. ff. de vſufr. & certum ſit, poſſe quem aucupari & venari in fundo alieno *§. feræ. verſ. nec intereſt. Inſt. de rer. diuiſ. l. 3. §. 1. ff. de acquir. rer. domin. d. l. iniuriarum §. vlt. ff. de iniur.* Quia hoc ita accipiendum eſt, ſi dominus non prohibuerit: Quilibet † enim iure communi in ſuo fundo prohibere poteſt, ne aucupandi vel venandi gratia alius eum ingrediatur *§. plane qui alienum Inſt. de rer. diuiſ. l. diuus. ff. de ſeruit. ruſticor. præd. d. l. 3. §. 1. ff. de acquir. rer. dom.* licet † in huiuſmodi aucupio & venatione prohibitio hæc non obſtet, quo minus prohibitus ſuum faciat, quod capit, vt in vtramq; partem de hac re diſputando oſtendit, Roland à Vall. *conſ. 9. num. 19. & ſeqq. lib. 1.* Bart. *in d. l. Diuus n. 1. & ibid.* Caſtr. *n. 4.* Iacob. de S. Georg. *de feud. in verb. & cum venationibus num. 3.* Franciſc. Maro *deciſ. 530. num. 14. part. 1.* Ioan. de Plat. *in d. §. feræ n. 26. & ibid.* Ang. Aretin. *nu. 1. verſ. in gloſſ. ſi ingrediatur.* Mynſ. *nu. 9.* Schneidw. *nu. 7.* Weſembec. *nu. 5. & in parat. ff de acquir. rer. dom. num. 7. verſ. effectus, quod capta.* Pruckm. *in §. venatio c. 6. n. 25.* Chaſſ. *in conſuet. Burgund. rubr. 13. §. 7 n. 5.* eamque ſententiam plerique ex iis communiter receptam eſſe teſtantur, quibus accedit Eman. Soarez *in theſaur. recept. ſentent. in verb. venator.* qui ait, eſſe commune Interpretum dogma, & addit, idem etiam praxi, rerum vera doctrice, eſſe receptum, facitq; pro hac ſententia, quod prohibitio priuati tranſlationem dominij non impediat *l. ea lege,* & ibi gloſſ. *2. C. de condict. ob cauſ. & arg. l. filiusfamilias §. diui ff. de legat. 1.* & ſimiliter pro ea facit text. *in l. in laqueum ff. de acquir. rer. dom.* vbi expreſſe de caſu tam factæ, quam non factæ prohibitionis ſubiicit ſimpliciter, feram beſtiam ſi in poteſtatem capientis peruenerit, eius factam eſſe, vt mirum ſit, Cuiacium *obſ. 2. libr. 4.* contra ſententiam, eum textum pro ſua ſententia adducere.

Fallit † vero hoc ius eo caſu, quo prohibitio auctoritate iudicis facta eſt. *argum. l. qui fundum §. qui ſciens ff. pro empt. l. is cui ff. de verb. oblig.* Ioan. Fab. *in d. §. feræ num. 1.* Iacobin. de S. Georg. *d. n. 3. verſ. dicit tamen* Chaſſan. *d. §. 7. num. 8.* Præterea † poteſt, qui ſine tali auctoritate prohibitus eſt, iniuriarum à domino fundi conueniri.

ueniri *l. iniuriarum §. fin. ff. de iniur.* Andr. de Iſern. *in c. 1. §. nemo re-*
tia. num. 31. & ibid. Aluarott. *in princ. verſ. & ideo ego conſiderabam. de*
27 *pac. tenend.* Clar. *in §. iniuria numer. 2.* niſi † prohibitio poſt in-
greſſum facta fuerit *d. §. feræ ibi: præuiderit* & ibi Aretin. *numer. 1.*
& 5. §. aptum ibi: *integra re. Inſtit. de rer. diuiſ.* Pruckm. *in d. §. vena-*
tio. numer. 27.

Quod autem ſupra in ſpecie de piſcatione dictum eſt, pro-
hiberi poſſe, ne ea in alieno flumine, ſtagno vel lacu fiat, eo ve-
28 rius eſt, quod † piſces ſint fructus eorum *d. l. item ſi fundi §. Aucu-*
piorum. & inſtar fructuum pendentium pars eorum eſſe cenſean-
tur *l. funes §. piſces* & ibi gloſſ. & Bart. *ff. de act. empt.* Guid. Pap. *deciſ.*
91. numer. 4. & 5. Chaſſan. *in conſuetud. Burgund. §. 2. gloſſ. pen. num.*
4. Molin. *in conſuetud. Pariſ. §. 1 gloſſ. 8. numer. 17.* Zaſ. *de feud. part. 4.*
numer. 2. Weſembec. *in parat. ff. de acquir. rer. domin. numer. 7. verſic.*
piſcari autem in alieno. Hartman. Piſtor. *queſt. 24. num. 65. & 66. lib.*
29 1. addens † reſtrictionem in piſcibus ſolius cuſtodiæ cauſa im-
poſitis, quæ limitatio ab aliis etiam adiicitur, nec habet vllam
dubitationem.

30 Quæ † cum ita ſe habeant, ad eam quæſtionem: *an ſi aliquis*
alius ex legitima conceſſione, vel præſcriptione flumen habens, alij illud in
feudum contulerit, ius etiam piſcandi, & piſces hac infeudatione compre-
henſi cenſeantur, eo facilius eſt affirmatiue reſpondere, cum expe-
diti etiam iuris ſit, fructus rei feudalis ad vaſallum pertinere *c. 1. in*
fin. In quib. cauſ. feud. amitt. & hic plus iuris in feudo habeat, quam
nudus vſufructuarius, de quo tamen conſtat, quod ad eum ius pi-
ſcationis eiusq; reditus ſpectent *d. §. Aucupiorum.*

Atq; hæc quidem hactenus de piſcatione dicta ſunt, niſi
quod breuiter aliquid etiam de aucupio & venatione ſit additũ.
31 Quandoquidem † vero aucupium & venatio eiuſdem iuris &
conditionis cum piſcatione eſſe cenſentur, vt ſupra dictum eſt,
ideoque cum hac magnam affinitatem habent; non deſunt, qui
in ea ſunt ſententia, quod ea, non obſtante libertate aucupandi
& venandi iure gentium cuilibet competente, inter regalia re-
ferenda ſint, idque de iure aucupandi tradunt Mandoſ. *in tract.*
de in-

Digitized by Google

de inhibit. quaſt. 62. numer. 2. Romul. *in repetit. l. 1. numer. 21. ff. de acquir. poſſeſſ.* Sebaſt. Medic. *in d tractat. de venat. piſcat. & aucup. quaſt. 27. numer. 1. part. 1.* & nituntur hi ob prædictam Affinitatem textu *in hoc cap. vn.* Sic & ius venandi eſſe de regalibus docent Menoch. *conſ. 30 1. num. 31. verſ. Vigeſimo ſecundo.* Mynſing. *reſponſ. 1. num. 96. decad.* 11. Heig. *part. 1. quaſt. 15. num. 45.* Pruckm. *de venat. c. 1. n. 5.* Meurer. Von Jagt vnd Forſtrecht *fol. (mihi)* 118. *§. Quinimo & verſ. immo cum Principi* Mandoſ. *dict. qu. 62. numer. 2.* Knichen. *de Saxon. non prouocand. iur. cap. 5. numer. 169.* Decian. *reſp nſ. 22. numer. 22. volum. 4.* dicens ſimul omnes hanc ſententiam tenere *in hoc c. vn.* qua in re tamen fallitur, cum præſertim Andr. de Iſern, Matth. de Afflict. & plerique alij nullam omnino aucupij vel venationis, reditusve inde competentis faciant mentionem.

Prædicti vero Dd. fere omnes, jus venandi & aucupandi de regalibus eſſe tradentes, ſuam ſententiam ob affinitatem, quam illud cum jure piſcandi habet, putant confirmari textu *in hoc c. vn.* nec deſunt, qui pro eadem ſententia allegant *l. vn. Cod. de venat. ferar. libro. 11.* & eiuſdem Friderici Primi, qui huius cap. vn. auctor eſt, conſtitutionem *in c. 1. §. Nemo retia de pac. tenend. & eius violator.* Verius tamen eſt, & aucupandi & venandi jus non eſſe de regalibus, nec iam allegatas etiam conſtitutiones huic ſententiæ obſtare. Nam † quantum ad textum 32
in hoc c. vn. attinet, in eo nulla fit mentio juris piſcandi, nec illud inter regalia refertur, ſed tantum reditus ſiue vectigal piſcationum, ideoque de ipſo etiam iure piſcandi in fluminibus publicis dici non poteſt, quod ex hac conſtitutione Friderici ſit de regalibus, & per eam à reliquo jure communi & jure gentium aliter, quam quoad reditum piſcationi receſſum ſit, licet † a- 33
liter ſe res ex generali conſuetudine habeat, juxta ea quæ ſcribunt Mandoſ. *d. quaſt. 62. numer. 6. verſ. Et quia hoc iure.* Cujac. *libr. 4. obſer. 2. in fin.* idque ipſa experientia paſſim teſtatū facit, & pertinet huc, quod, vt ſimiliter vſus docet, in Inueſtituris Cæſareis inter alia regalia nominatim etiam piſcationum mentio fieri ſoleat,

leat,& idem fiat in inueſtitura apud Iacob. de S.Georg. *de feud. in verb. Et cum piſcationibus.*

34 Obſeruandum † etiam eſt in reditu piſcationis,de quo in hoc c.vn.agitur, quod diuerſa & ſeparata ſint hic reditus, & reditus aucupij venationiſque,& eſt diuerſitatis ratio, quod piſces in mari & fluminibus inſtar fructuum pendentium, & pars ma-

35 ris & fluminum eſſe cenſeantur,vt ſupra oſtenſum eſt. De † feris autem beſtiis, licet ſolo ſuſtineantur, tamen dici non poteſt eas ſolo cohærere,& partem fundi eſſe. Abſurdius vero eſſet, aſſerere quod volucres ſint pars vel fructus pendentes huius vel

36 illius fundi. Iam † vero etiamſi duo vel tria ſimilia ſint, & affinitatem habeant, tamen ſi in iis aliqua diuerſitas, & eius ratio appareat,ab vno ad aliud non poteſt argui & inferri. *c.per venerabilem §.videbatur verſ.verum ſi veritas. Qui fil.ſint legit.c.ſicut vrgeri & ibi gloſſ.1.quaſt.1.c.Nuptiarum 27.quaſt.1.c.Tranſlato & ibi Abb. Ioann. de Imol. Felin. & alij Dd. De conſtitut. Euerhard. in loc. legal. A ſimilib. numer.3. verſ. quando autem duo & numer.11. verſ. quarto non procedit.*

37 Præterea † quod piſcationum reditus ad Imperatorem pertineat,& fiſco eius debeatur,non ſolum ex hoc c.vn. conſtat, ſed & reliquo iure communi, quod hanc conſtitutionem anteceſſit,comprobatur,vt apparet *ex l.inter publica §. vlt.ff.de verb. ſi-*

38 *gnificat.* De † aucupio vero & venatione nulla reperitur lex, qua reditum aliquem ex iis Imperatori vel eius fiſco deberi cautum eſt.

39 Non † obſtat igitur,quod in textu *d.l.item ſi fundi §.aucupiorum ff.de vſufruct.* fiat reditus aucupij & venationis mentio, quia ibi agitur de ſolo eo fructu & commoditate,quam priuati ex aucupiis & venationibus accipiunt,eaque reditus appellatur, nec aliquid de Imperatore vel eius fiſco expreſſe additur, vel etiam innuitur. Similiter non refragatur textus *in d.l.vn. C.de venat. ferar.libr.11.* Quia ibi de venatione ferarum ita agitur, vt nihil aliud ſtatuatur, quam quod cuilibet leones occidere liceat, & feræ beſtiæ, quæ ad Comitatum à Ducibus limitum tranſmittuntur,

tur, non diutius quam ſeptem diebus in ſingulis ciuitatibus detineri & ali debeant; quemadmodum in equis quinque dies præſcribuntur *in l. vn. C. de tractor. & ſtatiu. libr.* 12. additurq; *in fin. d. l. vn. C. de venat. ferar.* certa pœna eorum, qui feras beſtias vltra ſeptem dies in ſingulis ciuitatibus detinent & alunt. Prohibitam vero eſſe venationem, vel venandi ius eſſe de regalibus, vel etiam reditum aliquem ex venatione Imperatori eiuſue fiſco competere, nullo verbo innuitur.

Plus † difficultatis habet, quod conſtitutum eſt in *d. c. 1. §. Nemo retia. de pac. tenend. & eius violat.* adeo, vt, quemadmodum apud Iſern. Matth. de Afflict. Aluarott. & alios ibidem videre licet, de eius intellectu Interpretes in aliquot diuerſas ſententias diſtrahantur, idque ita Iacobin. de S. Georg. *tract. de feud. in verb. & cum venationibus &c. num. 1.* de ea diſtractione aſſerit, vt quinq; diuerſas opiniones recenſeat, quæ eiuſmodi ſunt, vt Iſern. de iis, quas ipſe adducit, dicat, Interpretes in his diuinare. Illud vero certum eſt, nullam *in d. §. Nemo retia* fieri mentionem vllius reditus venationum, nec etiam ius venandi ad regalia referri. Et cũ non Fridericus Tertius, vt nonnulli opinantur, ſed idem ille Fridericus Primus eius conſtitutionis ſit auctor, qui hanc, quæ eſt *in hoc c. vn. quæ ſint regal.* promulgauit, regalibus in eadem conſtitutione ad longum & in ſpecie enumeratis venationem vel reditum eius adiecisſet, vel certe *in d. §. nemo retia.* apertius de hac re locutus fuiſſet, ſi venationem ipſam vel reditum de regalibus eſſe voluiſſet. 40

Reſpiciendum vero eſt *in d. §. Nemo retia.* ad ſubiectam materiam, de qua in tota ea conſtitutione, cui ille §. eſt inſertus, agitur, vt † & alias in dubio interpretatio ſecundum ſubiectam materiam fieri debet. *l. ſi vno in princ. ff. locat. l. miles ad ſororem. in princ. & l. cum pater §. bona ff. de legat.* 2. Angel. *in l. ſtipulatio iſta habere licere §. ſicut autem num. 1. & ibid.* Alexand. *numer. 3. ff. de verb. obligat.* Salicet. *in l. ſi ex cautione numer. 3. Cod. de non num. pecun.* Caſtrenſ. *conſ. 2. num. 9. lib. 3.* Gœden. *conſ. 55. nu. 24.* Subiecta † vero materia eius 41 42

eius conſtitutionis, qua continetur *d. §. Nemo retia.* eſt de pace publica tenenda, & violatione eius auertenda, quemadmodum non ſolum ex contextu eius conſtitutionis, ſed & ex ipſa rubrica apparet, & erat eo tempore is ſtatus Imperij, vt eiuſmodi conſtitutio ob nimis frequentes violationes pacis fuerit neceſſaria, idque eo minus mirum eſt, quod licet fures iure communi tantum pœna pecuniaria mulctentur, tamen ea conſtitutione *in §. ſi quis quinque* ob frequentiam furum eius temporis, & quia per eiuſmodi etiam furta pax publica violaretur, fures capitali pœna laquei plectantur, idque etiam ob furtum ſolorum quinque ſolidorum fiat. Quæ cum ita ſint, dicendum eſt Fridericum habita ratione illius temporis voluiſſe in illa ſua conſtitutione omnibus etiam occaſionibus violandi pacem publicam occurrere, ideoque cum ex venationibus, quæ in alienis fundis fiunt, rixæ & pugnæ naſcantur, paxque publica eo modo facile violetur, voluit *in d. §. Nemo retia.* venationes exceptis vrſis, apris, & lupis prohibere, & merito id ad alienos fundos, & ſimul *eius tẽporis* circumſtantiam reſtringitur, nec dici poteſt, venandi facultatem ſimpliciter adimi, idq; præter nonnullos alios ſentit etiam Aluarot. *in d. §. Nemo retia.*

Eo vero minus mirum videbitur, ibi habita ratione temporis, & ob publicam pacem, venationem in alienis fundis prohibitam eſſe, quod † ex ſimili etiam alia iuſta cauſa prohiberi poſ-
43 ſit venatio, idque communiter ibidem tradunt Dd. & præter hos late Zoannet. *de public. venat. nu.* 44. *& ſeqq.* Tiraquell. *de nobilit. cap. 7. nu.* 150. Georg. Molin. *tract. de iur. venand. c. 2. num. 21.* non ſolum ICtos, ſed & Theologos de hac ſententia adducens Sebaſt. Medic. *de venat. piſcat. & aucup. part. 1. quaſt. 5. numer. 1.* Natt. *conſ.* 604. *num. 2.* Petr. Heig. *quaſt. 15. numer. 39 part. 1.* Petr. Ant. de Pet. *tract. de poteſt. Princip. c. 7. numer.* 10. *& ſeqq.* nouem cauſas iuſtas prohibendi adducens. Fach. *controuerſiar. iur. lib. 1. cap. 1.* plures alios adducens, & addens tredecim Dd. hanc ſententiam tenentes allegari à Couarruu. *in c. peccatum part. 2. §. 8. de reg. iur. in 6.* ſimulque in ſpecie enumerans ſeptem cauſas, ob quas venatio à Prin-

Principe poteſt prohiberi. Quod † autem nihilominus ius ve- 44
nandi non minus, quam aucupandi iure communi de regalibus
non ſit, vt verius eſſe ex iis, quæ ſupra dicta ſunt, manifeſtum e-
uadit, ſic & eandem ſententiam amplectuntur Tiraquell. *de no-
bilit. cap. 37. numer.* 150 Benedict. *in cap. Rainutius in verb. & vxorem
nomine Adelaſiam num. 898.* Weſembec. *in parat. de acquir. rer. do-
min. numer. 7.* Vult. *de feud. cap. 5. numer. 7. verſ. an etiam ius venandi.*
Obrecht *diſputat. feud. 5. theſ. 190.* Renneman. *diſputat 5. Iuriſprud.
Iuſtin. theſ. 26. lit. p* Dec. *conſ. 197. n. 3. verſ. ex his ſatis liquet.* Roſenth.
d. c. 5. concl. 94. n. 7.

Cæterum † eo hodie deuentum eſt, vt inde generali con- 45
ſuetudine receſſum ſit, qua non ſolũ in alienis, ſed & in propriis
fundis aucupia & venationes priuatis interdicta ſunt, idq; de iu-
re aucupandi aſſerunt Cuiac. *obſeru. 2. circa. fin. libr. 4.* Mandoſ. *de
inhibit. quæſt 62. num. 3. & 6. verſ. & quia hoc iure.* Gœden. *conſ. 76.
num. 14.* Weſembec. *d. num. 7.* vbi *in verſ. aucupium non æque*, addit,
aucupium non æque interdictum eſſe ac venationem, quod fiat
ſine armis minoreque cum tumultu. In venatione vero etiam
hodie aliud conſuetudine obtinere affirmant Mandoſ. *d. verſ. Et
quia hoc iure* Dec. & Cuiac. *ſupra allegatis loc.* & de generali Ger-
maniæ conſuetudine idem aſſeritur à Collegio Iuridico Lipſenſi
inter conſilia Modeſtini Piſtor. *conſ. 14. num. 23. vol. 2.* Gœden. *d.
conſ. 76. nu. 13. & 14.* Faeh. *d. cap. 1. verſ. ſunt autem ex communi* Meu-
rer. *in d. tractat.* Von Jagt vnd Forſtrecht *part. 7. pag.* (mihi) *118.
verſ. hodie tamen Principes*, Rulant. *de commiſſar. part. 4. libr. 2. cap. 8.
numer. 3.* atque † expreſſe regalium etiam meminerunt, ad eaq; 46
ius venandi ex eadem conſuetudine Germaniæ pertinere teſtā-
tur Heig. *quæſt. 15. num. 45. part. 1.* Knich. *de Saxon. non prouocand. iur.
cap. 5. num. 169.* Pruckm. *in §. Venatio cap. 1. num. 8.* & aſſeritur idem
in Cameræ deciſ. & præiudic. *in verb. venatio §.* Wildban & in
voto Aſſeſſoris Cameræ quod eſt apud Gilmann *. rer. iudicatar.
Camer. Imperial. lib. 2. deciſ. 20. numer. 3.* Eo † vero minus de hac 47
conſuetudine in venatione dubitandũ eſt, quod in inueſtituris,
quibus regalia conceduntur, eius etiam inter illa mentio fiat.

cum admodum vſitata ſit clauſula: Et cum venationibus, Mit Wälden / Wiltbanen / Jagten / idque ipſa experientia docet, & teſtatum faciunt Iacobin. de S. Georg. *de feud. in verb. Et cum venationibus numer.* 9. Zoannet. *de publici venat. numer.* 90. Collegium Iurid. Lipſ. *d. loco* Thom. Mich. *in diſputat. d. iuriſdict. theſ.* 51. *ſub lit. a* conſultat. Saxon. *part.* 4. *queſt.* 8. Heig. *d. quaſt.* 15. *num.* 45. Knichen. *d. cap.* 5. *numer.* 169. Quæ omnia cum ita ſe habeant, mirum eſt Zaſium *ſingular. intellect. libr.* 1. *cap.* 18. *numer.* 10. *& conſil.* 6. *numer.* 29. *libr.* 2. ac poſt eum etiam Gailium *obſeruat.* 66. *numer.* 1. *&* 2. *libr.* 2. ſimpliciter affirmare, quod ius venandi notiſſima conſuetudine Germaniæ ſeruitus ſit realis, nec vllo verbo innuere, quod conſuetudinario iure potius inter regalia referri poſſit.

48 Quia † vero prædictæ inueſtiturę & conceſſiones plerunque generaliter & indiſtincte de venationibus concipi ſolent, non ſolum inferior, ſed & ſuperior venatio iis comprehenditur, & ſic ea non ſolum in minoribus, ſed & in maioribus feris conceſſa cenſebitur. Nam generaliter & indefinite concepta verba generaliter & ſine diſtinctione accipienda ſunt, & quod in genere dicitur, ad omnes ſpecies extenditur *l. de pretio ff. de publician. in rem act. l.* 1. *§. Generaliter ff. de legat. praſtand. l.* 1. *§. Hac verba ff. de his qua in fraud. creditor.* Couarruu. *variar. reſolut. libr.* 1. *cap.* 13. *numer.* 1. *& ſeq.* Claud. Prat. *regular. iur. lib.* 2. *titul.* 2. *num.* 1.

49 Heig. *d. queſt.* 15. *num.* 63. Generali † vero aliqua conceſſione ſeu infeudatione venatio, cuius ſpecialiter non eſt facta mentio, non comprehenditur. Schrader. *de feud. part.* 3. *cap.* 4. *nu.* 47. Knich. *de iur. territor. cap.* 7. *num.* 90. Rulant. *d. cap.* 8. *num.* 28. Pruckman.

50 *in §. venatio cap* 2. *numer.* 11. cum † expediti iuris ſit, quod generali conceſſione non cenſeantur conceſſa regalia *c. per tranſlationem de offic. de legat.* Boſſ. *tit. de regalib. num.* 25. Bellug. *in ſpec. Princip. rubric.* 14. *verſ. nunc videamus.* Cacheran. *deciſ.* 29. *num.* 5. *verſ. imo conceſſit.* Claud. Seiſſel. *tit. qui feud. dar. poſſ. part.* 1. *verſ. Vnde verum eſt.* Sichard. *in l. quoties. num.* 9. *Cod. famil. herciſc.* Zaſ. *de feud. part.* 5. *num.* 12. *verſ. in generali tamen* Schneidw. *de feud. part.* 2. *n.* 96.

Hen-

Henning. Gœden. *conſil. 23. num. 8.* Mynſing. *reſponſ. 39. num. 6. & 7. decad. 4.* Weſenbec. *conſil. 45. num. 37. & ſeqq. & conſil. 92. num. 13.* Afflict. *deciſ. 122. num. 3.* referens deciſione Senatus Neapolitani hanc ſententiam eſſe comprobatam, atque eſt ea adeo communiter à Dd. approbata, vt receptiſſima dici poſſit, & ab omnibus eam teneri aſſerat Molin. *in conſuet. Pariſ. tit.* 1. §. *1. gloſſ. 5. nu. 55.*

Et † licet conceſſio meri & mixti Imperij facta ſit, tamen 51 venatio non cenſetur ea conceſſione comprehenſa, Heig. *d. quaeſt. 15. num. 54.* Pruckman. *in d.* §. *venatio. num. 11.* Roſenth. *d. concluſ. 94. num. 8.* Mynſing. *reſponſ. 1. num. 96. decad. 11.* vbi ait, jus venandi diuerſam eſſe ſpeciem à juriſdictione, idemque de mero imperio dicit *reſponſ. 16. num. 35. in fin. & num. 37. decad. 2.* atque hoc eodem repetitur *nu. 69.* in voto Camerali quod extat, apud Gilman. *rer. judicar. lib. 1. deciſ. 13.* Eoque pertinet, quod non recte inferatur à conceſſione meri & mixti imperij ad venationem Rulant. *de commiſſar. p. 4. lib. 1. c. 12. num. 11.* Quemadmodum vero venatio non cenſetur conceſſione meri & mixti Imperij comprehenſa, nec ab illa ad hanc recte infertur, ſic multo magis dicendum eſt, jus foreſti etiam conceſſione meri & mixti imperij non contineri, nec ab hoc ad illud recte inferri poſſe, Rulant. *de commiſſar. d. c. 12. num. 13.* cum jus foreſti maius ac potentius ſit jure venandi, & ſimul jus prohibendi & mulctandi complectatur, Rulant. *d. p. 4. lib. 2. c. 8. num. 43.* Certum vero eſt, quod in Germania nonnulli in aliorum territorio & deſtrictu jus venandi habeant, licet juriſdictione, mero & mixto imperio deſtituantur. Minus † recte igitur Zoannet. *in d. tract. de duplic. venat. num. 105.* 52 ait, venationem Germanicam eſſe juriſdictioni Nobilium debitam, & *nu 107.* eam eſſe ſeruitutem juriſdictionis, ſeu ſeruitutem juriſdictionalem.

Tali † vero conceſſione, qua generaliter & indefinite regalia conceſſa ſunt, recte dicemus etiam venationem contineri, 53 Meurer. *d. part. 7. fol.* (mihi) *118. verſ. & ſic Principes.* Benedict. *in c. Rainutius. in verb. vxorem nomine Adelaſiam, num. 884. de teſtament.* Meiſchner. *deciſ. Camer. Imper. tom. 1. lib. 1. deciſ. 32. num. 11.* idque eo confirmatur, quod † generali regalium conceſſione, ſi nullum 54 in ſpe-

in ſpecie excipiatur, omnia regalia contineantur, modo ea ſin-
gulariter Principi in ſignum ſupremæ poteſtatis & præeminen-
tiæ non ſint reſeruata, Franc. Rip. *in l. obligatione generali, num. 1. &
2. ff. de pignor*. Pariſ. de Put. *de ſyndicat. in verb. de exceſſib. Baron. erga
ſubdit. num. 12. & 13.* Boſſ. *tit. de regal. num. 29*. Boer. *deciſ. 50. num. 12.
13. & 15.* Cacheran. *conſil. 3. nu. 10. verſ. & prædicta procedunt*. Peregr.
conſil. 1. num. 11. vol. 1. & alij *lib. 1. cap. 5. num. 75*. allegati. Certum ve-
ro eſt venationem, etiamſi hodie de conſuetudine inter regalia
referri poſſit, vt ſupra dictum eſt, tamen non eſſe de eorum rega-
lium genere, quæ Imperatori ſingulariter in ſignum ſupremæ
poteſtatis & præeminentiæ reſeruata ſunt.

55 Quemadmodum † autem conceſſione acquiri poteſt jus
venandi ſic & præſcriptio in eo admittitur, modo ſit immemo-
rialis Zoannett. *in d. tract. de duplic. venat. num. 82*. Benedict. *d. nu.
884*. Zaſ. *d. conſil. 6. num. 2. lib. 2*. Sebaſt. Medic. *in d. tract. de venat.
piſcat. & aucup. part. 2. quæſt. 1. num. 1*. Gail. *obſeruat. 66. num. 7. lib. 2.*
56 Meichſner. *d. nu. 11*. Eaque † acquiſitio per præſcriptionem non
minus quam per conceſſionem ita fieri poteſt, vt duobus Prin-
cipibus vel Nobilibus in vna eademque ſylua vno, vel diuerſis
modis ac formis, jus venandi competat, ita vt vnus in minoribus,
alter in maioribus feris jus venandi habeat, idque vſu in Germa-
nia multis in locis obſeruatur, Gail. *de pignorat. c. 24. nu. 7*. Georg.
Moer. *de jur. venand part. 1. num. 68 & part. 2. nu. 8*. Pruckm. *in d. §.
57 venatio cap. 4. nu. 67*. Atque † habet hic locum quod tantum cen-
ſeatur præſcriptum, quantum poſſeſſum *l. 1. §. ſi quis. ff. de itin. a-
ctuque priuat. c. auditis* & ibi Abb. *nu. 9*. Felin. *num. 18. de præſcript. c.
cum olim*. & ibi Abb. *num. 6. eod. tit*. Pariſ. *conſil. 114. numer. 25. lib. 2.*
Euerhard. Sen. *conſ. 13. nu. 15*. Weſenbec. *conſ. 95. nu. 7*. Gœden. *conſ.
58 39. nu. 62*. Schurff. *conſ. 29. num. 5. cent. 3*. & † præſcriptio ſtricti juris
eſſe dicatur, Balb. *de præſcript. 2. part. 3 partis principal. quæſt. 2. nu. 11*.
Abb. *conſ. 101. num. 7. lib. 1*. Roman. *conſ. 368. num. 8*. Peregrin. *conſil.
35. num. 17. vol. 1*. Zaſ. *conſil. 16. num. 54. lib. 2*. Schurff. *conſ. 86. num. 9.
cent. 2*. Weſenbec. *conſ. 34. n. 25. & conſ. 44. nu. 8*. Modeſtin. Piſtor.
conſ. vlt. num. 15. lib. 1.

59 Siue † autem ex præſcriptione, ſiue ex conceſſione legiti-
ma ali-

Digitized by Google

ma alicui venatio competat, hoc jus venandi in aliena etiam ſyl-
ua, in qua eſt acquiſitum, tantum, & tam efficax eſt, vt non poſſit
dominus ſyluæ ita jure & domino ſuo vti, vt jus venandi haben-
ti incidendis arboribus noceat, *arg. l. vlt. ff. de vſu & habitat. l. certo*
generi. §. ſi totus ff. de ſeruit præd. ruſtic. l. 1. §. Labeo putat. ff. de aqua
quotid. & aſtiu. l. vlt. in fin. C. de ſeruitut. & aq. Neque obſtat quod
quilibet † rerum ſuarum moderator ſit, & in ijs liberum arbi- 60
trium habeat, *l. ſed & ſi lege. §. conſuluit. ff. de petit. hæredit. l. in re man-*
data. Cod. mandati, adeo † vt in ſuo fundo dominus quicquid pla- 61
cuerit, facere poſſit, etiamſi alteri noceat. *l. fluminum. §. fin. & l.*
proculus. ff de damn. infect. l. ſi meo. ff. de aq. pluu. arcend. ſi † modo id 62
principaliter ob ſuam vtilitatem, non autem animo alijs nocen-
di faciat. *l. 1. §. denique. ff. de aq. pluu. arcend.* Schurff. *conſil. 45. num. 1.*
cent. 2. Fichard. *conſil. 132. numer. 1. verſ. Hac tamen jura lib. 2.* Nam
hæc † dum demum procedunt, quando in fundo, aliave re, ter- 63
tio nihil juris competit, cum dominus in re ſua in præiudicium
juris, tertio in ea competentis, nihil facere poſſit. *l. ſed ſi quid. §. ſed*
nec ſeruitutem. ff. de vſufruct. l. cum eo. ff. de ſeruitut. prædior. vrban. l. ſi
quid. l. altius. l. ſi in ædibus. & l. vlt. in fin. C. de ſeruitut. & aq. l. 2. C. ad
leg. aquil. cum ſimilib.

Non aduerſatur etiam quod † quis non præſumatur nocen- 64
di animo, ſed ob ſuum commodum aliquid facere *l. merito & ibi*
Bart. *num 1. ff pro ſoc.* Bald. *in l. item lapilli. nu. 5. verſ. ſed ſi ad agrum.*
ff. de rer. diuiſ. Iaſ. *in l. quo minus. nu 33. & ibid.* Rip. *nu. 29. ff. de flumin.*
Schneidw. *de feud. part. 2 num. 46. & in §. ſumma autem diuiſio num.*
59. Inſtit. de interdict. Weſenbec. *conſil. 67. nu. 15. verſ. ſed & quilibet*
& num. 20. in fin. Modeſtin. Piſtor. *conſ. 19. num. 8. vol. 1.* Nam cum
dominus ſciat, alteri jus venandi in fundo ſuo competere, ſimul
ſcit, vel ſcire debet, ſe arbores incidendo iſti alteri nocere, & v-
ſum illius juris interuertere, ideoque illa præſumptio hic ceſſat.
Adeo † vero certum eſt dominum ſyluæ non poſſe incidere ar- 65
bores cum iactura & damno jus venandi habẽtis, vt ſi ſylua vaſte-
tur, ab eo, cui illud jus competit, mandatũ ſine clauſula impetra-
ri poſſit, Gail. *obſeru. 64. nu. 8. lib. 2.* qua de re diuerſa extant præiu-
dicia Cameræ Imperialis, & in ſpecie à Gaillo. *d. loco* adducitur
præiu-

Digitized by Google

præiudicium in cauſa Zollern contra comitem à Fürſtenberg. Eo-
demque pertinent ex parte & illa præiudicia, quæ adducuntur
in deciſ. ſeu praiudic. Camer. in verb. mandata de non vaſtando.

Quemadmodum vero dominus ſyluæ jus venandi ex con-
ceſſione vel præſcriptione legitima habenti, incidendis arbori-
66 bus nocere non poteſt, ſic † etiam non habet facultatem impe-
diendi quo minus ille ſyluam eo inuito in capturam ferarum
circumſepiat & cingat, *l. in lege ff. locati.* Zaſ. *conſil. 6. numer. 1. lib. 2.*
Gail. *obſeru. 68. num. 7. lib. 2.* Georg. Moet. *de jur. venand. part. 1. nu.*
70. Rulant. *de commiſſar. part. 4. lib. 2. cap. 8. nu. 39.* & habetur in vo-
to Aſſeſſoris Cameræ, in cauſa S. Johan Daſſenheim contra Ha-
naw Liechtenberg / quod eſt apud Thilman. de Benign. *ſyntagm. 1.*
decad. 3. vot. 2. num. 9. vbi aſſeritur, neceſſario ſequi, quod, ſi alicui
conceſſum ſit jus venationis, eidem quoque conceſſum ſit jus
67 des Hagens. Additur † vero ſimul hæc reſtrictio, illi, qui habet jus
des Hagens ſiue cingendi, non eſſe licitũ ligna ex aliena ſylua cæ-
dere ad vſum des Hagēs in eadē ſylua, ſed ſi vult cingere ſiue Ha-
gen erigere, id eũ debere facere ſuis lignis, cum Hagen ſiue cinge-
re ſit inſtar retium & caſſium, & qui vult vti venatione ipſe ſuis
retibus & canibus eam exercere teneatur, atq; id deciſione Ca-
meræ Imperialis comprobatum eſſe apparet ex ſentētia ibidem
ſubiecta & anno 1578. publicata. Adeo vero certum eſt, eum, cui
jus venandi competit, ſyluam inuito etiam domino in capturam
ferarum circumſepiendi & cingendi facultatem habere, vt fur-
tum committat, qui muro vel ſepimento circumſeptas & inclu-
ſas feras aufert, Georg. Molin. *tract. de jur. venand. c. 5. per tot.* Natt.
conſil. 375. num. 8. & 9. Grauæ. *practic. concl. lib. 2. concl. 68. conſiderat.*
1. coron. miſcell. n. 2. Rulant. *de commiſſar. part. 4. lib. 2. cap. 8. nu. 20.*
Iohann. Bonifac. *in tract. de furtis. §. mobilis. num. 13.* Gail. *obſeru. 68.*
num. 12. lib. 2. vbi pro confirmatione eius ſententiæ rationem ad-
ſignat, quod huiuſmodi feræ à nobis poſſideantur & cuſtodiæ
noſtræ ſubiectæ ſint, ideoque eas capiens, rem alienam inuito
domino contrectet.

68 Poteſt † vero dominus ſyluæ ligna ex ea cædere, & arbores
ad vſum vel refectionem ædificiorum, vel ob aliam neceſſitatem

alijs

alijs vendere, modo id moderate faciat ita ne officiat juri venandi *arg. l. 3. verſ. ne tamen. & l. an vſusfructus. ff. de vſufruct. l. diuus in princ. ff. de vſu & habitat. l. ſi vſusfructus municipibus. ff. de vſufr. legat.* Gail. *d. obſ. 67. nu. 9.* Meurer. *d. part. 8. pag.* (mihi) *124. verſ. Et pro iſtis faciunt, &c. in fin. & verſ. ſeqq.* idque eo verius eſt, quod † vſufructuarius etiam, & alij proprietatem non habentes, arboribus cædendis ſylua moderate vti poſſint. *l. ex ſylua. l. arboribus. in pr. ff. de vſufr. l. fructus.* alius *diuortio. §. fundum. ff. ſolut. matr.* Garſ. *de expenſ. & meliorat. cap.* 11. *num. 37.* Præterea † pertinet in dubio jus glandis legendæ ad dominum ſyluæ, non autem ad jus venandi habentem, cum in eo jure verſetur domini vtilitas, Gail. *obſ. 68. nu. 1. lib. 2.* Georg. Moer. *de jur. venandi part. 2. cap 3. nu. 23.* qua ratione vero ligna cædendo modus excedatur, & qualis exciſio venationi nociua dicatur, & prohiberi poſſit ex arbitrio judicis dependet. Petr. Gileken. *de præſcript. part. 1. c. 6. nu. 11.* 69 70

Debentur † tamen plerunque inutiles & ſiles fructus ſylueſtres jus venandi habenti, pro vſu & alimentis ferarum, Gail. *d. obſeru. 68. num. 3.* quia niſi hoc fieret, feræ breui fame perirent, & venationis exercitium ceſſaret, cum † alimenta auferens necare cenſeatur *l. necare. ff. de lib. agnoſcend. l. ſi victum. ff. de re judic.* Et † conceſſo vno (cuiusmodi hic eſt venatio) reliqua etiam conceſſa cenſentur ſine quibus id commode expediri non poteſt *l. 2. ff. de juriſdict. l. 1. §. 1. ff. ſi vſufruct. petat.* 71 72 73

Cauere † etiam debent jus venandi habentes ne dominis fundorum immodice noceant *arg. l. cuius ædificium. ff. de ſeruitut. prædior. vrban. l. ex facto. ff. de vulg. & pupill. ſubſtit. l. 2. §. item varus. ff. de aq. pluu. arcend. c. ſuper eo. de offic. de leg.* nec ſubditi occaſione venationis & propter feras beſtias male tractentur, idque † adeo verum eſt, vt vaſalli ob eiusmodi malam tractationem ſuo feudo, in quo ea fit, priuari poſſint, vt poſt alios à ſe adductos tradit Zoannet. *in d. tractat. de duplici venat. nu. 74.* quod confirmatur per ea, quæ de feudi priuatione & ſubditorum exemptione contra eos, qui male per extorſionem indebitarum operarum eos tractant & grauant, ſupra *c. 13.* dicta ſunt. Damnum † etiam per venationem meſſibus & ſegetibus inferentes reſarcire illud læſis 74 75 76

tenentur. *arg. l. 2. §. vlt. ff ſi quadrup. paup. fec. l. item cum mela. §. item cum eo. ff ad l. aquil. cum ſimil.* Couar. *in c. peccatum 2. part. §. 8. n. 11. de reg. jur. in 6.* Ioan. Gutierrez. *Canonicar. quaeſt. lib. 2. quaeſt. 28. n. 15. & 40.* Zoanner. *in d. tract. de duplici venat. nu. 73.* Georg. Moer. *de jur. venand. part 1. cap. 4. n. 20.* Gail. *d. obſ. 68. nu. 10.* dicens illam ſententiam non ſolum piam, ſed etiam juri & æquitati conſentaneam eſſe, & addit Zoannettus *dicto loco*, alioqui mortaliter peccare Principes, nec à tali peccato mortali poſſe abſolui prius, quam ablata eorum quaſi voluntate & culpa redderent per *c. ſi rei alienæ 14. quaeſt. 6. c. cum tu. de vſur.* Atq; hæc propter magnum abuſum, qui hodie in venationibus cernitur, eo magis ſunt attendenda.

77 Permiſſum † vero etiam eſt ijs, qui jus venandi non habent, animalia noxiua ac perículoſa (cuiusmodi ſunt leones, vrſi, & lupi) venari pro purganda prouincia *l. vnic. C. De venat ferar. lib. 11. cap. 1. §. nemo retia* & ibi Aluarot. ac reliqui Dd. *de pac. tenend.* Vincent. de Franc. *deciſ. 158. numer. 2.* Chaſſan. *de glor. mundi part. 10. conſiderat. 50.* Rulant. *de cap. 8. num. 56.* & habetur in voto Aſſeſſoris Cameræ, quod eſt apud Gilman. *rer. judicat. lib. 2. deciſ. 20. nu. 2.*

78 Hodie † tamen in Germania hoc non obſeruatur, nec ab ijs, qui Regalia habent, admittitur. Nec deſunt, qui etiamſi alicui maiorum ferarum venatio conceſſa ſit, aprinam ea conceſſione contineri negant, Matth. Steph. *de jurisd. lib. 2. p. 1. cap. 7. membr. 2. num. 174.* Noe Meurer. *de jure foreſt. part. 2. fol. 16. & fol. 32.* Quam periculoſa vero ſit maiorum ferarum venatio, teſtatum facit præter alia memorabile exemplum in Alexandro Magno, qui vt hiſtorici memoriæ prodiderunt non minores feras, ſed tigros, pardos, vrſos, elephantes, crocodillos & leones venari ſolitus eſt, & cum in ſylua quadam aſperrima veneretur, ſolus in leonem ferociſſimum incidit, cumque ille de gloria hic de vita certarent, inter ſe congreſſi & mutuo complexi in terram prolapſi & ad dimidiæ ſpatium horæ colluctati ſunt, ſed leo tandem occubuit, Alexander admodum cruentus euaſit. Atque hæc quidem de venandi etiam jure addere volui, plura de hac materia videri poterunt apud varios Interpretes, & cumprimis etiam apud Guilhelm. Benedict. *in d. cap. Rainutius in verb. Et vxorem nomine Adelaſiam.* Dd. *in*

Dd. *in d. l. vnic. & in d.* §. *nemo retia* Zoannet. *in d. tract. d. duplici venat.* Couarruu. *in c. peccatum part. 2.* §. *8.* Sebaſt. Medic. *de venat. piſcat. & aucup.* Heig. *d. quaſt. 15.* Noe Meurer. *in d. tract.* Von Jagt vnd Forſtrecht. Iacobin. de S. Georg. *in verb. Et cum venationibus* Rulant. *d. cap. 8.* Pruckman. *in d.* §. *venatio.* Remedia † vero ratione juris venandi vel etiam piſcandi diuerſa competere poſſunt, nimirum petitorium confeſſoriæ actionis & vti poſſidetis: 79
& ſi ea jura habentes in poſſeſſione ſua per pignorationes turbantur inter eos, qui immediate Imperio ſubiecti ſunt mandata, ſine clauſula ex conſtitutione pignoraritia in Camera Imperiali cum annexa citatione obtineri poſſunt, & in puncto citationis cauſa interdicto vti poſſidetis plene ventilatur, idque cumprimis in materia venationis Cameræ ſtylo & quotidiano praxi obſeruatur, cum frequentiſſimæ ſint de jure venandi & eius poſſeſſione lites & contentiones inter Principes & alios jus venandi habentes. Mandata etiam ſine clauſula ex ordinatione Cameræ *part. 2. tit. 23.* occaſione juris venandi obtineri poſſunt, vt in caſu vaſtationis ſyluæ ab ipſo domino in detrimentum illud jus habentis facta dictum eſt ſupra *num. 65.* Præterea quando generalis prohibitio venationum fit, illi quorum intereſt, huiusmodi prohibitionem non fieri aduerſus eam remedio appellationis vti, & per hanc viam ad ſuperiorem recurrere poſſunt Cod. Fabrian. *tit. de appellat. defi. 14.* Grauæus *practic. obſeru. lib. 2. concluſ. 66. conſid. 1. num. 3.*

Caput XIX.

De ſalinarum reditu.

Summaria.

1. Salinas in priuato loco repertas ad priuatos pertinere & ab ijs poſſideri poſſe, & quomodo aliud ſit coctile aliud foſſile.

2. Salinarum in priuato loco repertarum reditus Principis eſt, & inter regalia referendus, idque cum reliquo jure congruit, nu. 3.

4. Ex ſalinis reditus apud Romanos etiam ante Imperium fuit conſtitutus.

5. De ſalinarum vectigali à Lyſimacho conſtituto memorabile exemplum.

6. Salinarum vectigal quando & qua reſtrictione in Gallia primum à Rege Phillippo ſinſtitutum ſit.

7. Quemadmodum id, quod ex fodinis priuatorum fiſco debetur, vectigal in veteribus legibus appellatur, ita idem ſit in ſalinarum reditu.

8. Salinarium, de quo in cap. ſuper quibusdam. §. præterea de verb.ſignif. *mentio ſit, quid ſit?*

9. Salinarum & fodinarum ſimul varijs locis in jure ſit mentio, & idem jus conſtituitur, idemque ſit in aurea Bulla Caroli IV.

10. Salinarum etiam in inueſtituris Cæſareis inter regalia fieri ſolet mentio.

11. Inter ſalinas & fodinas tamen quod ſit diſcrimen.

12. Salinæ non minus quam fodinæ in publico loco repertæ totæ Principis ſunt & inter regalia numerantur, nec hoc reſpectu alicuius vectigalis fieri dicendum eſt nu.13.

14. Fiſcus ab omnium vectigalium præſtationibus eſt immunis.

15. In ſalinis quale priuilegium Electoribus Imperij per auream Bullam Caroli Quarti conceſſum ſit.

16. Salinarum jus Electoribus Imperij ex aurea Bulla competens hodie etiam nonnulli alij Principes & ordines Imperij ex legitima præſcriptione vel conceſſione habent.

17. Salinarum jus quibusdam ante auream Bullam etiam ab Imperatore conceſſum fuiſſe ex ijsque eſſe ſalinas Hallenſes in Saxonia de quibus additur quales & quam præſtantes ac vtiles ſint.

18. In ſalinis non minus quam fodinis conſuetudo attendi debet.

19. Vt metalli, ita & ſalinarum pœna in jure noſtro eſt, quæ ob crimen commiſſum infligitur.

20. Salinarum pœna proprie eſt ſolarum fœminarum.

21. Metalli pœna non ſolum ad fœminas, ſed & ad viros ſpectat, & crebrius leges de ea virorum meminerunt.

Deci-

DEcimumnonum regale vocatur à Friderico Salinarum reditus. Salinarum crebro fit in noſtro iure mentio. Quemadmodum autẽ in decimoſexto regali de fodinis diximus, quod à priuatis etiam poſſideri poſſint, ſi videlicet in priuato loco inueniantur, ſic † idem rectè dixerimus de ſalinis, quod videlicet 1
ad priuatos pertineant, & ab illis poſſideri poſſint, ſi in priuato reperiantur loco vt *in hoc c. vn.* tradunt Afflict. Aluarott. Præpoſit. & Laudenſ. Iacobin. *in verb. cum argentifodinis & ſalinis num.* 2. Gœden. *conſ.* 3. *Et videtur primum nu.* 2. Roſenth. *de feud. c.* 5. *concluſ.* 89. *nu.* 2. Schneidw. *de feud. part.* 2. *num.* 106. *&* 108. Rauchbar. *q.* 22. *nu.* 4. idque conuincitur *ex l. generali. §. vxori ff. de vſufr. legat.* item ex *l. forma §. Salinæ ff. de cenſib.* vbi Iuriſconſultus *Salinæ*, inquit, *ſi quæ ſunt in prædijs, & ipſæ in cenſum deferendæ ſunt, tanquam priuatæ videlicet, & ad eum pertinentes, cuius ſunt prædia.* Eodem facit text. *in l. magis puto §.* 1. *ff. de reb. eorum qui ſub tut. &c.* vbi iunctis duabus legibus præcedentibus proditum eſt, ſalinas à pupillis, vt priuatis rectè poſſideri, non minus quam fodinas, ideoque alienari haud aliter poſſunt, quam debita ſolennitate interueniente, quę alias reſpectu pupillorum deſideratur. Eſt autem ſal aliud coctile, aliud foſſile. Atque illud quidem ex aquis ſalſis, quæ vulgo Solen vocatur, coquitur: hoc vero foditur, vel ex montibus eruitur, tantumq; inde emolumentum percipitur, vt Rex Poloniæ maiorem partem redituum ex ſalis fodinis habeat, vti refert Kekerman. *in ſyſtem. polit. c.* 19. *lib* 1.

Scire † tamen oportet, publica authoritate Principis certum ex eiuſmodi ſalinis reditum rectè conſtitui, neque alium 2
priuatum ſibi tale aliquod arrogare poſſe, atque ideo huiuſmodi reditum ſalinarum ſolius eſſe Principis, fiſcoque deberi, atq; hoc nimirum illud eſt, quod Fridericus reditum ſalinarum inter regalia refert in hoc c. vn. Atque hinc huiuſmodi reditum de regalibus eſſe tradunt etiam Aluarot. *in hoc c. vn. n.* 7. Schneidw. *d. part.* 2. *num.* 108. *& in §. conſtituitur nu.* 5. *Inſtit. de vſufruct.* Rauchbar. *quæſt.* 22. *nu.* 4. Roſenth. *d. concl.* 89. *num.* 3. Dec. *conſ.* 293. *nu.* 1. & minus rectè loquuntur, qui ſimpliciter docens ſalinas eſſe de re-

3 galibus, cum † præſertim cum reliquo etiam iure communi congruat reditum ſalinarum eſſe de regalibus, & fiſco deberi, quia in eo vectigal appellatur, & inter publica vectigalia, quæ fiſco debentur, refertur. *l. inter publica §. vltim. ff. de verb. ſignif. l. 1. ff. quod cuiusq; vniuerſ. nomine l. liber homo §. ſi quis ita ff. de hæred. inſtit. l. mulier ff. de captiuis. l. aut damnum §. in miniſterium ff. de pœnis & l. ſi quis ſine C. de vectig. & commiſſ.*

4 Reditus † hic ſalinis apud Romanos ante imperium etiam fuit conſtitutus, vt apparet ex Liuio *lib. 9. decad. 3.* Dum hæc conſules, inquit, diuerſis regionibus agunt, Cenſores interim Romæ M. Liuius & C. Claudius ſenatum recitarunt, Princeps interim lectus Q. Fabius Maximus, notari ſeptem, nemo tamen qui ſella curuli ſediſſet, ſarta tecta acriter & cum ſumma fide peregerunt, viam è foro boario ad veneris & circa foros publicos & ædem Matris magnæ in palatio faciendam locauerunt, vectigal etiam nouum ex ſalaria annona ſtatuerunt, ſextante ſal & Romæ & per totam Italiam erat, Romæ precio eodem, pluris in foris & conciliabulis, & alio alibi precio præbendum locauerunt. Id vectigal commentum alterum ex cenſoribus ſalis credebant populo iratum, quod iniquo iudicio quondam damnatus eſſet, & precio ſalis maxime oneratas tribus, quarum iudicio damnatus erat, credebant. Inde ſalinatori Liuio inditum nomen. *Hæc Liuius.*

5 Memorabile † vero eſt & illud, quod memoriæ proditum eſt ab Athenæo *libr. 3. δειπνοσοφιστῶν. c. 2.* à Lyſimacho iam olim in Troade vectigal ſalinarum conſtitutum, & natura tamẽ id quaſi refugiente ſtatim exaruiſſe ſalinas, & remiſſo vectigali rurſus prodiſſe, idq; refert etiam Chopp. *de doman. Franciæ lib. 1. tit. 15. n.*
6 15. vbi † ſimul ſcribit huiuſmodi vectigal ſalinarum inſtitutum fuiſſe in Gallia primum à Rege Philippo V. ob neceſſitatem bellicam, eumq; ſimul conteſtatum eſſe & edixiſſe, vltra quinquennium ſe illud non prorogaturum.

Prȩterea etiamſi ſalinæ in priuatorum prȩdiis repertæ priuatæ ſint, tamen earum nomine aliquid, quod fiſco debeatur, & de re-

de regalibus ſit, præſtari debet, vt ſupra dictum eſt idque eo minus mirum videbitur, quod & ex fodinis, in priuatorum fundis repertis, aliquid fiſco præſtetur, ideoque ad hoc ipſum ad regalia ſpectat, vt in decimoſexto regali oſtenſum eſt. Sane † quem- 7
admodum illud, quod ex fodinis priuatorum fiſco debetur, vectigal in veterib. LL. appellatur, *l. inter publica §. vlt. ff. de verbor. ſignif. l. 1. ff. quod cuiuſque vniuerſ. nomine,* ſic etiam, vt ſupra oſtendimus, illud ipſum, quod reſpectu ſalinarum in priuatis locis inuẽtarum fiſco ſoluitur, vectigal nuncupatur, idq; † illud eſt, quod 8
ſalinarum vocatur à Pontifice *in cap. ſuper quibuſdam §. Praterea de verb. ſign.* vt præter alios notat ibidem gloſſ. *in verb. Pedagia.* & refertur ibidem inter ea, quæ ſunt de regalibus.

Quæ † cum ita ſit comparatio fodinarum & ſalinarum 9
merito conſtituatur, cum præſertim variis locis noſtri iuris ſalinarum & fodinarum ſimul fiat mentio, & idem vtrobiq; ius conſtituitur, vt videre eſt, *in d. l. 1. ff. quod cuiuſq; vniuerſ. nomine. d. l. magis puto, iunctis duabus L. L. praecedentibus ff. de reb. eorum qui ſub. tut. &c. l. ſed & hi ff. de publican. l. aut damnum §. in miniſterium ff. de pœn. d. l. inter publica §. vlt. ff. de verb. ſignif.* Idem fit in aurea Bulla Caroli Quarti *cap. 9.* & † ſimiliter in Cæſareis Inueſtituris inter alia 10
regalia ſalinæ cum fodinis & mineris coniungi ſolent, vt & fit apud Iacob n. *de feud. in inueſtitura in verbis cum argentifodinis & cum ſalinis.* Inter † fodinas tamen & ſalinas non ſolum ratione pœ- 11
næ (vt infra in fine huius capitis oſtendetur) ſed & in eo diſcrimen eſt, quod illud, quod fiſco præſtatur, & de regalibus eſt, in ſolis ſalinis, nullibi autem in fodinis reditus appelletur, & in ſolis fodinis, decima vocetur (vt ſupra *cap. 16. num 45.* dictum eſt) eaque appellatione, quanta ea portio ſit, denotetur, quod in ſalinis nullibi fit.

Porro de ſalinis in publico loco inuentis tenendum eſt, eas non † minus quam fodinas & mineras, in tali loco inuentas, non 12
priuatas, ſed publicas, ipſiuſque Principis eſſe & inter regalia numerari debere, idque notant Afflict. Aluarott. & Laudenſ. *in hoc c. vnic. quæ ſint regal.* Franciſc. Marc. *deciſ. 139. numer. 2. part. 2.* Iacobin.

Iacobin. *in d. verb. Et cum argentifodinis & cum ſalinis n.* 2. Schneid. *de feud. part.* 2. *nu.* 108. Gœden. *d. conſ.* 3. *& videtur primum num.* 1. Si
13 igitur † in publico Imperij fundo reperiantur ſalinæ, non poteſt in his vllum vectigal ſpectari, quaſi reſpectu huius ſolius vectigalis eiuſmodi ſalinæ ſint regalia, quia fiſcus ipſe ſiue Princeps percipit vtilitatem ex his ſalinis prouenientibus, nec vectigal ſoluere ſolet iis etiam caſibus, quibus alias vectigal huius vel illius rei
14 nomine penditur *l. locatio §. fiſcus ff. de publican.* vbi † fiſcus ab omnium vectigalium præſtationibus immunis eſſe dicitur. Atque ex his quidem, quæ hactenus de priuatis & publicis ſalinis dicta ſunt, planum fit, licet non deſint Interpretes, qui ſimpliciter negant, ſalinas eſſe inter regalia numerandas, & rurſus qui ſimpliciter contrarium affirmant, tamen diſtinctione ſuperiori vtendum
15 eſſe. Neque † obſtat Caroli Quarti aurea Bulla *d. c.* 9. Nam priuilegium ibi Regi Bohemiæ & aliis Imperij Electoribus datum eo ſpectat, quod illi Principis vt fodinas, ſic & ſalinas, in ſuis etiam priuatis prædiis repertas, ab omni onere immunes habere poſſint, & nihil fiſco ſalis nomine præſtare teneantur, quemadmodum & eo illud priuilegium pertinere dici poteſt, quod ſalinæ, vt regale eorum Principum ſint, etiamſi inueniantur in iis locis, quæ Imperij reuera ſunt reſpectu dominij, & quæ ab Imperio iure feudali tenent tanquam vaſalli, eaque ratione, quod ipſe Cæſar in ſalinis habet, quoad ipſam proprietatem & vtilitatem in locis etiam publicis, ex conceſſione Cæſarea ipſi Principes habere cenſentur in iis locis publicis, quæ ab Imperio habent. Placuit enim Carolo Quarto, vt omne ius, quod in ſalinis Imperatori debetur, in eos per priuilegium transferretur in omnibus terris, ditionibus & locis, quæ ab iis poſſiderentur, ſiue priuata, ſiue publica eſſent. Proinde eius Imperatoris aurea Bulla ſuperiorem diſtinctionem ex iure communi deſumptam de Cęſaris iure in priuatis & publicis ſalinis potius confirmat, quam quod ei aduerſetur.

16 Eo † vero tandem deuentum eſt, vt & alij nonnulli Principes & Ordines Imperij ex præſcriptione vel ex conceſſione

ipſius

ipſius Imperatoris hoc ius tanquam regale exerceant, ſalinarumq́; etiam expreſſe in inueſtituris fieri ſoleat mentio. Et † ſunt 17
quibus hoc ius ſalinarum multo ante prædictam auream Bullam ab Imperatore conceſſum fuit, ex quib. eſt Archiepiſcopus Magdeburgenſis, qui ab Ottone Imperatore ante mille annos hoc regale in Saxonicis Hallenſibus ſalinis obtinuit, Heig. *quæſt.* 14. *num.* 27. *p.* 1. vbi notabile eſt, quod *num.* 29. *& aliquot ſeqq.* ſimul addit, Archiepiſcopos hoc regali ita vſos eſſe, vt ſalinas ſubditis concedere voluerint, idq́; ita fecerint, vt illas iis in feudum dederint per breue teſtatum vel coram vulgo In Wachs oder Cantzleyſchrifft/ partemque minimam Archiepiſcopali menſæ deſtinatam retinuerint, ac poſtea à multis iam annis etiam harum menſalium ſalinarum redditus ciuibus hac lege, vt ſibi aliqua pars ex iis penderetur, conceſſerint, factaque ſit anno 1479. ab Erneſto Archiepiſcopo in eam rem conſtitutio, qua præcipitur ne menſales ſalinæ aliis quam ciuibus Hallenſib. concedantur ad quam ſeruandam ſe ſinguli ſucceſſores iuramento adſtringunt. Quam excellens vero ſit hoc regale ſalinarum Hallenſium, & quam magna & fere immenſa eius ſit vtilitas, teſtatur etiam Chriſt. Barthol. *in ſua dedicatoria Epiſtola*, *quarto Tomo ſententiarum Cameræ Imperialis* præfixa, dum tanquam de re ſibi notiſſima inter cætera ſcribit, eas ſalis tantam copiam per plurimas Imperij ditiones ita diſtribuere, vt ea res fidem excedat, & ſimul hæc addit verba: *Ibi enim ex certis aquis, quæ ingenti copia per ſcaturigines ſubterraneas profundiſſimas aſſidue profunduntur, & quatuor fontibus ſeu puteis altiſſimis excipiuntur, & noctes dieſque continuatò labore exhauriuntur neque vnquam deficiunt & ſingulis diebus ad minimum modij mille, quorum ſingulis portandis vnius viri robuſti vix humeri ſufficiunt excoquuntur & conficiuntur.*

Obſeruandum † vero, in hac ſalinarum materia, non minus, quam in fodinis, conſuetudinem, quæ hoc vel illo loco eſt, 18
attendi debere, Laudenſ. *in hoc cap. vnic. numer.* 2. Schneidwin. *d. part.* 2. *numer.* 106. & † quantum ad pœnam attinet in iure no- 19

ſtro, vt metalli, ſic & ſalinarum eſſe pœnam, quæ ob maleficium
20 infligitur, & † hanc ipſam pœnam ſalinarum, vel qua quis in opus ſalinarum damnatur, eſſe propriam fœminarum *l. aut damnum §. in miniſterium ff. de pœn. l. mulier ff. de captiu. & poſtlimin. re-*
21 *uerſ.* Metalli † quidem pœna etiam ad fœminas ſpectat, vt videre licet *in Nou. 22 de nuptiis §. quod autem prius. & in d. §. in miniſterium*, ſed eadem virorum eſt pœna & crebrius leges ita eius pœnæ meminerunt, vt de viris loquantur.

CAPVT XX.

De bonis committentium crimen læſæ maieſtatis.

SVMMARIA.

1 *Bonorum committentium crimen leſa maieſtatis regale cur hic ſeparetur à regali de bonis aliorum damnatorum & proſcriptorum.*

2 *Leſa maieſtatis crimen iniuria etiam maieſtatis appellatur.*

3 *Leſa maieſtatis crimen tam atrox & enorme eſſe cenſetur, vt dicatur primum & maximum, ac ſceleratiſſimum, omniumque peſſimum.*

4 *Abolitione omnium criminum impetrata non cenſetur criminis leſa maieſtatis abolitio conceſſa.*

5 *Leſa maieſtatis crimen quid? &* n. 8.

6 *Securitas in hac materia quid?*

7 *Populus Romanus omne Imperium & poteſtatem lege regia in Principem contulit.*

9 *Leſa maieſtatis crimen variis modis committi, & quinam ſint illi.*

10 *Leſa maieſtatis crimen committitur etiam ob ſolum conatum nō ſecuto effectu, maxime ſi deuentum fuerit ad actum proximum.*

11 *Leſa maieſtatis crimen modo perduellio appellatur, modo generis nomen retinet.*

12 Con-

12 *Confuſe tamen etiam in iure de vtroq; agitur, nec hodie diſcrimen illud ita ſtricte obſeruatur.*

13 *Læſæ maieſtatis crimen ex quorundam ſententia non committitur aduerſus Reges, alioſq; Imperatorem vel alium ſuperiorem non recognoſcentes.*

15 *Læſæ maieſtatis crimen committitur etiam aduerſus Principes alioſq; ſuperiorem non recognoſcentes.*

14 *Contra Princeps vero & ciuitates ſuperiorem recognoſcentes non committitur, & licet quidam conſuetudine & facto contrarium obſeruari dicant,* numer. 16. *tamen cum illi ſint Itali, eorum de conſuetudine teſtimonium non eſt facile nec de vno loco ad alia extendendum* numer. 17

18 *Læſæ maieſtatis crimen in Germania aduerſus quoſuis Principes inferiores non committi non ſolum ex Caroli V. Conſtit. crim.* art. 219. *ſed ex aurea Bulla Caroli IV. etiam oſtenditur, eoq; pertinet, quod dignitas quæ in ſuperiorem non recognoſcentibus Principibus maieſtas appellatur in inferioribus ſerenitas vel celſitudo vel eminentia vocari ſoleat.*

19 *Exceptio firmat regulam in caſibus non exceptis, quod fallit in iis caſibus, qui exceptis non ſunt ſimiles* n 20.

21 *Læſæ maieſtatis crimen licet contra Principes ſuperiorem recognoſcentes non committatur, tamen alia pœnæ leuiores locum habent.*

22 *Pœnam damnationis memoriæ, & eam qua filij etiam delinquentis puniuntur, ceſſare etiam quando contra alium quam Imperatorum crimen læſæ maieſtatis committitur, tam multi tenent, vt non deſint, qui de vtraq; pœna id communiter teneri teſtentur.*

23 *Læſæ maieſtatis crimen etiam contra eos, qui Principi à conſiliis ſunt, committitur.*

24 *An hoc crimen committatur in conſiliarios, ſi reſpectu ſui & in ſuum odium, non autem ſi duntaxat vel principaliter propter Principẽ vel eius odium offenduntur, & an hoc etiam in iis qui extra aulam Imperatoris viuunt, nec eius lateri adhærent, locum habeat.*

25 *Idem in conſiliarios Imperatoris, ceſſantibus aliis coniecturis, potius ratione particularis odij, quam publici officij, commiſſum eſſe præſumendum eſt.*

26 *In Electores Imperij etiam crimen læſa maieſtatis committitur, ſiue in odium Imperatoris vel Imperij offendantur ſiue non.*

27 *Electores Imperij quibus elogiis in aurea Bulla decorentur.*

28 *Læſa maieſtatis crimen contra ſe commiſſum tantum pœna ordinaria vltimi ſupplicij puniri voluit Elector palatinus.*

29 *Læſa maieſtatis crimen ij tantum, qui ratione domicilij vel originis ſubditi ſunt, committunt.*

30 *An & quatenus ciuitas vel vniuerſitas illud committat.*

31 *Conſcij criminis læſa maieſtatis puniuntur ſi non reuelent, licet nõ ordinaria, ſed mitiori pœna pro arbitrio iudicis ex magis communi Dd. ſententia puniantur,* n. 32.

33 L. Quiſquis §. id quod Cod. ad l. Iul. maieſt. *declaratur.*

34 *Conſcii criminis læſa maieſtatis ſi id non reuelent, ex veriori & magis communi Dd. ſententia tum demum puniuntur, quando ita ſciunt, vt probari poſſint.*

35 *Vaſallus ratione ſolius feudi non fit ſubditus.*

36 *Læſa maieſtatis crimen vaſallus, qui non eſt etiam vere ſubditus, non committit.*

37 *Vaſallus ſi id faciat, quo in ſubdito crimen læſa maieſtatis committitur, feudo priuatur.*

38 *An feudum ob crimen læſa maieſtatis amiſſum fiſco applicetur,* & n. 63. & 67.

39 *Ob læſa maieſtatis crimen vaſallus vel alius ipſo iure dominium non amittit, fallit in crimine notoria rebellionis permanentis* n. 43.

40 *Ex prohibitione adminiſtrationis non poteſt inferri ad amiſſionem dominii, idque ita ſe habet etiam in prohibitione alienationis*, numer. 41.

42 L. Quiſquis in verb. addictis & l. vlt. C. ad l. iul. maieſtat. *declarantur.*

44 *Sententia declaratoria ad auocandam poſſeſſionem etiam in crimine notoria rebellionis opus eſt, idque Cameræ ordinatione* part. 2. t. 9. §. 2. *confirmantur.*

45 *Læſa maieſtatis crimen committentiũ extra bona varias eſſe pœnas, ex qui-*

ex quibus ſunt pœna gladij, damnatio memoriæ, nu. 46. *infamia delinquentis eiuſque filiorum* num.47. *deletio inſignium & nominum delinquentis*, nu.48. *amiſſio omnium priuilegiorum* nu.49.

50. Ex his etiam eſt, quod emancipationes liberorum delinquentis non ſubſiſtant, nec is debeat lugeri nu. 51. *aut ſepeliri* nu. 52. *nec etiam poſſet pro eo apud Principem intercedi* nu. 53.

54. De pœnis eiuſdem criminis circa bona, & nu. ſeqq.

55. Damnatorum bona licet fiſco non vendicentur, ſi extent aſcendentes vel deſcendentes vſque ad tertium gradum, fallit tamen in hoc crimine.

56. Domus rei ob hoc crimen deuaſtatur & ſolo æquatur.

57. Quicquid per vltimam voluntatem vel contrahendo aut alienando agit, nullum eſt, licet ante accuſationem factum ſit, idque procedit quoque in manumiſſionibus nu. 58.

59. Ex teſtamento vel ab inteſtato etiam nihil acquirit.

60. Delictum patris licet noceat filijs, tantum in ijs, quæ ab eo proficiſcuntur, tamen fallit in hoc crimine nu. 61.

62. Filiorum appellatione in hoc crimine non tantum legitimi ſed & naturales comprehenduntur.

63. Feudo ſi vaſallus contra dominum hoc crimen commiſerit, non ſolum filij, ſed & agnati priuantur, & ad ipſum dominum, non autem ad fiſcum pertinet.

64. In feudo quolibet locum habet, quod ob delictum, contra dominum feudi commiſſum, non ſolum filij, ſed & agnati ab eo arceantur.

65. Feudum ſemper cenſetur conceſſum ea conditione & qualitate, vt in caſu ingratitudinis contra dominum commiſſæ ad eundem reuertatur.

66. Feudum ad agnatos & non ad dominum, nec etiam fiſcum deuoluitur, ſi delictum in dominum non ſit commiſſum, idq; ita etiam ſe in crimine læſæ maieſtatis habet nu. 67.

68. Læſæ maieſtatis crimine commiſſo filiabus debetur legitima portio in bonis matris teſtato vel inteſtato decedentis, ideoque filiorum adeo non habetur ratio, vt in computatione huius legitimæ portionis filiabus debitæ filij partem non faciant nec eorum reſpectus haberi debeat.

69. Filias hoc crimen committentium ex bonis paternis debere dotari,

quidam aſſerunt, contraria tamen ſententia vt verior approbatur num. 70. *& altera refutatur* nu. 71.

72. *Filij adoptiui ob hoc crimen ab adoptante commiſſum non puniuntur, vt nec filij alij, antequam illud patratum eſt, emancipati* num. 73. (*niſi emancipatio in fraudem facta ſit* nu. 74.) *vel nati* nu. 75. & 76.

77. *Nepotes licet nonnunquam appellatione filiorum contineantur, tamen regulariter & proprie ſecus ſe res habet* num. 78. *maximè in odioſis* num. 79.

80. *In læſa maieſtatis crimine, quod eſt conſtitutum de filijs, non eſſe porrigendum ad nepotes.*

81. *De Friderici Imperatoris conſtitutione quadam quod à Cyn. & Alberic.* in l. quisquis C. ad l. jul. maieſt. *adducitur, an attendendum ſit?*

82. *In læſa maieſtatis criminis pœnas etiam mulieres, id committentes incurrunt, non tamen eorum filij* nu. 83. & 86.

84. *Fœminæ ſæpe maſculorum appellatione continentur.*

85. *Odioſa & pœnalia reſtringenda ſunt.*

87. *Hæreditates, filijs committentium crimen læſæ maieſtatis ex aliorum ſucceſſione delata, legitimis hæredibus debentur, non autem fiſco applicantur.*

88. L. quisquis. §. vxores C. ad l. jul. maieſt. *declaratur.*

89. *Læſæ maieſtatis crimen committentium fi ij non priuantur ijs rebus, quæ in eos inter viuos donando vel alia ratione fuerunt translata.*

90. *A ſucceſſione ab inteſtato vel ex teſtamento non poteſt inferri ad actum inter viuos, vt liberi excludantur.*

91. *Læſæ maieſtatis criminis pœnæ in filijs ceſſant, patre plene in integrum reſtituto.*

92. *Pœna regulariter ſuos tantum authores tenet.*

93. L. quisquis C. ad l. jul. maieſtat. *in pœnis filijs infligendis de conſuetudine non obſeruatur.*

94. *Principem exempla, qui ob crimen læſæ maieſtatis à patre commiſſum noluerunt filios puniri.*

95. L. quisquis. §. filij C. ad l. jul. maieſt. *an per* l. ſancimus C. de pœn. *ſit abrogata?*

96. *Ius vetus per nouam legem non cenſetur abrogatum, ſi in hac expreſſe*

preſſe eius juris ſiue rei, de qua in ea aliquid cautum eſt, non fiat mentio.

97. Ob læſa maieſtatis crimen à filio commiſſum pater non punitur.

98. Peculium filij profectitium, imo & aduentitium, caſtrenſe & quaſi caſtrenſe in pœnam publicationis bonorum non venit, nec fiſco applicatur, ſed patri debetur.

99. Ob læſa maieſtatis crimen à marito commiſſum dos vxoris non confiſcatur, idque adeo verum eſt, vt domus etiam demolitionem pro ea recuperanda impedire poſſit nu. 100.

101. Dos dicitur eſſe in dominio mariti ex ſubtilitate juris, reuera autem & naturaliter vxor dominium retinet, illudque dominium varios hic enumeratos effectus habet, vt & dominium mariti nu. 103.

102. Dotis nomine marito competit rei vendicatio præter alios effectus hic enumeratos.

104. Vxor & fiſcus quoad jus tacitæ hypothecæ paribus paſſibus ambulant, & prior tempore potior eſt jure.

105. Vxor in dubio, ſi videlicet de temporis prioritate non conſtat, fiſo tanquam magis priuilegiata præfertur.

106. Læſa maieſtatis crimine à marito commiſſo bona vxoris etiam alia, quam dos, ſiue receptitia ſiue paraphernalia ſint, in confiſcationem non veniunt.

107. Idque procedit etiam in donatione propter nuptias, & lucro vxori inde debito, vt & in quarta vxori inopi & indotatæ ex bonis mariti competente nu. 108.

109. Hæc quarta in locum dotis ſuccedit, & ijsdem priuilegijs gaudet.

110. Surrogatum ſequitur naturam ſui ſurrogati.

111. In crimine læſa maieſtatis propter eius enormitatem varia & multa eſſe ſingularia, & quænam præter ſupra adducta ſint illa?

112. In hoc crimine vt multa ſunt ſingularia, ſic ſingulariter à judicibus obſeruandum eſt, vt tam in eo, quam in alijs, ſtricta fiat interpretatio, benigniorque ſententia præferatur.

113. In eodem crimine à judicibus cauendum eſt, ne inter eius ſingularia & hoc referatur, quod ob atrocitatem & enormitatem extenſio fieri debeat.

Vigeſi-

VIgeſimum regale ſunt bona committentium crimen læſæ
1 maieſtatis: Etſi † vero Fridericus inter ſuperiora regalia de
bonis proſcriptorum & damnatorum mentionem fecerit, & id
regale duodecimo loco poſuerit, tamen cum hoc regale ratio-
2 ne bonorum multo ſit plenius, ac † crimen commiſſum iniuria
ſit ipſius maieſtatis, vt appellatur, *in l. paſcha. C. Theodoſ. de indulgen.*
3 *crimin.* adeoque † cenſeatur eſſe atrox & enorme, vt dicatur pri-
mum & maximum *in l. religio. Cod. Theodoſ. eod. tit.* ac ſceleratiſſi-
mum *in l. vlt. C. ad l. jul. maieſtat.* & omnium peſſimum *in Nou. 22.*
4 *de nuptijs. §. ſi igitur.* nec abolitione † omniũ criminum impetra-
ta, huius abolitio cenſeatur conceſſa; Marſil. *in l. vnic. num. 130. C.*
de rapt. virg. Decian. *in tractat. criminal. lib. 7. cap. 27. num. 28.* puta-
uit Imperator Fridericus ſe recte facturum, ſi *in hoc cap. vnic.* pe-
culiariter & ſeorſum huius criminis meminiſſet, bonaque illud
committentium fiſco deberi, & inter regalia referenda eſſe o-
5 ſtenderet. Vlpian. *in l. 1. ad l. jul. maieſtat.* ait, crimen † læſæ maie-
ſtatis eſſe illud, quod aduerſus populum Romanum vel eius ſe-
6 curitatem committitur. Securitatem † Dd. noſtri *ſaluum* con-
ductum nuncupant. Budæus tranquillitatem Interpretatur, vt &
7 Duaren. *lib. 2. diſp. cap. 22.* Quandoquidem † vero populus Ro-
manus omne Imperium & poteſtatem lege Regia in principem
contulit. *l. 2. §. nouiſſime. de orig. jur. l. 1. ff. de conſtit. princip. §. ſed &*
quod principi Inſt. de jur. natural. gent. & ciuil. l. 1. §. ſed in hoc ſtudium.
C. de vet. jur. enucleand. Et Imperatoris tantum fit mentio, *in l. nul-*
lus l. quisquis & l. maieſtatis C. de tit. ideoque quod Vlpian. *in d. l. 1.*
ad l. jul. maieſtat. de populo Romano profert, ad principem refe-
8 rendum eſt, & † recte dicimus hodie læſæ maieſtatis crimen eſſe,
quod aduerſus Imperatorem eius ve ſecuritatem deſignatur. Id-
9 que † varijs modis fit, puta, ſi quis arma ſumpſerit aduerſus prin-
cipem *d. l. 1. in princ.* ſi quis ſine licentia principis exercitum de-
ſeruerit, vel inſidias ſtruxerit Paul. *lib. 5. ſentent. tit. 29. §. 1.* vel ar-
matus cum armatis aduerſus prouinciam vel vrbem aliquam
Imperij Romani inſurrexerit, aut ita contra eam venerit vt loca
aut templa eius occupentur *d. l. 1. §. 1. ff. ad l. jul. maieſt.* vel prouin-
ciam aut ciuitatem aliquam Imperij hoſtibus prodiderit *l. pen. ff.*
eod. tit.

Digitized by Google

eod.tit. l.2. ad tit. ſi quis obſides ſine juſſu Principis interfecerit *d. l. 1.* ſi quis ſine licentia Principis tenuerit arcem vel, vt Dd. nuncupant, fortalitium in confinibus Imperij *l.3. ad l.jul. maieſtat. l.2. Cod. de fund. limitroph. lib.11.* ſi quis ſine licentia Principis bellum geſſerit, exercitumve comparauerit *d. l.3.* ſi quis hoſtem commeatu, vel pecuniam mutuo dando vel arma ei vendendo juuerit, *l. 4. ff. ad l. jul. majeſtat.* vel eum fugientem ſciens ſuſceperit, eumque occultarit *l. metrodorum. junct. l. eorum. ff. de pœnis.* ſi quis monetam ſine permiſſu Principis cuderit vel probam monetam adulterauerit *l.2. Cod. de falſ. monet.* Conſtit. Carol. V. *artic. 111.* vel inſidias ſtructas Imperatori non reuelauerit *d l. quiſquis. §. ſi id quod & §. ſeq. C. ad l. jul. majeſt. l. auic. §. pœnas C. de rapt. virg.* ſi quis hoſtili animo ſtatum ac pacem publicam Imperij turbauerit vel violauerit, *l fin. ff. eod.* cuiusmodi hodie ſunt, qui peccant aduerſus ſaluberrimam conſtitutionem Imperij de pace publica, ſi ita ea pax violetur, vt ad diuerſus Imperatorem vel Imperium armatus contumaciter quis inſurgat, vel contra Imperij proſperitatem aliquid ſeditioſè machinetur, Imperatori & Imperio rebellando, Gail. *de pac. public. cap. 19. num. 16. lib. 1.* Sunt & alij modi quibus committitur crimen læſæ maieſtatis, de quibus videre licet vlterius *d. l. 1. 2. 3. 4. 5. 6. & 10. ff ad l. jul. majeſtat. l. quiſquis C. eod. l. C. de priuat. carcerib.* & apud Dd. *in d. l. quiſquis, & in extrauag. quoniam nuper. Qui ſint rebell.* Franciſc. Lucan. *de jur. fiſc part. principal. 2. tit. de crimin. laſ maieſt. num. 1. 2. 3. & ſeqq.* Foller. *in pract. criminal. part. 1. ſecunda part. verb. Item quod commiſit crimen laſa majeſtatis* Gig. *in tract. de crim. laſa majeſtat. tit. qualiter & à quib. &c.* Decian. *d. lib. 7. cap. 9. & 33.* Cum † his modis illud ſingulariter concurrit, 10
quod hoc crimen committatur ob ſolum etiam conatum, non ſecuto effectu, *d. l. quiſquis*, & aurea Bulla Caroli Quarti *cap. 24.* Franciſc. Lucan. *d. loc. num. 3.* Clar. *in §. laſa majeſtat. crimen. numer. 15.* Roſenth. *de feud. cap. 10. concluſ. 35. num. 26.* Loffred. *conſil. 21 nu. 8.* Boer. *de ſeditioſ. praſuppoſ. 6. num. 10. & praſuppoſ. 7. num. 42.* Knich. *de Saxon. non prouocand. jur. cap. 5. num. 430.* communemque hanc opinionem eſſe teſtantur *dictis locis* Roſenthal & Clarus, qui addit, hoc maxime locum habere, ſi fuerit deuentum ad actum

proximum, idque communi omnium ſententia receptum videri refert Couarruu. *in clement. ſi furioſus part. 2. relect. num. 7.* & poſt eum Clarus. *d. num. 15.*

11 Etſi † vero hoc læſæ maieſtatis crimen pro atrocitate ſua modo perduellio appelletur, modo generis nomen retineat, *l. cum filius. §. fin. ff. de leg. 2. l. vlt. ff. ad l. jul. maieſtat.* Hotom. *in §. publica autem Inſtit. de publicis judic. & in commentar. verb. jur. in verb. perduelles* Decian. *in pract. crimin. lib. 7. cap. 6. nu. 4.* Theodor. Petr. 12 *in theſaur. controuerſar. concluſ. criminal. concl. 77. lit. a.* tamen † confuſe de vtroque *in Pandectis, Codice, & d. §. publica autem.* agitur neque *in hoc c. vnic. quæ ſint regalia* vel etiam in aurea Bulla Caroli IV. vlla fit mentio perduellionis, ſed tantum criminis læſæ maieſtatis. Non eſt etiam id diſcrimen amplius ita ſtricte in vſu, neque hic ſuperſtitioſe, vt ait Mynſing. *in §. publica autem. Inſtit. de public. judic.* innitendum eſt.

13 Quod † autem de Imperatore ſupra dictum eſt, ad reges alioſque Imperatorem vel alium ſuperiorem non recognoſcentes non eſſe extendendum tenent multi, ex quibus ſunt Bart. *in l. num. 2. in fin. ff. ad l. jul. maieſtat.* Angel. *in l. 1. num. 3. C. ne ex delict. defunct.* Auguſt. Ariminenſ. in addit. ad Angel. *in tract. de malefic. verb. Et hai tradito la tua patria num. 4. & 5.* Dec. *conſil. 410. num. 26.* Cæpoll. *conſil. 7. in fin.* Ruin. *conſ. 3. nu. 12. vol. 5.* Socin. jun. *conſ. 105.* 14 *nu. 10 & ſeq.* Sed † quia in huiuſmodi Regibus & alijs ſuperiorem non recognoſcentibus eatenus, quatenus ſuperiorem nullum habent, eadem ratio militare cenſetur, & huiuſmodi identitas rationis idem jus conſtituat, *l. idem. ff. ad l. aquil. & l. à Titio. ff. de verb. oblig.* verior eſt contraria ſententia, eamque amplectuntur Caſtrenſ. *in l. nemo. num. 6. C. de epiſcop. aud.* Salicet. *in d. l. quiſquis. num. 4.* Decian. *in praxi criminal. lib. 7 cap. 4. num. 6.* plures alios allegans. Iſern. *in hoc c. vnic. in verb. Et bona committentium crimen læſæ maieſtatis. nu. 77.* Afflict. *ibid. num. 44.* Ang. Aretin. *in §. publica. nu. 1. verſ. quod credo verum. Inſtit. de publ. judic.* Thom. Grammat. *deciſ. 6. num. 18.* Menoch. *conſil. 99. num. 77. & 78.* Quibus accedit Mynſing. *reſp. 44 num. 10. & 11.* Laudenſ. *de crim. læſ. maieſt. quæſt. 1.* & tot. alij Dd. vt Gigas *in tract. de crimin. læſ. maieſt. tit. qualiter & à quib.*

Digitized by Google

à quib. crimen læſa maieſtat. committat. quæſt. 28. in princ. dicat, Do-
ctores nemine excepto, quod viderit, ita concludere. Et licet e-
contra verum ſit, multos aliter ſentire, vt ex ijs, quæ ſupra pro al-
tera ſententia allegata ſunt, apparet, tamen hāc contrariam ſen-
tentiam communem eſſe teſtantur Boſſ. *de crimin. læſ. maieſt. num.
51.* Socin. jun. *conſil. 76. num. 1. & conſil. 124. num. 15. vol. 3.* Clar. *in d.
§. læſa maieſt. crimen. nu. 2.* Soarez. *in theſaur. recept. ſententiar. verb.
maieſtatis læſa*, & vere communem hanc eſſe aſſerit Decian. *d. lib.
7. cap. 4. num. 6. verum breuiter*, allegans ſimul nonnullos eam ſen-
tentiam de facto obſeruari dicentes. Eandem etiam in eo, qui
non reuelando tractatum contra Principem ſuperiorem non re-
cognoſcentem crimen læſæ maieſtatis committit, tanquam ve-
riorem & magis communem, in Camera Imperiali ab Aſſeſſori-
bus frequentiori conſenſu approbatam eſſe teſtatur Mynſing.
obſ. 41. nu. 3. cent. 5.

Sunt autem inter Dd. qui ſcribunt contra Principes etiam
ſuperiorem recognoſcentes crimen læſæ maieſtatis committi.
Verum † hæc ſententia à jure noſtro, & eius ratione omnino eſt 15
aliena, cum, vt ait Mynſing. *d. reſponſ. 44. num. 12.* maieſtatem, id
eſt, ſupremam poteſtatem non habeant, & ſic eadem ratio in ijs
non militet, quæ in Imperatore & alijs ſuperiorem omnino non
recognoſcentibus locum habet, atque ideo hanc ſententiam vt
veriorem amplectuntur. Angel. Aretin. *in d. §. publica autem, nu. 1.
verſ. ſin autem.* Nell. *in tract. de bannit. 1. part. ſecundi tempor. num. 16.
verſ. in contrarium eſt veritas.* Clar. *in d. §. læſa maieſtatis crimen. nu. 3.*
Salicet. *in d. l. quiſquis. num. 4.* Mynſing. *de reſponſ. 44. num 12.* Boſſ.
de crimin. læſa maieſtatis, num. 51. & 52. Borch. *in hoc cap. vnic. nu. 89.*
Weſenbec. *in parat ff. ad l. jul. maieſt. num. 6. verſ. porro quia tantum*,
eamque magis communem eſſe teſtantur. Mynſ. *d. reſponſ. 44.
num. 12.* Alciat. *reſponſ. 467. num. 4.*

Obſtare vero huic ſententiæ videntur *l. 3. Cod. de epiſcopal.
audient. l. 1. §. 1. verſ. cuius opera & conſilio. ff. ad l. jul. maieſtat. c. felicis
verſ. ſicut reus criminis læſa maieſtatis de pæn. in 6.* Sed re penitius in-
ſpecta apparebit hæc reuera nullum negociū facere, nec aduer-
ſari. Nam *in d. l. 3.* ſimpliciter quidem domini fit mentio, & ſta-

tuitur quod is, qui crimen læſæ majeſtatis aduerſus eum commiſit, veniam ſperare non debeat. Sed ſi hoc generaliter exaudiendum eſſet, ea abſurditas ſequeretur, quod ad quemlibet etiam ſubditum in eo peccantem illud extenderetur, eaque ratione maieſtas ſupremi Principis plurimum minueretur. Quare cum vt abſurditas euitetur, quoad eius fieri poteſt, interpretatio fieri debeat, *l. ſcire oportet. §. aliud. ff. de excuſat. tutor. l. 1. ff. ne quid in loc. ſacr.* Butigell. *in l. 1. num. 6. ff. ſi cert. petat.* Cacheran. *deciſ. 169. num. 5. & 6.* & ea, quæ ſimpliciter proferuntur, ad id, quod rationis eſt, coarctanda ſunt, *d. l. 1. §. quod ait. ff. ne quid in loc. ſacr.* Zaſ. *in l. quoties in ſtipulationibus. num. 8. ff. de verb. oblig. & conſil. 14. num. 54. & 57. lib. 1.* Marc. de Mant. *ſing. 105. num. 2.* merito illud, quod in *d. l. 3.* de domino conſtitutum eſt, reſtringitur ad eum dominum, in quo vere maieſtas eſt, & in quem de jure reuera crimen læſæ maieſtatis perpetratur, cujusmodi eſt Imperator, de quo textum loqui eo verius eſt, quod ibi agatur de tali domino, à quo venia, ſi velit, dari, & pœna capitalis remitti poſſit, quod ſolius ſupremi Principis proprium eſt, *l. relegati in fin. l. moris. §. ſed enim l. ad beſtias. ff. de pœn. l. 1. §. fin. ff. de quæſt.* Molin. *in conſuetud. pariſ. tit. 1. § 1. gloſſ. 5. in verb. Lefief. nu. 55.* Peregr. *de jur. fiſc. lib. 4. tit. 8. n. 20.* late Cacheran. *deciſ. 101. nu. 1. 2. 3. & 4.* Quod autem ad *d. l. 1. § 1. verſ. cuius opera & conſilio.* attinet, cautum quidem ibi eſt, crimen læſæ maieſtatis committi ab eo, qui dolo conſilium iniuit, vt magiſtratus populi Romani, vel imperium poteſtatemque habens trucidetur. Verum prædicti Principes ſuperiorem recognoſcentes non ſunt tales magiſtratus, cum non ad tempus, nec Imperatoris, ſed ſuo nomine perpetuique magiſtratus eſſe cenſeantur. Quibus pro maiori refutatione huius obiectionis accedunt, quæ infra ex aurea Bulla Caroli Quarti dicentur.

Ad textum *in d. c. f. licis de pœn. in 6.* reſponderi poteſt, non mirum eſſe, quod ibi à Pontifice ſtatuatur, læſæ majeſtatis crimen etiam in Cardinales committi, cum illi non ſolum in ſumma dignitate ſint, Iacob. de Nigr. *in l. 1. num. 10. in fin. & ibid.* Paul. Orian. *nu. 22. verſ. verum his omnibus obſtat ff. de offic. eius cui mand. eſt juriſd.* Claud. de Seyſſel. *tit. qui feud. dar. poſſ. verſ. nonam ponit.*

Chaſſan.

Chaſſan. *de glor. mund. part. 4. conſiderat. 8.* ſed & cenſeantur eſſe Pontificis conſiliarij *c. fundamenta §. debet de elect. in 6. c. Eccleſiaſticis 12. quaeſt. 2. c. Parochia 16. quaeſt. 1.* & de iis quoad Pontificem dici poſſit, quod reſpectu Imperatoris de conſiliariis *in d. l. quiſquis*, & de Electoribus Imperij in aurea Bulla Caroli Quarti *cap. 24.* dicitur, partem videlicet eos Cardinales eſſe corporis Pontificis, Lancell. *in templo iud. li. 2. c. 1. §. 2. in verb. obligationes in Pontifice repetunt. n. 7. & c. 2. §. 2. n. 4.*

Eſt † vero de conſuetudine & facto contrarium obſeruari 16 dicant Caſtrenſ. *in d. l. nemo num. 6. verſ. quicquid ſit de iure*, & poſt eum Boſſ. *d. loco num. 51. & 56.* Roland. à Val!. *conſ. 74. num. 3. vol. ?.* tamen † cum illi Dd. Itali ſint, eorum teſtimonium de conſuetu- 17 dine non facile ad alia loca extendendum eſt, cum Dd. ſimpliciter de conſuetudine atteſtantes intelligendi ſint de loco, in quo domicilium habent, vel diu verſati ſunt, Natt. *conſ. 218. nu 4. verſ. Bene fateor. lib. 1.* Alex. *conſ. 5. num 8. lib. 3.* Dec. *conſ. 472. nu. 16.* Grauett. *conſ. 462. num. 9.* Menoch. *conſ. 238. num. 23.* Surd. *conſ. 74. num. 14.* Honded. *conſultat. 101. nu. 39.* Rauden *ſ. reſponſ. 18. n. 76. lib. 1.* eoque pertinet quod Cæpoll. *conſ. crim. 17. nu. 19.* de eadem conſuetudine loquens in Italia de conſuetudine id ſeruari dicat. Et ſane † in Germania ſe rem aliter habere, & verius etiam eſſe, 18 quod crimen læſæ maieſtatis contra Principes alioſque, Imperatorem ſuperiorem recognoſcentes, non committatur, nec *d. l. Quiſquis*, locum habeat, apparet ex conſtitutione criminali Caroli Quinti *art. 219.* vbi conſuetudines de bonis ob crimina publicandis caſſantur & prohibentur, crimenque læſæ maieſtatis ita excipitur, vt Imperator vtatur verbis: Unſerer Majeſtet/ & ſic ſatis innuat in ſe, non in alios committi crimen læſæ maieſtatis. Et conſtat auctoritatem ſiue dignitatem, quæ in Imperatore vel aliis ſuperiorem non recognoſcentibus maieſtas appellatur, in Principibus inferioribus Serenitatem & Celſitudinem vel eminentiam, & non maieſtatem appellari ſolere Petr. Gregor. *de Repub. lib. 8. c. 4. in princip.* Pertinet huc Aurea Bulla Caroli Quarti *cap. 24.* cum expreſſe excipiantur ſoli ſeptem Principes Electo-

Digitized by Google

res, contraque eos non minus quam Imperatorem crimen læſæ
19 maieſtatis committi ſtatuatur, & † exceptio firmet regulam in caſibus non exceptis *l. nam quod liquido §. fin. ff. de pen. leg. l. quæſitum §. denique ff. de fund. inſtruct. legal. l. Lucius §. Pluribus ff. ad SC. Trebell.*
20 quod † tamen non habet locum in iis caſibus, qui exceptis non ſunt ſimiles *c. cum delicta* & ibi Abb. *de confirm. util. vel inutil.* Alexand. *in l. certi condictio §. ſi numos ff. ſi cert. petat.* Angel. *in l. 1. §. ſiis qui ff. ad Trebellian.* Euerhard. *in loc. legal. ab except. ad regul. nu. 5. verſ. tertio dicta theorica* plures alios allegans. Ideoque inde, quod exceptio firmet regulam in caſibus non exceptis, non poteſt ex aurea Bulla inferri & colligi, quod aduerſus Principes alioſque Imperatorem ſuperiorem non recognoſcentes crimen læſæ maieſtatis non committatur, nec *d. l. Quiſquis* locum habeat, cum præſertim conſtet auream Bullam in Imperio inter ſolos Principes Imperij & ſtatus ei ſubiectos promulgatam eſſe. Pro confirmatione vero eius ſententiæ, qua negatur hoc crimen contra Principes inferiores committi, facit etiam illud, quod Archiduces Auſtriæ ex peculiari priuilegio *art. 34.* hanc etiam prærogatiuam & præeminentiam habeant, quod illud contra eos committatur, & eiuſmodi priuilegio opus non eſſet, ſi contra Principes etiam ſuperiorem recognoſcentes, læſæ maieſtatis crimen committeretur, cum præſertim Auſtriæ Principes tanquã Archiduces vna cum Electoribus inter alios excellant.

21 Obſeruandum † vero eſt, licet regulariter contra Principes ſuperiorem recognoſcentes crimen læſæ maieſtatis non cõmittatur, & pœnæ iſtius criminis ceſſent, tamen alias leuiores locum habere & illis ſurrogari, Mynſing. *d. reſponſ. 44. num. 12. & 13.* Weſembec. *in parat. ff. ad l. iul. maieſtat. numer. 7. verſ. Porro quia tantum*, vbi ait, eas arbitrio iudicis committi, idque tradit etiam
22 Guido Pap. *quæſt. 480. nu. 1.* Et † quantum in ſpecie ad pœnam damnationis memoriæ & eam, qua filij etiam delinquentis puniuntur, attinet, multi ex iis, qui non ſolum contra Imperatorem, ſed & alios ſuperiorem recognoſcentes vel etiam non recogno-

cognoſcentes crimen læſæ maieſtatis committi ſentiunt, eas pœnas in iis perſonis, quę contra hos delinquunt ceſſare tenent, adeo vt non deſint qui de vtraq; hac pœna communiter id teneri teſtentur. Nam de pœna damnatæ memoriæ id teſtatum faciunt Boer. *de ſeditioſ. præſuppoſ 6. nu. 20.* Alciat *d. conſ. 467. num. 1.* & Clar. *d. §. Læſa maieſtatis, nu. 16. verſ. quod tamen,* De pœna vero, qua filij puniuntur, id aſſerunt Hieron. Gig. *de crim. læſ. maieſt. titul. de pœn quas filij incurrunt q 23. num. 9.* Soaretz. *in theſar. receptar. ſententiar. in verb. maieſt.* Ruin. *conſ. 3. n. 12. verſ. Et etiam dictum Saliceti vol. 5.* Clar. *d. §. Læſa maieſtatis n. 14.*

Controuerſum † vero eſt apud Dd. quid de iis, qui Principi, in quo crimen læſæ maieſtatis locum habet, à conſiliis ſunt, ſtatui debeat, an videlicet etiam eo caſu, quo hi offenduntur, crimen læſæ maieſtatis commiſſum eſſe cenſeatur. Hæc quæſtio affirmatiue deciditur *in d. l. Quiſquis*, vbi expreſſe conſtituitur in iis, qui Principi à conſiliis vel in eius conſiſtorio ſunt, crimen læſæ maieſtatis committi, idemque additur de illis, qui in ſacro palatio militant, & ſubiiciuntur etiam ibidem pœnæ, quæ hoc crimen committentibus & eorum liberis infliguntur. Hæc deciſio in regno Neapolitano eo tempore, quo Andreas de Iſernia, nobiliſſimus iuris feudalis Interpres & in eodem regno conſiliarius regius, occiſus eſt, iudicando comprobata fuit, vt teſtatur Clar. *d. loc. num. 5.* & Afflict. *ſuper part. 1. conſtitut. regni Neapolit. rubr. 29. num. 6. & in hoc cap. vn. in verb. Et bona committentium crimen læſæ maieſtatis num. 22.* vbi addit eum anno 1353. Neapoli interfectum eſſe. 23

Etſi † vero ipſe Andr. de Iſern. (de quo modo dictum eſt) *in hoc c. vn. nu. 80. & ſeqq.* Afflict. *in d. verb. Et bona committentium crimen læſæ maieſtatis. num. 37.* Gig. *de crim. læſ. maieſt. lib. 1. tit. qualiter & à quibus &c. quæſt. 14. num. 6. & ſeqq.* Capic. *deciſ. 130. num. 13. verſic. hoc intelligendum eſt* Grauet. *conſ. 6. num. 79.* Menoch. *conſ. 99. num. 9.* Weſembec. *conſ. 57. num. 6.* Roland. à Vall. *conſ. 15. num. 13. & 14. vol. 4.* & alij ab eo allegati hoc ius ad eos conſiliarios, qui non reſpectu ſui & in ſuum odium vel iniuriã, ſed duntaxat vel principaliter 24

paliter intuitu Principis, vel in eius odium offenduntur, reſtringendum eſſe ſentiat, tamen verius, & tum textui, tum iuris rationi magis conſentaneum eſſe exiſtimo, illam reſtrictionem non eſſe admittendam. Nam textus *in d.l. Quiſquis* ſimpliciter & generaliter de conſiliariis offenſis loquitur, nec odij in principem vel conſiliarios vllam facit mentionem, vt nec aurea Bulla Caroli Quarti *cap.* 24. (vbi de eodem iure & d. l. quiſquis agit) odij meminit. Ratio vero, cur in conſiliarios etiam crimen læſæ maieſtatis committatur, hæc eſt, quod ſint pars corporis Imperatoris *dicto lege quiſquis. & dicto capite vigeſimo quarto.* Quæ ratio locum habet tam in iis, quæ reſpectu ſui & in ſuum odium vel iniuriam, quam in iis, qui duntaxat vel principaliter propter principem vel in eius odium offenduntur. Atque hanc contrariam ſententiam præter alios amplectuntur Bald. *in c.1 num.7. de offic deleg.* Auguſt. Arimin. in addit. ad Angel. *in tract. de malefic. in verb. Che hai tradito la tua patria &c. nu.*5. Petr. Gregor. *in ſyntagm. iur. lib.*35.*cap.*3.*num.* 5. Clar. *in* §. *Læſa maieſtatis num.* 5. Et quia prædicta ratio ſibi etiam locum vindicat in iis, qui in aula Imperatoris non viuunt, nec eius lateri adhærent eademque ratio ius conſtituit *l. illud ff. ad l. Aquil. & l. Titius ff. de verb. oblig.* nec *in d. l. quiſquis* inter & hos & in aula viuentes diſtinguendum eſſe vllo verbo innuit conſequitur & in iis, qui extra & in aula viuunt idem ſtatuendum eſſe. Fatendum tamen eſt alteram humaniorem eſſe, idque de eadem dicit etiam Laudenſ. *in tract. de crim. læſ maieſt. q.*21.
25 & † ceſſantibus aliis coniecturis in dubio præſumendum eſt potius ratione particularis odij, quam publici officij delictum cõmiſſum eſſe: Farinac. *de delict. & pœn. lib.*1.*tit.*3.*q.*17.*n.*43. Roland. à Vall. *conſ.*1.*n.*36. *& ſeqq. vol* 3.

26 In † electores vero Imperij, licet ſuperiorem recognoſcant, crimen læſæ maieſtatis, ex Aurea Bulla Caroli Quarti *d. cap.*24. committi, & quidem ſine vlla diſtinctione, ſiue nimirum in odium vel reſpectu Imperatoris vel Imperij offenſi ſint, ſiue non, eo verius & certius eſt, quod non ſolum Principes ſint, & pars corporis Imperatoris in eadem Bulla appellentur, totaque

d. l.

d. l. Quiſquis. de verbo ad verbum ei Bullæ inſerta ſit, ſed † & iidem in hac Bulla palmites Imperiales, ſeptem candelabra lucentia in vnitate ſpiritus ſeptiformis, quibus illuminari debet ſacrum Imperium, item columnæ & latera ſolidæque baſes Imperij, & propinquiora Cæſaris membra vocentur, quæ velut columnæ immobiles ſacrum ædificium circumſpecte prudentiæ ſolerti pietate ſuſtentant, quorum præſidio dextra Imperialis prudentiæ roboratur, quorum prudentia orbi fluctuanti ſubuenitur, vt de his & ſimilibus elogiis videre eſt *ibid. cap. 2. §. Et quia cap. 3. in princ. cap. 12. 24. & vlt.* Elector † vero palatinus receſſit, quoad pœnas ab hac Aurea Bulla & *d. l. quiſquis*, voluitque crimen læſę maieſtatis contra ſe commiſſum tantum puniri pœna ordinaria vltimi ſupplicij ex ſecundo l. Iuliæ capite *l. 1. 2. & 3. ff. ad l. iul. maieſtat.* per ſuam conſtitut. *part. 5. titul.* 11. Knichen. *de Saxon. non prouocand. iur. in verb. Ducum Saxoniæ cap. 5. numer. 435. & 436.* addens ſe haud ſcire, an vnquam Electores exercuerint tantam ſeueritatem, de qua eſt in aurea Bulla & *d. l. quiſquis*, nec ego memini me vnquam illud audiuiſſe. 27 28

Porro † autem de iis perſonis, à quibus crimen læſæ maieſtatis committitur, tenendum eſt, non eſſe hoc extendendum ad non ſubditos, cum ſoli ij, qui ratione domicilij vel originis ſubditi ſunt, hoc crimen committant *Clement. paſtoralis* §. *Rurſus in verb. non ſubſuit, de re iudicat.* eaque ſententia non ſolum vera eſt, ſed & communis eſſe dicitur à Gig. *d. titul. & à quibus quæſt. 68. numer. 2. in fin.* Decian. *d. libr. 7. cap. 8. numer. 5.* Gail. *de pac. publ. cap. 13. num.* 18. *lib.* 2. & à pluribus aliis allegatis à Roſenth. *de feud. cap. 5. concluſ. 69. num. 4. gloſſ. 4.* & reuera receptiſſima eſt, ac ſecundum eam ſe vidiſſe ſæpius iudicari ſcribit Clar. *in d.* §. *Læſæ maieſtatis numer. 6.* Atque † hæc ſententia locum habet non ſolum in ſingulis hominibus ſubditis, ſed & in ciuitate vel vniuerſitate ſubdita, ſi quid ab ea præcedente communi deliberatione & conſilio fiat, per quod crimen læſæ maieſtatis committitur text. eſt in *l. 1.* §. *1. verſ. quoue catus conuentuſue fiat ff. ad l. iul. maieſtat. & in Extrauag. ad reprimendum verſic. ad hoc, ſi qua commu-* 29 30

Digitized by Google

nitas, eamque ſententiam iam multi amplectuntur, vt merito
communiter recepta dici poſſit, quod etiam teſtatur Decian. *d.*
31 *libr.7.cap.8.nu.9.verſ.Ego tamen.* Atque † eſt hoc ius de ſubdi-
tis adeo rigidum, vt etiam conſcij criminis læſæ maieſtatis pu-
niantur, ſi non reuelent *d.l.quiſquis* §. *Id quod.* vbi etiam commu-
niter Dd. id tradunt, & communem eſſe hanc ſententiam teſta-
tur Gabriel *commun.concluſ.libr.7.concluſ.37.nu.1.* & reuera rece-
ptiſſima dici poteſt, ideoque Mynſingerus *obſeruat.40.nu.1.cent.*
5. ait, vulgare hoc eſſe dogma, & in illud Dd. ex æquo omnes
conſentire. Atque hoc dogma eo verius eſt, quod idem locum
habeat in conſciis nonnullorum aliorum criminum cuiuſmodi
eſt parricidium *l.vtrum.ff.ad l.Pompei.de parricid.* Veneficium *l.1.*
§.*Quod ſi quis* & ibi Ioan. Ign. *nu.2.ff.ad Syllan.* raptus *l.vn.*§.*pœnas.*
32 *Cod.de rapt.virg.* Non † tamen ordinaria ſed mitiori pœna pro
arbitrio iudicis delinquentes puniendi ſunt, ex magis communi
ſententia, de qua teſtatur Roland.*conſ.88 nu.10. libr.2.* vbi & hu-
maniorem eam eſſe dicit, confirmaturque hæc *ſententia textu*
in l.metrodorum ff.de pœn. vbi ſola relegatione in Inſulam punitur,
qui non prodit committentem crimen læſæ maieſtatis. Obſta-
33 re † quidem videtur textus *in d.*§.*Id quod.in verb.ſimili ſeueritate*
cenſemus. Sed attendendum eſt eum textum vti his verbis: *Sa-*
tellitibus conſciis ac miniſtris &c. & ſic loqui de iis, qui ſimul ſunt
criminis participes & miniſtri, Menoch. *de arbitrar.iud. quæſt. lib.*
2.cent.4 caſ.355.n.14. vbi addit, ita interpretari gloſſam *in l. vtrum*
ff.ad l.Pompei.de parricid. & Cæpoll.*conſ.3.col.6.* intelligere con-
ſcium pro conſocio.

34 Neq; † etiam de iis conſciis hoc ius accipiendum eſt, qui
tantum ſecreto ſciunt & probationibus deſtituuntur, ſed de iis
qui ita ſciunt, vt etiam probare tractatum poſſint, *arg.l.noſtris in*
fi.Cod.de calumn.& clement.nolentes §.*Notarii de hæret.* cum ne-
mo illud quo ſibi periculum creare poſſet, reuelare teneatur *l.*
officii ff.de pœn. & ab æquitate ac humanitate alienum ſit, aliquem
ex ſola ſcientia grauem pœnam ſubire. Atque hanc ſententiam
contra Bartolum & plures alios diſtinctionem inter eum, qui
probare

Digitized by Google

probare tractatum poſſit, vel non; haud admittentes tenent
Dec. & Cagnol. *in l. culpa caret ff. de reg. iur.* Rip *in tract. de peſte quaſt.*
11. Marſil. *ſing.* 164. Menoch. *d. caſ.* 355 *nu.* 10. Mynſing. *d. obſeru.* 40.
nu. 3. 4. 5. *cent.* 5. Socin. Iun. *conſ.* 105. *nu.* 43. *lib.* 3. & non ſolum verio-
rem, ſed & magis communem eſſe ait Cagnol, *in d. l. culpa caret n.*
21. omnesq; fore tenere aſſerit Menoch. *d. loco.*

Quoniam vero ſoli ſubditi crimen læſæ maieſtatis com-
mittunt, in dubium à Dd. vocatur, an non vaſalli, qui iuramento
domino tantum ratione feudi ſunt obſtricti, & hoſtiliter aduer-
ſus eum aliquid moliuntur, hoc crimen incurrant, cum † quis 35
propter vaſallagium & ratione ſolius feudi non fiat ſubditus *d.*
clement. paſtoralis §. *Denique* iuncto §. *Rurſus. de re iudic.* Afflict. *in c.* 1.
in princip. qualit. vaſall. iur. domin. Capyc. *deciſ.* 162. *num.* 12. Roffred.
conſil. 5. *nu.* 42. Gail. *de pac public. libr.* 2. *cap.* 13. *nu.* 20. *& de pignorat.*
cap. 15. *nu.* 3. ideoque † vaſallum, qui non eſt etiam vere ſubditus, 36
non committere crimen læſæ maieſtatis, non ſolum probatur
textu *in d. clem. paſtoralis*, ſed ēt tenent communiter ibidem Dd.
& Afflict. *in d. cap.* 1. *nu.* 1. Gomez. *variar. reſolut. tom.* 3. *cap.* 2. *nu.* 10.
verſ. vnum tamen, Cephal. *conſil.* 75. *nu.* 37. *&* 56. Peregrin. *de iur.*
fiſc. lib. 5. *tit.* 1. *nu.* 111. *verſ. ſciendum. in fi.* Gail. *d. cap.* 13. *nu.* 19. & com-
munem eſſe dicit Burſat. *conſ.* 225. *nu.* 183. *&* Clar. *in d.* §. *Læſa ma-*
ieſtatis nu. 6. Verum † vtcunque hæc ita ſe habeant, tamen va- 37
ſallus ſi id faciat, per quod in ſubdito crimen læſæ maieſtatis
committitur, non erit immunis à pœna, ſed ob huiuſmodi fa-
ctum priuatione fundi punitur Afflict. *in cap.* 1. §. *Item ſi fidelis nu.*
26. *&* 27. *in* §. *fin. nu.* 20. *in fi. quib. mod. feud. amittat. & in hoc cap. vnic.*
in verb. Et bona committentium crim. laeſ. maieſtat. nu. 9. Gig. *de crimin.*
laeſ. maieſtat. titul. de pœnis committentium crimen laeſ. maieſtat. qu. 5. *&*
qu. 25. *nu.* 3. Roland. à Vall. *conſ.* 1. *nu.* 30. *vol.* 3. Bald. *conſil.* 149. *nu* 6.
vol. 3. Marian. Socin. *conſ.* 68. *nu.* 47. *&* 89. *vol.* 3. & quamplurimi a-
lij allegati à Roſenth. *de feudis cap.* 10. *concluſ.* 37. *in gloſſ. dd.* An † au- 38
tem ad fiſcum vel potius ad dominum aut agnatos huiuſmodi
feudum pertineat, infra *n.* 63. 64. 65. 66. *&* 67. dicetur.

Digitized by Google

Neque † tamen ipſo iure vaſallus vel etiam alius hoc cri-
men committens dominium amittit, textus eſt *in l. res qua verſ.*
Et defuncto ff. de iur. fiſc. & melior magiſque expreſſus *in l. quæſitum*
in princ. ff. qui & à quibus manumiſſ. vbi diſerte habetur, quod Reus
criminis læſæ maieſtatis ante damnationem dominus maneat.
Et facit, quod ſola adminiſtratio Reo huius criminis adima-
tur, ideoque, alienationes, quæ donando vel alio modo fiunt, ir-
ritæ ſunt *l. ex iudiciorum. ff. de accuſat. l. donationes §. vltim. & l. poſt*
contractum ff. de donat. & l. vlt. verſ. ſic & diui ff. ad l. iul. maieſtat.
idque ideo fit, ne in fraudem fiſci, cui bona applicabuntur, a-
40 liquid fiat. *l. in fraudem ff. de iur. fiſc.* atque † ideo ex prohibi-
tione adminiſtrationis inferri non poteſt ad amiſſionem ipſius
41 dominij, cum † filiofamilias non obſtante eo, quod peculij ad-
uentitij dominum habeat & retineat, non ſit permiſſa eius alie-
natio, *l. vlt. §. filius autem. C. de bonis quæ liberis.* & ſimiliter pupillo
prodigoque alienatione bonorum interdictum ſit, licet eorum
dominium habeant *l. is cui ff. de verb. obligat l. 3. Cod. de in integr. re-*
42 *ſtit. §. nunc admonendi. Inſtitut. quib. alien lic.* Neque † obſtat huic
ſententiæ, quod in *d. l. vlt. Cod. ad l. iul. maieſtat.* reus læſæ maie-
ſtatis in bonis ſuis ex eo tempore, quo crimen hoc contraxit, pu-
nitus eſſe dicatur, ideoq; ante ſententiam ſuis bonis priuari vi-
deatur. Nam ibi notanda eſt vox *Quodammodo*. qua innui-
tur, quod non ſimpliciter & abſolute, ſed quodammodo puni-
tus ſit, idque certum eſſe eo confirmatur, quod ab eo tempore,
quo hoc crimen commiſſum eſt, bona ſua alienare nequeat. Si-
militer non refragatur *in d. l. quiſquis in pr.* verbum *addictis*. Nam
licet inde colligi poſſe videatur, quod bona ante ſententiã fiſco
addicta ſunt, tamẽ attendendum eſt, quod ibidem eo ipſo, quod
reus iudicis ſententia gladio feriri iubetur, ſatis expreſſe ſimul
eius temporis fiat mentio, quo bona eius fiſco addicta ſunt. Et-
ſi vero non pauci in ea opinione ſint, quod ipſo iure huius
criminis rei dominio rerum ſuarum priuentur, tamen multi
alij hanc ſententiam noſtram amplectuntur, adeo vt hanc
communem concluſionem, & contrariam communiter reie-

ctam.

etiam eſſe dicat Peregrin. *de jur. fiſc. lib. 5. tit. 1. num. 171. verſ. ſed horum.* vbi ſimul nominatim multos allegat hanc ſententiam tenentes, idque facit etiam Gigas *de crim. laſ. maieſtat. tit. de pœnis committentium crim. laſ. maieſt. quaſt. 25.* Quibus accedunt Fachin. *variar. controuerſ. lib. 9. cap. 35.* Roſenth. *d. concluſ. 35. nu. 81.* Anton. Faber. *lib. 7. coniectur. cap. 20.* Gail. *de pac. publ. lib. 2. cap. 19. num. 13. & lib. 2. cap. 3. num. 15. verſ. Imo multi* qui † *nu. 16.* addit, hoc fallere in 43
crimine notorię rebellionis permanentis, quod ita publice committitur, vt ignorari nequeat, & periculum ſit in mora, de quo textus eſt *in extrauagan. quoniam nuper. Qui ſint rebelles.* ex quo textu, vt & ex *l. amiſſione, §. deficiunt.* limitat etiam illud jus Roſenth. *in d. concluſ. 35. num. 81. & 82.* ſimulque † ſubijcit, declaratoria ta- 44
men ſententia ad auocandam poſſeſſionem opus eſſe, idque in hoc crimine læſæ maieſtatis generaliter quoque tradunt Ioan. Igneus *in l. neceſſarios. §. non alias. num. 52. ff. ad Syllan.* Gail. *d. cap. 3. num. 15.* Mynſing. *obſ. 77. num. 3. cent. 4.* Schurff. *conſ. 13. nu. 7. cent. 2.* Borch. *de feud. cap. 8. num. 157.* eamque ſententiam magis communem eſſe addit Gail. *d. loco.* Atque inde eo minus recedendum eſt, quod Cameræ Ordinat. *p. 2. tit. 9. §. 2.* expreſſe ſtatuatur, etiamſi quis ipſo jure & facto bannitus ſit, tamen Cæſarem aut Cameram parte vel fiſcali petente, vel etiam ex officio pœnam bannumque denunciare, & in huiusmodi pœnam declarare, vt & ſupra dictum eſt *cap. 11. num. 37.* vbi etiam ſimul additum ex Alexandro *in l. ſi quis maior. C. de tranſact.* Grammat. *deciſ. 15. num. 8.* Mynſing. *obſ. 77. num. 3. cent. 6.* & Gail. *obſ. 55. num. 6. lib. 2.* omnia jura mundi pœnam aliquam ipſo jure imponentia debere intelligi ſecuta ſententia declaratoria ſuper facto. Vt autem ſpecialius ad alias pœnas criminis lęſæ maieſtatis transeatur, tenendum eſt, varias eſſe huiusmodi pœnas, easque vel vulgares ſiue communes, vel ſingulares. Et ſimiliter alię extra bona delinquentis ſunt, aliæ eiusmodi, vt in bonis eius ſint, ad quas hoc regale, de quo nunc agimus, proprie pertinet, cum nominentur bona committentium crimen læſæ maieſtatis. Extra † bona ſunt pœna gladij 45
d. l. quisquis. in princ. & §. publica autem Inſtit. de public. judic. (vbi hæc vocatur animæ amiſſio.) Pertinet huc etiam, quod hærede de

reſtituenda poſt mortem ſuam hæreditate rogato, ſi ob crimen læſæ maieſtatis condemnatus ſit, irrogata præter pœnam capitis bonorum quoque omnium publicatione, nullum ex ea condemnatione præiudicium fiat fideicommiſſario, cuius vtique potior quam fiſci cauſa eſſe debet *l. Statius Florus 48. §. Cornelius Feli-*
46 *ci. ff. de jur. fiſc.* damnatio † memoriæ, *l penult. & vlt. Cod. ad l. jul.*
47 *maieſtat.* infamia † delinquentis & filiorum, *d. l. quiſquis. § filij vero c. fœlicis.* ibi. *ſicut reus criminis læſæ maieſtatis perpetuo ſit infamis. de*
48 *pœn. in 6.* deletio † inſignium & nominum delinquentis, *arg. l. eorum.* & ibi Bart. *ff. de pœn.* Gig. *de crim læſæ maieſtatis tit. de rebellib. quaſt. 23. num. 1. & 2.* Chaſſan. *de gloria mundi part. 1. concluſ. 42.* Gail. *de pac. publ. cap. 13. nu. 16. verſ. tanta eſt. lib. 2.* Bart. *in l. 2. C. de operib.*
49 *public.* Laudenſ. *de crimin. læſæ maieſtat. quaſt. 41.* amiſſio † omnium priuilegiorum, Gig. *de crimin. laeſ. maieſt. tit. de rebellib. num. 7.* Boſſ. *tit. de crim. laeſ. maieſt. num. 118.* Curt. jun. *conſil. 137. num. 14.* & quod
50 emancipationes † liberorum delinquentis nullius momenti ſint,
51 *d. l. quiſquis. §. emancipationes.* nec † is debeat lugeri, *l. liberorum. §.*
52 *non ſolum. ff. de his qui notant. infam.* aut † ſepeliri, *l. 1. verſ. hodie au-*
53 *tem. ff. de cadauerib. punitor.* neque † etiam pro eo ſupplicando apud Principem intercedi poſſit *d. c. felicis. de pœn. in 6. d. l. quiſquis. §. denique,* vbi & hi intercedentes puniri dicuntur.

54 Ad † bona vero quod attinet, circa illa ſimiliter variæ re-
55 periuntur pœnæ perpetrantis crimen læſæ maieſtatis. Et † primum quidem licet Iuſtinianus *in Nouell. 134. vt nulli lic. loc. haber. ſeruat. §. fin.* generaliter ſtatuat de bonis damnatorum & proſcriptorum, quod fiſco non vendicentur, ſi exſtant aſcendentes vel deſcendentes vſque ad tertium gradum, tamen in ſpecie & ſingulariter ibidem ſubijcit de crimine læſæ maieſtatis, quod velit nullis deſcendentibus vel aſcendentibus locum eſſe, ſed bona omnia fiſco ob hoc crimen vendicari, idque ita ſtatuit, vt dicat ſe veteres leges in hoc crimine obſeruari velle. Ex his vero veteribus legibus non ſolum deſcendentibus & aſcendentibus vſque ad tertium gradum non reſeruantur bona, ſed & ijs, qui primo gradu ſunt, & quidem etiam filijs adimuntur bona, & fiſco applicantur, idque generaliter conſtituitur etiam *in d. l. quiſquis l. maieſtatis.*

ieſtatis, l. penult. & vlt. C. ad l. jul. maieſt. ideoque & hę leges vna cum alijs, ex quibus bona delinquentium publicantur, per veteres illas leges denotantur. Atque hinc planum fit plenius eſſe hoc de quo nunc agimus, regale, quam duodecimum, quod eſt de bonis damnatorum & proſcriptorum, & quod ſecundum Iuſtiniani conſtitutionem, quæ extat *in d. Nouell. 134. §. fin.* accipiendum eſſe, in explicatione eius regalis diximus.

Adeo vero & textibus juris fundatum, & rationi conſentaneum eſt, hoc, de quo nunc agimus, regale plenius eſſe, vt quo ad ipſa bona placuerit vlterius etiam & magis, quam iam dictum eſt, puniendos eſſe eos, qui crimen læſæ maieſtatis committunt. Nam † domus delinquentis deuaſtatur & ſolo æquatur *d. c. fælicis de pæn. in 6.* Afflict. *in hoc c. vnic. in verb. & bona committentium. num. 20.* Gig. *d. tit. de pæn. committ. crim. læſa maieſtatis 35.* Decian. *d. lib. 7. cap. 40. numer. 37.* idque obſeruatum fuit in regno Neapolitano in ijs, qui occiderunt Andream de Iſernia, vt refert Matth. de Afflict. *d. loco.* Et † quicquid delinquens per vltimam voluntatem, vel etiam contrahendo & alienando agit, omnino nullum eſt, etiamſi ante accuſationem factum ſit *l. ex judiciorum, ff. de accuſat. d. l. quiſquis. §. emancipationes. d. l. maieſtatis & l. vlt. C. ad l. jul. maieſtat.* Grammat. *deciſ. 105. num. 48.* Iacob. de Aren. Dyn. Bart. Imol. & alij Dd. *in l. poſt contractum, ff. de donat.* Gigas. *d. tit. de pæn. committent. crim. læſ. maieſtat. quæſt. 24. num. 1.* Et † ne quidem ab eo factæ manumiſſiones ſeruorum, quantumuis libertatum maximus ſit fauor, ſubſiſtunt *d. §. emancipationes.* Neque ab † vllo homine etiam ex teſtamento vel ab inteſtato aliquid per eum acquiri poteſt, *d. cap. fælicis, de pæn. in 6.* Franciſc. Lucan. *de priuileg. fiſc. part. principali 2. numer. 20.* Socin. *conſil. 22. num. 7. vol. 1.* Gig. *d. tit. de pæn. committent. crim. læſa maieſtatis quæſt. 31. num. 1. & 2.* Atque † his accedit illud ſpeciale, quod licet alias, quãdo delictum patris filio nocet, id tantum in ijs, quę à patre proficiſcuntur, non vero in alijs, quæ ipſi filio aliunde obueniunt, locum habeat, *l. 2. ff. de interdict. & releg. arg. l. emancipatum, ff. de ſenator.* tamen † *in d. l. quiſquis. §. filij.* expreſſe de filijs eorum, qui crimen læſæ maieſtatis committunt, ſtatuatur eos à materna etiam, auita, & omnium propin-

56 57 58 59 60 61

propinquorum hæreditate eſſe alienos, nec aliquid teſtamento
extraneorum capere poſſe, addanturque hæc verba: *Sint perpetuò
egentes pauperes, & tales, vt his perpetua egeſtate ſordentibus ſit & mors
ſolatium & vita ſupplicium.* Atque hæc omnia comprobantur per
auream Bullam Caroli Quarti ſupra allegatam.
62. Filiorum † vero appellatione hic comprehenduntur non
ſolum legitime nati, ſed & naturales tantum, juxta ea, quæ com-
muniter tradunt Dd. *in d. §. filij* & Clar. *in d. §. læſa maieſtatis nu. 11.*
hanc ſententiam magis communem eſſe dicens poſt Claudium
à ſe allegat. *in l. ex facto. §. ſi quis rogatus num. 11. ff. ad Trebellian.* Præ-
63 terea † ratione bonorum feudalium tam grauis eſt pœna publi-
cationis & priuationis bonorum, vt ſi in dominum feudi crimen
læſæ maieſtatis commiſſum ſit, non ſolum filij, ſed & agnati de-
linquentes à feudo excludantur, idque ad ipſum dominum non
autem ad fiſcum pertineat, Gail. *de pac. publ. lib. 2. cap. 13. num. 18.*
Boſſ. *de crimin. læſ. maieſt. num. 142.* Decian. *d. lib. 7. cap. 41. num. 25.*
vbi teſtatur hanc ſententiam communiter à Dd. eſſe approba-
tam, additque Gail. *d. loco* ſe meminiſſe ita aliquando obſerua-
64 tum eſſe. Atque † hanc ſententiam in crimine læſæ maieſtatis
veritati conſonam eſſe, eo certius eſt, quod in quolibet etiam a-
lio delicto, quod contra ipſum dominum feudi directo perpe-
tratur, non ſolum delinquens & eius filij pœnam priuationis
ſubeant, ſed etiam agnati ab eo arceantur, ſiue nouum ſit feu-
dum, ſiue antiquum, & ex pacto & prouidentia, *cap. 1. §. fin. quæ
fuit prim. cauſ. benefic. amittend. cap. 1. an ille qui interfec. fratr. domin.
&c.* idque frequentiori Dd. calculo receptum eſſe aſſerunt Gail.
d. cap. 13. num. 10. & 12. verſ. & licet Curt. Iun. *de feud. part. 5. num. 2.
verſ. ſuſtinendo tamen.* Alexand. *conſil. 30. nu. 9. vol. 6.* Gozadin. *conſ.
84. numer. 3.* Burſat. *conſil. 149. numer. 9. verſ. verum prior opinio.*
Menoch. *conſil. 99. num. 144.* & communem eſſe hanc ſententiam
dicunt Zaſ. *de feud. part. 10. num. 101. verſ. ſed quia.* Ioan. de Anan.
conſil. 32. num. 5. verſ. his non obſtantibus. Dec. *conſil. 606. nu. 15.* Pariſ.
conſil. 21. num. 52. lib. 1. Rub. *conſil. 76. num. 3. & 4.* Farinac. *de delict.
lib. 1. tit. 3. quæſt. 25 num. 78.* Peregrin. *de jur. fiſc. lib. 5. tit. 1. num. 108.*
Roſenth. *de feud. cap. 11. concluſ. 19. num. 4. in gloſſ. d.* & plures alij,
quos

Digitized by Google

quos allegat Farinacius *d. loco*, eoque † facit ratio, quod feudum 65
ſemper cenſeatur conceſſum ea conditione & qualitate, vt in caſu ingratitudinis contra dominum commiſſæ ad eundem reuertatur, ideoque agnati conqueri non poſſint, ſi amittant feudum ſtatim ab initio ea conditione & qualitate affectum.

Quando † vero in ipſum dominum delictum non com- 66
mittitur, & tamen hoc tale eſt, vt priuatio feudi locum habeat, non ad eum, vel etiam fiſcum, ſed ad agnatos pertinebit *d. cap. 1. §. fin. quæ fuit prim. cauſ. benefic. amittend. d. cap. 1. an ille qui interfecer. fratr. domin.* idque præter multos alios tradit Gail. *d. obſeru. 13. nu. 6. 7. & 9.* addens nullam habere dubitationem. Atque hoc etiam de conſuetudine Germaniæ obſeruari aſſerit Zaſ. *d. part. 10. num. 99.* (quem facultas juridica Lipſenſis variar. vniuerſitat. & Dd. *conſil. 48. nu. 34. tom. 4.* ita allegat vt eam conſuetudinem non neget.) & Mynſing. *reſponſ. 44. num. 31. decad. 5.* Eo vero minus tum hoc, tum etiam ſuperiori caſu dicendum eſt, ad fiſcum feudum, quod ob delictum vaſalli amittitur, tranſire, quod non ſolum textus feudales fiſci non meminerint, ſed & ea, quæ ſingulari jure ad aliquem ſpectant, ad fiſcum non tranſeant *l. iura libertorum. ff. de jur. patron. l. eorum. ff. ad l. jul. maieſtat.* & in ſpecie etiam feudum ad hæredem extraneum non pertineat *c. 1. un agnat. vel fil. def. &c.* cuius hæredis loco fiſcum eſſe conſtat *l. non intelligitur. §. cum cauſa. ff. de jur. fiſc. l. 1. Cod. de bon. libertor. l. 2. C. ad l. jul. de vi public. cum ſimilibus* à me ſupra *cap. 12. num. 38.* allegatis. Et † quo- 67
niam hæc ita ſe generaliter habent, nec crimen læſæ maieſtatis excipitur, dicendum in ſpecie etiam eſt de hoc crimine, non aduerſus dominum ſed alium commiſſo, feudum ita amitti, vt ad agnatos pertineat, idque eo certius eſt, quod *d. l. jura libertorum.* & *d. l. eorum.* ſpeciatim & expreſſe in crimine læſæ maieſtatis de fiſco non admittendo in eo, quod alij jure ſingulari in bonis delinquentis competit, loquantur. Circa ea vero quæ de domino & agnatis dicta ſunt, obſeruãda eſt etiam reſtrictio, de qua in crimine fractæ pacis ex Imperij conſtitutione ſub rubr. Die peen der Landfriedbrecher/ꝛc. & ordinat. Camer. *part. 2. tit. 9. §. 2.* ſupra *d. cap. 12. num. 42.* dictum eſt.

Obſeruandum vero hic ſimul eſt, varias eſſe reſtrictiones & limitationes, quibus illud jus, quod extat *in d. §. filij* & de quo hactenus ampliando etiam dictum eſt, ſingulariter coarctatur &
68 reſtringitur. Nam † primum *in d. l. quiſquis. §. ad filias* ſtatim textui *in d. §. filij.* ſubijcitur exceptio in filiabus delinquentis, quod videlicet ijs debeatur legitima portio in bonis matris, ſiue teſtato ſiue inteſtato decedat, vocaturque hæc legitima falcidia, & ſimul additur ratio diuerſitatis inter filios & filias, quod mitior circa filias debeat eſſe ſententia, quia pro infirmitate ſexus minus ſunt auſuræ. Atque ideo filiorum adeo non habetur ratio, vt in computatione huius legitimæ portionis filiabus debitæ filij partem non faciant, nec eorum reſpectus haberi debeat, ac filiabus rata ſaltem portio non totus triens vel ſemis ex bonis maternis aſſignetur Ant. Cont, *in d. l. quiſquis. §. 3. C. ad l. jul. maieſt.* Filiarum vero in hoc crimine conditionem minus durum eſſe, quam filiorum eo minus mirum eſt, quod non ſolum in filijs delicti patris exempla vel etiam pœnæ vindicta metuenda *ſit, ſed & non* eque per filios vt per filias memoria ac nomen patris delinquentis retineatur ac conſeruetur, eæque finis familiæ ſuæ eſſe dicantur. *l. pronunciatio. §. mulier. ff. de verb. ſignific.* & vt Gaius Iuriſconſultus *in l. familiæ appellatione. ff. eod.* ait, fœminarum liberi in familia earum non ſint, quia qui naſcuntur patris non matris familiam ſequuntur.

69 Sed † quæritur an filiæ etiam ex bonis paternis non debeant dotari? Afflictus *in hoc c. vnic. in verb. Et bona committentium crimen læſa maieſtatis. nu. 2.* ſine dubitatione affirmat dotem hiſce deberi, & pro hac ſententia allegat textum *in d. §. ad filias*, ex quo loco id expreſſe patere aſſerit, & eandem amplectuntur Boſſ. *d. tit. de crimin. læſ. maieſtatis nu. 134.* Ripa. *in l. ex facto. §. ex facto. nu. 9. in fin. verſ. & ideo dicas. ff. ad Trebell.* Roland. *conſil. 73. num. 23. lib. 3.*
70 vbi dicit hanc eſſe communem. Verum † de jure contrarium verius eſſe exiſtimo. Nam Imperatores *in d. §. ad filias* non ſolum dotis omnino nullam faciunt mentionem, ſed de ſolis maternis bonis ſtatuunt, quid ex ijs ad filias peruenire velint, quod legitima eſt, deinde licet *in d. §. filij* nominatim filiorum meminerint,

& inde conſequi videatur, ad filias, quod ibi ſtatuitur, non pertinere, tamen attendendum eſt, ei textui ratione filiarum ita ſubijci dictum §. *ad filias*, vt Imperatores peculiariter & ſtricte de filiabus oſtendant, quid de ijs per exceptionem obſeruandum ſit, ideoque hæc exceptio, in legitima facta, confirmat regulam in non exceptis, & ſic etiam in dote. Cui accedit quod *in d. l. quiſquis* §. *emancipationes*, nominatim dotes, quę poſt commiſſum crimen datæ ſunt, nulli momenti eſſe ſtatuatur. Et cum etiam ibidem *in d.* §. *vxores.* ſubijciatur de dotibus, quomodo vxores ſuas dotes ex bonis delinquentis ſaluas habere poſſint, eo verius, quod expreſſe de dote quoque filiabus ex bonis delinquentis debita aliquid in eadem lege cōſtitutum fuiſſet, ſi Imperatores voluiſſent præter legitimam, quam ex bonis maternis loco alimentorum haberent, etiam dotem ex bonis paternis ijs dandam eſſe.

Nec † obſtat, quod pater teneatur dotare filias de jure naturæ *l. fin. C. de dot. promiſſ.* & jura naturalia immutabilia ſint §. *ſed naturalia. Inſtit. de juſtit. & jur.* quia hoc ita ſe habet, niſi ex certa & juſta cauſa aliud ſtatuendum ſit, & cui jure naturæ aliquid debetur, eo ex tali juſta cauſa per ipſam legem indignus eſſe cenſeatur, idque in hoc ipſo crimine læſæ maieſtatis eo confirmatur, quod licet legitima liberis jure naturæ debeatur, tamen hæc ipſa filio *in d.* §. *filij* in bonis patris delinquentis, & quod multo plus eſt, ſimul in bonis etiam matris, non peccantis, omnino auferatur, atque ita quidem id fiat, vt ne quidem per teſtamentum ex bonis maternis vel minimum, & ſic nec legitima, nec eius pars aliqua ei relinqui poſſit. Accedit quod lex ipſa *in d.* §. *ad filias* ita filiabus aliunde prouiderit, ne dote & alimentis careant, cum expreſſe ibi conſtitutum ſit, eas legitimam, quæ ibidem falcidia vocatur, ex bonis maternis loco alimentorum habere debere. Atque ex his omnibus eo planius ſit, tantum etiam abeſſe, vt textus *in d.* §. *ad filias*, quem pro contraria ſententia allegat Afflict. *d. loco*, aduerſetur, vt potius illa ſententia per eundem textum refutetur, quemadmodum ſupra oſtenſum eſt. 71

Secunda † limitatio conſtitui poteſt in filijs adoptiuis, vt qui non ſunt de ſanguine delinquentis, nec ex eo nati Cyn. & Salic. 72

73 *in d. §. filij.* Decian. *d. lib. 7. cap. 41. num. 6.* Tertia † limitatio eſt in filijs ante patratum delictum emancipatis, vt tradunt gloſſ. *in cap. ſi quis cum militibus. §. filij vero 6. quæſt. 1.* Gig. *d. tit. de pœn. quas filij incurr. quæſt. 6. in princ.* Afflict. *in conſtit. regni ſub tit. de patre recept. col. fin.* Auguſt. Ariminenſ. in addit. ad Angel. *de maleſic. verb. Che hai tradito la tua patria, nu. 12. verſ. Quinimo.* Decian. *d. c. 41. num. 4.* vbi pro confirmatione huius ſententiæ inter cætera addit textum *in d. §. emancipationes,* vbi annullantur emancipationes factæ poſt
74 delictum, non autem ante. Sublimitatur † vero ita hoc jus, vt dicatur non habere locum, ſi emancipatio in fraudem facta ſit, vt recte addunt Gigas *d. loc. nu. 3.* & Decian. *d. num. 4.* vbi ſimul dicit, hanc fraudem ex multis coniecturis probari, & indubitatum eſſe in omnibus etiam alijs criminibus, in quibus publicatio bonorum concurrit, quod in fraudem facta non ſubſiſtant.

75 Quarta † limitatio eſt in filijs ante perpetratum crimen natis. Nam licet in his, non minus quam ijs, qui poſtea nati ſunt, locum habere id, quod *in d. §. filij.* ſtatuitur, multi exiſtiment, adeo, vt communem eam ſententiam eſſe referant Claud. *in l. ſi quis id quod. nu. 14. ff. de juriſdict. omn. jud.* Gig. *d. tit. de pœn. quas filij incur-*
76 *runt, &c. quæſt. 5. nu. 2.* Decian. *d. lib. 7. cap. 41. nu. 8.* tamen † præferenda eſt contraria ſententia, tum quod verior & melioribus fundamentis ſubnixa, tum quod communior & magis à Dd. recepta, tum quod æquior & fauorabilior ſit.

Nam quod ad veritatem & fundamenta huius ſententiæ attinet, confirmatur ea per textum *in l. filiam. de ſenatorib.* vbi delictum ſenatoris non tollit beneficium dignitatis filijs ante natis quæſitum, & per textum *in l. 2. C. de libert. & eor. liber.* vbi patre liberto ob ingratitudinem contra patronum commiſſam, in ſeruitutem redacto filij eius poſtea nati efficiuntur ſerui, non vero filij antea nati, item per textum *in cap. non imputantur 1. quæſt. 4.* in verbis: *Non imputantur filijs peccata parentum, quæ poſt eorum natiuitatem à parentibus committuntur* & per text. *in c. quæris. de conſecrat. diſt. 4.* ibi. *ſemel generatus per parentum voluntatem non poteſt macula aliena iniquitatis aſtringi, cui nulla ſua voluntate conſenſit.* Eodem faciunt plures alij textus & rationes adductæ ab Hieron. de

Cæuall.

Cæuall. *in ſpecul. opinion. commun. contra communes quæſt. 653. num. 15. 16. 17. & aliquot ſeqq.* vbi ſimul *num. 31. & ſeqq.* reſpondet ad ea, quę obiici poſſe videntur, affirmatq; *nu. 16.* hanc ſententiam de iure communi eſſe veriſſimam, & addit *num. 30.* fatuum eſſe iudicem qui ab hac opinione recederet, eamq; tanquam veritatem eſſe tenendam, & ſequendam in palatiis & ſcholis, tam in aduocando, quam in conſulendo. Eandem ſententiam communem eſſe dicunt Boſſ. *d. tit. de crim. laſ. maieſtat. nu. 138.* Anton. Galeaz. *conſil. 40. nu. 10.* Oroſcius, *in l. emancipatum §. fin. ff. de Senator.* Alciat. *conſ. 467. nu. 7.* Et licet non deſint, qui contrariam ſententiam etiam communem eſſe dicant, vt ſupra dictum eſt, tamen hanc ſententiam communiorem eſſe incertus author aſſerit *in tract. de crim. læſæ maieſtatis quæſt. 7. nu. 1. in fin.* Idem teſtatur Hieron. de Cæuall. *d. quæſt. 653. nu. 16. & 14.* adeo vt *d. nu. 16.* dicat, ſemper magis communem & receptam eſſe. Æquiorem vero & benigniorem dicunt Clar. *in d. §. læſæ maieſtatis nu. 12.* Cæuall. *d. quæſt. 653. nu. 14. & 40.* & incertus author *d. loco*, vbi ſimul ait, id aſſerere etiam optimę conſcientię virum Ioannem de Anania *in c. vergentis. de hæret.* & ſubiicit idem Cæuall. *dict. numer. 40.* ſecundum hanc ſententiam in ſupremo Regis Hiſpaniarum conſilio fuiſſe iudicatum.

Quinta limitatio eſt in nepotibus delinquentis, cum textus *in d. §. filij* ſtricte ſolorum filiorum meminerit, & † licet appellatione *filiorum* nepotes etiam comprehendi cenſeantur *l. filij appellatione & l. liberorum §. ſed & Papirius ff. de verb. ſignif.* tamen † regulariter & proprie ea appellatio ad nepotes non extenditur *l. quid ſi nepotes ff. de teſtam. tutel.* idq; communi concluſione approbatum eſſe teſtatur author incertus *in d. tractat. de crim. læſ. maieſt. quæſt. 6. nu. 6.* Cumprimis † vero ea communis concluſio in odioſis & pœnalibus locum habet, vt omnes Dd. *in cap. ad extirpandas de fil. presbyter.* notare dicit Decian. *d. c. 41. nu. 7. verſ. Et in quacunq;.* Atq; † hinc in ſpecie etiam quod textus *in d. §. filij* non ſit porrigendus ad nepotes, non ſolum verius, ſed & à tam multis Dd. receptum eſt, vt communis hæc ſententia eſſe dicatur, teſte Go-

77 78 79 80

Digitized by Google

mezio *variar. reſolut. tom. 3. cap. 2. numer. 15. verſic. ſed in hoc arti-
culo*, vbi addit, eandem veram eſſe, & author incertus *d. quaeſt. 6.
numer. 5. verſic. ſed tamen praemiſſis.* affirmat eſſe veriſſimam, & in
puncto iuris intrepide tenendam, & ſane mitior etiam & beni-
gnior eſt.

81 Etſi † vero Cynus *in d. l. quiſquis n. 8. & ibid.* Albericus *nu. 4.
verſ. item quaeritur* referant, conſtitutione quadam Friderici extē-
ſionem pœnæ *dicti §. filij.* fieri ad nepotes, & omnes deſcendē-
tes, eo quod Imperator in ea vſus ſit verbo *Liberorum*, tamen re-
cte Decianus *d. c. 41. n. 7.* ſcribit, eam conſtitutionem non appare-
re, ideoq; nec attendendā eſſe. Et vt maxime extaret, & corpori
iuris debita authoritate inſerta eſſet, tamen eam huic ſententiæ
non poſſe obſtare, prolixe oſtendit auctor incertus *d. qu. 6. nu. 13.
verſ. nunc deueniendum cum n. ſeqq.*

Sexta limitatio eſt, ſi mater crimen læſæ maieſtatis com-
82 miſerit. Nam † licet ipſamet incurrat pœnas huius criminis, idq;
communiter à Dd. receptum ſit, teſte Angelo *in tract. de maleſic.
in verb. Che hai tradito &c. nu. 12.* Gig. *d. tit. de pœn. quae filij incurrunt
83 &c. qu. 17. n. 1.* tamen † alia ratio eſt filiorum, de quibus peculiari-
ter *in d. §. filij.* agitur, vbi expreſſe tantum paterni criminis & pa-
terni ſupplicij ſit mentio. Nec obſtat, quod *d. l. quiſquis.* ita gene-
raliter concepta ſit, vt ea tam maſculos quam fœminas compre-
84 henſas eſſe dici poſſit, & † quod ſæpe ſexu maſculino etiam fœ-
minium contineatur *l. qui duos ff. de leg. 3.* Nam hoc ita ſe habet in
ipſa fœmina, de qua agitur, & ſic etiam in ipſa matre delinquen-
te, nō autem in eius liberis & aliis perſonis & *d. l. Quiſquis in princ.*
quatenus eo verbo *quiſquis*, vtitur, tantum loquitur de perſona
85 delinquente. Atque † hic merito attendendum eſt, quod odioſa
& cumprimis pœnalia potius reſtringi, quam extendi debeant
c. odia de reg. iur. in 6. l. interpretatione ff. de pœn. quæ reſtrictio hic eo
magis locum habet, quod *in d. §. filij.* expreſſe & ſtricte tantum
86 paterni criminis & ſupplicij mentio fiat. Atque † hæc ſententia,
quod nimirum filij propter crimen læſę maieſtatis à matre com-
miſſum non incurrant pœnas, de quibus agitur *in d. §. filij.* non
ſolum

Digitized by Google

ſolum mitior & æquior eſt,ſed & vere magis communis appellatur à Deciano *d.c.41. nu.14.* vbi addit, eandem de iure etiam veriorem videri.

Septima † limitatio eſt,qua pœna *in d. §. filij* ita reſtringenda eſt, vt hereditates, quæ illis ex aliorum ſucceſſione deferuntur, legitimis heredibus debeantur, non autem fiſco applicentur. Nam licet contrarium ſentiant Boſſ. *titul. de crimin. laeſ. maieſt. n.137.* Imol. *in cap.2. nu.44. & 45. de teſtam.* & nonnulli alij, quos allegat Fach. *variar. controu. lib.9. c.36. verſ. ex facto proponebatur*, tamen hæc ſententia eſt benignior æquiorque, &, vt recte poſt Bart. Socinum à ſe allegatum teſtatur Peregrinus *de iur. fiſc. lib.3. tit.9. nu.1.* communis, veriorque etiam reuera eſt, cum filij hereditatibus, quæ ex aliorum ſucceſſionibus deferuntur, non vt indigni priuentur,ſed potius pro incapacibus habendi ſint,quia *in d. §. filij* habentur hæc verba: *Ab hereditate & ſucceſſione habeantur alieni & teſtamentis aliorum capiant.* 87

Neque † aduerſatur textus *in d. l. quiſquis §. vxores.* cum in eo non agatur de bonis, quorum dominium matris eſt, ſed quæ ipſius mariti delinquentis ſunt, atque ideo cum vxori eiuſmodi mariti ſiue matri filiorum vſusfructus tantum debeatur, ad filios delinquentis vel eorum legitimos heredes pertinere non poſſunt, ſed fiſco applicantur. Eſt autem hæc ſententia, qua ex aliorum ſucceſſione filiis delatæ hereditates fiſco applicari negantur, eo verior, quod etiamſi in aliqua perſona cum incapacitate concurrat indignitas, tamen incapacitatis cauſa ita attendatur, vt fauorum legitimorum heredum, ad quos incapaci excluſo pertineret hereditas, fiſcus non habito reſpectu indignitatis excludatur, & illi tanquam potiores admittantur, vt oſtenſum eſt ſupra *c.10. nu.120.* 88

Octaua † eſt in filiis delinquentis ratione rerum inter viuos donando vel alia ratione in eos translatarum, Roland. à Val. *conſ.74. num.16. lib.3.* Pariſ. *conſ.69. num.171. & 172. vol.3.* quæ ſententia confirmatur textu *in d. §. filii*, dum expreſſe tantum à ſucceſſione 89

ceſſione ab inteſtato vel ex teſtamento excluduntur, nec aliquid innuitur de excluſione ab iis, quæ inter viuos per donationem vel alio modo acquiri poſſunt à matre vel extraneis, eoque minus extenſio ad actus inter viuos fieri debet, quod ea odioſa ſit, & *d. §. filij* corectorium ius contineat, actuſq́; inter viuos ſucceſſioni ab inteſtato vel ex teſtamento prorſus contrarius ſit, & nihil commune hi actus inter ſe habeant *l. verba contraxerunt ff. de verb.*
90 *ſignif. & l. conficiuntur C. de iur. codicill. cum ſimilibus.* Ideoq́; ab excluſione filiorum à ſucceſſione ab inteſtato vel ex teſtamento non poteſt inferri ad actum diuerſum inter viuos Pariſ. *d. conſ. 69. numer.* 174. per *l. inter ſtipulantem §. rem ſacram ff. de verbor. obligat.* præter quam & alias auctoritates adducit, & ſimul *numer.* 117. *& multis ſeqq.* refutat ea, quæ pro contraria ſententia facere videntur.

91 Nona † limitatio eſt, ſi pater plene in integrum reſtituatur, tunc enim & filij ad omnia reſtituti cenſentur, & ceſſant pœnæ eorum, Decian. *d. cap.* 41. *num.* 40. Et poſt Ioannem de Turre Cremata Gigas *d. tit. d. pœn. quas filij incurrunt &c. quæſt.* 12. *nu.* 7. cum acceſſorium euaneſcat, & non ſubſiſtat ſublato principali *l. cum principalis ff. de reg. iur. cum ſimilibus.* Idque hic eo magis locum habet, quod filiorum reſtitutio multo fauorabilior ſit, maioriq́; æquitate nitatur, quam reſtitutio patris, cum non deliquerint fi-
92 lij, & † pœna regulariter ſuos tantum authores tenere, nec eos egredi debeat *l. ſancimus. C. de pœn.*

93 Decima † eſt in conſuetudine, qua non ſeruatur id, quod de pœnis filiorum maximo rigore ſtatuitur *in d. l. quiſquis*; de qua conſuetudine ita affirmat Angelus *in l. fallaciter nu.* 4. *C. de abolit.* idq́; dictum & teſtimonium eius, tanquam viri excellentiſſimi & magni practici, multum eſſe à iudicibus ponderandum, ait Socin. *conſ.* 275. *in cauſa fratrum num.* 3. quem referunt & ſequuntur Roland. à Vall. *conſ.* 74. *inhærendo num.* 20. *lib.* 3. Gig. *d. titul. de pœn. quas filij incurrunt &c. quæſt.* 23. *num.* 3. Clar. *in d. §. læſæ maieſtatis nu.* 14. *verſ. neq. eſt hoc loco prætermittendum.* De eadem conſuetudine teſtantur Decian. *d. cap.* 41. *nu.* 48. & Hieron. de Cæuall. *in ſpecul.*

commun.

Digitized by Google

commun. opin. contra communes. quaeſt. 653. *nu.* 39. Alciat. *conſil.* 467 *in propoſita quaeſtione nu.* 13. qui addit *nu.* 15. dictam *l. quiſquis.* videri magis factam ad errorem, quam ad futuram obſeruantiam, nec repertum iri aliquem, qui eam vnquam viderit obſeruari, Weſembecius etiam in ſupplement. ad Schneidwin. *in d* §. *publica. nu.* 5. *Inſtit. de publ. iudic.* ait, ſe dictam *l. quiſquis.* quoad pœnam liberorum, nunquam vidiſſe ſeruari, & oſtendit Ferronus *in conſuetud. Burdegalenſ. tit.* 8. §. *Decimo.* multis exemplis, Imperatores eius legis ſeueritatem non eſſe in totum ſecutos. Ad † huiuſmodi exempla & illud pertinet, quod, vt teſtantur hiſtoriæ, Marcus Antoninus Philoſophus Fauſtinæ vxori ei perſuaderi volenti, vt in liberos Auidij Caſſij ob crimen læſæ maieſtatis ſæuiret, clementer reſponderit: Ego vero & eius liberis parcam, & generi, & vxori, & ad ſenatum ſcribam, ne aut proſcriptio grauior ſit, aut pœna crudelior. Memorabile eſt exemplum Imperatoris Ludouici Bauari, qui, cum fratris ſui Comitis Palatini ad Rhenum in Angliam à ſe fugati filios vidiſſet, dixit; Pater, non autem filij in me deliquerunt, ideoque non eſt æquum, vt alieni ſceleris pœnam luant, ſicut refert Trithemius *Chron. Duc. Bauar. rubr. de diuiſ. Bauar. inferior. fol.* 113. pluresque alij allegati à Knich. *de Saxonic. non prouocand. iur. in verb. Ducum Saxoniæ cap.* 5. *nu.* 407. Atque hæc quidem ita ſe habere eo minus mirum eſt, quod, vt Hieronymus de Cæuall. Iuriſconſultus Hiſpanus *d. loco* de conſuetudine loquens *num.* 38. poſt Ioannem Igneum *in l. fin. numer.* 44. *ff. ad Syllanian.* præmittit, dicta *l. quiſquis.* ſi ea, quæ de filiis ibi rigidiſſime ſtatuuntur, omnia conſiderentur, ſit odioſa, iniurioſa, iniqua contra naturalem rationem, & iuris diuini humanique diſpoſitionem. 94

Male † vero Budæus *in d. l. ſancimus. circa finem Cod. de pœn.* dicit, iure communi etiam à *d. l. quiſquis.* receſſum eſſe per eam legem ſtatuentem, quod ex delictis ipſi auctores puniantur. Quę opinio receptiſſimæ aliorum Dd. ſententiæ, & iuris etiam veritati repugnat. Concordat enim illud ius dictæ *l. ſancimus.* cum reliquo iure communi, ex quo culpa vnius alteri nocere nō de- 95

bet *l. non debet alteri ff. de reg. iur.* nec vnus alterius odio prægrauandus eſt *l. ſi quis ſuo. C. de inoffic. teſtament.* & nullum patris delictum innocenti filio in pœna eſt, vt ait Vlpianus *in l. 2. §. nullam ff. de decur.* eóq; pertinet præter alia etiam *tit. Cod. ne vxor pro marit. vel marit. pro vxor. vel mater pro fil. &c. & titul. Cod. ne fil. pro patre vel pater pro fil. &c.* Abſurdum autem eſſet dicere hoc ius commune obſtare, quo minus obſervandum ſit, quod in *d. l. quiſquis* conſtitutum eſt, cum præſertim in ea lege de atrociſſimo crimine læſæ maieſtatis agatur, ideoque veriſimile non ſit, Imperatores Arcadium & Honorium in *d. l. ſancimus.* expreſſe non facturos fuiſſe eius criminis mentionem, ſi dictam *l. quiſquis* abro-
96 gare voluiſſent, nec † cenſetur vetus ius per novam conſtitutionem abrogatum, ſi in ea expreſſe eius iuris, ſiue rei, de qua in eo aliquid cautum eſt, non fiat mentio *l. præcipimus in fi. C. de appellat. l. ſancimus C. de teſtam.*

97 Notandum † vero eſt, licet ab hoc iure communi in crimine læſę maieſtatis per patrem commiſſo receſſum ſit per *d. l. quiſquis* in filiis eius, tamen ſi hi tale delictum perpetrauerint, patrē eo iure communi gaudere, nec tales pœnas incurrere, quibus illi ob huius delictum grauantur, vt tradunt Salicet. *in d. l. quiſquis §. filij num. 8. verſ. Et ideo non credo.* Gig. *d. titul. de pœn. quas filij incurrunt &c. quæſt. 22. num. 1.* Dec. *conſ. 410. numer. 16.* Menoch. *conſ. 526. num. 8. & num. 11. verſ. ſecundo in ſpecie.* qui *d. num.* 8. vt & Gigas *d. loco num. 2. 3. & 4.* rationes adducit, ob quas durior hac in re ſit
98 conditio filij, quam patris. Et † ſane regulariter tantum abeſt, vt pater ob filijfamilias delictum puniatur, vt peculium etiam eiuſmodi filij profectitium, immo & aduentitium, caſtrenſe, & quaſi caſtrenſe, in pœnam publicationis bonorū eius non veniant, nec fiſco applicentur, vt ſupra *cap. 12.* oſtenſum eſt, vbi id ſimul *numer. 60. 61. & 79.* cum ea reſtrictione factum eſt, vt licet etiam in crimine læſæ maieſtatis, quoad profectitium peculium filij, locum habeat, tamen fallat, ſi peculium filius habeat caſtrenſe, quaſi caſtrenſe, vel etiam aduentitium, cum hæc peculia in confiſcationem bonorum filij veniant. Et de profectitio peculio

notan-

notandum eſt inter ea, in quibus duriorem diximus eſſe conditionem filij quam patris, hoc ipſum etiam peculium venire in confiſcationem bonorum patris, nec filium illud retinere, vt ſimiliter oſtenſum eſt *in d. cap. 12. num. 78.* in quo capite *num.* 81. 83. 84. 85. 86. *&* 87. & illud videre licet, an & quando bona futura & poſt publicationem acquiſita, iuraq; conditionalia in confiſcationem veniant.

Vxores † vero etiam crimen læſæ maieſtatis perpetrantium tamen abeſt, vt vllas pœnas incurrant, & illo iure communi non vtantur, vt his etiam ea, quæ maritis delinquentibus in dotem dederunt, ſalua maneant, idque in ſpecie ita conſtitutum eſt *in d. l. quiſquis §. vxores.* & communiter à Dd. receptum eſſe teſtatur Gail. *de pac. publ. cap.* 16. *numer.* 4. *libr.* 2. ideoque † domus etiam demolitionem, quam ob crimen læſæ maieſtatis fieri poſſe ſupra dictum eſt, pro dote ſua recuperanda impediri poteſt, Roman. *conſil.* 128. *numer.* 2. Gandin. *in tractat. maleficior. tit. de bon. malefact. numer.* 3. Capyc. *deciſ.* 130. *num.* 73. *verſ. ſecunda limitatio eſt.* Videbatur † quidem hic in dubium reuocare poſſe, quod in iure ciuili dos dicatur eſſe in dominio mariti *in princ. Inſtit. quib. alien. lic. vel non l. dotis §. ſi res ff. de iur. dot. l. in rebus. Cod. eod.* ideoq; † præter alios effectus & hoc inde conſequatur, quod rei vindicationem maritus habeat de rebus dotalibus *l. doce ancillam C. de rei vendicat.* ſi dos legata ſit, ipſe legatarius intelligatur, & actionem ex teſtamento recte inſtituat *l. Titio §. Titio genere ff. de condict. & demonſtrat.* rei dotalis in æſtimatæ furto ſurreptæ nomine furti agat, *l. interdum ff. de furt. l. de his C. de iur. dot.* ſeruum dotalem hereditatem adire aut repudiare iubeat, *l. ſeruus dotalis ff. ſolut. matrimon.* & ſeruitus confundatur ſi fundo dotali ſeruientem acquirat aut fundum cui ſuus ſeruiebat accipiat *l. ſi marius ff. de fund. dot.*

99 100 101 102

Sed † hic econtra attendenda eſt decidendi ratio illa, quod licet ex ſubtilitate iuris per ea quæ iam adducta ſunt id ita ſe habeat, vt maritus cenſeatur dominus dotis, tamen reuera & naturaliter vxor retineat dominium ſuæ dotis *d. l. in rebus.* 103

ideoque eius proprium patrimonium eſſe dicatur *in l.3. §. ergo ff. de minoribus*. eodem pertinet *l. quamuis de iur. dot. l. Lucius* §. 4. *ad municipal. cum ſimilibus*. Et fundo dotali euicto, non vir ſed ipſa in ſuum auctorem agat *l. quamuis ff. de iur. dot*. iſque in rebus dotalibus dolum & culpam præſtet *l. in rebus ff. de iur. dot. l. Pomponius ff. de pact. dotal.* & cum cenſus eius æſtimatur dos, tanquam in bonis eius non exiſtens, non comprehendatur *l. Lucius* §. *idem reſpondit conſtante ff. ad municip.* eandemque lenitatem adhibere debeat in ſeruos alienos hoc eſt dotales, quam adhibet in proprios. *l. ſi conſtante* §. *maritus ff. ſolut. matrim.*

Tantam itaque placuit huius dominij, quod eſt apud vxorem, rationem ducendam eſſe, vt licet crimen læſæ maieſtatis grauiſſimum & atrociſſimum ſit, tamen in dote eius pęna locum non habeat, nec hoc, de quo agimus, regale ad dotem porrigendum ſit, obtinebitque hic, quod Iuſtinianus, quoad reliqua crimina de bonis damnatorum & proſcriptorum, *conſtituit in Nouell. 134.* §. *fin.* quatenus etiam dotis meminit, & tam de hac, quam de cæteris rebus leges veteres in crimine læſæ maieſtatis
194 obſeruari voluit. Neque † obſtat, quod fiſcus & vxor, quod ad ius tacitæ hypothecæ, paribus paſſibus ambulent, & prior tempore potior ſit iure *l. 2. Cod. de priuileg. fiſc. l. 1. Cod. de iur. fiſc. libr.* 11. Nam hic agitur de vxore, quæ prior eſt tempore, dotemque ante commiſſum delictum dedit, & vel hoc ſolo nomine dotem
195 repetens merito fiſcum excludit, & † in dubio etiam, quando videlicet non conſtat ex inſtrumentis prærogatiua vel temporis, prioritate, fiſco tanquam magis priuilegiata præfertur ex communi Dd. ſententia, de qua teſtatur Gail. *d. c. 16. n. 6. verſ. & alias, ex communi*, & notant Dd. *in l. 1. ff. ſolut. matrim.*

196 Atque † hæc quidem cum ita ſint, eo magis dicendum eſt in cæteris bonis vxoris, quæ omni ex parte eius propria ſunt, ſiue receptitia, ſiue paraphernalia eſſe conſtet, fiſco nihil iuris competere hoc crimine à marito commiſſo, dicemuſque recte hic locum habere, quod de huiuſmodi bonis generaliter non

minus,

minus quam de dote *in l. ſi quis poſthac Cod. de bon. proſcript. & ſimilibus alijs locis*, proditum eſt. De † donatione propter nuptias dubitari poterat, non minus quam de dote, quid ſtatui debeat. Et quidem licet maior ſit hic dubitandi ratio, quod huiusmodi donatio ſit ipſius mariti, & lucrum quod inde proficiſcitur, ex eius bonis merito prouenire dicatur, tamen in hac etiam donatione & lucro, quod vxori inde debetur, non obſtat crimen læſæ maieſtatis, quo minus ea hoc ipſum percipiat, eoq; pertinet textus *in d. §. vxores*. Idem † dicendum eſt de quarta, quæ vxori inopi & indotatæ ex bonis mariti debetur *Nouell. 117. vt lic. matri & aui*. §. *quia vero 2.* & vocatur à legibus definita pars, *in d. Nouell. 134.* §. *fin. verſ. ſi vero ſine dote.* Idque † ipſa juris ratio vrget, cum ſuccedat in locum dotis, ijsque priuilegijs gaudeat, quibus dos Gail. *d. cap. 16. nu. 17.* atque † hic locum habeat, quod ſurrogatum ſequatur naturam ſui ſurrogati *l. ſi eum qui iniuriarum. ff. ſi quis cautionibus, &c.* 107 108 109 110

111 Etſi † vero hæc communia ſint cum ijs, quæ in vxoribus aliorum etiam delinquentium jure communi locum habent, tamen ex ijs, quæ antea in ſpecie dicta ſunt, manifeſtum euadit, quam varia alioqui, & quam multa ſint ſingularia in hoc crimine læſæ maieſtatis, propter enormitatem & atrocitatem eius. Et ſane hæc enormitas & atrocitas tanta eſt, vt præter ſupra adducta plura ſint alia ſpecialia & ſingularia, ex quibus eſt, quod non ſolum famoſi, licet regulariter jus alios accuſandi non habeant, in hoc crimine admittantur, *l. famoſi ff. ad l. jul. maieſtat. cap. in primis 2. quaeſt. 1.* ſed & recte producantur teſtes ſingulares, Afflict. *in hoc cap. vnic. in verb. & bona committent. crim laeſ. maieſtat. nu. 29.* Foller. *in pract. crimin. in verb. item quod commiſit crimen laeſa maieſtat. nu. 3.* Maſcard. *de probat. concluſ. 462. numer. 16. & 17.* Farinac. *de oppoſit. contra teſt. lib. 3. tit. 7. quaeſt. 64. num. 220.* & inhabiles Abb. & Ioan. de Anania *in cap. licet Heli de ſimon.* Grammat. *vot. 3. n. 30.* Maſcard. *d. concluſ. 462. numer. 1. & ſeqq.* Bellon. *conſil. 43. numer. 7.* Farinac. *de oppoſit. contra teſtes lib. 2. tit. 6. quaeſt. 62 limit. 4. num. 83.* ſeruique in caput domini recte torqueantur *d. l. maieſtatis. l. pen. in fin. & l. vlt.* §. *in hac cauſa. C. ad l. jul. maieſt.* & proditio honeſta eſſe cenſeatur,

quæ per ſeruos in hoc crimine fit aduerſus dominos *l. 2. Cod. Theodoſ. ne præter crim. leſ. maieſtat. ſeruus domini, &c.* item quod in hoc crimine non tantum reus, ſed etiam actor, & eius inſtigator cognoſcendæ veritatis gratia recte torqueantur, in eaque re nulli priuilegiati excuſentur *l. ſi quis nullus. Cod. ad l. jul. maieſtat. l. decuriones. C. de quaſt.* & quod qui ſocios huius criminis occultos, antequam illud committatur, indicat, tanto præmio dignus ſit, vt ipſe hoc nomine veniam mereatur *d. l. maieſtatis*, & ne peti quidem poſſit, vt ſepeliantur huius criminis rei *l. 1. ff. de cadauer. punitor.* vbi ſimul in alijs criminibus regulariter eiuſmodi petitio admittitur, adeo vt in corporibus etiam eorum, qui exurendi damnantur, illud fiat, quo videlicet cineres & oſſa collecta ſe-
112 pulturæ tradi poſſint. Cæterum † quemadmodum multa in hoc crimine ſunt ſingularia, ſic & ſingulariter ac attente ab omnibus judicibus obſeruandum eſt, vt in eo, quantum fieri poteſt, non minus quam in alijs criminibus, ſtricta fiat interpretatio, mitior-
113 que ac benignior ſententia præferatur, nec † inter ſingularia referatur, quod ob atrocitatem extenſio fieri debeat, cum præſertim conſuetudine etiam à ſeueritate pœnarum huius criminis ex parte receſſum ſit, & exempla extent Imperatorum, qui & ipſimet illa ſeueritate ab ipſa lege expreſſa vti noluerunt, vt ſupra oſtenſum eſt.

CAPVT XXI.

De theſauris.

SVMMARIA.

1. *An ab eo, quod jure communi de theſauris conſtitutum eſt, conſuetudine & quidem generali receſſum ſit?*
2. *De theſauris quid jure Saxonico conſtitutum, & quomodo illud conſtitutione Saxoniæ Electoris Auguſti declaratum ſit?*
3. *Theſaurus quid?*
4. L. theſaurus. ff. ad exhibend. *declaratur.*

5. *The-*

5. Theſaurus non magicis artibus, nec data opera inuentus, vocatur donum fortunæ, item beneficium Dei, nu. 6.

7. Pecunia, cuius depoſitio non eſt vetus, tantum abeſt, vt pro theſauro habeatur, vt furti actio eius pecuniæ nomine competere poſſit, & n. 14.

8. Pecunia, cuius depoſitio vetus non eſt, qui ante dominus fuit, dominus manſit, & adhuc eſt.

9. Rei vendicatio nomine pecuniæ, cuius depoſitio vetus non eſt, cõpetit.

10. Præſumitur nemo pecuniam depoſitam vltra hominum memoriam negligere, ſuumque iactare.

11. Theſaurum aliquam pecuniæ depoſitionem eſſe aſſerenti, onus probandi incumbit.

12. Theſaurum non eſſe, quomodo per ipſam rei euidentiam doceri (poſſit?

13. Theſaurus ex quorundam ſententia dici poteſt, etiamſi multo minus quam immemoriale tempus elapſum ſit, modo dominus ignoretur, quæ tamen reijcitur.

15. Inuentione alterius rei, quam theſauri, dominium non acquiritur, niſi ſit res talis, quæ pro derelicta habeatur, vel alias in nullius bonis reperiatur.

16. Actio ad exhibendum contra reconditam pecuniam inuenientem & reſtituere recuſantem inſtitui poteſt.

17. Actio ad exhibendum eſt præparatoria rei vendicationis & propter vindicationes maxime inducta.

18. Rei vendicatio vna cum actione ad exhibendum in eodem libello ita cumulari poteſt, vt in eadem inſtantia primum in hac, & poſt ea in illa procedatur.

19. Cum querela inofficioſi teſtamenti, tanquam præparatoria, coniunctim proponi poteſt hæreditatis petitio.

20. Theſaurus in proprio fundo inuentus totus eſt inuentoris.

21. Theſaurus à ſeruo communi in fundo domini vnius proprio inuentus totus eſt eius domini, cuius eſt fundus.

22. Theſaurus in fundo alieno inuentus pro dimidia tantum parte ad inuentorem pertinet.

23. Theſaurus à mercenario repertus pro dimidia parte eſt mercenarij.

24. Theſauri in alieno fundo ſcrutandi facultatem an quis habere poſſit, ſi princeps requiſitus talem licentiam ei conceſſerit?

25. Domi-

25. Dominus fundi, in quo ab alio theſaurus repertus eſt, olim ex conſtitutione Gratiani, Valentiniani & Theodoſij non ad dimidiam, ſed tantum quartam eius partem admittebatur.

26. Theſauri in alieno fundo fortuito inuenti pars dimidia eſt inuentoris, ſiue cum domini voluntate ſiue ſine ea inuentus ſit.

27. Theſaurus inuito domino inuentus totus eſt domini fundi, & inuentor non ſolum nihil inde conſequitur, ſed & punitur.

28. Theſaurus in alieno fundo data opera inuentus totus eſt domini fundi, ſiue ſine eius voluntate ſiue cum ea id factum fuerit.

29. Theſaurus in loco Caſaris priuato data opera inuentus totus, fortuito inuentus pro dimidia parte eius eſt, altera inuentoris, idque in fiſcalibus etiam locis procedit num. 31. l. 3. §. pen. ff. de jur. fiſc. *declaratur.*

32. De theſauro in loco religioſo reperto & nu. 38. & 41.

33. Theſaurus magicis artibus inuentus an totus fiſco applicetur, idq; indiſtincte in quocunque loco ita ſe habeat nu. 34.

35. Magicis artibus theſaurum inueniens punitur pœna capitis.

36. Theſaurum inueniens ſi partem fiſco debitam ſupprimat, totus fiſco applicatur, & inueniens ſimul alterum tantum ſoluere cogitur.

37. Theſaurus quatenus inter regalia refertur, etiam alijs ſuperiorem recognoſcentibus, qui ex conceſſione aut præſcriptione vel conſuetudine regalia habent, debetur.

39. Loca ſacra & religioſa an hodie etiam in nullius bonis, an vero in domino eccleſia ſint.

40. Theſauri in ciuitatis loco reperti dimidia pars eſt ipſius ciuitatis tanquam domini, altera vero inuentoris.

41. Theſaurus in ſacro, religioſo vel ciuitatis loco data opera inuentus totus eſt eccleſia vel ciuitatis.

42. Ciuitatis locus appellatur etiam publicus.

43. Theſaurus in re empta inuentus ad emptorem pertinet.

44. Ob theſaurum in re empta repertum, ſi læſio dimidium juſti precij excedat, an venditor remedium l. 2. C. de reſcind. vendit. *intentare poſſit.*

45. Theſaurus naturalis vel induſtrialis fructus non eſt, nec pars fundi ſed res nihil commune cum eo, habens nu. 46.

47. Theſauri necdum inuenti nulla etiam eſt poſſeſſio.

48. De

48. *De theſauro in re feudali vel emphyteutica inuento quid juris ſit.*

49. *Theſaurum in re dotali ſi maritus inueniat, pars dimidia debet reſtitui vxori, altera vero apud maritum manere.*

50. *Theſaurum ſi inueniat vſufructuarius, dimidia quidem pars ei, tanquam inuentori, altera proprietario debetur.*

51. *Ad theſaurum non poteſt fieri illatio ab vſufructu.*

52. *Theſaurus in fundo vſufructuario inuentus, an ad vſufructuarium, quamdiu viuit, ſpectet?*

53. *Theſauri à creditore, in fundo pignorato inuenti, vna pars non aliter ei, quam vt inuentori, altera vero ſoli debitori, acquiritur.*

54. *Creditor non aliter fructus percipit, quam vt in ſortem imputentur, & eam excedentes reſtituantur.*

55. *Theſauri partem, quæ debitori debetur, creditor ſecundum aliquos jure pignoris retinere poteſt, quorum tamen ſententia refellitur* nu. 56.

57. L. ſi quis in aliena. §. fin. ff. de acquir. rer. domin. *declaratur.*

58. *Inuenire rem, non ſolum aſpicere, ſed eam apprehendere ſignificat, nec inuenta cenſetur, niſi apprehenſa ſit* nu. 59.

60. *Theſaurum videntes nec apprehendentes dominium eius non acquirunt, &* nu. 64.

61. *Dominium jure etiam gentium ſine poſſeſſionis apprehenſione non acquiritur.*

62. *Theſaurus necdum inuentus in nullius bonis eſt.*

63. *In nullius bonis exiſtentia ſine occupatione non acquiruntur.*

65. L. nunquam. § 1. ff. de acquir. rer. dom. & l. peregre in fin. princ. ff. de acquir. poſſeſſ. *declarantur.*

66. L. 1. §. pen. & l. quod meo. §. ſi venditorem. ff. de acquir. poſſ. *declarantur.*

67. *Theſauri totius vel partis dominium ab ijs ſine apprehenſione acquiritur, qui ipſi eum non inuenerunt, modo tamen ijs totus vel pars debeatur.*

68. *Cui theſaurus totus vel pro parte debetur, is contra poſſidentem rei vindicationem habet.*

69. *Rei vindicatio cuilibet domino ſiue jure ciuili, ſiue jure gentium dominium adeptus ſit, competit.*

70. *De theſauro toto vel parte rei vindicatio ijs etiam competit, qui poſt inuentionem ab alio factam ipſi eum non apprehenderunt, modo ijs totus vel pars eius debeatur.*

71. *Theſauri nomine an condictio ex lege competere poſſit.*

POſtremo loco Fridericus *in hoc cap. vnic.* inter regalia referri voluit theſauros, certa tamen diſtinctione adhibita. De his igitur non minus quàm de ſuperioribus alijs regalibus agemus.
1 Nam † licet minus vtilis & grata videatur hæc opera, quod inſignis & celeberrimus practicus Ferrarienſis *in form. libell. action. real. in verb. jure dominij nu. 12.* dicat, ſe nunquam vidiſſe, nec audiuiſſe de facto contingere modum acquirendi dominij per inuentionem theſauri, & Couarruuias *in relect. 3. cap. peccatum de reg. jur. in 6.* poſt Palud. *in 4. ſententiar. diſtinct. 15. quaſt. 3. art. 5.* Floren. *2. part. tit. 1. cap. 15.* §. *2.* non vereatur aſſerere, conſuetudine fere totius orbis ſublatum eſſe jus commune de theſauris, tamen attendendum econtra potius eſt, quod alij Dd. de theſauris ita loquantur, vt non faciant eiusmodi conſuetudinis generalis mentionem, cum tamen ſi non omnes, certe aliqui non fuiſſent omiſſuri, ſi idem de tali generali conſuetudine affirmare potuiſſent. Atque ex his Chaſſan. *in conſuetud. Burgund. rubr. 1.* §. *1. verb. Eſpaues. nu. 6. verſ. vidimus multos,* teſtatur, ſe de theſauris inuentis ſæpius vidiſſe quæſtiones occurrere. Extant etiam variæ curiarum diuerſarum deciſiones, quibus quæſtiones de theſauris deciſæ ſunt, nec pauci ſunt Iureconſulti, qui, quid de theſauris juri communi conſentaneum ſit, ad oblatas ſibi quæſtiones reſponderunt, vt ex editis eorum conſilijs apparet. Ipſe etiam ante quàm plurimos annos in eleganti facti ſpecie, in qua de theſauro inuento diſputatum fuit, reſponſum juris conſcripſi, ſecundum quod in ſupremo Haſſiæ dicaſterio & in Camera Imperiali ad quam à parte victa appellatum erat, pronunciatum fuit.
2 Etſi † vero jus Saxonicum *lib. 1. art. 35.* ita de theſauris loqui videatur, quaſi ſine eiusmodi diſtinctione, qua Fridericus vel reliquum jus commune vtitur, pertineat ad regalia, cum verba eo loco ita ſonent: Theſaurus omnis ſubterraneus profun-

dius

dius meatu aratri jacens ad Imperatoris pertinet maieſtatem; tamen gloſſa ad eum locum dicit, id ex conſuetudine accipiendum eſſe de ſolo theſauro arte magica inuento, & addit, nonnullos eum locum non de theſauris, ſed de venis metallicis accipere. Atque hic poſterior intellectus comprobatus eſt conſtitutione Saxoniæ Electoris Auguſti *part. 2. conſtit. vlt.* Et ait Heigius *quaſt. 13. num. 65. part. 1.* hodie textum illum de metallicis fodinis accipi. De veris autem theſauris *in d. conſtit. vlt.* additur, jus commune obſeruandum eſſe.

Eſt autem † theſaurus nihil aliud, quam vetus pecuniæ depoſitio, cuius memoria non extat, vt iam dominum non habeat. *l. nunquam. §. 1. ff. de acquir. rer. domin.* Ideoque à Theodorico Oſtrogottho Italiæ Rege theſauri vocati ſunt depoſitiuæ pecuniæ ex longa vetuſtate domino carentes, vt refert Caſſiodor. *variar. lib. 6. in l. vnic. C. de theſaur. lib. 10.* ita theſaurus deſcribitur, vt generaliter mobilia ab ignotis dominis tempore vetuſtiori condita dicantur theſaurus, eiusque deſcriptionis theſauri meminerunt etiam Weſenbec. *in d. §. theſauros. num. 2. Inſtit. de rer. diuiſ. &c.* & Moller. *ad conſtit. vlt. num. 4. in l. 2. C. Theodoſ. de theſaur.* pro mobilibus mentio fit monilium. Quantum † vero ad vetuſtatem attinet, quæ in theſauro requiritur, videtur obſtare *l. theſaurus. ff. ad exhibend.* Verum reſpondendum eſt, eo loco improprie theſauri vocem vſurpari de ea pecunia, cuius depoſitio non eſt vetus. Sane † quia veterem depoſitionem eſſe oportet, quæ hominum memoriam excedebat, theſaurus non data opera, nec magicis artibus inuentus, vocatur donum fortunæ *in l. ſi is qui. §. 1. ff. de acquir. rer. domin.* Eoque pertinent, *in l. fin. C. Theod. de theſaur.* hæc verba: *ducente fortuna*, & ſic donum fortunæ vocatur etiam in veteri fabula Menandri, cui titulus eſt *Theſaurus.* Appellatur † etiam beneficium Dei *in l. vn. C de theſaur. lib. 10.* atque huc ſpectant *in d. l. fin. C. Theodoſ. eod.* illa verba, *Suadente Deo.*

Quod ſi † vero conſtet pecuniæ depoſitionem non eſſe veterem, tantum abeſt, vt pro theſauro habeatur, vt furti actio aduerſus inuentorem eius pecuniæ nomine competere poſſit, *d. l. theſaurus. ff. ad exhib.* Nam † qui ante dominus fuit, dominus

manſit & adhuc eſt, textus & caſus eſt elegans *in l. à tutore. ff. de rei vindicat.* vbi Scæuola, à tutore pupilli, inquit, domum mercatus ad eius refectionem fabrum induxit, is pecuniam inuenit, quæritur ad quem pertineat? Reſpondi, ſi non theſauri fuerunt, ſed pecunia forte perdita, vel per errorem ab eo, ad quem pertinebat, non ablata, nihilominus eius eam eſſe, cuius fuerat. Pro-
9 inde † non eſt dubium rei vindicationem huiuſmodi pecuniæ nomine, cuius depoſitio non eſt vetus, competere, idque inde patet, quod cuique domino ea actio competat *l. in rem. ff. de rei vindicat. l. dote Cod. eod.* Sic etiam vel ex ſola *d. l. à tutore.* id manifeſtum fit, quia ea lex collocata eſt ſub tit. *de rei vindicat.* atque ita Scæuola, licet non expreſſe, in ſua facti ſpecie voluit rei vidicationi locum eſſe.

10 Quia † vero aliquid hominum memoriam excedere, & pecuniæ depoſitionem tam diu negligi non præſumitur, quod nemo ſuum jactare cenſeatur *l. cum de indebito. ff. de probat.* aſſerenti
11 aliquam † pecuniæ depoſitionem eſſe theſaurum, onus probandi incumbet, vt recte notat Fab. *in §. theſauris & ibid.* Angel. *nu. 1. Inſtit. de rer. diuiſ.* & Ioan. de Platea *in d. l. vn. col. 3. in fin. verſ. quæro aliquis fodit pecuniam C. de theſaur.* Socin. *in l. 3. § neratius. nu. 7 ff. de acquir. poſſeſſ.* Peregr. *de jur. fiſc. lib. 4. tit. 2. tit. 10.* Burſa. *conſ. 209. nu.*
12 *12. verſ. Et ſcribit Angelus.* Deinde † non eſſe theſaurum nulla probatione melius, quam ipſa euidentia doceri poteſt, ſi nimirum ponderetur & inſpiciatur ipſa monetæ repertæ qualitas, & ſic ex ipſa forma, vt minus antiqua, doceatur, pecuniam inuentam non eſſe theſaurum. Quam rationem cognoſcendi, an ſit theſaurus nec ne, docet etiam Alciat. *Parerg. lib. 7. cap. 1. nu. 2.* Gaſſ. *de expenſ. & meliorat. cap. 22. nu. 56. verſ. poſtremo.*

13 Etſi † vero non deſint, qui exiſtimant theſaurum dici poſſe, etiamſi multo minus quam immemoriale tempus, imo ſolius anni vel minoris etiam temporis ſpacium elapſum ſit, modo dominus ignoretur, tamen hæc ſententia non ſolum omnino ſingularis eſt, ſed etiam repugnat definitio, cum in ea non ſolum requiratur, vt dominus ignoretur, ſed & vt vetuſtas temporis accedat, idque eo verius, quod Paulus *in d. l. nunquam. § 1. ff. de acquir.*

Digitized by Google

acquir.rer.domin. Imperator Leo *in d.l.vn.Cod. de theſaur. libr.* 10. & Gratianus Valentinianus & Theodoſius *in l.2.C.Theodoſ.eod.* hac de re in ſua definitione omnino concordet. Cui † accedit, quod 14
non ſolum dominium per inuentionem pecuniæ, cuius depoſitio non eſt vetus, non acquiratur, ſed & furti actio contra inuentorem locum habeat, & dominus reuera maneat, qui antea dominus fuit, vt ſupra ex *d.l.Theſaurus d.l.A tutore* oſtenſum eſt, idq; in priori domino indiſtincte ita ſe habet, ſiue conſtet quis ſit dominus, ſiue ignoretur, atque hoc eo etiam confirmatur, quod vt quis † per rei alterius quam theſauri inuentionem dominium 15
acquirat, neceſſe ſit rem pro derelicto habitam eſſe, *§.qua ratione Inſtit. de rer diuiſ.* vel alias in nullius bonis reperiri, cuiuſmodi ſunt lapilli, gemmæ, & alia, quæ in littore maris reperiuntur *§.item lapilli.Inſtit.de rer.diuiſ.l.item lapilli ff.eod.*

Vt † autem redeamus ad eam, de qua ſupra dictum eſt, ra- 16
tionem cognoſcendi, an pecunia depoſita ſiue recondita ſit theſaurus nec ne, ſciendum eſt commode ad eam per actionem ad exhibendam deueniri poſſe, ſi nimirum ab inuentore reſtituere nolente petatur, vt moneta ei, qui theſaurum eſſe negat, & ſe dominum eſſe aſſerit, publice exhibeatur, & deinceps inſpectio eius fiat. Ideoque qui rei vindicatione ad huiuſmodi pecuniam, de qua, an theſaurus ſit, dubitatur, experiri vult, poterit vti hac cautela, vt prius actionem ad exhibendum, vt præparatoriam, inſtituat. Eſt † enim actio ad exhibendum præparatoria, 17
rei vendicationis & propter vendicationes maxime inducta, vt ait ICtus *in l.1.ff.ad exhibend.* Quia vero de theſauro toto vel eius parte etiam rei vendicatio intentari poteſt, vt in fine huius capitis oſtendetur, liberum † erit actori hanc, ſi id malit, cum ea a- 18
ctione ad exhibendum in eodem libello cumulare atque ita quidem, vt primum procedatur in actione ad exhibendum, & poſtea in rei vendicatione ſub eadem inſtantia, Godofr. *in ſuo tract. de ord.iud.& libell.part.4.tit.ad exhibendum actio.nu.16.* Idem tradit & pluribus confirmat Zaſ. *in §.ſi minus nu.20.verſ.Secundò fallit.Inſtit.de act.* & Oldendorp. *Claſſ.3.act.1.nu.8.verſ.ad primam dico.* Et

pertinet huc textus *in l.fin. in fin. C. ad exhibend.* Facit etiam tex-
19 tus *in l. qui de inofficioſo ff. de inoff teſtam.* vbi † cum querela inoffi-
cioſi teſtamenti, tanquam præparatoria, coniunctim proponi
poteſt hereditatis petitio. Ideoq; eo minus mirum fuerit, ſi di-
camus cum rei vindicatione coniungi poſſe in eodem libello, a-
ctionem ad exhibendum præparatoriam.

Cæterum diſpiciamus, quid eo caſu, quo ſtatim liquido
apparet, nec negatur, vel per ſententiam, aliaue ratione, pecu-
niam inuentam theſaurum eſſe, conſtat, iuri conſentaneum ſit,
& qua diſtinctione Fridericus *in hoc c. vnic.* theſaurum inter re-
20 galia referat. Iure † communi ante Friderici tempora ſatis ex-
preſſe cautum fuit, theſaurum in proprio fundo inuentum to-
tum inuentoris, vt domini fundi, eſſe, *§. Theſauros Inſtit. de re. di-*
21 *uiſ. & l. vn. C. de theſaur. libr. 10.* idque † adeo verum eſt, vt etiamſi
ſeruus communis in fundo domini vnius proprio theſaurum
inuenerit, totus eius domini ſit, cuius eſt fundus, *l. ſi is qui in aliena*
§. ſi communis ſeruus in domini ff. de acquirend. rer. domin. quod notâ-
tu dignum eſſe aſſerit Azo *in ſumm. C. de theſaur. nu. 4. verſ. in ſum-*
22 *ma ſciendum eſt.* Quod † ſi vero aliquis theſaurum in alieno fun-
do reperiat, pro dimidia parte tantum ad inuentorem pertinet
23 *d. §. Theſauros & d. l. vn.* idque † etiam ita ſe habet in mercenario
theſaurum inueniente, vt nimirum eius ſit dimidia pars *d. l. vnic.*
ver. quod ſi forte vel arando &c. niſi ſpecialiter ad fodiendum the-
ſaurum conductus ſit, gloſſ. *in d. §. Theſauros in verb. in ſuo verſ. quid*
ſi mercenarius & ibid. Angel. Aretin. *nu. 3. verſ. in eadem gloſſa.* Ioan.
Fab. *nu. 4.* Schneid. *n.* 8. Frideric. Scot. *reſp. 5. nu. 22. tom. 1. lib.* [illegible] *vbi*
addit ita omnes tenere.

24 Non † deſunt quidem, qui exiſtimant aliquem liberam in
alieno fundo theſaurum ſcrutandi facultatem habere poſſe, ſi
princeps requiſitus talem licentiam ei conceſſerit, Heig. *d. quaeſt.*
13. num. 57. Sed hoc repugnat textui *in d. l. vn.* vbi ſatis expreſſe
prohibetur, ne pro huiuſmodi licentia ſupplicetur, ideoque nec
reſcriptum, quo huiuſmodi facultas conceſſa eſt, valet. Receſ-
25 ſum † etiam eſt à conſtitutione Gratiani, Valentiniani & Theo-
doſij

Digitized by Google

doſij, ex qua dominus fundi, in quo ab alio theſaurus repertus eſt, non ad dimidiam, ſed tantum quartam eius partem admittitur, & reliquum inuentori debetur, quæ conſtitutio extat *in l. 2. Theodoſ. de theſaur.* Eſt † autem dimidia inuentoris, ſiue cum 26
domini voluntate, ſiue ſine ea in alieno fundo theſaurum fortuito inuenerit, vt communiter à Dd. receptum eſſe teſtatur Gomez *in l. 45. Taurin. numer.* 50. & poſt eum Burſat. *d. conſil.* 209. *numer.* 3. *lib.* 2. Villalob. *in communib. opin. in verb. Theſaurus ſi inueniatur.*

Quod † ſi vero inuito domino theſaurum inuentum eſſe 27
conſtet, totus erit domini fundi, & inuentor non ſolum nihil inde conſequitur, ſed & punitur *dict. l. vnic.* præterea † ſi data o- 28
pera theſaurus inuentus ſit in alieno fundo, totus erit domini fundi *d. §. Theſaurus.* ſiue ſine voluntate domini, ſiue cum ea id factum fuerit *d. l. vnic.* eaque eſt communis Dd. ſententia vt referunt Gomez *ad d. l. 45. Taurin. num.* 51. & Villalob. *in communib. opin. in verb. Theſaurus ſi inueniatur.* Atque huc pertinet et- 29
iam conſtitutio Friderici *in hoc cap. vnic.* de Cæſaris loco, qui nimirum eſt in priuato eius patrimonio, dum vult data opera eo loco inuentum theſaurum totum Cæſaris eſſe, fortuito vero inuenti dimidiam tantum partem eius, alteram dimidiam inuentoris eſſe, idque congruit cum reliquo iure communi *dict. §. theſaurus.* Nec † facit hic negotium textus *in l. 3. §. pen. ff. de iur.* 30
fiſc. quatenus ibi de theſauro in Cæſaris loco reperto expreſſe aſſeritur, quod pro dimidia parte ad fiſcum pertineat. Nam id ita exaudiendum eſt, vt per fiſcum intelligatur ipſius Cæſaris priuatum ærarium. Apparet † autem *ex d. §. theſauros. d. §. pen.* 31
& hoc cap. vnic. id, quod de Cæſaris locis priuatis & patrimonialibus dictum eſt, obtinere etiam in fiſcalibus, quod nimirum data opera inuentus theſaurus totus, fortuito inuentus dimidia ex parte ſit fiſci.

Neque † aliud de theſauro in loco religioſo reperto ſtatui- 32
tur *in hoc c. vnic.* & antea ſancitum fuit conſtitutione Diuorum fratrum, cuius meminit Caliſtratus *in d. §. pen.* Aliud vero ante

eos

eos conſtitutum fuerat ab Imperatore Hadriano, qui voluit theſaurum totum non minus ad eum, qui in loco ſacro aut religioſo, quam qui in proprio fundo inuenit, pertinere *d. §. Theſaurus*. Vbi hoc ita refert Iuſtinianus, vt nullo verbo innuat, ſe id improbare & velle, vt dimidia tantum pars theſauri inuenti in loco ſacro aut religioſo inuentoris ſit. Fridericus vero *in hoc cap. vnic.* maluit, quod à Diuis fratribus conſtitutum eſt, ſua conſtitutione, tanquam nouiſſimo iure, approbare, & ſic abrogare quod de loco ſacro vel religioſo eſt *in d. §. Theſauros.* atq; id de ea conſtitutione tradunt etiam Borch. *in hoc c. vn. nu. 93. & in d. §. Theſauros & ibid.* Weſemb. *nu. 3.* & Heig. *nu. 16.* vbi dicit, etiam eſſe alios iuris Interpretes, quibus viſum eſt prædicta loca iuris noſtri aliter conciliari non poſſe, niſi vt dicamus textui *in d. §. Theſauri* per hoc *c. vn.* derogatum eſſe.

Eſt autem his, per quæ oſtenſum eſt, quatenus ad Cæſarem ac fiſcum theſaurus pertineat, & de regalibus ſit, de quibus *in hoc c. vn.* agitur, ampliando addendum, quid eo *caſu ſtatuatur*, quo vel magicis artibus theſaurus inuenitur, vel pars debita ab inuē-
33 tore ſupprimitur. Et † quidem primo caſu totus theſaurus fiſco
34 applicatur *d. l. vn. C. de theſaur. lib. 10* idque indiſtinctè ita ſe habere, ſiue videlicet in ſuo, ſiue in alieno arte magica inuentus fuerit, tradunt Aluarott. *in hoc c. vn. nu. 8. verſ. vnde conclude* Chaſſan. *in conſuet. Burgund. tit. des iudices §. 1. in verb. Eſpaues. nu. 7.* Garſ. *de expenſ. & meliorat. c. 22 nu. 53.* Schneidw. *in d. § Theſauros nu. 5. & ibid.* Mynſing. *n. eod.* Roſenth. *de feud. cap. 5 concluſ. 92. nu. 3.* Schonet. *diſputat. feudal. 4. theſ 83. lib. 1.* eaq; ſententia crebrioribus calculis à Dd. comprobatur. Et loquuntur iam allegati Dd. ita, vt Aluarott. Chaſſan. & Schneidwin. in ſpecie alieni & proprij fundi meminerint, reliqui autem omnes, & plures alij generalibus verbis de quocunque fundo vel loco loquantur. Verum Alciatus *lib. 7. parerg. c. 1. num. 1. verſ. Lex enim.* exiſtimat, quod in ſolo proprio fundo arte magica inuentus theſaurus ad fiſcum pertineat, eaq; ſententia verior etiam eſt, & licet Garſia *d. loco* Alciatum refutare conetur tamen ea, quæ adducit, non obſtant.

Nam

Nam Imperator Leo *in d.l.vn.* ita de theſauro magicis arti-
bus reperto agit, vt id faciat tantum in priori parte eius legis. In
ea vero loquitur ſolum de theſauro in proprio fundo data ope-
ra vel magica arte inuento, & vtroque caſu vult theſaurum in-
uentum fiſco deberi. Deinde in poſteriori parte non ſolum tan-
tum loquitur de fundo alieno, ſic & licet expreſſe meminerit
theſauri data opera in eo inuenti, tamen magicæ artis nullam
facit mentionem, & ſic ſatis aperte caſum de theſauro arte ma-
gica inuento excludit, cum incluſio vnius ſit excluſio alterius.
Præterea magna diuerſitatis ratio eſt inter theſaurum in pro-
prio & alieno fundo inuentum, cum in proprio fundo peccans
ipſe in re ſua delinquat, ideo merito in hac ipſa lucro non gau-
deat ſed priuetur. In alterius vero ipſe dominus non peccat,
ſed alius, & ſic merito dominus emolumentum percipit, quod
inde proficiſcitur, & tamen ſimul alius ille ob ſuum delictum
pœnam ſubit, de qua modo dictum eſt. Et ſane ſi theſaurus in
alieno fundo repertus totus in fiſcum tranſiret, ipſe etiam do-
minus fundi alieno facto grauaretur, & priuaretur eo emolumẽ-
to, quod ipſi alias in theſauro in ſuo fundo per alium reperto de-
beretur, contra *l. de pupillo §. ſi plurium ff. de nou. oper. nunc. l. 2. ff. quod
vi aut clam. l. non debet alteri & l. factum cuiq; ff. de reg. iur. l. ſancimus C.
de pœn.* Atque hinc non obſtat, quod Garſia *d. loco* obiicit, magi-
cis artibus theſaurum inuenientem, quocunque loco id fiat, pu-
niri. Nam licet cuiuſmodi inuentor non ſolum nullum lucrum
ex theſauro percipere poſſit, ſed & puniatur *d. l. vnic.* eaque † pœ- 35
na capitalis ſit, in eo tanquam malefico *l. nemo C. de malefic. & ma-
themat.* Ioann. de Plat. *in d. l. vn. in fin.* Schneid. *in d. §. theſauros nu.
5.* Ferrar. Montan. *de feud. libr. 5. cap. 7. verſ. Fridericus quoq; Impera-
tor.* tamen inde inferri non poteſt, domino fundi emolumen-
tum, quod alias ex inuentione theſauri nanciſci potuiſſet, aufe-
rendum eſſe. Similiter ex iis, quæ ſupra dicta ſunt, corruit, quod
Garſia addit, artibus magicis quæſita eſſe contra iura diuina &
humana *cap. illud. 26. quæſt. 2.*

36 Quantum † vero ad alterum prædictum caſum attinet, ſi videlicet theſaurum inueniẽs partem fiſco debitam ſupprimat, ſimiliter totus theſaurus fiſco applicatur, idq; eo modo fit, vt ſimul ita puniatur, vt alterum tantum ab eo ſoluatur, textus eſt expreſſus *in l.3.§.fin.ff.de iur.fiſc.* & ibid. id notant Dd.

37 Obſeruandum † etiam eſt id, quod ex conſtitutione Friderici *in hoc c.vn.* ad regalia pertinere dicitur, competere etiam aliis, quam Imperatorij, ſi videlicet regalia habeant ex conceſſione, aut præſcriptione, vel conſuetudine, cum iis modis rega-
38 lia acquirantur, vt ſuo loco dictum eſt. Quantum † vero in ſpecie ad ſacra & religioſa loca attinet, quod iure ciuili fiſco debetur, ad eccleſiam & eius prælatos pertinere quam plurimi *Dd.* tradunt, ex quibus ſunt Ioan. de Plat. *in d l. vnic. col. 3. verſ. ſed quid, ſi quis inueniat C. de theſaur. libr.* 10. Ioann. Fab. *in d. §. Theſauros num. 4. verſ. ſed cum hodie, & ibid.* Angel. Aretin. *num. 3. verſ. Et aduertas.* Port *num. 7. verſ. ſed tamen.* Schneid. *num. 9. verſ. ſed cum hodie* Weſemb. *nu. 6. verſ. aliud dixi.* Eandem ſententiam amplectuntur Ferrar. *in form. libell. actionis real. verb. iure dominij vel quaſi num. 12. in fi.* Conrad. Lag. *in method iur. ciuil. titul. de inuent rer.* Peregt. *de iur. fiſc. lib. 4. tit. 2. n. 7. verſ. Verum cum apud nos* Eaque ſen-
39 tentia à Dd. communiter recepta eſt. Aſſignant † vero plerique hanc rationem, quod loca ſacra & religioſa hodie non ſunt in nullius bonis, ſed in domino eccleſiæ. Eoque facit textus *in cap. eccleſia ſancta Maria. de conſtitut. & in cap. nulli cap. poſſeſſiones. de reb. eccleſ. alienand.* quibus vt & pluribus aliis locis eiuſdem tituli prohibentur alienationes rerum ſacrarum, tanquam eccleſiæ propriarum, indeque in huiuſmodi ſacris & eccleſiaſticis rebus tanta habetur huius proprietatis ratio, vt de iure Canonico etiam Imperator aliuſve ſummus Princeps de iis diſponendi facultatem habere negetur *in d. cap. eccleſia ſancta Maria cap. vlt. de reb. eccleſ. alienand cap. laicis & c. non placuit 16. queſt. vlt. cap. conuenit. 23. queſt.* 8. & ipſi etiam Epiſcopi, Canonici & Clerici ex bonis eccleſiæ quæſita ad heredes ſuos non tranſmittant, ſed ea ipſi eccleſiæ applicentur textus ex in *c. 1. verſ. ſi autem ante, de ſucceſſ.*

Digitized by Google

ceſſ. ab inteſt. c. cum in officijs & c. quia nos in fin. de teſtam. Atque hæc cum ita ſe habeant, conſequitur inde, ius illud, quo antea loca ſacra & religioſa in nullius bonis erant. §. *nullius. Inſtitut. de rer. diuiſ. l. in tantum §. ſacra ff. eod.* hodie ceſſare. Ideoque quemadmodum theſaurus in alieno fundo inuentus ex parte dimidia ad dominum fundi pertinet, & ſic eiuſmodi pars theſauri, in locis ſacris & religioſis ad eccleſiam pertinentibus reperti, hodie eſt eccleſiæ, vt domini fundi. Idque confirmatur eo, quod non ſolum alias durior eſſet conditio eccleſiæ, quam cuiuslibet priuati hominis, ſed & quod † in ciuitatis loco reperti theſauri di- 40
midia pars ſit ipſius ciuitatis, tanquam domini, altera vero inuentoris *d. §. Theſauros in fin.* Merito † etiam quemadmodum 41
in loco alieno data opera repertus totus eſt domini, vt ſupra dictum eſt, idem in loco ſacro vel religioſo & in ciuitatis loco obtinere dicendum eſt, vt nimirum theſaurus, per induſtriam inuentus, totus ſit eccleſiæ ac ciuitatis, cum eadem ratio idem ius inducat *l. illud ff. ad l. aquil. l. A Titio ff. de verb. obligat.* Obſeruandum † vero eſt de ciuitate, quod eius locus appelletur publicus 42
in d. §. Theſauros in fin. & d. § pen. idq; abunde *in d. §. Theſauros* inde liquet, quod poſt verba: *publico loco vel fiſcali*, ſubiiciantur hæc: *fiſci vel ciuitatis*, & conſtet non ſolum ciuitatis Romanæ, ſed & aliarum ciuitatum loca nominari publica *l. Celſus ff. de contrah. empt. l. bona ff. de verb. ſign.* quod tamen improprie & abuſiue fit in aliis ciuitatibus.

Sunt autem præter prædicta etiam plura alia, de quibus à Dd. in dubium vocatur & diſputatur, an & quatenus theſaurus inuentus huius & illius ſit, idque fit de re empta, feudali, emphyteutica, dotali, & in qua quis vſumfructum, vel ius pignoris habet. Et † quidem ſi in re empta theſaurus inueniatur, non 43
ad venditorem ſed emptorem pertinet, textus eſt in *l. à tutore ff. de rei vindic.* Etſi † vero venditorem hoc caſu ob inuentum the- 44
ſaurum ſe vltra dimidium iuſti pretij læſum dicere, & remedium *l. 2. Cod. de reſcindend. vendit.* intentare poſſe tradat Roman. *in l. ſi quis cum aliter ff. de verbor. obligat.* addatque ſe ita in curia ob-

tinuiſſe, & Franciſc. Conan. *commentarior. libr. 3. cap. 4. num. 4.* in ea ſit opinione, theſaurum hoc caſu inter emptorem & venditorem ex æquitate eſſe diuidendum, tamen verius eſt, ita theſaurum ad emptorem pertinere, vt totum retineat, *& d. l. 2.* aduerſus eum locum non habeat. eamque ſententiam amplectuntur Franciſc. Aretin. *in d. l ſi quis cum aliter numer. 8.* Cagnol. *in d. l. 2. num.* 171. Iaſ. *in l. 3. §. Neratius num.* 8. *verſ. & an propter. & ibid.* Zaſ. *num. 15. verſ. prædicta ſunt vtilia. ff. de acquir. poſſeſſ.* Pariſ. *conſ. 16. num.* 84. *vol.* 4. Socin. *conſ. 48. num. 3. vol.* 4. Burſat. *conſ.* 209. *nu. 6.* Hotoman. *conſ. 23. nu. 17.* addens id communi omnium Dd. ſententia receptum eſſe.

Eadem ſententia optima etiam ſuffulta eſt ratione, quod
45 videlicet theſaurus expreſſo textu à fructibus fundi ſeparetur, & nec naturalis nec induſtrialis fructus ſit *l. fructus*, alias *diuortio*
46 *§. ſi fundum, in fin. ff. ſolut. matr.* nec † etiam pro parte aliqua fundi habere poſſit, ſed res omnino ſeparata ſit, nihil cum ipſo fundo
47 commune habens *l. 3. §. Neratius. ff. de acquirend. poſſeſſ.* & † venditor eum tanquam tempore venditionis necdum inuentum, non poſſederit *dicto §. Neratius.* ideoque à venditore ad emptorem huiuſmodi theſaurus tranſiſſe non cenſeatur, vt merito fundi æſtimatio inde aucta eſſe negetur. Adducuntur quidem duo argumenta à Ludouico Romano ſupra allegato loco, quorum vnum eſt, quod ſecundum tempus contractus ratio æſtimationis habenda ſit in iudicanda læſione *l. ſi voluntate Cod. de reſcind. vendit.* licet ea æſtimatio occulta ſit & latens *l. non intelligitur. §. diui ff. de iur. fiſc.* alterum quod contractus emptionis & venditionis ſint ſimiles *l. 2. ff. locat.* in locatione autem penſio augeatur, ſi conductor maximum lucrum ſentiat iuxta gloſſ. in *l. ſi merces §. vis maior. ff. locat.* Vtrumque hoc argumentum ita adducit Fachineus *controuerſiar. iur. libr. 2. cap. 20. verſ. quarto controuertitur.* & ſimul recte refutat. *verſic. Argumenta Romani.* Cui refutationi, quantum ad ſecundum argumentum attinet, addi poteſt, quod gloſſa *in d. §. vis maior.* textum conductori immodicum lucrum, non auferri expreſſe decente.

in alie-

in alienum ſenſum detorqueat, & male de valde modico lucro exponat. Vnde & Caſtrenſ. *ibid. num. 5.* dicit eam expoſitionem eſſe valde ineptam, & *num. 6. verſ. mihi videtur.* pluribus rationibus adductis eandem late refellit. Neque obſtat quod *in d. §. vis maior.* ſtatuitur nimiam læſionem fructuum ac ſterilitatem conductori damnoſam eſſe non debere, ſed ob eam à locatore penſionem remittendam eſſe, ideoque, vt ſeruetur æqualitas, hinc inferri poſſe videatur, etiam ecõtra ob magnam vbertatem penſionem eſſe augendam. Nam præterquam quod textus *in d. §. vis maior.* quatenus de eo, quod fauorem conductoris concernit, loquitur, in eius damnum detorqueri non debeat *l. nulla. ff. de legib. l. quod fauore. C. eod.* Magna etiam eſt inter conductorem, ob ſterilitatem remiſſionem penſionis petentem, & locatorem, ob fertilitatem penſionem augere volentem, diuerſitas. Nam primo caſu conductor agit de vitando damno, & quidem tali, quod, ſi locatio non interueniſſet, ad ipſum locatorem redundaſſet, cum nec ipſe ob ſterilitatem ex tali fundo fructus percipere potuiſſet. Altero vero vterque de lucro captando certat, ideoque conductoris, tanquam rei, conditio melior eſt *l. ſi ſeruum. §. itaque. verſ. nam dum quæritur. ff. de verb. oblig.*

In † re feudali ſi vaſallus theſaurum ipſe inueniat, totum, 48
ſin alius, dimidiam partem ad hunc vaſallum pertinere tradunt Andr. de Iſern. *in hoc cap. vnic. num. 93. & ibid.* Aluarott. *nu. 9. verſ. quid in feudatario* Præpoſit. *num. 7.* Schneidw. *de feud. part. 4. nu. 82.* Molin. *de conſuetud. Pariſ. tit. 1. gloſſ. 10. nu. 48.* Weſenb. *de feud. cap. 12. nu. 6.* & tam multi alij, vt communem hanc ſententiam eſſe affirmet Conrad. Lag. *in method. jur. ciuil. tit. de inuent. rer. circa fin. verſ. vnde exiſtunt.* Idem jus obtinere in emphyteuta, vt videlicet alio in fundo emphyteutico theſaurum inueniente dimidia pars ipſi, non autem domino directo acquiratur, & totum habeat, ſi ipſemet inuenerit, aſſerunt Andr. de Iſern. & Aluarott. *dictis locis.* Speculat. *tit. de emphyteuſi. num. 159.* Alberic. de Roſat. *in l. item lapilli. nu. 3. ff. de rer. diuiſ.* Chaſſan. *in conſuetud. Burgund. tit. Des juſtices. §. 1. in verb. Eſpaues. nu. 12.* Angel. Aret. *in d. §. theſauros. nu. 1. verſ. quaro: quid ſi directus & ibid.* Schneidw. *nu. 6. verſ. ſecundo ampliatur*

Ioan.Corraſ.*in l.1.num.17.C.de jur.emphyteut.*Ferrar.*in form.libelli actionis real. in verb.jure dominij.nu.12.* Atque hæc adeo vera eſſe, vt licet etiam dominus directus in re feudali vel emphyteutica theſaurum inueniat, tamen pars dimidia ſit emphyteutæ vel vaſalli, perinde ac ſi in proprio eorum fundo theſaurus repertus eſſet, doceant Molin.*d.nu.48.*Port.*in d.§.theſauros.nu 6.verſ ex quibus inferunt Dd.*Roſenth.*de feud.cap.5. concl 93.nu.3.*

Sunt tamen nonnulli ex Interpretibus, qui ab ea ſententia, qua vaſallo & emphyteutæ in acquirendo theſauro, in fundo feudali vel emphyteutico inuento, idem tribuitur, quod alij domino in ſuo fundo, recedunt, & pro confirmatione ſuæ ſententiæ diſtinctionem inter directum & vtile dominium communiter à Dd. approbatam, tanquam à juris veritate alienam, reijciunt, vaſallumque & emphyteutam non pro vtilibus dominis, ſed potius pro vſufructuarijs habendos eſſe ſentiunt. Verum eo hodie deuentum eſt, vt ea diſtinctio paſſim in foro & judicijs ſit recepta, & cumprimis à ſupremarum curiarum judicibus in diuerſis regionibus comprobata, idque ex huiusmodi curiarum deciſionibus varijs locis editis ſatis apparet, & in ſpecie de ſupremo Imperij tribunali certum eſt, quod Aſſeſſores eam plurimis, vel potius vt ait Roſenth. *de feud.cap.1. concluſ.6.numer.1.gloſſ.a. in fin.* infinitis deciſionibus ſecuti ſint. Neque vero mirum eſt hæc ita ſe habere, cum varia ſint, quæ eos judices & Aſſeſſores vt id fieret, induxerunt. Nam mouit eos, non ſolum quod ea frequentiſſimis ſuffragijs Dd. docendo & conſulendo eſſet approbata, ſed & quod vaſallus dominus expreſſe vocetur *in cap.1. §.inſuper. verſ. illud quoque præcipimus. de prohibit. feud. alienat. per Frideric.* idque bis ibi fiat, & vtilis rei vindicatio ei competere dicatur *in cap. 1. §. rei autem. de inueſtit. de re alien. fact.* & ſimiliter emphyteutæ huiusmodi in rem actio detur *l. 1. §. qui in perpetuum. ff. ſi ager. vectig. l. 1. §. ait prætor. verſ. plane. ff. de ſuperficieb.* idemque dominus appelletur *in l. poſſeſſores. Cod. de fund. patrimon. lib. 11.* Mouit eos etiam quod *in cap. 1. §. ſi quis de manſo. ſi de inueſtit. controuerſ. fuer.* vniuerſalibus verbis, omne incrementum, ſi dominus ſibi nihil expreſſe reſeruauerit, jure feudi ad vaſallum pertinere diſerto

ferte & indiſtincte dicatur, nec quoad fructus, vel alia emolumenta; jure feudali aliquid reperiatur exceptum, quod non ad vaſallum, ſed dominum directum pertineat, & quod idem jure communi de emphyteuta dici poſſit. Similiter mouit eos, quod vaſallo & emphyteutæ in feudali & emphyteutico fundo tantum juris competat, vt huiusmodi fundum non ad vitam habeant, quemadmodum vſufructuarius, ſed ad hæredes etiam transmittant *§.adeo Inſtit.de locat. conduct.cap.1.verſ.huius autem generis. In quib.cauſ.feud.amit.* & vaſallus etiam domino directo non conſentiente in extraneos per ſubinfeudationem legitime factam feudum transferre poſſit. *c.1.§.ſed & res per quos fiat inueſtit.cap.1.§. ſimiliter. de leg. Corrad. c.1. §.ſin vero.qualiter olim feud.pot.alien cap. beneficium.ſi de feud. defunct. controuerſ. ſit inter domin. & agnat. cap. Imperialem. §. Callidis. de prohibit. feud. alien. per Frideric.* Præterea mouit eos quod, licet *in cap.1.ſub fin.in quib.cauſ.feud. amittat* feudum etiam vſusfructus appelletur, tamen id improprie ac lata quadam ſignificatione fieri, & juxta ea, quæ alijs locis juris feudalis de feudo dicuntur, de vtili dominio accipiendum eſſe, Iſern. *nu.6.* Affl. *&.nu.87.* Aluarott. *num. 1. verſ.ibi vſusfructus* & alij Dd. communiter ibidem doceant, item quod dominus, vaſallus, & emphyteuta reuera non ſint in ſolidum domini, ſed dominus ratione ſolius directi, vaſallus vero & emphyteuta ratione vtilis dominij pro dominis habeantur, eaque ratione reſtringendum ſit, quod *in l.ſi vt certo. §.fin.ff.de commodat.& l.pen.§.pater peculij.ff. de caſtrenſ.pecul.* duo vel plures in ſolidum domini eſſe poſſe negentur. Taceo plura alia, quibus moti ſunt, inter quæ, quantum ad vaſallos attinet, & illud eſt, quod ex contraria ſententia hæc abſurditas ſequeretur, Comites etiam & Barones, immo & Duces alioſque Principes in regalibus alijſque feudis, quæ ab Imperio vel alijs recognoſcunt, tantum pro vſufructuarijs habendos eſſe, nec vtiles dominos appellari poſſe, cum jure feudali inter eos & alios vaſallos, vt & inter regalia vel alia feuda, hac in re non reperiatur differentia, & quod eſt *in d. cap.1. ſub fin. in quib. cauſ.feud. amittat*, de omnibus feudis dicatur.

Atq; hæc quidem hactenus de re feudali & emphyteutica dicta

49 dicta ſint. In † re dotali vero ſi maritus theſaurum inueniat, pars dimidia debet reſtitui vxori, altera vero apud maritum manere, non tanquam penes virum, ſed tanquam penes inuentorem in fundo alieno *l. diuortio*, aliàs *fructus* §. *ſi fundum*. & ibi Caſtrenſ. *nu. 4. in fin.* Iaſ. *num. 5.* Alexand. *nu. 1. ff. ſolut. matrim.* Weſenbec. *in d. §. theſauros nu. 3.* Atque hanc eſſe communem Dd. opinionem teſtatur Conrad. Lag. *d. tit. de inuent. rei in fin. verſ. caterum exiſtunt.* Neq; aduerſatur quod de ſubtilitate juris dos dicatur eſſe in dominio mariti, atque rei vendicatio de rebus dotalibus competat, & ſi dos legata ſit, ipſe legatarius intelligatur & actionem ex teſtamento recte inſtituat, vt de ijs & alijs effectibus reſpectu dominij mariti ſuperiori capite dictum eſt. Nam reuera & naturaliter vxor retinet dominium ſuæ dotis, ideoque proprium eius patrimonium eſſe dicitur, & varios veri dominij effectus hoc dominium habet, vt ſimiliter ſuperiori capite oſtenſum eſt.

50 Sic † & vſufructuario, ſi ipſe theſaurum inueniat, dimidia quidem pars tanquam inuentori debetur, verum altera pars nō ad eum, ſed proprietarium pertinet, cum theſaurus res à fundo omnino ſeparata ſit, & neque pro fructu naturali vel induſtriali, neque pro parte eiusmodi fundi haberi poſſit, vt ſupra oſtenſum

51 eſt, ideoque † ab vſufructu in fundo competente illatio & extenſio ad theſaurum in eo inuentum fieri nequeat, Iſern. *in hoc c. vn. nu 93. verſ. idem videtur de vſufructuario* Alberic. de Roſat. *in rubr. C. de vſufruct. in fin. verſ. item nihil quaritur fructuario* Ang. Aretin. *in d. §. Theſauros. num 2. verſ. quid ſi ille & ibid.* Schneidw. *nu. 8. verſ. extenditur hac concluſio.* Garl. *in tract. de expenſ. & meliorat. cap. 22.*

52 *nu. 51.* addens ita omnes Dd. tenere. Et † licet Guilhel. Benedict. *in repetit. c. Raynutius in verb. Catera bona, num. 30.* dicat, huiusmodi theſaurum in fundo vſufructuario inuentum quoad vſum ſpectare ad vſufructuarium, quamdiu viuit, & demum vſufructu finito vna cum fundo proprietario eſſe reſtituendum, tamen id erroneum eſſe, & Benedictum, dum copię ſtudet, judicio lapſum eſſe, aſſerit Molin. *in conſuetud. Pariſ. tit. 1. §. 10. gloſſ. 1. num. 43.* & veriorem, ac pro ea pronunciatum eſſe, teſtatur Moller. *ad conſtit. Saxon. part. 2. conſtit. vlt. nu. 7. in fin. & lib. 4. ſemeſtr. cap. 27. nu. 4. verſ.*

Et hac

Et hac opinio, plures alios allegans. idque de veritate juris certiſſimum eſt, ob ſupra allegatam rationem & textum.

Creditori † etiam in fundo pignorato theſaurum inuenienti vnam partem eius non aliter, quam vt inuentori, alteram vero ſoli debitori, tanquam domino fundi, acquiri ſimiliter certiſſimum eſt, propter expreſſum textum *in l. ſi is qui in aliena. §. fin. ff. de acquir. rer. domin.* & optimam rationem, quod non ſolum creditor etiam ne quidem vtile aliquod dominium fundi habeat, ſed & theſaurus expreſſe fructus eſſe negetur, vt modo dictum eſt, ac † præterea tanto minus juris habeat, quod ne quidem fructus aliter percipiat, quam vt in ſortem imputentur, & ſortem excedentes reſtituantur *l. 1. 2. 3. & vlt. C. de pignorat. act.* 53 54

In dubium † vero illud vocatur, an creditor illam theſauri partem, quæ domino debetur, jure pignoris retinere poſſit, & non prius, quam debito ſoluto, vna cum fundo hypothecato reſtituere teneatur? Affirmant Guilhelm. Benedict. *in d. cap. Raynutius in verb. Cætera bona. nu. 30. & 34.* Schneidw. *in d. § theſauros. nu. 8. verſ. idem de creditore.* Contrarium † tamen verius eſſe exiſtimo, propter modo adductam rationem, & quia textus *in d. §. fin.* ita verbo *præſtabit*, vtitur, vt coniunctim tam de creditore, quam debitore enuncietur hoc modo: *Partem itaque ſibi partem debitori præſtabit*, ideoque quemadmodum ſine omni dubio creditor ſtatim retinet, & ſibi præſtat vnam partem, ſic & de debitore dicendum eſt, quod præſtatio in eius perſona ad aliud tempus non ſit differenda, ſed ſtatim ei ſua pars præſtanda. Atq; hanc ſententiam præter plures alios amplectuntur Molin. *in conſuetud. Pariſ. tit. 1. §. 37. gloſſ. 10. nu. 48. verſ. & idem dico de creditore.* Burſat. *d. conſ. 209. nu. 7.* Neque † obſtat huic ſententiæ *verſ. quæ cum ita ſint in d. §. fin.* Nam quatenus ibi expreſſe pars debitoris demum oblato debito reſtitui debere dicitur, fit illud tantum de illo ſingulari caſu, quo creditor ab Imperatore jus dominij impetrauit, vt apparet ex his verbis: Cum ex Principis authoritate creditor, vt proprium agrum tenere cœpit jure dominij. De omnibus vero illis, qui theſaurum vel totum vel ex parte inueniendo acquirere poſſunt, tenendum eſt, rem † inuenire non ſolum aſpicere, ſed 55 56 57 58

& adſpectam apprehendere proprie ſignificare l. ſi quis. ff. pro
59 derelict. l. falſus. §. quid ergo. & §. ſi iactum. ff. de furt. & † ſic non cen-
ſeri rem inuentam, niſi apprehenſa ſit l. ſi Barſatoram 13. C. de fide-
60 iuſſor. ideoque † ijs, qui theſaurum tantum vident, nec appre-
hendunt, nō acquiri eum d. l. 3. §. Neratius. ff. de acquir poſſeſſ. vbi id
etiam tenent Angel. in princ. Bart. num. 2. Caſtrenſ. num. 1. verſ.
Tertia eſt opinio & num. 3. Iaſ. num. 2. 9. & 10. Alexand. nu. 2. & 3. Zaſ.
num. 7. & 15. Alberic. nu. 2. quæ ſententia eo etiam confirmatur,
61 quod † non ſolum jure gentium ſine poſſeſſionis apprehenſio-
ne dominium non acquiratur l. 1. §. 1. ff. de acquirend. poſſeſſ. & ea,
62 quæ in nullius bonis ſunt, ex † quibus inter alia etiam eſt theſau-
rus necdum ab aliquo inuentus, l. nunquam. §. 1. ff. de acquirend. rer.
63 domin. ita † acquiri cenſeantur, ſi non ſolum viſus ſiue aſpectus
interueniat, ſed & occupatio accedat § feræ verſ. quod enim, Inſtit.
de rer. diuiſ. l. 3. in princ. ff. de acquir. rer. domin.

64 Etſi † vero non deſint, qui contrarium ſentiant, ita vt Por-
tius in d. §. theſauros. nu. 9. verſ. Vos tenete. eam contrariam ſenten-
tiam communem eſſe dicat, tamen priorem præter ſupra citatos
tenent etiam Aluarott. in hoc c. vnic. nu. 8. verſ. vtrum autem reperto
theſauro, Ioan. de Plat. in d. l. vnic. col. 3. verſ. item quæro quando dica-
tur inueniſſe C. de theſaur, Bart. in d. l. 1. in princ. num. 18. & ibid. Alex.
num. 76. & 77. ff. de acquirend. poſſeſſ. Bald. in l. item lapilli. num. 14. &
ibid. Alberic. de Roſat. num. 2. Alciat. num. 54. ff. de rer. diuiſ. Ioan.
Fab. in §. item lapilli. nu. 1. & 2. Inſtit. eod. & tot alij, vt receptiorem
eam eſſe dicat Barboſa in l. diuortio. § ſi fundum. nu. 35. ff. ſolut. matr.
& communem eſſe aſſerant Gomez. ad l. 45. Taurin. nu. 47. Socin.
in d. §. Neratius. num. 6. Hermano & Det. in d. l. 1. num. 61. verſ. &
ſubdit. Neque aduerſantur §. item ſi quis merces. Inſtit. de rer. diuiſ. l.
clauibus. ff. de contrah. empt. l. 1. §. pen. in fin. ff. de acquiren. poſſeſſ. & l. 2.
Cod. de peric. & commod. rei vendit. Nam licet ijs locis poſſeſſio &
per eam dominium rerum in horreo conditarum ab emptore
ſine vlla apprehenſione earum, acquiratur, tamen ibi ex fictio-
ne juris traditio clauium eſt loco traditionis, per quam alias poſ-
65 ſeſſio acquiri ſolet. Similiter † non obſtat etiam d. l. nunquam. §. 1.
ff. de acquir. rer. domin. quam vt & text. in l. peregre in fine principij. ff.
de acquir.

Digitized by Google

de acquir. vel amittend. poſſeſſ. nonnulli pro contraria ſententia allegant. Nam textus *in d. §. 1.* nullam facit mentionem apprehenſionis, vel poſſeſſionis, vt aſpectus, ſed tantum generaliter eius dicitur eſſe theſaurus, qui eum inuenit, eoque modo etiam alij textus ad hanc quæſtionem non pertinentes loquuntur. Nihilo plus negotij facit *d. l. peregre. in fine princ.* quia ibi agitur de pecunia, cuſtodiæ cauſa in terra recondita, quæ improprie ibidem theſaurus vocatur, & de illa ipſa pecunia dicitur, ſi quis eam in ſuo condiderit, poſſeſſionem, quam antea habuit, retinere, ideoque non opus eſſe apprehenſione, ſi vero alius in meo condidiſſet, non aliter me poſſidere, quam ſi ipſam poſſeſſionem ſupra terram adeptus ſim, ideoq; vera apprehenſio eo caſu requiritur. Non † refragatur *l. 1. §. pen. verſ. Non eſt enim & l. quod meo. §. ſi venditorem. ff. de acquir. poſſeſſ.* Nam ibi vt Iaſ. *in d. §. Neratius, num. 9.* & Alberic. de Roſat. *ibid. num. 2.* reſpondent, agitur de re, quæ non eſt in nullius bonis, ſed in alterius dominio, & volente præſenteque domino in alium transfertur. 66

Obſeruandum † vero hic eſt, quod de neceſſaria apprehenſione poſſeſſionis in dominio theſauri ab inuentore acquirendo dictum eſt, ad alios, qui videlicet non inuenerunt, & tamen totum vel partem iuxta ea, quæ ſupra adducta ſunt, adipiſcuntur, non eſſe extendendum, cum in his nulla apprehenſio requiratur, ſed dominium ſtatim ad eos pertineat, poſtquam inuentor poſſeſſionem nactus eſt, *d. §. theſauros verſ. At ſi quis.* 67

Præterea † vt quis theſaurum vel ex parte, vel etiam quátenus totus ei debetur, ab alio, eam partem vel totum habente, & reſtituere recuſante conſequatur, rei vindicationem inſtituere poteſt, cum dominium habeat, & † cuilibet domino, ſiue jure ciuili, ſiue jure gẽtium dominium nactus ſit, eiuſmodi actio competat *l. in rem. ff. de rei vindic.* Atque eam actionem de theſauro recte inſtitui, tradunt etiam gloſſ. *in d. §. theſauros in verb. domino & ibid.* Angel. Aretin. *num. 3.* & Ioan. Fab. *num. 5.* Ioan. de Plat. *in d. l. vn. col. 3. verſ. item qua actione C. de theſaur. lib. 10.* Aluarott. *in hoc c. vnic. nu. 8. verſ. ſed per quam actionem.* Quia † vero theſauri totius vel partis dominium ab ijs etiam ſine apprehenſione acquiritur, 68 69 70

qui ipſi non inuenerunt, modo tamen ijs totus vel pars eius debeatur, vt modo oſtenſum eſt, dici poteſt & his competere rei vindicationem cum *d. l. in rem* in quolibet domino locum habeat, ſiue videlicet traditione ac poſſeſſionis apprehenſione interueniente, ſiue caſibus de jure permiſſis ſine ea dominium acquiſitum ſit. Competere vero etiam de theſauro actionem ad exhibendum, & rei vindicationem cum ea cumulari poſſe, ſupra
71 oſtenſum eſt. Non † deſunt autem qui & condictionem ex lege de theſauro intentari poſſe docent. Ex his ſunt gloſſ. & alij ſupra de rei vindicatione adducti, excepto Ioanne de Platea. Faber vero *loco ſupra allegato* addit, melius eſſe agi rei vindicatione, maxime ſi tertius qui theſaurum non inuenit, eum poſſideat. Verum quemadmodum Ioan. de Platea, de rei vindicatione loquens, non ſimul dicit condictionem ex lege competere, ſic & verius eſt eam actionem non habere locum. Nam condictiones ſunt actiones perſonales §. *ſic itaque, & §. ſeq. Inſtit. de action.* ideoque intentari non poſſunt niſi aduerſus eum qui nobis *obligatus eſt §. 1. Inſtit. d. tit.* & ſic dicendum etiam eſt de condictione ex lege quod proficiſcatur ex obligatione, idque ita ſe habet, ſi ea per legem nouam inducta eſt, *l. vnic. ff. de condict. ex leg.* Inuentor vero theſauri domino fundi nullo contractu vel alio actu obligatus eſt. Præterea condictio ex lege tum demum competit, ſi de alia actione, quæ inſtitui poſſit, non apparet *d. l. vnic. ff. de condict. ex leg.* Hic autem conſtat de certo genere actionis, quod de theſauro intentari poſſit, vt ſupra demonſtratum eſt.

FINIS.

INDEX

INDEX RERVM ET VERBORUM, QVÆ IN HIS DVOBVS LIBRIS CONTINENtur, locupletiſsimus.

Primus numerus librum, alter caput, tertius numerum marginalem denotat.

ABbates, Præpoſiti & Abbatiſſæ an & quatenus regalia habeant? 1.c.4.n.134.143.& 144.

Abolitione omniũ criminũ impetrata nõ cenſetur criminis læſæ maieſtatis abolitio conceſſa 2.c.20.nu.4.

Academias erigere & priuilegiis munire eſt de regalibus, & quidem maioribus 1.c.2.n.26.

Acceſſorium ſequitur naturã ſui principalis 1.c.6.n.69. *etiamſi illud ſuo principali ſit præſtantius* n.70.

In Acceſſorio quando diuerſitatis ratio apparet, non ſequitur illud naturam ſui principalis Ibid. n.30.

Actio ad exhibendum contra inuentorẽ theſauri & reſtituere eum recuſantem inſtitui poteſt 2.c.21.n.16.

Actio ad exhibendum eſt præparatoria rei vindicationis & propter hanc maxime inducta ibid. n.17.

Actio præſcriptis verbis ex contractu feudali non competit 1.c.7.n.11.

Actio ex ſtipulatu, non autem condictio ex moribus de regalib. in feudum conceſſis ſtipulatione interueniente datur vaſallo contra dominum ibid. nu.4. *& huic aduerſus illum* n.48.& 49.

Actio confeſſoria & negatoria dantur etiam poſſidenti 1.c.4.n.39.

Actio popularis per litis conteſtationem nouatur & perſonæ priuatæ ciuiliter agentis propria efficitur 2. cap. 8. numer.92.

In actione populari is, cuius etiam priuatim intereſt, reliquis præfertur, ſi agere velit. bid.n.93.

In actionibus popularibus quid hodie in Gallia & Germania ex conſuetudine mutatum ſit Ibid. n.96.

Actionibus pluribus cumulatis, an actori, ſi ex vna tantum Ius foueat, id obſtet & ex altera obtinere non debeat 1. c. 7.num.27.

In adoptione, quæ per arrogationem fit, authoritatẽm interponere eſt de regalibus, & quidem in maioribus 1. cap.2. num.19.

Adulterij pœna qualis hodie ſit in viro 2.c.11.num.58. item in muliere. ibidem num.59.

Adulterij pœna olim non erat grauior quam relegationis. ibid.n.60.

Ædificare in ſuo etiam in præiudicium alterius licet 2.c.3.n.47.

Ædificare quilibet in dubio principaliter ad ſuã vtilitatẽ & non animo nocendi præſumitur ibid.n.80.& c.18.n.64.

Fallit in molendinis ſi impenſa eorum excedant commodum, quod inde percipi poteſt d.c.3.n.83.vel ſi extruens inde nullum ſentiret commodum n.84.

Ædificare in flumine quomodo & quãdo liceat, vide in verbo Flumen.

Æqui bonique in materia collectarum in Receſsibus Imperij crebrius mentio fit, quam in nulla alia 2. cap. 14. numer. 153.

Æquitatis ratio quod ſuadet, legibus etiam conſentaneum eſſe cenſetur 2. cap. 15. nu.35.

Aeris vſus omnium communis & ſuper fundo ſuo cuilibet liber eſt. 2. cap.3. numer. 70.

Æris appellatione quoduis debitum denotari 2.c.7.n.8.

Per æs omne genus numorum tam aureorum quam argenteorum ſignificatur ibid.n.7.

Ætatis veniam dare eſt de regalibus, & quidem maioribus 1.c.2.n.22.

Agricolæ ſationibus vel frugibus inſiſtentes non ſunt ad onera extraordinaria trahendi 2.c.14. n.175.

Agriculturæ quantus ſit fauor & quam varia ea habeat priuilegia? remiſsiue 2. c. 6.nu.126.

Alimenta auferens necare cenſetur 2. c.18.n.72.

Allodialis res in dubio eſſe præſumitur 1. c.4.nu.62.etiam in bonis regalem dignitatem annexam habentibus, n.63.

Alueus fluminum nauigabilium aut nauigabilia efficientium an & quatenus de regalibus ſit 2.c.3.n.23.

Alueus, quem flumen publicum ſibi fecit, etiamſi antea priuatus fuerit, publicus eſſe incipit, ib.n.24.tã quo ad proprietatẽ quam iuriſdictionem, n.25.

Ambiguitas ex obſeruantia ſecuta declarationem recipit 1. cap.5. nu.108. etiamſi hæc ſit multo breuioris temporis, quam in præſcriptione requiritur, ibid. nu.109

Angariæ & parangariæ plauſtrorum & nauium præſtationes ex cap.vn. Quæ ſint regal. ſunt de regalibus 2.c.13.nu.1. idq́; etiam de iure communi ita ſe habet, ibid.n.44.

Angariarum appellatio vnde? ibid. n. 2.3.& 4.

Angariæ & parangariæ quæ ſint? ibid. n.7.& 10.

Angariarum & parangariarũ appellatione non ſolum equorum & aliorum iumentorum, ſed etiam plauſtrorum nauiumque præſtationes continentur, ibidem numer. 11. licet hæ ab iſtis interdum ſeparentur, ibid. nu.12. & quare id fiat, n.14.

Angariarum & parangariarum regale ex conceſsione vel præſcriptione habenti etiam plauſtrorum nauiumq́; præſtationes debentur ibid.n.13.

Angariæ & parangariæ minus recte à Ioanne Arze iniuſtiſsimæ & grauiſsimæ

extorſio

extorſio vocantur ibidem numer. 15.

Angaria & parangariæ quomodo differant? ibidem numer. 16. & *ſub* numer. 39.

Angariæ quibus muneribus annumerari debeant ibid. n. 17. 18. & 19.

Ab angarijs nulla priuilegia immunitatem præbent d. c. 13. n. 24.

Fallit tamen in eccleſia, pijs locis, & perſonis eccleſiaſticis ibid. n. 26. & *alijs, de quibus remiſſiue* n. 27. *ea tamen fallentia non procedit, quando angaria vel parangaria exiguntur ob Principis expeditionem* n. 28 *publicæ annonæ tranſuectionem* num. 29 *pontium vel viarum inſtructionem aut reſtaurationem* num. 30. *vel ob aliam magnam imminentem neceſſitatem* num. 31.

Angariæ & parangariæ an ſordidis muneribus annumentur ibid. n. 40.

Angariæ & parangariæ poſſunt etiam ſuperiorem recognoſcentibus competere ex conceſſione, item ex præſcriptione, ibid. nu 45.

Angariæ non competunt ſolam iuriſdictionem, merumq́, ac mixtum Imperium habenti ibid. n. 47.

Angariarum & parangariarum aliarumue operarum nomine plus ſolito à ſubditis exigi non debet ibid. n. 48.

Angarijs & parangarijs, alijſue operis abutentes, & nimis in ſubditos ſæuientes ijs priuari, & ſubditi ab Imperio eorum eximi poſſunt 1. c. 6. num. 36. & 2. cap. 13. num. 56.

In angariarum, parangariarum, aliarumue operarum præſtatione, ſi ſubditis eripiantur vel deteriora reddantur plauſtra, naues, iumenta vel alia, ad eiuſmodi præſtationem neceſſaria; an & quando domini ad reſarciendum damnum teneantur d. ca. cap. 13. numer. 78. & 79.

De angarijs ratione operarum & parangariarum vide infr. verſ. onere & verſ. oper r. *item parangaria &* aliquot ſeqq.

Annotatio bonorum ſitne per auth. de Bona damnatorũ C. de bon. proſcr. *abolita?* 2. c. 12. n. 33.

Annotata bona non ob reorum crimen ſed ſecutam contumaciam publicantur, nec à reis recuperantur, etiamſi innocentia poſtea probata ob id abſoluantur, bid. nu. 34.

Annotatorum bonorum publicatio ex conſtitutione Friderici in cap. 1. § S quis hominem, de pac. tenend. *tantum in mobilibus locum habet* ibidem numer. 35.

Annotationis bonorum forma qualis à Carolo quinto ſit præſcripta, bidem numer. 36.

Appellari ex conſuetudine Germaniæ in criminalibus non poteſt. 2. cap. 8. nume. 34.

Appellatio tamen vel querela nullitatis an & quatenus ex ordinatione Cameræ in criminalibus locum habeat, bid. nu. 35. & *quid in mulctis obtineat, quæ in locum pœnæ corporalis ſucceſſerunt,* numer. 36.

Appellationes extraiudicales non ſunt propriè appellationes, ſed potius ad cauſam prouocationes & apud ordinarium iudicẽ inſtituuntur 2. c. 13. n. 63.

Appellationis extrema ius eſt de regalibus & quidem maioribus 1. cap. 2. numer. 14.

Appella-

Appellationem tollere, vel cauſam cum clauſula Appellatione remota *delegare, eſt de regalibus & quidem maioribus* ibid.n.15 & 16.

Archiduces Auſtriæ præ aliis Principib. Imperij nonnullas & quidē ex parte maiores prærogatiuas habent, quam Electores 1.c.4.n.30.

Archiduces nulli alij antea, quam Auſtriæ Duces appellati ſunt, nec poſtea, qui hanc dignitatem ambiuerunt, eam apud Imperatorem impetrare potuerunt ibid. num.31.

Archiduces Auſtriæ ex priuilegio Cæſareo habent etiam ius regale vectigalia noua inſtituendi ibid. numer. 33. *& non ſolum nobiles, ſed etiam Comites & Barones creandi, & plures alias prærogatiuas ad regalia pertinentes* ibid.num. 34. & 35.

De Archiducibus, male Mozzium, Marinam Frecciam & Chaſſaneum dicere, quod in Germania de conſuetudine aliorum etiam, quam Auſtriæ Ducum primogeniti filij Archiduces appellentur ib. num.32.

Argentariarum appellatione in c. vn. Quæ ſint regal. *an munus argentariorum vel poteſtas argentariæ faciendæ veniat*, 2.c.16.nu.2. & 3. *an vero metallifodinæ* ibid.n.5.

Argentum quando apud Romanos primum ſit ſignatum? 2.c.7.n.9.

Argumentum à contrario ſenſu in iure frequens & vtiliſſimum eſt 2. cap. 7. nu.77.

Armorum habendorum & fabricandorum etiam iuris ante conſtitutionem Friderici I. in cap. vnic. Quæ ſint regal. *magna ratio habita fuit* 2.cap.1.numer.13.

Armorum genera ex Nouell.85. quæ ſint. Ibid.n.8.

Armorum mouendorum ius prorſus nulli, Imperatore vel alio ſuperiorem non recognoſcente inſcio atq; inconſulto, competit. ibid.n.14.

Armis vti non militanti iure communi non conceditur, niſi neceſſitate officij & adminiſtrationis ibid. n.15.

Arma imponere & delectum militum habere eſt de regalibus ibid. n.27.

De armandiis quid ſint, magis diſcrepantes eſſe ſententias, quam de vllo alio regali, & in quibus erratum ſit d.c.1.nu.1. 2.3.& 4.

Per armandias veriori ſenſu intelligitur ius arma fabricandi, vel officinas illas publicas habendi, in quibus arma fabricantur ibid.n.5.

Ad armandias referri poteſt vectigal, quod ex conceſſione de armis in publicis officinis fabricādis facta, præſtatur ib. n.6.

Aucupandi vel venandi gratia ne quis alienū fundū ingrediatur, dominus fundi prohibere poteſt 2.c.18.n.23.

In aucupio & venatione prohibitio nō obſtat, quo minus prohibitus ſuum faciat, quod capit ibid.n.24.

Fallit quando auctoritate iudicis prohibitio facta eſt ibid.n.25.

Aucupari vel venari prohibitus iniuriarum actione tenetur ob aucupium vel venationē, ib.n.26. *niſi prohibitio poſt ingreſſum in fundum facta ſit* n. 27.

Aucupandi & venandi ius an iure communi de regalibus ſit d. cap. 18. numer: 31.& 44.

Aucupij

Aucupij vel venationis reditus aliquis Imperatori vel eius fiſco nulla lege tribuitur ibid.n.38.

In aucupijs & venationibus à iure communi, quo ea cuilibet licita ſunt, conſuetudine generali receſſum eſſe, idq́; in Germania etiam ita ſe habere 2.c.18. nu.43.

Augmentum ſequitur naturam ſui principalis, & eiuſdem cum eo iuris eſt 2. cap. 6. num. *25. fallit ſi diuerſa ſit ratio* ibid.n.*29*.

Augmentum rei alicuius ex contractu debitæ ei acquiritur, cui res ipſa debetur ibid. nu. 27. *quod & augmentum latens extenditur* n.28.

De augmento dotis idem, quod de dote iudicandum bid.n.*26*.

Aurei, *qui in Conſtitutionibus Imperij ſimpliciter* Gülden *vocantur, reducendi ſunt ad valorem aureorum legalium, & loco iſtorum ad* Rhenenſium 2.c.8. num.56.

Per aureos, quibus marca vel libra æſtimatur, hodie non alios eſſe intelligendos, quam Rhenenſes *aureos* ibid.n.55.

Aureos vulgares, qui his vel illis locis in vſu ſunt, licet minoris ſint valoris, quam legales, his tamen ſurrogatos eſſe quidam tradunt. ibid. num. 58. *ſed contrarium verius, & in Camera deciſum eſt* numer.59.

Aurum & argentum ne extra fines Imperij vel regni euehatur, omnium fere Principum legibus eſt cautum, 2.c.7.n.73 *idq́; in Imperio ſub graui pœna ſæpe eſt factum* ibid.n.74.

Aurum & argentum an prorſus ſimplex & ab omni ſorde & miſtura purum inueniatur 2.c.7.n.70.

In Authent. *ex Nouellis excipiendis quantopere lapſus ſit Irnerius,* 2.c.11.nu. 75.c.12.n.23.& c.15.n.38.

In Auth. *illis multa, quæ erronea ſunt, non ſolum communi* Dd. *ſententia, ſed & primariarum & ſupremarum curiarum deciſionibus comprobata & ex parte etiam in ius canonicum relata eſſe* c.15. nu.40. *Nouellas ipſas potius quam Authenticas legendas & quod ſit diſcrimen inter Auth. Iuliani patritij anteceſſoris Conſtantinopolitani epitomen, item inter eiuſdem & veteris interpretis verſionem Nouellarum.*

B.

Banni pœna in Principibus non habet locum, niſi cum conſenſu Imperatoris 1,c.*6*. num.57.

A Banno Camera *etiam Imperialis non ſolum Principem, ſed etiam alium ſine cõſenſu Imperatoris abſoluere non poteſt, ſi ſit fractæ pacis cauſa maioris momenti & periculi & an conſenſus etiam læſæ partis requiratur* ibid.n.*58*.

De banni pœna in Cameræ *ordinat.p.2. t.9.§.2. expreſſe ſtatuitur, etiamſi quis ipſo iure & facto bannitus ſit, tamen Cæſarem vel Cameram parte vel* Fiſcali *petente vel etiam ex officio pœnam bannumq́; denunciare & in huiuſmodi pœnam declarare 2.* c.11.n.*37*.

In Banni pœnam Principes & alij Imperij Status eccleſiaſtici declarari non poſſunt 1.c.6. n.*59. regalibus tamen & priuilegijs omnibus ex eadem cauſa, qua ſeculares banni pœnam incurrunt, rectè priuantur,* ibid.n.*60*.

In Banni & priuationis priuilegiorum

pœna inter eccleſiaſticos & ſeculares illud diſcrimen eſt, quod hi publice ſub dio præſentibus etiam non ſolum omnibus Aſſeſſoribus, ſed & Præſidibus ac Procuratoribus fiat, illi vero in ipſo conſiſtorio iudice pro tribunali ſedente condemnentur & quæ ſit ratio differentiæ ibid. n. 61.

Banni executionem in quod à Camera declaratio facta eſt, ſi circulus vnus vel plures detrectent, ad Imperatoris prouiſionem res tota pertinet 1. c. 4. n. 8.

Banni & priuationis priuilegiorum pœnæ in ſententia ſemper cauſæ addi debent, 1. c. 6. n. 6.

Barones creare eſt de regalibus, & quidem maioribus 1. c. 2. n. 25.

Baronatus non minus quam Comitatus eſt dignitas regalis, & Barones Comiteſque æquiparantur 1. c. 4. n. 39. *vſque ad* nu. 50. *reiecta contraria ſententia, de qua* n. 42. & 49.

Baronatum eſſe maximam dignitatem & generali Baronum appellatione Duces, Marchiones & Comites comprehendi, non recte generaliter aſſeritur, ibidem numer. 51.

Baronatus vt & Comitatus quidam reperiuntur, qui ab inferiore aliquo Principe conferuntur, & tamen regales dignitates ſunt ibid. n. 56.

Ex bello capta cui applicentur ac vt licitum ſit quæ requirãtur item quæ remedia in Imperio ad incurſiones bellicoſque motus auertendos ſint propoſita 2. cap. 1. num. 26.

Bellum, Imperatore aut alio ſuperiorem non recognoſcente vel ab eo poteſtatem habente excepto, nemo indicere poteſt. ibid. n. 70.

Bellum gerens vel exercitum comparãs iniuſſu Principis, & ab eo poteſtatẽ habentis læſæ maieſtatis reus eſt ibid. n. 18. *niſi id ad defenſionem fiat, vel copia Principis haberi nequeat, & periculum immineat,* nu. 19.

Bellum indicendi vel eius indicendi licentiam alicui dandi ius ad maiora pertinet regalia 1. cap. 2. num. 10. & 2. c. 1. nu. 20.

Ad Bellum operam ſuam exteris Principibus locantes ipſo facto pro bannitis in Imperio habendi ſunt d. c. 1. n. 25.

Ad Bellum operam exteris Principibus locandi libertas Germaniæ quomodo conſtitutione Imperij coarctata ſit, & de abuſu eius libertatis ibid. n. 26.

Bona caduca generaliter vocantur omnia, quæ ex aliqua cauſa fiſco cedunt 2. cap. 9. num. 23. *quod exemplis illuſtratur* num. 24.

Bona caduca proprie & ſpeciatim dicuntur, quæ alicui teſtamento ita relicta ſunt, vt iure ciuili quidem capere poſſit, ſed ex aliqua cauſa nõ ceperit ib. n. 25. *ſiue ſit hereditas, ſiue legatum* n. 26.

Bona caduca olim fiſco vindicabantur ibid. n. 27. *hodie vero apud heredem cum onere ijs adſcripto manent* n. 28. *nullo autem alio herede exiſtente etiam hodie fiſco debentur & ſimilia ea bona, quæ ob hereditatem non aditam iacentia dicuntur, non prius pro vacantibus habentur, quam ſi nulla ſpes ſit eam adiri poſſe* num. 29.

Bona vacantia *larga ſignificatione appellantur etiam* caduca d. c. 9. n. 22.

Bona vacantia ex c. vn. Quæ ſint regal. *ſunt de regalib.* ib. in pr. & n. 31. *idq́ cum reliquo iure communi concordat* nu. 32. & 34.

Bona

Bona vacantia proprie dicuntur eorum, qui ſine herede decedunt ibid.n.1.

Bona vt ob defectum heredum dicantur vacantia, intelliguntur heredes, quibus vel ex qualibet ſanguinis linea, vel aliquo iuris titulo ſucceſsio defertur ibid. nu.2. *per quem titulum accipiendi, ſanguinis iure non ſuccedentes, quales ſunt adoptiui & arrogati* ibid.n.3. *Item coniuges* n.4.&5. *Socij donationis Imperatoriæ Nauicularij Milites eiuſdem legionis vexillationis vel cunei & generaliter oēs cōſortes liciti collegij,* n.8. *Patronus reſpectu ſucceſsionis liberti vt & dominus directus vel agnati reſpectu bonorum feudalium* n.9. *Epiſcopus in ſucceſsione peregrinorum* n.10. *eccleſia in bonis* Clericorum n.11. *Parentū à liberis neglectorū curā ſuſcipientes* n.19. *pluresq́; alij, de quibus remiſsiue* n.12.

Bona vacantia regulariter fiſco debentur, etiam eo caſu, quo heres extat quidem d.c.9. nu.20. *ſed tamen hereditatem vel adeundo vel ſe immiſcendo acquirere recuſat* ibid.n.21.

Bona vt efficiantur vacantia neceſſe eſt præcedere diſcuſsionem & inquiſitionem, facto prius proclamate, vt ſi quis heredem ſe factum eſſe putet, ſe ad certum præfinitum diem ſiſtat ibid.n 30.

Bona incorporare eſt ea in fiſcum redigere ibid.n.33.

Bona non ſolum vacantia ſed & alia fiſco delata, etiamſi petenti per munificentiam Imperatoris conceſſa ſint, tamen fiſci manent, ibid. num.35. *puniunturque Officiales, quorum interuentu & opera tales petitiones admiſſa ſunt & inſtructa* n.36.

Bonorū vacantiū conceſsio proprio motu facta valet ib.n.37. *niſi ea needum declarata ſint vacantia* n.39. *idq́; in Gallia etiam obſeruatur* n.38.

Bona vacantia ſi Officiales ante declarationem occupare velint, priuati etiam, quorum intereſt, ijs reſiſtere poſſunt ibid. nu.40.

Bona vacantia non niſi cum ſuo onere ad fiſcum tranſeunt ibid. n.42.

In bonis vacantibus ſuccedens fiſcus defuncti creditoribus ſatisfacere tenetur, non tamen vltra vires hereditarias ibid. n.45. *etiamſi inuentarium nullum confecerit* ibid.n.47.

Bona vacantia non tantum Imperatori & alijs ſuperiorem non recognoſcentibus, ſed & inferioribus debentur, qui hoc regale ex conceſsione vel præſcriptione conſuetudineue acquiſiuerunt ibidem numer.59.

Bona vacantia hodie etiam ij, qui iuriſdictionem & merum mixtumque Imperium habent, occupare ſolent ib.n.60.

Bona eorum, qui naufragium paſsi ſunt & ſimilia nonnulla alia à Magiſtratu occupata non eſſe bona vacantia ibid.n.61.

Bona regalem dignitatem annexam habentia poſsidere deſinentes retinent dignitatem & nomen quod inde habuerunt, licet ab alio detineantur 1.c.3.n.16.

De bonis regalem dignitatem annexam habentibus quibus locis in libris feudorum agatur ibid.n.3.

Bona regalem dignitatem annexam habentia poſsidentes ſi non ſint reges, quibus appellationibus inſigniri ſoleant ibid. num.18.

Bona regalē dignitatē annexā habētia etiam per ſubinfeudationem à Principe

inferiore factam haberi poſſunt ibid. numer.39.

Bona cuiuſq; intelliguntur, quæ ære alieno deducto ſuperſunt 2.c.14.n.148.

Bonorum Imperij & eorum, quæ proprie ipſius Principis ſunt, differentia 2. c. 16. nu.33.

Bonorum publicatio, vide confiſcatio.

C.

IN *Camera Imperiali quæ Imperator præ alijs Principibus & Statibus Imperij præcipua habeat.* 1.cap.4.n.8.

Camera Imperialis an & quando poſſit cognoſcere de regalibus 1.cap.3.nu.41. & cap.8.num.3.4.15.17.18.23.26.36. 42. *Ducatibus alijsq; feudis regalibus* d. cap.8.nu.16.19.22. cum ſeqq. *& priuilegijs ab Imperatore datis,* ibid.nu.1.& ſeqq.vſque ad 11.

Camera Imperialis vel etiam Imperator de Ducatu alijsq; bonis regalem dignitatem annexam habentibus non eſt iudex, ſed cauſa ad auſtregas pertinet, ſi ſint allodialia 1.c.8.n.64.

Camera Imperialis ſpurios legitimare, aut legitimationem eorum confirmare non poteſt, 1.c.4.nu.8.& 107. *nec ius famæ ac honoribus reſtituendi, ætatis veniam dandi, priuilegia concedendi, vel ab Imperatore data confirmandi, conſtitutiones ac leges ferendi, & pleraque alia huiuſmodi regalia vſurpandi non habet.* d. numer.8.

Camera Imperialis ideo maxime inſtituta eſt vt adminiſtrationi iuſtitiæ contentioſæ præeſſet ibid.n.8.

Camera Imperiali nonnulla, quæ de regalibus ſunt, ita competunt, vt iuſtitiæ adminiſtrationi inſeruiant dict. numer.8. *de quibus ibidem exempla adducuntur.*

Camera Imperialis quando per viam ſimplicis querelæ ex capite iuſtitiæ denegatæ vel protractæ adiri poſſit 1. c.8.nu.71. 72.73.& 74.

Cameræ Imperialis ordinatione, qua contra denegantes vel protrahentes iuſtitiam ſuccurritur, omnes Principes & Status Imperij tanquam proprio & communi placito ligantur 2.c.1. n.37.

Camera ciuitatum Imperialium, à quocunq; conueniantur, iudex eſt, niſi ex priuilegio, vel longiſſimi temporis præſcriptione ſingulares iudices habeant, 1.cap.8. n.65.

Camera ſine conſenſu Imperatoris non poteſt de cauſis fiſcalibus Ducatus, Comitatus, oppida, arces & ſimilia concernentibus cognoſcere 1.cap.4.nu.7. *nec Principem Imperij in bannum declarare* 1. c.6. n.57.& d. c.4. nu.8. *nec etiam quemlibet alium in fracta pacis cauſis maioris momenti ac periculi à banno abſoluere* ibid. n.8.& d.c.6.nu.58. *vel contra extraneos Imperioq; non ſubiectos proceſſus decernere* d.c.8.

c.vn. Quæ ſint regal. *author non eſt Fridericus III. vt quidam volunt, ſed I.* in proœm.n.7.

Eius c. vn. *conſtitutio quando ſit edita* ibid.n.8. *& quare* n.14.

In eodem c.vn. *ab ipſo Friderico rectius & multo plura in ſpecie enumerantur regalia, quam in vita eius à Friſingenſi, Radeuico, & nonnullis alijs ſcriptoribus hiſtoricis* ibid.n.15.

Digitized by Google

Eandem conſtitutionem ius mere locale Italiæ non continere contra Petr. Iacob. Aurelianenſ. defenditur ibid. nu. 23. *eaque in Camera Imperiali tanquam commune ius Imperij obſeruatur* nu. 25.

Caſtrum idem non cenſetur, cuius ſpecies eadem non conſiſtit 2.c.13. nu. 70.

Caſtro deſtructo, ad quod ſubditi ſeruitia præſtare tenebantur, & nouo alibi inſtaurato, an eadem ſeruitia eo præſtare teneantur, ibid. num. 69. verſ. deſtructo vero, & aliquot nu. ſeqq.

Caſtro deſtructo omnia iura, quæ habet, amittuntur 1.c.5.nu.47.

Cauſa ceſſante ceſſat effectus 2.cap.11. nu. 25. *fallit ſi quadam maneant reliquiæ.* 1.c.6. nu.2.

Ciuitatibus ſuperiorem non recognoſcentibus regalia competunt 1.c. 4. n.73.

Ciuitates Imperiales, etiamſi Imperatorem ſuperiorem agnoſcant, liberæ tamen habentur, ibid. nu. 75. *& quæ inter eas olim primariæ habitæ* nu.81. *item quæ ſimpliciter liberæ appellatæ ſint?* nu. 76. *quibuſque inſignijs hæ ab alijs differant,* num.77.

Ciuitates Imperiales iura Principis habent & libertatem eorum negans easque eximere volens exemptionem probare tenetur ibid. nu.82.

Ciuitates Imperiales in ſua Republ. tantum poſſe, quantum Imperator in Imperio, Gailius aſſerit, idque declaratur & reſtringitur ibid.nu.83.

Ciuitatibus Imperialibus quo minus liberæ ſint ius protectionis alij competens non obſtare 1.c.4. nu. 82.

Ciuitates aliquot reperiuntur, quæ immediate ſub Imperio olim fuerunt, & hodie certis pactis ac conditionibus inferioribus Principibus ſubiectæ ſunt, multaque ex ijs regalibus, quæ habuerunt, adhuc retinent, ibid. num. 84. *& in ſpecie de ciuitatibus Anſeathecis* nu.86.

Ciuitates omnes, quantumuis ampliſſimæ, iure Romano priuatorum loco fuerunt habitæ, excepta Roma, ibid.nu.88.

Ciuitates omnino liberæ, nullum omnino ſuperiorem recognoſcentes, vt & Imperiales, priuatorum loco non habentur ibid. nu.90.

Ciuitates certis pactis & conditionibus Principibus inferioribus ſubiectæ an & quatenus priuatorum loco haberi poſſint? ibid. nu.86.& 91.

Ciuitates Lombardiæ regalia ex priuilegio, conceſſo conſtitutione Friderici Primi de pace Conſtantiæ, habent, per quam tamen ab Imperij ſuperioritate non ſunt exempta, 1.c. 4. nu.87. & c.5. nu.18.

Ciuitatum appellatio in c. vn. Quæ ſint regal. *quatenus de palatijs loquitur, de quibus accipienda ſit,* 2.c.17.nu.19.

Ciuitatis locus appellatur etiam publicus 2.c.21.nu.42.

Ciuitate deſtructa & ſolo æquata, an & quando regalia & alia iura, quæ habet, amittat, 1.c.6.nu.45.46.50.52. *& reædificata, quando ea recuperet,* num. 48. & 49.

Ciuitates, vniuerſitates, ac villæ plerunque arcam communem habent 2.cap. 14. nu.27.

Per Collationem extraordinariam in c. vn. Quæ ſint regal. *quid intelligi debeat* ibid.nu.1. & 6.

Collectandi ius eſt de regalibus. ibid. nu.17.18.19. & 20.

Collectæ ſunt vera ſimbola ac notæ ſuperioritatis, ibid. nu. *21.*

Collectas vrgente neceſſitate etiã tantum iurudictionem habentes exigere poſſunt, vnanimi decreto communitatis ac conuentione concurrente, ibid. nu. *22.*

Collectæ impoſitio à ciuitate vel vniuerſitate, vrgente neceſſitate facta, executionem paratam habere dicitur, ibid. nu. *29. non eſt tamen de regalibus* nu. *30.*

Subcollectæ, quæ per Status Imperij regalia habẽtes à ſubditis ſuis contra Turcam exiguntur, non ſunt de eorum regalibus, ibid. nu. *31.*

Collecta prouincialis eſt de regalibus, ibid. nu. *32.*

Collectandi forenſes conſuetudinẽ decem annorum ſpacio introduci poſſe, licet quidam aſſerant, ibid. nu. *33. tamen immemoriale tẽpus requiri, verius eſt*, n. *34.*

Collectandi regale habentes debent ab omni innouatione & abuſu in impoſitione collectarum ſibi temperare, 2. c. 14. n. *45. & ſuum marſupium ante omnia excutere*, ibid. nu. *46.*

Collecta imponi poteſt ex iuſta cauſa in publica vtilitate & neceſſitate fundata, ibid. nu *47. & ſi collectantes ipſi ſingulari neceſſitate premantur*, nu. *48.*

Collecta an & quatenus in nonnullis ſpecialibus caſibus per inferiores dominos à ſubditis exigi poſſint, remiſſiue, ibid. nu. *50.*

In Collectis quæ cautela præiudicio & abuſui ſubditi occurrere poſſint ibid. nu. *49.*

Collectari ſubditi pro elocanda filia legitima vel etiam ſpuria an & quatenus poſſint, ibid. nu. *25. 26. 51. 52. 53.* & *54.*

Collectæ, quando de iuſtis cauſis non apparet, cenſentur eſſe odioſæ, ibid. n. *56. & interpretatio contra eas fieri debet, iudicandumque etiam eſt, & ſemper inter duas cauſas in vno actu concurrentes, attendi debet ea, quæ in collectis & alijs minus grauet*, n. *57. metuque & vi à ſubditis præſumuntur extorta adeo vt in ijs etiam præſcriptio tacita ſubmurmuratione interrumpi dicatur*, nu. *58.*

Collectarum vſus quantopere hodie ad quæſtum transferatur 2. c. 14. n. *59. & 60.*

Collectas ſoluere tenentur ſubditi & incolæ, ibid. nu. *61. etiam minores* nu. *62. recens, vt habitent venientes, ſi neceſſitas collectandi poſt aduentum emergat legatarius ſi poſt mortem teſtatoris collecta indicta ſit*, nu. *63. poſt collectam impoſitam recedentes*, nu. *64. bonis ſuis cedentes*, nu. *65. is propter quem collectæ imponuntur*, n. *66. bona litigioſa poſſidentes*, n. *67. bannitus pro bonis retentis vel poſtea acquiſitis*, n. *68. fiſcus pro re confiſcata*, nu. *69.*

Collectari forenſes non poſſunt, ibid. nu. *70.* & *72. exceptis caſibus, de quibus*, nu. *38. 73. 74.* & *75.*

Collecta eſt onus fructuũ, ibid. nu. *76.*

Collectas ſoluere tenetur poſſeſſor, fructus ſuos faciens ibid. nu. *77. ipſius gentilitiæ domus*, nu. *78. vſufructuarius*, nu. *79. creditor rem poſſidens*, n. *80.* & *81. maritus de rebus dotalibus*, n. *82. vxor de parapher nalibus*, nu. *83. emphyteuta*, nu. *84. libellarius*, nu. *85. conductor ad longum tempus*, num. *86. colonus partiarius pro parte fructuum*, nu. *87.*

A Collectis immunes ſunt pauperes, quorum opera vix alimentis ſufficit, ibid. n. *88. res ſteriles poſſidentes*, n. *89.* corpore *infirmi,*

Digitized by Google

infirmi, alimenta ex fructibus facultatum tantum habentes, n.*90. artifices nihil poſſidentes, & tantum ex artificio ſuſtentationem habentes,* n. *91. facultatibus lapſi,* n. *92. in quibus vt & in pauperibus fallit, ſi ad pinguiorem fortunam peruenerint,* nu.*93. (quod declaratur* nu. *94.) duodecim liberos habentes,* nu. *96.* & *98. in ſola protectione exiſtentes,* num.*103. bonis cedentes & ea creditoribus in ſolutum dantes,* nu.*157.*

Collectari etiam non poſſunt eccleſiaſtici ibid. nu.*107.* & *128. fallit in refectione viarum & pontium* nu. *108. ob bellum imminens* n.*109 aliamve publicam neceſſitatem vel vtilitatem* nu. *110. ſi in fraudem collectarum bona ſint in eos translata,* nu. *111. ſi poſt impoſitionem pro certis annis ſucceſſiuis factam res in eos tranſeat* nu.*112. ſi negotiationem exerceant* n.*113. ſi res in eos ſub conditione vt pro ea collectas ſoluant, translata ſit* nu. *114. ſi bona onere collectæ affecta ad eos perueniant,* num.*115.*

A Collectis immunitas an & quatenus competat nobilibus, Iureconſultis, ſcholaribus, & nonnullis alijs 2.c.*14.* nu.*117.*

A Collectis immunitas an & quanti temporis præſcriptione acquiratur, ibid. nu. *118.*

A Collectis immunitas priuilegio etiam acquiritur, ibid. nu.*119.*

Simpliciter data an ad bona poſtea acquiſita extendatur ibid. nu.*120.* & *121.*

A Collectis immunitatis conceſſio ita reſtringenda eſt, ne alij grauentur, ibid. n. *122. & vt de ſolutione collectæ detrahatur portio priuilegiati,* nu.*123. etiam à ſupremo Principe exempti,* nu.*124.*

Collectæ ob bellum, vel aliam neceſſitatem aut vtilitatem publicam indictæ an & quando generali vel vniuerſali immunitatis conceſſione comprehendātur, ibid. nu.*125.* vſque ad nu.*137.*

Collectas ob Turcicam expeditionem ex ſuis prouentibus ſoluendi onus Principibus alijsque ſtatibus ex Receſsibus Imperij remiſſum eſt, & indultum, vt eas à ſubditis ſuis exigere poſſint, ibid. n.*129. licet ſecus eſſet de iure communi,* nu.*130. & ex antiquioribus Receſſibus,* nu.*131.*

De Collectis quid in Imperatoris prædijs iuris ſit, ibid. nu.*123.*

Collectæ pro quibus rebus præſtandæ ſint, ibid. nu.*138. 139. 140.* & *141.*

Collectandi modus ita ſeruandus eſt, vt poſſibilitas locorum & perſonarum attendatur, ibid. nu.*142.*

Collecta omnis, quæ ob perſonale munus non inducitur, per as & libram pro modo facultatum imponenda eſt, ibid. num.*143.* & *144. habita ratione non valoris rei, ſed quantitatis fructuum,* n.*146. & præſentis temporis,* nu.*147.*

In Collectis ſi vnus præ alio grauetur, appellari poteſt, ibid. nu.*145.*

Collecta, ſi bona ſint aucta, maior, ſin diminuta, minor ſoluenda eſt, ibid. num. *148. 154.* & *156.*

Collecta ſimplex quando multiplicatur idem tenetur ad multiplicatam, qui tenebatur ad ſimplicem, ibid. num. *161.*

De Collectarum Imperij moderatione quomodo moderatores cognoſcant, ibid. nu.*149. 150. & quomodo poſt eorum ſententiam in cauſa appellationis procedatur,* nu.*151.* & *152.*

In Col-

Digitized by Google

In Collectis Imperij æqui & boni rationem habendam eſſe, crebrius quam de vlla alia materia in conſtitutionibus Imperij præcipitur. ibid.nu.153.

In Collectis componendis eius tantum, quod exigi poteſt, in æſtimatione bonorum debitoris, ratio habenda eſt, ibid.nu.156.

Collecta ab aliquo ſæpius, quam ſemel exigi nequit ibid.nu.158.

Collectarum exactores per negligentiam quadam omittentes puniuntur, ibid. nu.163. *& de ſuo ſoluere tenentur,* nu.164.

Collectarum debitores ad ſolutionem recte compelluntur executiue ſine iudicij ſtrepitu ibid. nu. *165. idque etiam in forenſibus eo caſu locum habet, quo collectari poſſunt,* nu. *166.*

In Collectis executiue ita procedi poteſt, vt pignora capiantur, ibid. nu. *167. vel mulcta imponatur* num. *168 vel res, eiusque fructus auferantur & diſtrahantur pro quantitate oneris,* num. *169. vel ipſa perſona, (niſi ſit forenſis* num. *172.) capiatur & detineatur, & pendente etiam lite prima vel ſecunda inſtantia contra refractarios earum debitores procedi poteſt,* nu. *170. ſine incarceratione tamen, idemque de muliere dicendum eſt,* nu. *171.*

In Collectarum exactione non ex abrupto, ſed ita procedi poteſt executiue, vt per proclama vel alia ratione abunde prius ſignificetur, eas eſſe ſoluendas, ibid. num. *173.*

Ob Collectarum ſolutionem non factam agrorum cultura probiberi nequit, ibid. nu. *174. adeo vt mandata ſine clauſula contra probibentem vel impedientem eam obtineri poßint,* ꝛꝛ. *177.*

Ob Collectas non debet executiue procedi, ſi non ſit certum eas deberi: nec valent ſtatuta, quibus per ciuitatem vel alium ſtatum Imperij ſtatuitur, ob collectam omnino non, vel etiam pro parte ſolutam bona publicanda eſſe, ibid. nu. *178. vel dilatio earum præſens periculum non habeat* nu. *179.*

A Collectas non ſoluentibus ſubditis, pœna dupli per Statum Imperij pignorando vel alia extraiudiciali executiua via exigi non poteſt. ſed ſuperior adeundus eſt, ibid. nu. *180.*

Idque ita fieri poteſt, vt in Camera mandatum pœnale petatur, reique excipiendo ſi ſub & obreptionis exceptiones babeant, audiantur, ibid. nu. *181.*

Collectas ſi ſecularis Status Imperij à ſubditis non exigat, vel exactas non ſoluat, in pœnam banni, eccleſiaſticus in pœnam priuationis regalium priuilegiorumque incurrit, ibid. num. *182. Ita tamen vt prius contra eos in Camera procedatur,* nu. *183. poteſtque ea pœna habita ratione circumſtantiarum in pecuniariam conuerti,* nu. *184.*

De Collectis Imperij ita etiam ſæpe procedi ſolet apud ſuperiorem, vt nulla pœna petatur, ſed actio aliqua ordinaria petitorij vel poſſeſſorij inter ipſos Imperij Status & nonnunquam etiam inter eos & fiſcalem inſtituatur, ibid. nu. *185.*

Comes rerum priuatarum quis olim fuerit, 1. c. 1. nu. *32.*

Conutes olim in Orientali & Occidentali Imperio Ducibus præponebantur, & in illis in diſciplina militari adiungebantur, 1. c. 4. nu. *54.*

Comes vel Baro ex ſingulari priuilegio ſuprem.

Digitized by Google

ſupremi principis etiam per inferiorem creari & Comitatu vel Baronatu ſine ſubinfeudatione inueſtiri poteſt, ibid.nu. *64.* & *65.*

Comitatum vel Baronatum allodialem ab alio in feudum recognoſcens, priorem dignitatem & ſtatum vna cum regalibus, quæ antea habuit, retinet, ibid. num. *59.*

Comites ac Barones, qui inter Status Imperij referuntur, an regalia habeant? *1.c.4.* nu.*36.*

Comitatum vel Baronatum non raro ipſi Principes ab alijs Principibus inferioribus recognoſcunt, ſimulque regalia ijs annexa conſequuntur, ibid.nu.*58.*

Comitatus ac Baronatus in Imperio multi mere allodiales olim fuerunt, & adhuc ex parte ſunt, ibid.nu.*60.*

Comites vel Barones ſi per ſubinfeudationem ab inferiore Principe inueſtiantur, etiamſi non immediate, ſed tamen mediate ab ipſo ſupremo Principe ſuum regale feudum & eidem annexa regalia conſequuntur, ibid.nu.*57.*

Comitatum vel Baronatum ab inferioribus in feudum recognoſcentes libertatem, qua immediate Imperio ſubiecti fuerunt, non amittunt, ibid.nu.*67.* *nec ſe domini feudalis iuriſdictioni ſubijcere poſſunt*, nu.*68.*

Ex Comitibus & Baronibus etiam reperiri, qui immediate Imperio ſubiecti ſunt, & vnde illa ſubiectio orta ſit? ibid. nu. *69.* *ex conceſſione tamen vel præſcriptione regalia habere poſſunt, & quæ antea habuerunt, retinent* nu.*70.*

Comites Palatini, qui ſunt perſonæ priuatæ, abuſiui & improprij Comites dicuntur 1. c. 4. nu. *108.* *& dignitate regali carent, 2. c.17.* nu. *18.* *nec eorum poteſtas in heredes tranſit, niſi id ſpeciatim in diplomate conceſſum ſit 1. c.4.* nu.*109.*

Habent tamen conceſſam poteſtatem notarios creandi, & nonnunquam etiam legitimandi, vel honoribus & famæ reſtituendi, ætatis veniam dandi, Doctores & Licentiatos creandi, & plura alia, ad ſupremam Principis poteſtatem & regalia pertinentia, expediendi, ibid. *4.* nu.*104.* & *2.c.17.*nu.*17.*

Comites Palatinos creare eſt de regalibus & quidem maioribus 1.c.2. nu.*33.*

Comites Palatini nonnunquam plures, quam vnus ad actum legitimationis vel ſimilem ad regalia pertinentem pro maiori cautela adhibentur 1. c.4. nu.*106.*

Poteſtatem tamen ſibi conceſſam ſubdelegare non poſſunt, num.*110.* *nec illis de poteſtate ſua aſſerentibus citra exhibitionem conceſſionis credendum eſt, adeo vt ne quidem Notario in ſuo inſtrumento ſe talem conceſſionem vel priuilegium vidiſſe aſſerenti credatur*, nu.*111.* *neque clauſula derogatoria*, Non obſtantibus, &c. *vti poſſunt*, nu.*112.*

Comites Palatini legitimare ad feuda non poſſunt, niſi ſpecialis ad ea legitimandi facultas ipſis conceſſa ſit, nu.*113.* *neque etiam legitimatio ſine cauſæ cognitione fieri poteſt*, nu.*114.*

Comites Palatini nonnulli poteſtate ſua in ijs, quæ ad regalia ſpectant, & quidem maxime in Notariorum creatione, abutuntur, ibid.nu.*115.*

Commercia iure gentium libera eſſe debent, 2.c.2. nu.*29.*

Conceſſio omnis ita accipienda eſt, ne redda-

reddatur eluſoria 1.cap.5. num.59. & 83.

In conceſſionem generalem non veniunt, quæ ſpecialiter exprimi debent, bid. nu.77.

Conceſſo vno, cenſentur conceſſa, ſine quibus illud expediri non poteſt, ib.d.nu. 99.& 2.c.18. nu.73.

Conceſsio ita interpretanda eſt, ne inde alteri incommodum inferatur, 2. c. 2. nu.24.

Condictio ex moribus tanquam actio generalis etiam feudo euicto, vel ſi de certis ſeruitiis conuenerit, locum habet, 1.c.7. nu.10.

Condictio ex moribus, ſtipulatione non interueniente, de regalibus datur vaſallo aduerſus dominum, bid. n.6. & econtra huic aduerſus illum, nu.47.

Condictiones ſunt actiones perſonales, nec dantur niſi contra eum, qui nobis obligatus eſt, 2. c.21.nu.71.

Condictio ex lege competit, ſi de alia actione, qua inſtitui poſſet, non apparet, d. nu. 71.

Condictio indebiti competit ſi pro ſeruitiis à vaſallis vel ſubditis aliquid in maiori ſumma quam debebatur ſolutum ſit, 1. .7.n .14.

Confeſſoria & negatoria dantur etiam poſſidenti, 1.c.4.nu 39.

Confiſcare poteſt ſolus Princeps & in ſumma adminiſtrationis poteſtate poſiti, 2. .12. nu. 8. quod tamen de confiſcatione extraordinaria intelligendum eſt, ibid. nu.10.

Confiſcatio ordinaria quibuslibet magiſtratibus merum Imperium habentibus competit, ibid.nu.9.

Confiſcatio in caſibus lege, ſtatuto, vel conſuetudine non expreſſis, non niſi ex graui cauſa fieri debet, ibid.nu.11.

Contra cõfiſcationem lege prohibitam ab inferiori magiſtratu factam mandata ſine clauſula decerni poſſunt, ibid.nu.12.

In Confiſcatione bonorum, quomodo ratio liberorũ habeatur iure veteri, ibid. nu.12.vel etiam nouo, nu.14.

Confiſcatis mariti bonis, vxorem donationem propter nuptias, & quartam indotatis vxoribus debitam ſaluam retinere, ibid.n.15.& 16. & quando id in dote confeſſata locum habeat, nu.17.

Ex Confiſcatis mariti bonis vxori debentur alimenta b d. n .18.

Ex Confiſcatis coniugis bonis deducitur, quicquid alteri coniugi ex lege, conſuetudine aut pacto debetur, ibid. nu.19. idque limitatur in vxore tribus caſibus quibus eo lucro priuatur, d.nu.19.

Confiſcatis bonis ſalua manet legitima liberorum, bid.nu.20. vt & feudum nu.39.

In Confiſcationem non veniunt bona extra familiam alienari prohibita ibid. nu. 44. etiam in crimine læſæ maieſtatis nu. 47. idem obtinet in emphyteuſi eccleſiaſtica nu.46 & d. nu. 47.

In Confiſcationem non venit etiã Emphyteuſis à priuato ea conditione conceſſa, ne ad extraneos tranſiret, bid. n.48.

In Confiſcationem an Emphyteuſis eccleſiaſtica veniat, ſi talis ſit, vt ad hæredes extraneos tranſire poſſit, ibid num.49. & 50.

Confiſcatis bonis filij peculium eius caſtrenſe in confiſcationẽ non venire æquius, verius & receptius eſt, ibid.nu.57. & 58.

Idem eſt in quaſi caſtrenſi, nu.59.

Excipi-

Excipitur crimen leſæ maieſtatis in vtroque peculio, nu. 60. vt & in aduentitio, n. 61. licet alias in confiſcationem non veniat, nu. 62. & 65.

Confiſcatio cenſetur eſſe quædam alienatio .bid. 64.

In Confiſcationem peculium aduentitium filij etiã non venit, quãdo patri vſusfructus non acquiritur, ibid. n. 68. & 69.

In Confiſcationẽ bonorum filij non venire profectitium peculium eius ibid. nu. 73. quod ampliatur, nu. 76. & 79.

In Confiſcationem bonorum etiam patris delinquentis non venit peculium profectitium, ibid. nu. 77. niſi in crimine leſæ maieſtatis, nu. 78.

In Confiſcationem bonorũ patris delinquẽtis an veniat vſusfructus, qui ei in bonis filij aduentitijs debetur, ibid. n. 70. & 72.

Confiſcatione non comprehenduntur futura .bid. nu. 80. etiam in crimine leſæ maieſtatis, nu. 81.

Confiſcationi an & quando ſubijciantur iura conditionalia, ibid. nu. 82. vſque ad nu. 87.

Confiſcatio nemini, cui aliquid ex contractu debetur, præiudicat, ibid. nu. 88.

Confiſcatio præſcriptione excluditur, nec fiſcus contra eam in integrum reſtituitur, ibid. nu. 89.

In confiſcatione, per præſcriptionem excludenda, quantum tempus requiratur, ibid. nu. 90.

Confiſcatio an & quatenus abolita ſit conſuetudine, ibid. nu. 93. vel conſtitutione criminali Caroli Quinti, nu. 94. & 95.

Confiſcatio non habet locum ſi quis ex ſtatuto ad mortis pœnrm cõdemnetur, niſi id in eo expreſſum ſit, ibid. num. 96.

Confiſcandi poteſtatem iudici, cui generale arbitrium conceſſum eſt, data non cenſeri, nu. 97. & quantopere hodie ijs caſibus, quibus publicatio bonorum locum habere poteſt, peccetur contra ſaluberrimam Imperatorum conſtitutionem, quæ eſt in l. 1. C. de bonor. petit. ſublat. lib. 10. ibid. nu. 98.

Connexitatis ratione idem iudex adeundus eſt, 1. c. 5. nu. 12.

Conſentienti & volenti non fit iniuria, 2. c. 14. nu. 23.

In Conſequentiam multa admittuntur, quæ principaliter non concederentur, 1. c. 8. nu. 13.

Conſiliarij Principum quinã in re monetaria deceptores dicantur 2. c. 7. nu. 55.

Conſiliarij, qui in c. quanto. de iureiurand. deceptores dicuntur, multi hodie reperiuntur, ibid. nu. 56.

Conſtantinus Magnus quare effigiem ſuam monetæ ita inſculpi voluerit, vt hominis flexis genibus Deum inuocantis ſpeciem præ ſe ferret ibid. nu. 50.

Conſtitutio qualibet, quæ in contractum tranſiuit, ſine cauſa reuocari non poteſt, 1. c. 6. nu. 22.

Conſuetudine introduci poteſt, vt quæ olim regalia non fuerunt, pro regalibus habeantur, in proœm. nu. 18.

Conſuetudo difficilis probationis eſt, notoria tamen probatione non indiget 1. c. 5. nu. 131.

Conſuetudine immemoriali acquiritur firmius ac potentius ius, quam per priuilegium Principis 1. c. 5. nu. 132.

Ad Conſuetudinem introducendam de iure ciuili ſufficit tempus decem annorũ, ibid. n. 133. fallit in regalibus cõtra ſupre-

Digitized by Google

mum Principem acquirendis, num.*136*.

In conſuetudine diurnitas appellatur longa conſuetudo, ibid.nu.*134*.

Conſuetudo vt introducatur, maioris partis populi conſenſum accedere, & actus conſuetudinis in eius notitiam veniſſe, vel ab ea profectos eſſe ſufficit, 2.c.7.nu.*83*.

A Conſuetudine immemoriali ad ſtatutum non poſſe argui, nec in ea locum habere, quod alias paribus paſſibus ambulare dicuntur.2.c.14.nu.*44*.

Conſuetudines, quibus pœna publicationis bonorum introducta eſt, quatenus per conſtitutionem criminalem Caroli V. damnentur & caſſentur, 2.c.12.nu.*95*.

Conſuetudinem, qui vaſa vini vel cereuiſiæ aperiuntur, & inde vectigal ſumitur, non valere 2.c.6.nu.*81*.

Conſuetudo an valeat vt priuatus à Principe deputatus in alieno fundo ita metalla fodere queat, ne domino ratione intereſſe vel damni aliquid præſtet 2.c.16. nu.*77*.

Conſuetudines, quibus regalia habentes naufragiorum compendia ſibi vindicant, à Friderico I. & Carolo V. damnantur & caſſantur 2.c.3.nu.*93*.

Continentia cauſæ eſt in poſſeſſorio & petitorio, eaque diuidi non debet, 1. c. 8. nu.*35*.

Copula vt ob materiam ſubiectam vim & naturam disiunctiuæ induat, non eſt rarum 2.c.6.nu.*58*.

Creditor ita fructus percipit, vt in ſortem imputentur, 2.c.21. nu.*54*.

In Criminalibus appellationis beneficium tam eſt fauorabile, vt tertio etiam reo inuito appellare permiſſum ſit 2. c. 7. num. *27*.

Criminis vel damnationis capitalis veniam alicui dare eſt de regalibus, & quidem maioribus, 1.c.2.nu.*17*.

Culpa lata dolo æquiparatur, 2. c. 6. nu.*189*.

Cumulari non poteſt poſſeſſorium retinendæ cum petitorio in rebus corporalibus, 1.c.7.nu.*33*. *ſecus ſe res habet in regalibus & alijs iuribus incorporalibus*, n.*34*.

Cumulari etiã de regalibus poteſt poſſeſſorium retinendæ & petitio pœnæ priuilegio, vno ea conceſſa ſunt, adiectæ ibid. nu.*37*.

Cumulari rei vindicatio cum actione ad exhibendum ita poteſt, vt in eadem inſtantia primum in hac, & poſtea in illa procedatur, 2.c.21.nu.*18*.

Cumulari poteſt hæreditatis petitio cũ querela inofficioſi teſtamenti tanquam præparatoria, ibid.nu.*19*.

Curſus publicos, qui hodie poſtæ, & quibus qui præſunt poſtarum magiſtri vocantur, conſtituendi & confirmandi ius de regalibus eſſe, 2.c.13.nu.*42*.

Curſui & operi publico mulctarum compendia deputari poſſunt, 2. c.8. nu.*17*.

D.

Damnum aut iniuriam alteri inferre humanæ ſocietatis vinculum non permittit, 2.c.3.nu.*49*.

Damnatorũ bona de iure tum veteri, tum nouo ad regalia pertinent, 2.c.12.n.*1*.

Damnati & proſcripti veteri & nouo iure coniunguntur, ibid.nu.*2*.

Damnatorum appellatione qui veniant? ibid.nu.*4*.

Damnatorum & proſcriptorum bona cedunt fiſco, etiamſi id ſententia non ſit expreſſum, ibid. nu.*7*.

In damnatorum ac proſcriptorum bonis collaterales fiſco præferri, contra communem Dd. ſententiam defenditur, ibid. n.*25.26.*& *27.*

In Damnatorum & proſcriptorum bonis c. vn. Quæ ſint regal. *intelligendum eſt cum reſtrictione, quæ eſt* Nouell. 134. §.fin.2.c.12.n.31.

Damnatorum bona licet fiſco non vindicentur, ſi extent aſcendentes vel deſcendentes vſque ad tertium gradum, fallit tamen in læſæ maieſtatis crimine 2.c.20.numer.*55.*

Damnati in metallum & in opus metalli differunt, eaque differentia eſt in vinculis, 2.c.16.n.11.& 12.

Damnatorum in metallum vel in opus metalli durior eſt conditio quam in opus publicum damnatorum ibidem numer.*13.*

Damnantur in opus publicum ſoli liberi homines, in metallum vero vel opus metalli etiam ſerui, ibid.n.*14.*

Damnati in opus publicum, non autem in metallum, vel opus metalli retinent libertatem ibid.n.*15.*

Defuncti necis vindicandæ cura ad ſolos mares de conſuetudine Saxonica pertinet, & quatenus id procedat, 2.c.10.numer.*25.*

Delectum militum habere & arma imponere eſt de regalibus, 2.c.1.n.*27.*

Delegatus ſummi Principis ſubdelegare poteſt. 1.c.4.n.*109.*

Delictum patris nocet filijs tantum in ijs, quæ ab eo proficiſcuntur, 2.c.20.n.60. *excepto crimine læſæ maieſtatis,* ib.nu.*61.*

Deportatio quam pœnam ad ſe trahat. 2.c.6.n.*147.*

Deportatorum bona etiam iure antiquo viſco vindicabantur, 2.c.12.n.5.

Dignitates & honores, quorum collatio ad regalia pertinet, tollere & transferre eſt de maioribus regalibus 2. cap. 5. num.25.

Doctorem creare eſt de regalib. & quidem maioribus, 1.c.2.n.*27.*

Dolus in dubio non præſumitur, 2.c.6. n.*195.*

Dolus eius, qui principaliter nocere ſtudet, & ad æmulationem quid facit, vt excludatur, naturalis ſuggerit æquitas, 2.c.5.n.50.

Dominium iure etiam gentium ſine poſſeſſionis apprehenſione non acquiritur, 2.c.21.n.*61.*

Donatione rei corporalis à Principe pluribus facta, licet poſteriori ea res ſimul tradita ſit, tamen prior præfertur, 1. c. 5. nu.*37.*

In Donatione remuneratoria ſoli donantis aſſertioni de meritis creditur, ſi libere donare poſſit, 1.c.6.n.*25.*

Donatio inter virum & vxorem, non autem inter ſponſum & ſponſam eſt prohibita, 2.c.11.n.46.

Dos quatenus in dominio mariti vel vxoris eſſe dicatur & quam varios affectus vtrumque dominium habeat, 2.c.20.n.101. & 102.

Dotis nomine marito competit rei vindicatio præter alios effectus hic enumeratos bid.n. 03.

Duces creare, aliaſq; huiuſmodi dignitates regales conferre eſt de regalibus maioribus, 1.c.2.n.*23.*

Duces alijq; Principes ſuperiorẽ recognoſcentes an habeant regalia, 1.c.4.n.*21.*

Ducum poteſtas & dignitas circa Caroli Magni tempora quanta fueris , & quomodo poſtea inde receſſum ſit, ib.n.55.

Duces aliosque Princ[illegible]s inferiores, item Comites ac Barones tantum poſſe in ſua ditione ac territorio, quantum Imperator per totum Imperium, an ſimpliciter & generaliter verum ſit, 1.c.5. nu.*121* vſque ad *130*.

Duces Germaniæ pro Regib. haberi minus recte aſſere Ruckerum ib.c.4.n.*21*.

E.

ECcleſiaſtica perſona territorium proprie non habent, *1.c.4.*n.*119*.

Eccleſiaſtici, vt alia temporalia, ſic & regalia habere poſſunt, ibid.n.*121*.

*Eccleſiaſtici ratione regalium & beneficiorum vel etiam ratione perſonæ, & ordinis eccleſiaſtici cui ſint ſubiecti? 1.*cap.*6.* num.*62*.

Electores cumprimis inter Imperij Principes regalia habere, 1.c.4.n.*28*.

*Electores ſupremam in Imperio poſt Imperatorem & Regem Romanorum dignitatem & præ alijs Imperij Principibus quā plurimas prærogatiuas habere & quænam ſint illæ?*ibid.n.*29*.

*Electores quæ, & quam varia regalia habeant ex aurea Bulla Caroli Quarti,1.c.5.*n.*8.10 11.16.& 17.*

*In Electore Saxoniæ & Brandeburgico quando & à quibus Imperatoribus regale extremæ prouocationis confirmatum fuerit,*ibidem num.*14. & an hoc alij etiam Duces Saxoniæ impetrarint,* ibidem numer.*15*.

Electores ad Rhenum extremæ prouocationis regale ex aurea Bulla ſibi competens remiſerunt, & peculiaria priuilegia de non appellando vſque ad certam ſummam ab Impp. obtinuerunt, ibidem nu. *12*.& *13*.

Electores ad Rhenum in regali monetæ hoc præcipuum habent, vt in aureorum Rhenenſium materia, pondere, & æſtimatione ad eos non minus, quam adCæſarem reſtituendum ſit, ib.d.n.*26*.

Empto fundo, & theſauro ab emptore in eo inuento, an ideo ob læſionem vltra dimidium iuſti precij remedium l.*2.* C de reſcind.vendit.*locum habeat? 2.*cap.*21* num.*44*.

*Emphytheuſis eccleſiaſtica non tranſit ad heredes extraneos,2.c.12.*n.*46*.

Emphyteuſis an & quando in confiſcationem veniat, ib.n.*47 48.49.*& *50*.

Epiſcopos tanquam Principes, Statusque Imperij regalia habere, 1. cap.4. numer.*113*.

Epiſcopatum dici ampliſſimam & excelſam dignitatem, & quomodo hoc accipiendum ſit, ib.n.120.

Epiſcopalis dignitas ſecularium Principū dignitatem antecellit, & quidē & ſecularium ad Epiſcopatū euectorū archiducali dignitate excepta poſtponitur, ſolentq́ Epiſcopi eſſe Academiarum Cancellarij ib. num.*129*.

Epiſcopis regalia competere negantem Arnoldum quendam Brixianum hæreſeos incuſatum, & ob eam cauſam in Lateranenſi concilio mille antiſtitibus præſentib. condemnatum eſſe, ibid. n.*124*.

Epiſcopos in numerum Principum Imperij à Ludouico Pio Imperatore eſſe cooptatos, ibid.n.*125*.

Iidem

Iidem non ſolum expreſſe de regalibus inueſtiri ſolent, ſed & eorum Epiſcopatus nonnunquam in inueſtituris Principatus vocantur, ibid.n.126

Epiſcoporum quidam præter regalia ſua, ſibi occaſione Epiſcopatus tanquam Principibus competentia, peculiares ſeculares Principatus & Comitatus eoque pertinentes titulos habent, ibidem numer.127.

Epiſcoporum dignitas & poteſtas in iis, quæ regalia iura, regaleſque dignitates concernunt, quantopere pedetentim creuerit, ibid.n.128.

Epiſcopi, qui ſunt Electores Imperij, dignitate & regalibus magis excellunt, ſingulareſq; prærogatiuas præ alijs Epiſcopis habent & quæ Moguntinus inter hos Electores præcipua & ſingularia habent, ibidem nu.129.

Exceptio debet eſſe de regula & ſubiecta materia, 2.c.10.n.125.

Exceptio firmat regulam in caſibus non exceptis, 1.c.5.num.87.& 2.cap.20. nu.19. fallit in iis qui exceptu non ſunt ſimiles, ibid.n.20.

Executio in bobus aratorijs & inſtrumentis ad agriculturam deputatis, ne agrorum cultura impediatur, fieri non poteſt, 2.c.14.n.176.

F

Fabricandi arma facultatem ad Principis & Imperij miniſterium habentes olim dicebantur fabricenſes, 2.c.1.n.8.

Fabricenſium olim certum erat corpus ſiue collegium, quod etiam ſchola appellabatur, ibid.n.8.

Fabricenſes qua materia ad arma vti tenebantur & quomodo creabantur Item Tyrones eorum qui ſint ib.n.12.

Fabricenſes ſtigmata vel notas publicas in brachijs impreſſas habebãt, vt internoſci & latitantes agnoſci poſſent, ibid.

Facere cuilibet licet, quod ſibi prodeſt & alteri non obeſt, 2.c.3.n.74.

Feræ beſtiæ licet ſolo ſuſtineantur, tamen ſolo non cenſentur cohærere, 2.cap.18. num.35.

In Feudis regalibus, non autem regalibus iuribus in feudum conceſſis regalis dignitas eſt, 1.c.1.n.7.

Feuda etiam non regalia ab Imperatore conferuntur, ib.n.8

Feuda regalia qui habent, quomodo appellentur ib.n.12.

In Feudorum regalium definitione non ſtricte ſolius Imperatoris, ſed & aliorum ſuperiorem non recognoſcentium plerunque ab Interpretibus mentio fieri ſolet, ib. num.21.

Feudum eſt contractus nominatus, 1.c. 7.nu.12.

In Feudis idem iudex eſt de acceſſorio, qui de principali, 1.c.8.n.15.

De Feudis Imperij omnibus regalem dignitatem annexam non habentibus Cameræ iudex eſſe poteſt, ib.n.16.vt & de regalibus in feudum datis, n.15.& 17.

De re Feudali an non ſolum in petitorio ſed & poſſeſſorio inter vaſallos dominus feudi ſit iudex, ib.n.30. & 38.

De Feudo in poſſeſſorio ordinario cõtrouerſia totaliter non dirimitur, ib.n.31.

De Feudalibus rebus iudex eſt ſolus dominus immediatus & proximus inter vaſallos, ib.n.44.

In feudalibus cauſis appellationes non fiunt

Digitized by Google

ſiunt ad alium dominum, quam immediatum, ibid. n.45.

De Feudo dominus mediatus ne quidem vaſallis conſentientibus inter eos iudex eſſe poteſt, ibid. n.47.

In feudalis iuris proceſſu regulariter & quatenus ſpeciatim aliquid aliter receptum & cautum non eſt, ordo iure communi praſcriptus tenendus eſt, ibidem nu.76.

In Feudali iure nonnulla ſingularia & à iure communi aliena reperiuntur, quæ recenſentur ibid. numer. 77. vſque ad nu. 84.

Eaq; omnia & ſimilia non minus in regalibus, quam alijs rebus in feudum conceſſis locum habent, ibid. n.84.

In feudo agnati non ſuccedunt, niſi à communi ſtipite deſcendant, 2.cap.12. numer.40.

In Feudo nouo nec frater fratri ſuccedit, ſiue eadem ſiue diuerſa inueſtitura inueſtitus ſit, ibid. n.41.

In feudo quolibet locum habet, quod ob delictum contra dominum feudi commiſſum non ſolum filij, ſed & agnati ab eo arceantur, 2.c.20.n.64.

Feuda regalia vocantur feuda vexilli pro Fahnlehn *1.c.3.*num.*7. & quam varijs alijs appellationibus deſignentur,* numer.*11.*

Feudum ſemper cenſetur conceſſum ea conditione & qualitate, vt in caſu ingratitudinis contra dominum commiſſa ad eundem reuertatur, 2.c.12.n.65.

Feudum ad agnatos, & non ad dominum, nec etiam fiſcum deuoluitur, ſi delictum in dominum non ſit commiſſum, ib. num.66.

Idq; ita etiam ſe in crimine læſæ maieſtatis habet, n.67.

Fides bona non patitur, vt idem bis exigatur, 2.c.14. nu. *160. licet bis promiſſum ſit, n.161.*

Fieri quid debuerit, non quid ab alijs factum ſit, ſpectandum eſt, 2.c.7. n.47.

Filij licet pater adhuc nihil ex bonis legalem dignitatem annexam habentibus poſſideat, tamen illius dignitatis nomen conſequuntur, 1.c.3.n.17.

Filiorum appellatione in crimine læſæ maieſtatis non tantum legitimi ſed & naturales comprehenduntur, 2.c.20.n.62.

Filiorum appellatione an & quando contineantur nepotes, ibid. nu *77.78.79.* & *80.*

*Fiſcus ab omnium vectigalium præſtationibus eſt immunis, 2.c.6.*num.102. & *c.19.*nu.*14.*

Fiſco non vindicantur bona, quæ non tranſeunt in extraneum heredem, 2.c.12. nu.*37.*

Fiſcus pro extraneo herede habetur, quatenus de aliorum bonis agitur, ibid. num.38.

Fiſco bonis confiſcatis non applicantur quæ iure ſingulari ad aliquem pertinent 2.cap.20. num. 66. verſ. Eo vero minus.

Fiſcus iure priuati vtitur, niſi ſpecialiter exceptus reperiatur, 2.c.12.n.51.

In Fiſco quod ſtatutum eſt, ad priuatum extenditur, niſi in ipſo aliud ſtatutum reperiatur, ibid. n.*52.*

*Fiſcus vt in iure feudali, ſic etiam in conſtitutionibus Imperij non autem in Pandectis, C. Inſtit. vel Nou. voce Cameræ deſignatur, 2.c.8.*n.*47.*

Fiſcus

Digitized by Google

Fiſcus à teſtatore fideicommiſſo grauatus id præſtare debet,2.c.9.n.43.

A Fiſco an præſtanda ſint fideicommiſſa vel legata quorum præſtatio heredi incumbit, ſi huius bona vacantia fiant, late diſcutitur bid.n.44.

Fiſcus ab aliquo tanquam indigno rem auferendi prudentiam omnes fructus perceptos aufert 2.c.10.n.9.

Fiſcus qui ab indigno hereditatem ob inultam necem auocauit, non tenetur vlciſci mortem defuncti,ibid.n.21.

Fiſcus lucra turpia aufert,ibidem numer.92.

Fiſci in multis locis, vbi bona indignis auferuntur,non fit mentio,& tamen perinde eſt, ac ſi expreſſe eius mentio facta eſſet,ibid.n.93.

Fiſco in pœnis mulctiſque præferuntur creditores delinquentis 2. cap. 8. nu. 82. *ſiue ſint hypothecarij, ſiue chirographarij*, nu.83.& 84.

Contra Fiſcum indigni relictis non detrahunt Falcidiam aut Trebellianicam,2.c.10.n.10.*immo nec legitimam* n. 11.

Fiſco quod indignis aufertur applicantes omnes leges in Gallijs abrogatæ ſunt ibid. n.11.

Flumina nauigabilia, & ex quibus nauigabilia fiunt,ſunt de regalibus, 2.c.3. in princ.& n.17.

Flumina quædam publica ſunt, quædam priuata,n.2.

Flumen, quod perenne eſt, publicum dicitur, ibid.nu.3. *perenne vero eſt quod ſemper fluit*,n.5.

Flumina torrentia ſunt priuata, ibid. nu. 6. *vt & manu facta nec ſemper fluentia* n.9.

Fluminis priuati definitio à Zaſio adducta refutatur,ib.n.7.

Flumen perpetuo fluens ob coarctationem,quæ fit per limites territorij, non eſt priuatum, bid.n.8.

Flumina priuata à cæteris locis priuatis non differunt,ib.n.10.

Verbum Flumen *ſimpliciter poſitum pro publico accipitur*,ib.n.11.

Fluminum publicorum quædam ſunt nauigabilia,quædam non ib.n.12.

Flumina nauigabilia ſunt, quæ natura ſunt nauigationi apta, etiamſi re ipſa & actu nunquam in ijs ſit nauigatum, ibid. num. 13.

Fluminum non nauigabilium quædam faciunt alia nauigabilia, quædam non, ib. num.14.

Flumina publica ea etiam eſſe, quæ non ſunt ſed alia faciunt nauigabilia, contra Franciſcum Marcum aſſeritur, ibidem num.15.

Flumina,quæ alia nauigabilia efficiunt, ſunt reliquis præſtantiora, nec tam facile in his, quam alijs aliquid facere permittitur,ibid.n.16.

Flumina qui indiſtincte regalibus annumerarunt,declarantur,ib.n.18.

Flumina nauigabilia & aliud nauigabile efficientia cenſentur conceſſa, quando regalia generaliter conceſſa ſunt, ibidem num.21.

Flumina ea,etiamſi vnum vel plura regalia in ſpecie exprimantur,non cenſentur ſine ſpeciali eorum mentione conceſſa, ib. num.22.

Fluminum nauigabilium aut nauigabilia efficientium alueus an & quatenus de regalibus ſit, b.n.23.

Eeeee *Flumina*

Flumina nauigabilia & nauigabile facientia, ſiue vt vniuerſa, ſiue vt ſingula ſpectentur proprietate Cæſaris *& aliorum ſuperiorem non recognoſcentium eſſe, reiecta contraria ſententia*, ibidem num. 30.& 31.

Fallit ſi conceſſione, vel præſcriptione, conſuetudineve per alios regale fluminum ſit acquiſitum, ib.n.32.

Flumina eiuſmodi, quoad vſum communem ſunt publica, ib.n.33. & 35.

In Flumine publico tria ſunt conſideranda, proprietas, iuriſdictio & vſus, ibid. num.34.

In flumine publico etiam inſula nata hodie eſt de regalibus ib.n 27.

Fluminis publici non ſolum proprietas ſed & iuriſdictio eſt eius, qui regalia habet, bid.n.35.

Fluminis publici vſum ſi quis impediat, contra eum interdictum competit, bid. num.36.

In Flumine publico nauigare cuilibet licet, nec ſi merces vehantur, cogi quis poteſt, vt hoc vel illo loco eas exponat, ibid. num.30.

In Flumine publico ædificare & deſtruere, cuilibet ſine incommodo alterius licet, ibid.n.44.

Flumine ne quis per nauigationem liberam vtatur, ne quidem per ſupremum Principem, alioſque regalia habentes ſine iuſta cauſa probiberi poteſt, ibidem num.41.

Fluminum publicorum non nauigabilium, ex quibus aliud nauigabile fit, non tanta eſt vtilitas, quanta nauigabilium, ib d.n.66.

In Fluminibus publicis nihil facere licet, quo ſtatio deterior fiat, 2.c.19.4. num.7.

Fluminis publici vſus iure gentium communis eſt 2.c.18.n.11.

Fodinarum auri & argenti, aliarumq́; minerarum ius Electores ex aurea Bulla ita habent, vt nullam etiam decimam præſtare teneantur, 1.c.5.n.8.

Idem ius Electores & Duces Saxoniæ antea etiam habuerunt ex ſingulari alio privilegio, ibid.n.9.

Fodinas auri præſtantioris & precioſioris, quam eſt in aureis Rhenanis, habentibus competit facultas cudendi Ducatos & fodinas habentes præter illas tres vel quatuor, quæ in ſingulis circulis admittuntur peculiares officinas habere poſſunt, ibid. num.25

Fodinas habentium quibus locis in iure fiat mentio, 2.c.16.n.18 *& de aliorum etiam locorum fodinis* .bid.n.19.

Præter Fodinas argenti *an aliæ etiam regalibus ſint annumerandæ*, ibid. n.20. & 23.

Fodinam ſulphuris etiam ſulphurariam, calcis calcariam, auri aurariam vocari, ibid.n.22.

In Fodinis omnibus publica vtilitas verſatur, ibid.n.24.

Fodinarum non ſolum argenti ſed & aliorum metallorum in aurea Bulla Caroli IV. fit mentio, ib.n.27.

Fodinas alias etiam quam argenti de regalibus eſſe conſuetudine Germaniæ & Dd. communi conſenſu receptum eſt, ibid. num.28.

Fodinas ſolas auri & argenti inter regalia referentes errare, bid.n.29.

Ex Fodina ferri in priuato fundo inuenta

tenta de iure Saxonico canon metallicus non penditur, licet de iure communi ſecus ſit, ibid.n.30.

Ad Fodinarum regale pertinent etiam lapides precioſi, gemmæ, & marmora, ib. num.31.

Fodinæ in publico loco inuentæ ſimpliciter ſunt de regalibus, ibid.n.32.

Fodinas priuati in ſuis fundis inuentas recte poſſident, fructumq; inde percipiunt, ib.n.34.46.& 47. *refutaturq; Matth. de Afflict*.nu.37. *id in auri & argenti fodinis non obtinere tradens.*

Fodinæ in pupilli fundo repertæ ſine decreto alienari non poſſunt, ibid.nu.35.

Fodinas recte facit vſufructuarius in fundo, cuius vſumfructum habet, ibidem num.36.

Ex Fodinis in priuato fundo repertis fiſco debetur certa portio, quæ vocatur canon metallicus, ib.n.43.& 44.

Fodinæ in priuato loco repertæ tantum reſpectu portionis fiſco ſoluendæ, quæ decima eſt, ſunt de regalibus ib. n.45.

Fodiendo in ſuo fundo vicinus meus mihi veniam aquæ præcidere poteſt, ibid. num.57.

Fodere ſi dominus fundi vel alius inuentor, poſtquam ſemel cœpit, deſinat, vel moram trahat Principem per metallarios ſuos fodere poſſe, ib.n.65.

Fodere nolente domino fundi, ſi alij cum Principe concurrant, hic illis præfertur, ibid.n.66.

In Fodiendo ſi domino fodere nolente concurrant ſoli priuati, quid ſtatuendum ſit; ſiue communionem res ferat ſiue non, ibid. n.68.

In Fodinis inuentis quam prærogatiuam fiſcus præ alijs habeat, ſi inuentor, quod ſibi debetur, vendere velit, ibidem num.71.

Fodinarum ſiue metallicarum operarum exercitium mandatis ſuis Princeps promouere, & ne ſibi, quoad decimam, fraus ſtruatur, inſpectores conſtituere poteſt, ibid.n.72.

Fodinas incultas iacere permittens earum commodo priuatur ex conſtitutione Electorali Saxonica ib.n.73. *& iure communi*, n.74.

In Fodinis conſuetudinem loci in decima ſoluenda attendendam eſſe, ib.nu.75. *& quantum temporis in ea requiratur*, n.78.& 79.

Fodinæ vt tam in priuatis, quam publicis locis inuentæ de regalibus ſint, an generali conſuetudine receptum ſit, ibidem num.76.

Fodinæ Electorib. Imperij ex aurea Bulla Caroli IV, ita competunt, vt à decima etiam immunes ſint, ib.n.80.

Fodinas ex conceſſione Imperatoris tanquam regale, ſine onere decimæ, fiſco Imperatorio ſoluendæ, habent hodie alij etiam Principes, Comites & alij, ib.n.81.

Ex Fodinis decimam præſtare tenetur etiam inueſtitus cum mero & mixto Imperio, ib. n.82. *vel cum omnibus feudi vtilitatibus*, n.83 *ſecus ſi cum ipſis fodinis inueſtitus ſit*, n.84.

In Fodinis, in feudali fundo repertis, vaſallo nec ab Imperatore, nec alio ius fodinarum & decimæ habente inueſtito, idem ius, quod dominis in fodinis in ſuo fundo priuato repertis, competit, ibidem num.88.

Fodinarum ius contra ipſum etiam Imperatorem

tatorem ita immemoriali præſcriptione acquiritur, vt nihil decimæ nomine præſtetur, ib.n.90.

Fodinarum picis etiam ſiue picariarum reditus de regalibus eſt, 2. cap. 18. num.2.

De fodinis ratione metallorum vide infr. verſicul. metallorum & aliquot ſeqq.

Fodrum inter regalia referri, 2.cap. 14.nu.2.

Fodrum vnde appelletur, ib.n.3.

Fodrum quatenus inter regalia refertur, annonam militarem ſignificat, ibid. num. 4.

Fodrum tanquam collationem annonæ militaris apud Priſcos etiam Franciæ Reges in vſu fuiſſe, ib.n.5.

Fœdera aduerſus arma & bella faciendi ius eſt de regalibus, 2.c.1.n.29.

De Fœderum licitorum vtilitate Item De variis eorum generibus remiſsiue ac in ſpecie de Anſeatico fœdere, ibid.

Fœmina ſæpe maſculorum appellatione continentur.2.c.20.n.84.

Fœmina per ſtuprum aliumue illicitum coitum cognita etiamſi per militẽ aliquid relictum ſit, tamen id ei non acquiritur, ſed fiſco 2.c.10.n.24.

Forenſes non ſunt à muneribus patrimonialib. immunes, 2.c.13.n.22.

Forenſes an & quando ad collectas teneantur, 2.c.14.nu.38 70.72.73.74. & 75.

Forenſes eo caſu, quo bona eorum oneri collectarum ſubiecta ſunt, ne quidem ſine incarceratione capi & detineri poſſunt, ibid.n.172.

Forma rei deſtructa res ipſa etiam deſtruitur, 1.c.6. n.43.

Fortilitia erigendi & cuſtodiendi ciuitateſq; muniendi ius ad regalia pertinet, 2.c.1.n.15.

Fraus, qua clam fides accommodatur, de eo, quod tacite relictum eſt, reſtituenda quomodo probetur, 2.c.10.n.34.

G

Gabellarij ac Daciarij vulgo qui dicantur? 2.c.6.n.12.

In Gallia regale etiam appellatur illud ius, quo Rex vacante ſede beneficiorum eccleſiaſticorum fructus percipit, & conferendi facultatem habet 1.c.2.n.54. *& antiquius eſt iure pontificio* n.57.

In Gallia bona vacantia 30. annis præſcribuntur ſiue ſint incorporata, ſiue non 2.c.9.n.58.

In Gallia moneta regale ideo omnibus tandem ademptum eſt, quod multi eo abuſi ſint 2.c.7.n.95.

Gallis à Rege Galliæ Carolo Nono vectigal iudiciarium olim fuit imperatum & poſtea ſublatum, 2.c.6.n.68.

Gemmatio conceſſionis efficit, vt ea præſumatur facta ex certa ſcientia 1.c.5.nu. 48. *& proprio motu*, n.51.

Generi per ſpeciem derogatur, 1.cap.5. num.73.

Generaliter & indiſtincte prolata, generaliter accipi debent, ibid. nu. 168. & c.8.nu.43.

Genus enumerationem ſpecierum ſequens reſtringendum eſt ad ſpecies pares aut minores, ibid.n.90.

Germani veteres quicquid penſitabant ſua ſponte conferre ſoliti ſunt, 2. cap.6. num.85.

Digitized by Google

In Germania Comitē præcedere Marchionem non recte à quibusdam aſſeritur, 1.c.4.nu.52.

In Germania illuſtriores & nobiliores familiæ reperiuntur, quam alijs locis, in procem. nu.2.

In Germania eſſe nonnullas dignitates regales, quæ non ſunt in alijs regionibus & regnis, ibid. nu.3.

Germania omnium metallorum, præcipue vero auri & argenti hodie eſt fertiliſſima, 2.c.16.nu.17.

Germaniæ libertas in opera exteris Principibus ad bellum locanda quomodo conſtitutione Imperij coarctata ſit, & de abuſu eius libertatis 2.c.1.nu.26.

Geſta & conceſſa per Regem Romanorum perinde valent, ac ſi ab ipſo Imperatore geſta ac conceſſa eſſent, 1.c.4. nu.10.

Glandis legendæ ius in dubio ad dominum ſyluæ, non ad ius venandi habentem pertinet, 2.c.18,nu.70.

Ad Gradum vſque decimum in bonis allodialibus etiamſi iura regalia ſunt, ſucceditur in collaterali linea, 1.c.3. nu.29.

Gradus an habeatur ratio vel potius in infinitum ſuccedatur in bonis regalem dignitatem annexam habentibus ibid. nu. 30.31.32.& 33.

Gratidiani laus 2.c.7. nu.42.

Grauato à domino immoderatis & inſolitis operis quænam remedia competant, 2.c.13.nu.53.54.55.57.62.& 64.

Guidagia & Pedagia ad vectigalia referuntur, 2.c.1.nu.13.

H.

HAſſiæ Principis laudatiſſimi Philippi dictum laudatiſſimum 2. cap. 2. num.34.

Heres non conficiens Inuentarium tenetur vltra vires hereditarias 2. cap. 9. num.46.

Heres non tenetur vlciſci necem defuncti per viam facti 2.c.10. nu.21.

Heredes quilibet captiuum teſtatorem redimere negligentes hereditate priuantur, ibid.nu.104.

Hereditatis aditio dicitur legis actio ſiue actus legitimus, 2.c.9.nu.50.

De Hereditate viuentis paciſcens ea priuatur 2.c.10.nu.89.

Hereditatis petitio an & quando in regalibus locum habeat 1. cap. 7. num. 23. & 24.

Hereditatem reſtituere rogatus & eandem per prætorem adire coactus, ea priuatur 2.c.10.nu.107.

Hereditatem per Procuratorem adire poteſt fiſcus 2.c.9. nu.48. *non autem priuatus*, nu.94.

Hereditatem aditam recte repudiat fiſcus, non autem priuatus, ibid. nu.52.& *non aditam transmittit fiſcus, non autem priuatus*, nu.53.

Hereditatum vectigal quale olim apud Romanos fuerit, quibus heredibus irrogatum, & à quo ſublatum, 2.c.6.nu.70.

Verbo Herrſchafften/*quando in conſtitutionibus Imperij ſimpliciter vſurpatur, qui comprehendi ſoleant,* 1. cap. 4. nu.41.

In Hiſpania quale vectigal ex rebus venditis ſoluatur 2.c.6.nu.79.

Homo idem diuerſis reſpectibus diuerſo iure, & diuerſis qualitatibus cenſeri, & ſic duplicem perſonam repræſentare poteſt, 1.c.4.nu.122.

Honoribus & famæ reſtituere eſt de regali-

regalibus maioribus, 1.cap.2. num.21.

Hoſtes, prædones vel alij ſi naues, plauſtra, iumenta, vel alia, ad angariarum, parangariarum, aliarumque operarum præſtationem neceſſaria, ſubditis diripiant, vel deteriora reddant, an Princeps vel alius dominus, cui ea debentur, hoc damnum reſarcire teneatur, 2.c.13.nu.79.

Hoſtes vel prædones ſi non ob priuatas ſed publicas inimicitias moti damnum rei conductæ inferant, conductor damnum reſarcire non tenetur d.nu.79.verſ.Præterea.

Hoſtium aliorumque publicorum inimicorum incurſus & impetus caſibus fortuitis annumeratur, d. nu. 79. verſ. Atque huc facit.

I.

IGnorantia facti præſumitur, 2. cap. 11. num.68.

Ignorantia facti ſi opus eſt iuramento probari poteſt, ibid.num.69 limitatur eo caſu quo factum publice eſt notum vel ſpecialis aliqua præſumptio eam alleganti aduerſatur, niſi conſtet hanc non eſſe concludentem nu. 70.

Ignorantia craſſa & ſupina in delictis non excuſat, pœna tamen in ea mitior eſt cum ordinaria ibid.nu.70.

Ignorantia ſiue error iuris non eodem loco, quo error facti haberi debet, ibid. num.71.

Ignorantia iuris in lucris non in damnis nocet, ibid. num. 76. declaratur, num.77.

Ignorantia iuris à pœna 50. aureorum non excuſat libertum ſine venia patronum in ius vocantem ibid. nu. 78. vt nec, quod ſuum eſt, alij per vim auferentem, num.79.

Ignorantia iuris fœminis in damnis & diſpendiis prodeſſe cenſetur ibid. nu. 81.

Ignorantia iuris lapſus vxorem, quæ nondum eluxit, ducens iure ciuili notatur infamia, bid.nu.80.

Immunis regulariter nemo eſt à muneribus 2.c.9. nu.17.

Immunitatis ius ob ſobolis procreationem in parente duodecim liberorum Reipubl. cauſa eſt fauorabile 2.c.14. nu.97.

Immunitatis conceſſio, ob numerum liberorum ſemel obtenta, durat, etiamſi aliquis eorum moriatur ibid.n.99. de cuius ampliationibus & limitationibus, remiſſiue, nu.102.

Imperatoris nomen licet nonnunquam in libris feudorum vſurpetur, ſæpe tamen ea appellationes, quæ Regibus competunt, ei tribuuntur, 1.c.1.nu.2. idque nonnunquam etiam in reliquo iure fit, nu.3.

Imperatores ante coronationem Papalem Reges Romanorum plerunque appellati ſunt, b d.nu.4.

Imperatoris Romani proprie ſunt regalia, ibid.nu.20. nec in vllo, quantumuis ſuperiorem alium non recognoſcēte, ſplendidius relucent, 1.c.4. nu.2.

Imperatori proprie Principis nomen competit ibid. nu. 23.

Imperator fons omnis iuriſdictionis appellatur, ibid.nu.3. & 2.c.15. num.7. omneſque dignitates & iuriſdictiones ab eo profluunt, & ad eundem refluunt, d.c. 4.nu.4. & d.c.15. nu.8. dignitatum theſauri in eo reconditi eſſe dicuntur, d. c. 4. num.5.

Impera-

Imperator magis quam alij Reges & Principes epithetis decoratur, atque inter ea cumprimis eſt & illud, quod dominus mundi, quoad protectionem & iurisdictionem, vocetur, ibid. nu. *7.*

Imperatoribus quæ epitheta olim fuerint attributa 1. c. 1. nu. *26.*

De Imperatoris maieſtate & regalibus maioribus & minoribus error Bodini late refellitur 1. c. 4. nu. *8.*

Imperatoris res licet reſpectu perſonæ & dignitatis eiusdem patrimonium ſacrum appellentur, ſunt tamen proprium & priuatũ eius patrimonium, 1. c. 1. nu. *31.*

Imperatoris priuatum patrimonium quibus appellationibus deſignetur, ibid. nu. *30.*

Imperatoris patrimonium in dubio præſumitur potius ad publicum quam ad priuatum pertinere, & quæ in ſpecie ſint res ad publicum pertinentes ibid. num. *32.*

Imperatoris res priuatæ pro libitu alienari poſſunt, & ad hæredes etiam in Principatu non ſuccedentes transferuntur. ibid. nu. *34.*

Imperator ius habet, vt in qualibet Germaniæ eccleſia vnum recipi iubeat, appellanturque collationes illæ primariæ preces 1. c. 2. nu. *56.*

Impp. quorundam turpes quæſtus in magiſtratibus & honoribus decernendis taxantur, 2. c. *15.* nu *27.*

Impp. recenſentur, qui à quæſtu illo alieniſſimi fuerunt, & ſanxerunt, ne quis per quæſtum ad dignitates admitteretur, ibid. nu. *28.*

Imperatoris Maximiliani I I. de regali moneta maieſtate regnantis digniſſima vox, 2. cap. *7.* num. *52.*

Imperator ad quæ ex capitulatione cum Electoribus facta & iuramento tenetur 1. c. 4. nu. *29.*

Incapaces non capiunt, ſed ſtatim ſubſtitutis vel coniunctis aut ab inteſtato venientibus locũ faciunt, 2. c. *10.* nu. *6.* & fin.

Incapaces deterioris conditionis ſunt quam indigni ibid. nu. *4.*

Incapacitatis tamen cauſa ſi cum indignitate concurrat, fauore eorum, ad quos incapace excluſo pertineret hæreditas, fiſcus excluditur, 2. *10.* nu. *120.*

Inceſtarum nuptiarum bona inter regalia referuntur à Friderico I. in c. num. Quæ ſint regal. *2.* c. *11.* in princ.

Idque cum reliquo etiam iure communi congruit, ibid. nu. *30.*

Inceſtæ nuptiæ quæ? ibid. nu. *2.*

Inceſtus eſt duplex iuris gentium & ciuilis, ibid. nu. *5.*

Inceſtus iuris gentium quis? ibid. nu. *6.*

Inceſtus iuris ciuilis quis? ibid. nu. *7.*

Inceſtæ nuptiæ nec matrimonij nec vllius iuſtæ coniunctionis nomen merentur, easque contrahentes vir & vxor non dicuntur, ibid. nu. *8.*

In Inceſtis nuptijs nulla cenſetur eſſe dos, nec donatio propter nuptias, nec vlla actio de ijs competit, ibid. nu. *9.*

Idem in omnibus lucris nuptialibus, quæ coniunx vnus ex alterius bonis conſequi poſſet, locum habet, nu. *10.*

Ex Inceſtis nuptijs nati non ſunt in poteſtate patris ibid. num. *11.* *& ne quidem naturalium liberorum nomen merentur,* nu *13.* & *14.*

Ob Inceſtas nuptias etiam in liberis iuſtis ex

ſtis ex alio matrimonio natis ius patriæ poteſtatis amittitur, ibid. nu. *12.*

Inceſtas nuptias contrahentes non ſuccedunt liberis ibid. nu. *15.*

Inceſtuoſi liberi non ſuccedunt parentibus, nec vllis transuerſalibus, ibid. nu. *16. ſiue ex vtroque, ſiue vno tantum parente coniunctis,* nu. *17.*

Inceſtuoſi liberi nec inter viuos, nec ex vltima voluntate patris aut matris per ſe vel interpoſitam perſonam quicquam capere poſſunt, ibid. nu. *18.*

Inceſtuoſis liberis ex parentum bonis iure ciuili denegantur quoque alimenta ib. d. nu. *19.*

Iure Canonico ſecus eſt, num. *20. idque etiam in foro ſeculari ſeruandum*, nu. *21. niſi liberi aliunde alimenta habeant, aut honeſte acquirere poſſint,* nu. *24.*

Inceſtuoſis parentibus de iure etiam ciuili alimenta à liberis ex alio matrimonio legitime natis præſtanda ſunt ibid. n. *22. & quæ ſit ratio,* nu. *23.*

Inceſtas nuptias contrahentes iure Canonico habentur pro excommunicatis ipſo iure ibid. nu. *27.*

Iure ciuili notantur infamia, nu. *26. priuantur dignitate & honeſtiores in exilium mittuntur, humiliores vero etiam inflictione verberum puniuntur,* nu. *28.*

Inceſtas nuptias contrahentium bona omnia fiſco vindicantur, ibid. nu. *30. niſi ſint liberi legitimi vel alij deſcẽdẽtes,* n. *31.*

Idque vtroque caſu ipſo iure fit nu. *36. licet ad poſſeſſionem auocandum requiratur ſententia declaratoria facti* nu. *37.*

Inceſtarum nuptiarum pœna ex quorundam ſententia etiam in nuptijs inutilibus locum habet, ibid. nu. *32. contraria tamen verior eſt & communiter approbata,* nu. *33.*

Inceſtarum nuptiarum pœna an locum habeat in nuptijs de Canonico iure inceſtis & quatenus per d. Nou. *à lege* ſi quis inceſti C. de inceſt. & inutil. nupt. *recedatur?* ibid. nu. *35.*

De Inceſtis nuptijs quomodo ſecundum reliquum ius commune reſtringi debeat, quod in c. vnic. Quæ ſint regal. *ſine diſtinctione conſtitutum eſt,* ibid. nu. *39.*

Inceſtarum nuptiarum pœna quoad publicationem bonorum ad ſponſalia de futuro eo caſu, quo nuptiæ inceſtæ forent, non eſt extendenda, ibid. nu. *41.* & *47.*

Inceſtarum nuptiarum pœna an habeat locum ſi pœnitentia ante carnalem copulam ſequatur, ibid. nu. *49.*

Inceſtus per illicitam copulam abſque nuptijs commiſſus non eadem, qua inceſtæ nuptiæ, punitur pœna ibid. nu. *53. 55. 64.* & *65.*

De Inceſtu ſine matrimonio commiſſo nulla pœna expreſſe conſtituta eſt, ibid. num. *54.*

In Inceſtu an locum habeat pœna mortis, ibid. nu. *62.* & *63.*

Ab Inceſtus pœna iuris ignorantiam excuſare communis eſt Interpretum ſententia, ibid. nu. *72. ſed à veritate aliena,* num. *73.*

Ab Inceſtus pœna fœminam ignorantia iuris ciuilis, non etiam gentium, maritum vero ne quidem ignorantia iuris ciuilis excuſat, ibid. nu. *79.*

Indictio quid ſit? 2. c. 14. nu. *8.*

Indignis quæ auferuntur, ſiunt de regalibus ex c. vnic. Quæ ſint regal. *2. c. 10.* in prin. & nu. *17.*

Idque

Idque cum reliquo iur: communi concordat ibid. n. 8.

Indignis quæ auferuntur, qualia ſint? ibid. n. 1.

Indignus quis dicatur, vt ei bona à fiſco auferantur? ibid. n. 2.

Indigni plus iuris habent, & melioris ſunt conditionis, quam incapaces, ibid. n. 4. & 5.

Indignus an & quando reddatur heres, ſi non vindicet mortem defuncti, ibid. n. 13. vſque ad nu. 20.

Indignus eſt, qui falſum teſtamentum dixit, bid. nu. 26. *modo vſque ad ſententiam perſeuerauerit*, n. 27.

Indignus non redditur in parte eius, quem nō dixit falſo heredem eſſe ſcriptum ſimiliterque etiam limitatio eſt in eo qui teſtamētum oppugnauit quaſi falſum vel nullum, quod factum eſſet à reo criminis læſæ maieſtatis, ibid. nu. 28.

Indignus eſt, qui de hereditate, aliiſve relictis incapaci reſtituendis fidem teſtatori tacite accommodauerit, ſecus ſi ſimul tacite & palam, ibid. nu. 31.

Indignus non eſt, qui de ſolo numo incapaci reſtituendo tacite fidem accommodauit, ibid. nu. 32. *reiecta contraria ſententia* nu. 33.

Indignus eſt, qui teſtamentum dicit inofficioſum, ibid. n. 35. (*modo in lite vſque ad ſententiam perſeuerauerit*, nu. 36.) *& qui in eadem cauſa contra id fuerunt teſtes*, nu. 44. *vel aduocati aut procuratores voluntarij*, nu. 45. *vel iudices, ſi ſententia per iudicem appellationis reſcindatur*, nu. 46. *ex iiſdem actis*, nu. 47.

Indignus quoq́; eſt accuſans teſtamentum etiam alio aliquo probroſo quam falſi aut inofficioſi nomine, ibid. nu. 48. *petens bonorum poſſeſſionem contra tabulas* nu. 50. *occidens teſtatorem* num. 54. *vel eius vxorem aut liberos* nu. 57. *mouens contra eum de graui delicto vel de ſtatu controuerſiam* nu. 59. *prohibens vel cogens eum teſtari*, nu. 61. *vel inducens eum ad id dolo malo*, n. 64. & 65. *declaratus per eum indignus in codicillis vel epiſtola* nu. 66. 67. 68. *præbens cauſam mortis eius per negligentiam vel culpam* nu. 70. 71. & 72. *pluresque alij, qui à fiſco vt indigni ob varias alias cauſas excluduntur, de quibus vide* nu. 73. vſque ad n. 97.

Indignis quæ auferuntur fiſco cedere regulare ius eſt, ibid. n. 94. & 96. *cuius regulæ tredecim limitationes & caſus ſpeciales adduntur, quibus non fiſco debentur, ſed priuatis* nu. 97. vſque ad nu. 121. *quibus accedit, quod ſubſtitutus cum herede inſtituto indigno concurrens in hereditate & legatarius in legato fiſco præferantur & quo caſu hoc etiam in prælegatis locum habeat* ibid. d. num. 121. & nu. 56.

Afflict. alias limitationes huc non quadrantes adducens refutatur, num. 122. & 123.

Inſula in flumine nauigabili, vel ex quo aliud nauigabile fit, nata, hodie eſt de regalibus 2. c. 3. nu. 27.

Intellectus L. argentarius. §. 1. ff. de edend. 2. c. 16. nu. 4.

L nemo. §. flumina. ff. de rer. diuiſ. 2. c. 3. n. 4. & c. 18. n. 7.

L. ſeruitutes. §. publico. ff. de ſeruit. 2. c. 3 n. 76.

L. venditor. §. ſi conſtat. ff. commun. præd. 2. c. 16. n. 42.

Fffff L. the-

L. theſaurus. ff. ad exhibend. 2. c. 21. num. 4.
L. Si quis in aliena. §. fin. ff. de acquir. rer. dom in. 2. c. 21. nu. 57.
L. 1. §. pen. & l. quod meo. §. ſi venditorem. ff. de acquir. poſſeſſ. *ibid.* nu. 66.
L. nunquam. §. 1. ff. de acqui. rer. dom. & l. peregre in fin. princ. ff. de acquir. poſſeſſ. *ibid.* nu. 65.
L. 1. ff. de contrah. empt. 2. cap. 7. num. 87.
L. ſi merces. §. culpæ. ff. locat. 2. cap. 14. nu. 79.
L. Iuris ignorantia & l. error facti. ff. de iur. & fact. ignor. 2. c. 11. num. 77.
L. oratio. ff. de ſponſal. b. 2. cap. 11. num. 48.
L. ſororis. ff. de rit. nuptiar. & l. ſi adulterium. §. inceſtum. Ad l. iul. de adulter. 2. c. 11. n. 3.
L. ſi fundi. §. aucupiorum. ff. de vſufruct. 2. c. 18. nu. 39.
L. fin. §. licet quis. ff. de publicar. 2. c. 6. nu. 194.
L. præſcriptio. ff. de vſucap. 2. c. 18. num. 9.
L. 2 ff. quorum bonorum 1. cap. 7. nu. 27. & 28.
L. 2. §. interdum. ff. ne quid in loc. pub. 1. c. 1. nu. 32.
L. 3. ff. de fluminib. 2. c. 5. n. 4.
L. quo minus. ff. de fluminib. 2. c. 3. num. 75.
L. 3. §. diuus, & l. fin. ff. de ſepulchr. violat. 2. c. 8. nu. 95.
L. ſi poſtulauerit. §. iubet lex. ff. ad l. iul. de adulter. 2. c. 12. nu. 66.
L. ſi adulterium in princ. ff. ad l. iul. de adulter. 2. cap. 11. num. 67.
L. ſi quis viduam. ff. de quæſtionib. 2. c. 11. nu. 56.
L. 3. §. pen. ff. de jur. fiſc. 2. cap. 25. num. 30.
L. ab his oneribus. §. angariarum. ff. de vacat. muner. 2. c. 13. nu. 25.
L. vlt. §. 1. ff. de munerib. & honorib. 2. c. 13. nu. 20.
L. forma. §. ſi vero. ff. de cenſib. 2. c. 14. nu. 71.
L. 2. C. de apoſtat. 2. c. 12. nu. 92.
L. rem non nouam. C. de iudic. 2. c. 15. nu. 36.
L. vlt. C. noua vectig. inſtit. non poſſ. 2. c. 6. nu. 57.
L. 2. C. de vectig. & commiſſ. 2. c. 12. nu. 91.
L. vniuerſi. *C. de vectigalib.* 2. c. 6. nu. 117.
L. omnibus. C. de vectigalib. 2. c. 6. num. 96.
L. clarum C. de auct. præſtand. 2. c. 12. nu. 67.
L. quiſquis in verb. addictis & l. vlt. C. ad l. iul. maieſt. 2. c. 20. nu. 42.
L. quiſquis. §. vxores C. ad l. jul. maieſt *ibid.* nu. 88.
L. quiſquis. §. id quod C. ad l. jul. maieſt. *ibid.* nu. 33.
L. 1. & vlt. C. de petit. bonor. ſublat. 2. c. 9. nu. 41.
L. 5. C. Theodoſ. de falſ. monet. 2. c. 7. nu. 124.
Nouell. 12. §. ſancimus. 2. cap. 11. nu. 34.
Nouel. 15. §. interim verſ. juſiurandum vero 2. c. 25. nu. 15.
Nouell. 120. §. 1. 2. c. 12. nu. 53.

c. 1. §. fin.

cap. 1. §. fin. verſ. ſi autem dixerit. Quo tempore miles, &c. 1. cap. 3. num 43.

c. 1. §. nemo retia. de pac. tenend. 2. c. 18. nu. 40. & 42.

c. quanto. de iureiur. 2. c. 7, nu. 87.

c. etſi neceſſe. de donat. inter vir. & vxor. 2. c. 11. nu. 51.

Interdictum, ne quid in loc. publ. *eſt populare, in eoque quanti actoris intereſt, condemnatio fit,* 2. c. 3. nu. *26.*

Interdictum prohibitorium in quolibet loco publico ſi quid fiat, quod in aliorum damnum redundat, locum habet, 2. cap. *3.* nu. *73.*

Interpretatio facienda eſt ſecundum ſubiectam materiam, 2. . *18.* nu. *41.*

Inuenire rem non ſolum aſpicere, ſed eam apprehendere ſignificat, nec inuenta cenſetur, niſi apprehenſa ſit, 2. c. *21.* nu. *58.*

Inuentione alterius rei, quam theſauri, dominium non acquiritur, niſi ſit res, qua pro derelicta habeatur, vel alias in nullius bonis reperiatur, 26. *21.* nu. *15.*

Inueſtitura abuſiua non transfertur poſſeßio vel dominium rerum corporalium 1. c. *7.* nu. *18. & ſic etiam bonorum dignitatem annexam habentium,* 1. c. *3.* nu. *23. ſecus eſt in regalibus* nu. *24.* & 1. c. *5.* nu. *33.* & d. c. *7.* nu. *19.*

In Inueſtitura ſecularium Principum, quod eſt vexillum, hoc in eccleſiaſticorum inueſtitura eſt ſceptrum & ſeculares tactis Euangelijs, Eccleſiaſtici vero textra pectori impoſita iurant, 1. c. *5.* nu. *32.*

Per Inueſtituram abuſiuam etiam de re corporali à Principe factam an dominium transferatur, ibid. nu. *34.* & *35.*

nueſtitus de re feudali etiamſi ea inueſtitura ſit abuſiua, tamen præciſe ad rei traditionem agere poteſt, eoque nomine condictionem ex moribus habet, 1. cap. *7.* num. *7.*

Inueſtitura abuſiua in regalibus loco traditionis eſt, ibid. nu. *8.*

Inueſtitura hac in regalibus eundem habet effectum, quem in rebus corporalibus propria, qua operatur, vt vaſallo de omnibus, ad qua præſtanda dominus tenetur, condictio ex moribus contra eum detur, ibid. nu. *99.*

In Inueſtitura de regalibus facta requiritur clauſula motus prop ij *vel* certæ ſcient æ 1. c. *3.* nu. *21. ſecus in feudis regalibus* ibid. nu. *22.*

Per Inueſtituram ſolennem vexillo interueniente conferuntur regalia feuda, non autem regalia ab ijs ſeparata, ibid. nu. *20.*

Irnerium lapſum eſſe in excipienda authent. hodie C. de inceſt. nupt. *2.* c. *15.* num. *37.* auth. inceſtas C. de inceſt. nupt. *2.* cap. *11.* num. *75.* auth. bona damnatorum C. de bon. proſcript. *2.* c. *12.* num. *23. idque aliquoties in pluribus alijs authenticis eſſe factum,* ibid. nu. *29.* & d. c. *15.* nu. *38.*

Iudæos habendi ius eſt de regalibus, & omnibus regalia habentibus Imperij conſtitutionibus conceſſum 1. c. *5.* nu. *19.*

Idem ius per peculiare etiam priuilegium haberi poteſt, ibid. nu. *20.*

Iudæos habere vetera priuilegia Cæſarea de commercijs cum Chriſtianis exercendis ib d. n. *21. & quomodo iis abutantur,* nu. *22.*

Iudæos in protectionem receptos ſi quis expellere velit, aut ad tempus receptos eo finito

finito dimittere nolit, mandata cum clauſula contra eum in Camera impetrari poſſunt, ibid. nu. *24*.

De Iudæis quid in Imperio vt eorum fraudi eo magis occurratur cautum ſit ibid. nu. *24*.

Iudex ſolus eſt Imperator de regalibus per priuilegium à ſe conceſſis, ſi contendatur de eius validitate 1. c. 8. num. *1. vel de mente & interpretatione*, num. *2. alias Camera iudex eſſe poteſt*, nu. *3. etiam inter mediate Imperio ſubiectos*, nu. *4*.

Iudex quemadmodum ſolus Imperator eſt de regali fundo 1. c. 3. nu. *41. ſic & de regalibus ei annexis 1. c. 8.* nu. *11. niſi de vno vel pluribus eorum ſeparatim controuerſia ſit* nu. *18*.

Iudex de regalibus ſeparatim ab Imperatore in feudum datis etiam Camera Imperialis eſſe poteſt, 1. c. 3. num. *42.* & c. *8.* nu. *15.* & *17*.

Iudex de regali feudo Camera eſſe poteſt, ſi tantum de parte eius contendatur, 1. c. 8. nu. *19.* & *22*.

Iudex competens an Camera ſit in ſolo poſſeſſorio de regali feudo, eique adhærentibus regalibus ibid. nu. *23. 27.* cum aliquot ſeqq.

Iudex de regali feudo & ei annexis regalibus Camera poteſt eſſe in cauſis mandatorum ſine clauſula, & omnibus alijs iudiciis ſummariis, in quibus cauſa principalis non deciditur 1. c. 8. n. *26*.

Iudex de regalibus ab inferiore in feudum conceſſis inter vaſallos ſolus eſt proximus & immediatus feudi dominus ibid. nu. *42. inter dominum & vaſallum, pares curiæ* nu. *48. niſi alter eorum pro re feudali ea habenda eſſe neget*, n. *54.* & *55*.

Iudex quis ſit & vbi de cauſa cognoſcat hodie & olim cognouerit ſi de regalibus vel alia re cum Imperatore diſceptetur & de Bodini errore, ibid. num. *51. 52.* & *53*.

Iudex de regalibus in feudum collatis, ſi controuerſia non ex iure feudali deſcendat, nec de iis vt feudo diſceptetur, eſt ordinarius inter vaſallos ibid. num. *56. item inter dominum & vaſallum* nu. *57*.

Iudex ordinarius adeundus eſt, ſi regalia in feudum collata in hæreditate contineantur, & hæreditatis petitio inſtituatur, ibid. nu. *58*.

Iudices an per compromiſſum de regalibus in feudum conceſſis per vaſallos conſtitui & coram ijs procedi poſſit, ibid. num. *60*.

Iudices priuilegiati der Außträge *recte cognoſcunt de regalibus, ſi ſint allodialia, nec priuilegio, ſed præſcriptione vel conſuetudine acquiſita* ibid. nu. *63*.

Ad eoſdem de regalibus in feudum collatis cognitio pertinet iis caſibus, quibus dominus feudi vel pares curiæ iudices eſſe non poſſunt, nec ex compromiſſo arbiter exiſtit, ibid. nu. *61*.

Iudex ordinarius ciuitatum Imperialium in prima inſtantia eſt Camera, ſiue ab immediatis ſiue à mediate Imperio ſubiectis conueniantur, niſi ex priuilegio vel longiſſimi temporis præſcriptione ſingulares iudices habeant, vbi ſimul hac in re error Iohan. Fichardi notatur 1. cap. *8.* nu. *65*.

Iudex de regalibus Camera eſſe poteſt inter Comitem, Baronem, vel nobilem, vt reum immediate, & alium mediate Imperio ſubiectum, vt actorem ibid. nu. *66*

Iudicia

Iudiciarius proceſſus qualis in regalib. ſit ſeruandus, ibid.n.75.

Iuramentum à magiſtratu de iure communi præſtandum quid contineat, 2. c.*15.* nu.*33.*

A Iuramento ad agendi effectum abſoluendi facultas ad regalia pertinet, 1. cap. *4.* num. 8. verſ. Eiuſmodi etiam eſt &c.

*Iuriſdictio per ſe eſt indiuidua, & ad plures ſucceſſores inſolidum tranſit, 1.*c.3. num.*27.*

*Iuriſdictio à ſuperiore non priuatiue ſed cumulatiue cenſetur conceſſa,1.*cap.5. numer.*55. niſi in feudum ea conceſſio facta ſit,*n.*56.*

*Iure ſuo qui vtitur nemini iniuriam inferre videtur, 2.*c.3.n 83.

Ius ſingulare contra tenorem rationis propter aliquam vtilitatem recte introducitur, 2.c *6.*n.*97.*

Ius nouum non facile ad conſequentias trahi debet, 2.c.*11.*n.*61.*

Iuris correctio in dubio vitanda, 2.cap. *16.*n.*57.*

Ius potius in aliqua re habens in plurium concurſu præfertur, b.n.*67.*

Ius vetus per nouam legem non cenſetur abrogatum, ſi in hac expreſſe eius iuris ſiue rei, de qua in ea aliquid cautum eſt, non fiat mentio, 2.c.20.n.96.

*Iura qualibet & ſic etiam regalia ſunt indiuidua & in ſolidum heredibus debentur,2.*c.3.n.*26.*

L.

*LÆſæ maieſtatis crimen committentium bona ſunt de regalibus, 1.*cap.*2.* nu.18.& 2.c.20.in princ.*& cur hoc regale ſeparetur à regali de bonis damnatorum,* d.c.*20.*n.*1.*

*Læſæ maieſtatis crimen iniuria etiam maieſtatis appellatur,*ibid.n.*2.*

*Tam etiam enorme eſt, vt dicatur primum, maximum, ſceleratiſſimum ac omnium peſſimum,*ibid.n.3.

Læſæ maieſtatis crimen quid? ibidem nu.5 & 8.*& quam varijs modis committatur,*n.9.

Læſæ maieſtatis crimen committitur etiam ob ſolum conatũ, maxime ſi deuentũ fuerit ad actum proximum, ibid.nu.10.

Læſæ maieſtatis crimen modo perduellio appellatur, modo generis nomen retinet, ib.nu.*11. confuſe tamen etiam in iure de vtroq; agitur, nec hodie diſcrimen illud ita ſtricte obſeruatur,*n.*12.*

Læſæ maieſtatis crimen committi etiã aduerſus alios quam Imperatorem, ſi ij ſuperiorem non recognoſcant, ibid.n.*14. & an idem dicendum ſit in ſuperiorem recognoſcentibus,*n.*15.16.17.*& 18. *eoque pertinet, quod dignitas, qua in ſuperiorem nõ recognoſcentibus Principibus maieſtas appellatur in inferioribus ſerenitas vel celſitudo vel eminentia vocari ſoleat* .bidem num.18.

Læſæ maieſtatis crimẽ licet contra Principes ſuperiorem recognoſcentes non committatur, nec pœna eius criminis infligantur, tamen alia leuiores locum habent, ib.n.*21.*

*Læſæ maieſtatis crimen etiam contra eos, qui Principi, in quo illud locum habet, à conſilijs ſunt, committitur,*ibidem numer.*23.*

An hoc crimen committatur in Cõſilia-

rios, ſi reſpectu ſui: non autem Principis, offendantur, & an hoc etiam in ijs qui extra aulam Imperatoris viuunt nec eius lateri adhærent locum habeat, ibidem numer.24.

Læſa maieſtatis crimen etiã in Electores Imperij committitur, ib.n.26.

Læſa maieſtatis crimen tantum ſubditos committere, ibid. n.29. *& an ac quatenus à ciuitate vel vniuerſitate committatur*, n.30.

Læſa maieſtatis criminis conſcij puniuntur, ſi non reuelent, ibid.n.31. *licet non ordinaria pœna*, nu.32. *modo ita ſciant, vt probare poſſint*, n.34.

Læſa maieſtatis crimen vaſallus, qui non eſt ſubditus, non committit, ibidem nu.36.

Læſa maieſtatis crimen committentiũ extra bona varias eſſe pœnas, ex quib. ſunt pœna gladij, ibid.n.45. *damnatio memoriæ*, nu.46. *infamia delinquentis eiuſque filiorum*, num. 47. *deletio inſignium & nominum delinquentis*, num.48. *amiſſio omnium priuilegiorum*, nu.49. *Item quod emancipationes liberorum delinquentis non ſubſiſtant*, ib. nu.50. *nec is debeat lugeri*, nu.51. *aut ſepeliri*, nu 52. *nec etiam poſſit pro eo apud Principem intercedi*, num.53.

Læſa maieſtatis criminis pœna circa bona quæ? ib.n.54.& ſeqq.

Ob læſa maieſtatis crimen rei domus deuaſtatur & ſolo æquatur, ibidem numer.56.

Læſa maieſtatis reus quicquid per vltimam voluntatem vel inter viuos agit, licet ante accuſationẽ factum ſit, nullũ eſt, ib. n.57. *etiam in manumiſſionibus*, n.58.

Ex teſtamento vel ab inteſtato nihil acquirit, numer.59. *& ſi vaſallus eſt, ob crimen contra dominium commiſſum feudum ad hunc redit, filijs & agnatis excluſis*, n.63.

Læſa maieſtatis crimine commiſſo filiabus debetur legitima portio in bonis matris teſtato vel inteſtato decedentis, ideoq; filiorum adeo non habetur ratio, vt in computatione huius legitimæ portionis filiabus debitæ filij partem non faciant nec eorum reſpectus haberi debeat, ibid.n.68. *ex paternis ne quidem dotari poteſt*, num. 70.& 71.

Ob hoc crimen non puniuntur filij adoptiui, ibid.num.72. *nec antequam illud patratum eſt, emancipati*, nu.73. *vel nati*, nu.75.&76.

In læſæ maieſtatis criminis pœnas etiam mulieres id committentes incurrũt, ib. n. 82. *non tamen earum filij*, n.83.& 86.

Læſa maieſtatis crimen committentiũ filij non priuantur inter viuos in ſe tranſlatis, ib. n.89. *nec puniuntur patre plene in integrum reſtituto*, n.91.

Ob læſa maieſtatis crimen à filio cõmiſſum pater non punitur, ib.n.97.

Ob læſa maieſtatis crimen à marito cõmiſſum dos vxoris non confiſcatur, ib.n.99 *adeo vt domus etiam demolitionem pro ea recuperanda impedire poſſit*, n.100.

Læſa maieſtatis crimine à marito commiſſo bona vxoris etiam alia, quam dos, in confiſcationem non veniunt, ibidem numer. 106.

Idem eſt in donatione propter nuptias, & lucro inde vxori debito, n. 107. *vt & in quarta vxori inopi & indotatæ ex bonis mariti competente*, ib.n.108.

In

Digitized by Google

In læſæ maieſtatis crimine propter eius enormitatem varia & multa eſſe ſingularia & quænam ſint illa, ib.n.111.

In hoc crimine, ſingulariter à iudicibus obſeruandum eſt, vt tam in eo, quam in alijs, ſtricta fiat interpretatio, benigniorq́; ſententia præferatur, ib.n.112.

In eodem crimine cauendum eſt, ne inter eius ſingularia & hoc referatur, quod ob enormitatem extenſio fieri debeat, ib. num. 113.

Legitima liberis iura naturæ deberi dicitur, 2.c.12.n.21.

Legitima liberorum ſtatuto vel conſuetudine ne quidem ex certa & probabili cauſa tolli poteſt, ſecundum communiorem, æquiorem, & in Camera Imperiali multoties approbatam ſententiam, ibid. num.22.

Legitimare ſpurios eſt de regalibus & quidem maioribus 1.c.2.n.20.

Legitimatum generaliter ad feuda per reſcriptum Principis ſuccedere in ijs, niſi ſint regalia feuda, 1.c.3.n.34. & an idem ſit in feudo regalium iurium n.35.

Legitimare ad feuda non poſſunt, Comites Palatini, niſi ex ſpeciali facultate ſibi conceſſa, 1.c.4.n.113.

Legitimãdi poteſtas Comitib. Palatinis data non extenditur ad Principum, Comitum & Baronum liberos, ib.n.114.

Leges generales condere, easq́; omnibus ac ſingulis dare, eſt de maioribus regalibus, 1.c.2.n.9.

Leges huiuſmodi interpretari eſt etiam de regalibus, & quidem maioribus d.n.9. in fin.

L. Quiſquis C. Ad l. iul. maieſt. in pœnis filijs infligendis de conſuetudine nõ obſeruatur, 2.c.20.n.93.

L. Quiſquis. §. filij. C. Ad l. iul. maieſt. an per l. Sancimus C. de pœn. ſit abrogata? ib.n.94.

Lege iulia de ambitu, in pecuniariam pœnam damnatus eam non recuperat, etiamſi in integrũ reſtituatur, 2.c.15.n.26.

Legis iul. pœna de ambitu, qua nouum aut inſolitum vectigal inſtituentes tenentur, non eſt ipſa lege iulia, ſed Seto per interpretationem expreſſa, 2.cap.6.numer.144.

Legis iul. pœna de vi publ. qualis hodie ſit, & olim fuerit? ibidem num.146. & nu.148.

Librarum auri & argenti in Pandectis rariſſime, aureorum autem & ſolidorum ſæpe & fere ſemper ſit mentio, 2.c.8.n.48. In Codice, Nouell. ac feudorum libris vt & in conſtitutionibus Imperij econtra fere tantum librarum auri, admodum raro librarum argenti ſit mentio, ibidem num.49.

Per libras auri in Imperialibus mandatis & priuilegijs mulcta & pœna exprimi ſolent, b.n.50.

Libram & pondo idem eſſe & ſic in legibus aliquoties etiam ratione diuerſarum mulctarum & pœnarum verbum pondo vſurpari ib.n.51.

De libra & marca auri & argenti æſtimatione, b.n.51.54.57.60.& 61.

Libris ſiue marcis auri in mandatis, priuilegijs, ſententijs Cameræ, aurea Bulla, & alijs conſtitutionibus Imperij adijci ſolet verbum Puri ib d. n.67. ſecus in Pandectis & alijs libris iuris ciuilis, nu. 68. & quæ ſit ratio, n.69.

Licentia gradu aliquem inſignire eſt de regalibus maioribus, 1.c.2.n.29.

Digitized by Google

M.

Magiſter ordinis Theutonici *& magiſter* Ioannitarum *an & vbi regalia habeant?* 1.c.4.n.131.

Magiſtrum ordinis Theutonici *& Ioannitarum inter eccleſiaſticos Status Imperij numerari, bonaq́ ordinis, iis ſubiecti, paſſim per totum Imperium ſita eſſe*, ibid. num.130.

Magiſtrum Theutonici *ordinis multo pinguiores fortunas & reditus habere, quam alios multos Principes Imperij*, ib. n.132. *& duplo plus etiam in collectis Imperij contribuere, quam magiſtrum Ioannitarum*, ibid.n.133.

Magiſterij liberalium artium gradu aliquem inſigniendi ius eſt de regalibus maioribus. 1.c.2.n.29.

Magiſtri monetales non prius ad munus ſuum admittuntur, quam ſi ex inquiſitione de eorum peritia, probata fide, & honeſta dimiſſione conſtiterit, 2.cap.7. num.103.

Magiſtri hi duplici iuramento conſtringuntur, ib.n.104.

Magiſtratuum creandorum poteſtas vnde apud Romanos initium ſumpſerit, 2. c.15.n.1.& 2.

Magiſtratuum conſtituendorum poteſtatem lege Regia in Imperatorem tranſlatam eſſe, ibid. num. 3. *ac referri inter regalia* n.6.*& quidem maiora*,1.c.2.n.34. & 2.c.15.n.10.

Magiſtratus confirmandi ius etiam de huiuſmodi regalibus eſt, ib. n.23. *ſicut & ius abrogandi & tollendi*, n.24.

De Magiſtratuum poteſtate Friderici II. *elegantiſſima verba*, ibidem numer.19.

Magiſtratus muneribus inhiantes à iuſtitia tramite deflectunt, ibidem numer.29.

Magiſtratus quales eſſe & qui eligi debeant, ibid.n.31.

Magiſtratuum nundinationes quam ſint pericoloſæ & noxiæ, ib.n.32.

Magiſtratus etiam minores an non ſolum ad leges reſpicere, ſed & æquitatis rationem habere debeant, ib. n.34.

Magni momenti exiſtentia digna eſſe ſpeciali nota, & quænam ſint talia. 1.c.5. num.78.

Ad Mandata ſine clauſula in Camera Imperiali obtinenda ex eius ordinat. part. 2.titul.23.*ſufficit ſolum reum immediate Imperio ſubiectum eſſe*, 2. cap. 1. numer.15.

Mandatū cū clauſula à vaſallo aduerſus dominū nimis magna & inſolita ſeruitia exigentē recte decernitur, fierique poteſt, vt tanta ſit potentia & ſæuitia domini in extorquendis ſeruitijs, vt mandata ſine clauſula locum habeant, 1.c.7.n.14.

Mandata auocatoria ſine clauſula contra eos, qui iniuſſu Imperatoris delectum militum agunt, decerni poſſunt, 2.c.1.nu. 21. & 22.

Mandata auocatoria non ſolum ad petitionem partis, ſed & ex officio recte decernuntur, ib.n.23.

Mandatis auocatorijs annecti ſolent etiam mandata de non offendendo, ibidem num.24.

Per Mandata ſine clauſula contra repreſalias etiam procedi poteſt eaque fauorabilia ſunt & non ſolum comminationem

nem biẽnii continent ſed & non facta partitione ſtatim citatio ad videndum ſe incidiſſe in eam pœnam impetrari poteſt, ib.d. num. 35.

Mandata ſine clauſula decernuntur contra communem vſum viæ vel fluminis publici prohibentes vel impedientes, 2.c.2. num.30 & c.3. num.42. *item contra cogentes aliquem ad exponendum aliquo loco merces*, d.c.3.n.40. *& eos, qui naufragium paſſos prætextu alicuius conſuetudinis ſpoliant*, ib.nu.95.

Mandata ſine clauſula inhibitoria contra ædificantes molendinum poſt prohibitionem impetrari poſſunt, 2. cap.3. numer.86.

Mandata ſine clauſula impetrari poſſunt contra eum, qui ſaluum conductum denegauit, ſi denegationem ſpoliatio ſecuta ſit, 2.c.2.n.37.

Mandata ſine clauſula contra eos locum habent, qui collectas exigendo aliove prætextu prohibent & impediunt, quo minus quis interim, donec collectas ſoluerit, vel aliud fecerit, agros colat, 2.cap.14. n. 177.

Per Mandata *ad pœnam dupli contra ſubditos, collectas Imperij non ſoluentes, quomodo in Camera Imperiali procedatur*, ib.n.180.

Mandata ſine clauſula decernuntur contra noua vectigalia inſtituentes, vel vetera augentes, 2.c.8.n.23. *item eos, qui alia moneta vel valore, quam in Imperio ſancitum eſt, pecuniam expendere & ſoluere volunt*, 2.c.7.n.140.

Mandata ſine clauſula ab eo, qui ius venandi habet, contra ipſum etiam ſyluæ dominum eam vaſtantem, impetrari poſſũt, 2.c.18.n.65.

Mandata ſine clauſula an & quando ſubditi indebitis operis grauati apud ſuperiorem obtinere poſſint, 2.c.13. n.57.58.59. & 60.

Mandata *antequam ſubditis aduerſus dominos aut magiſtratus in Camera Imperiali decernantur, his in dubio illorum narrata & petitio ſignificare ſolet cum contra ſubditum pro magiſtratu ſemper militat præſumptio* ib.n.61.

Marca auri vel argenti loco libræ hodie fit mentio in conſtitutionibus ac receſſibus Imperij, 2.cap.8.nu. 52. *vt & in Cameræ & Cæſaris mandatis, priuilegijſque Cæſareis* n. 53.

Mare & eius litora an & quatenus inter regalia referenda ſint, late diſcutitur, 2.c.3.n.98.

Mercimonia ſunt cuiuis libera, 2.c.6. nu.17

Merum & mixtum Imperium eſt de regalibus, 2.c.8.n.42.

Merum Imperium plura regalia quam vnum, complectitur ib.n.43.

Meri Imperij conceſſione ea ſola conceſſa cenſentur, quæ alias eo comprehendebuntur, b.n.44.

Metallorum varia eſſe genera & quot ſint? 2.c.16.n.6.

Metallorum Comes *peculiaris olim erat*, ib. n.7. *vt & metallorum procuratores*, ib.n.8.

Metallarij qui ſint? ib.n.9.

Metallici qui dicantur, ib.n.10.

Metalla in alijs prouincijs vberiora, in alijs rariora, in alijs nulla inueniũtur, n.17.

Metallorum omnium, præcipue vero auri & argenti Germania hodie eſt feraciſſima, ib.n.19.

Metalla reliqua non minori impendio eruuntur, quam argentum, & in illis non minus quam in hoc, legibus fiſco ius ſuum trahitur, b.n.26.

Metalli eruendi gratia fundum alienum inuito domino ingredi permiſſum eſt, ibid.nu.39. *modo, vt eruatur, publice interſit,* num.54. *& dominus fundi fodere nolit,* nu.51. *nec alius eum præuenerit,* nu.52.

Metalla fodere non licet ſub alienis adib. inuito domino, 2.c.16.n.48. *nec etiam cũ magno eius damno,* ib.n.49. *cuiuſmodi eſt læſio ſuperficiei,* n.50.

Metalla in ſuperficie fundi inuenta inuito domino inde eximi non poſſunt, ibid. nu.54.

Metalla in alieno fundo citra inueſtituram ſecundum quoſdam fodi non poſſunt, ibidem num.55. *quod improbatur,* num.56. *& quid conſuetudine obſeruetur,* nu.58.

Ex Metallis in alieno fundo repertis domino eius debetur decima, b.n.59.

Ea tamen vere non eſt decima, ſed intereſſe pro quaqua læſione fundi, n.60.

Metalli pœna non ſolum ad viros ſed & fœminas ſpectat, 2.c.16.n.16.& c.19.nu. 21. *licet crebrius leges de ea virorum meminerint,* d.n.21.

Moderatores in collectis Imperij ex æquo & bono cognoſcunt de cauſis moderationum, 2.c.14.n.149.

Debent in dubio de procedendi modo Cæſarem conſulere, & cauſam principalem ipſimet decidere, ib.n.150.

Ab eorum ſententia ad Cæſareos Commiſſarios & Status deputatos aut ab ijs ablegatos appellari poteſt, ib.n.151. *atque in hac appellatione ſummarie proceditur,* nu.152.

Molendinum in priuatis fluminibus & aquis ſine vlla authoritate Principis ædificare poſſe, 2.c.3.n.45.

Molendinum in flumine priuato vtriq; eorum, quorum illud commune eſt, ædificare licet, etiamſi vnius molendinum alteri noceat, modo id principaliter, vt ſibi proſit, faciat, b.n.48.

Molendini in ſuo fundo extruendi licẽtia fauorabilis, & diſpoſitio eam impediẽs vel prohibens, odioſa iuriſq; correctoria cẽſetur, ib.n.51.52.& 54.

Molendina extruendi licentia conceſſa hominibus alicuius territorij, porrigitur etiam ad ciuitates, pagos, collegia, & reliquas vniuerſitates illius loci ibidem numer. 53.

Molendinum quis in ſuo ædificare poteſt, etiamſi alius molendinum ſolus habuerit per immemoriale tempus vel etiam mille annos, ibidem num. [illegible] *niſi præſcriptio poſt prohibitionem ei factam ſecuta ſit,* n.56.

Molendinum in ſuo extruere eſt res meræ facultatis, b.n.58.

In Molendino vel furno domini vt ſubditi molant vel coquant, cogi non poſſunt, etiamſi id per centum & multo plurium annorum ſpatium fecerint, 2.cap.3.numer. 59.

Fallit, ſi alibi molere aut panes coquere fuerint prohibiti, ibid.num.60. *& præſcriptio ſecuta prohibitionẽ,* n.64. *ſiue tãtum maiori parti factam ſiue iudicialem ſiue extraiudicialem* n. 61 *ſiue etiam ſpecialem ſiue generalem,* n.62. *probarique à prohibente debet in ea præſcriptione 30. annos*

annos elapſos & tanto temporis ſpacio p-hibitioni obtemperatum fuiſſe.

Molendinum etiam in flumine publico extrui poteſt, ſi ſine æmulatione fiat, nec vſus deterior reddatur, nec licentia principis ſupremi vel alterius hoc regale legitime habentis opus eſt ib.n.65.

Molendina in nauibus etiam extrui poſſunt, ib.nu.67. *eaq́, loco nobilium habentur*, n.68.

Molendinum quod alas habet & vi ventorum agitur, ſine licentia ſuperioris quilibet in ſuo fundo extruere poteſt, ibid. nu. 69. *& hoc etiam inter mobilia refertur*, n.71.

Molendinum an in fluminibus nauigabilibus non accedente conſenſu regalia habentis citra alterius incommodum & publici detrimentum ædificari poſſit? ib d. num.72.

Molendini ædificatione ſemper in flumine publico nauigationem & vſum eius deteriorem reddi exiſtimantium error refutatur, ib.n.76.

Molendinum an in ſuperiore parte fluminis publici conſtrui poſſit inuito eo, qui in inferiore parte molendinum habet, ib. n.77.& 78.

Molendinum illicite ædificare quis cenſeatur? ib.n.79.

Molendina quorum impenſa commodum, quod inde percipi poteſt, excedunt, ad æmulationem ædificata cenſentur, 2.c. 3.n.83.

Molendina & alia, quæ ad æmulationẽ extruũtur, noui operis nunciationis remedio impediri poſſunt, ib.nu.85 *poſſuntque mãdata inhibitoria ſine clauſula poſt denunciationem obtineri*, n.86.

Molendina extruendi ius non eſt de regalibus, ib.n.87.

Molendinum habere non eſt iuriſdictionis, ib.n.88.

Molendinum licet ipſe dominus loci habeat, non tamen etiam aliquis ex ſubditis aliud ædificare iure communi prohibetur, ib.n.89.

Monetæ origo vnde? 2.c.7.n.1.& 3.

Moneta & numus vnde dicãtur ib. n. 2.50.& 51.

Monetæ ius Principis proprium eſt, ib. n.13. *hinc inter regalia refertur*, in princ. & n.17.

Monetæ inde etiam publicæ dicuntur, item fiſcales, ib.n.16.

Moneta inter reliqua regalia ſemper primum locum obtinuit, ib.n.22.

Monetæ ius tanti fecit Carolus Magnus, vt eam in Palatio tantum cudi voluerit, ib.n.18.

Moneta etiam Romæ tantum in æde Iunonis monetalis cudebatur, b.n.19.

Monetis olim etiam imagines Imperatorum imprimebantur, 2.c.7.n.29

Moneta, vt imagines Cæſarum referret, inclinante Imperio, ad officium Comitis ſacrarum largitionum pertinuit, ibid. num.21.

Monetæ regale oſſib. Principis inhærere à nonnullis Dd. dicitur, ib.n.23.

Monetam falſam cudentes vel etiam probant adulterantes læſæ maieſtatis rei dicuntur, ib.n.24. *quod ad conſcios criminis extenditur*, n.25.

Monetæ ius quo minus inter regalia referendum ſit, non obſtat, quod monetæ vſus ſit iuris gentium, b.n.28.

Moneta ne priuata ſed publica authori-

tate cudatur, iure gentium introductum eſt, ib.n.30.

Monetam reprobare ac tollere etiam de regalibus eſt, ib.n.31.

Monetam mutandi, certamq́; æſtimatioñe eius conſtituendi ius ad regalia pertinet, ib.n.32.

Monetarij de iure communi homines viles & humiles cenſentur, adeo vt nullo etiam dignitatis priuilegio ea conditione liberentur, b.n.33.

Monetariorũ conditio hodie non eſt vilis de generali & notoria conſuetudine Germaniæ, ib.n.34. *vt & Galliæ,* n.35.

Monetariorum liberi, an & quando hodie ipſo iure monetarij dicantur, & priuilegijs eorum gaudeant? 2.c.7.n.36.

Monetam probam reprobare vel deteriorem facere Imperatori non licet, ib. n. 37. & 41.

In moneta qualibet tria, materia ſcilicet, ſiue ipſum metallum, forma & pondus concurrere debent, ib.n.38. *& ea de monetæ ſubſtantia eſſe dicuntur,* n.39.

Monetæ probæ duo alia requiſita vltra dicta tria à Kekermanno adducta refutantur, b.n.40.

De monetæ valore in ſpecie vide infra in verbo, Valor.

Monetæ hodie in Imperio per ponderatores probantur, qui Germanica lingua Guardein *vocantur,* b.n.44.

Moneta Imperij calendis Maij & Octobris quotannis vt probetur, in Imperio cautum eſt, ib.n.45.

In numiſmatis minutis etiam habenda eſt ratio ponderis materiæ ac formæ num.46.

In Moneta materiæ bonitas & quantitas magis, quam ipſa forma ſiue character de generali conſuetudine attenditur, licet character ſummi Principis ſit, ibid. num.46.

Monetam iuſtam materiam, formam, ac pondus habentem licet nonnulli Imperatores reprobarint, tamen alij eandem in vſum reuocarunt, ib.n.48.

Moneta dicitur à monendo, quod moneat, ne quid fraudis in materia, ſigno vel pondere fiat, ib.n.51.

Monetæ legitimæ reprobatio vel mutatio quanta inferat incommoda, ib.n.53.

De moneta legitima reprobanda vel mutanda iuramentum an non ſit ſeruandum, etiamſi ſuperiorem non agnoſcens id præſtiterit, ib.n.54.

Monetam ex iuſta cauſa reprobare aut mutare Princeps non prohibetur, ibidem num.57.

Sine ea id faciens de rapina tenetur, n. 58. *violatque ius gentium & commerciorum,* n.59.

Monetæ reprobandæ aut mutandæ iuſta cauſa eſt, ſi ipſa materia monetæ vilior, vel ex communi hominum æſtimatione carior facta eſt, ibid.n.60. & 61.

Monetæ legitimæ reprobandæ vel mutandæ iuſta cauſa eſt qualibet publica vtilitas vel neceſſitas, b.n.65.

Huiuſmodi cauſa eſt, ſi Princeps indigeat auxilio pro defenſione neceſſaria, nu. 66. *vel magna pecuniæ vis pro redemptione ipſius Principis colligenda ſit.* nu.67. *vel belli neceſſitas id vrgeat,* n.68.

Monetã belli tempore etiã ex corio Princeps cudere poteſt, ib.n.69. *bello tamen finito damnũ, q; ſubditi ob huiuſmodi mutationem paſſi ſunt, reſarcire tenetur,* n.70.

Moneta

Digitized by Google

Moneta mutanda iuſta cauſa ſubeſſe etiam cenſetur, ſi aurea vel argentea numiſmata extra fines Imperij vel regni vehantur, ibid.nu.*72*.

Moneta mutatio aut reprobatio ſine conſenſu populi fieri nequit, 2. c.7. nu.*75*.

Moneta mutatio aut reprobatio cum conſenſu populi etiam ſine cauſis, alias requiſitis, fieri poteſt, ibid.nu.*76*.& *80*.

Monetam mutare poſſe Principem etiam ſine populi conſenſu, & ita communiter receptum eſſe dicens Boerius declaratur, ibid.nu.*79*.

Moneta ſi populi conſenſu reprobetur aut mutetur, non tamen id alij populo præiudicat, ibid. nu.*81*.

In Moneta reprobanda vel mutanda conſenſus maioris partis populi ſufficit, idque maxime attendēdum eſt in ijs, quæ in Imperio de monetis collectis & ſimilibus non ſolum per Imperatorem, ſed & coniunctim ab Electoribus alijs Principibus & Statibus totum Imperij populum repræſentantibus decernuntur ibid. nu.*82*.

Moneta an publicis impenſis facienda ſit, nec Princeps aliquid pro ijs detrahere poſſit, ibid.nu.*84*.*85*.*89*.

Moneta ius præter Imperatorem habent & Reges, aliique ſuperiorem non recognoſcentes, 2.c.7.n.*90*.

Idem ius ex eorum generali aut ſpeciali cōceſsione vel immemoriali præſcriptione, conſuetudineve competit etiam inferioribus, ibid. nu. *91*. *eaque ſententia vſu tum in Imperio*, nu.*92*.*tum in Galliis*, nu.*94*.*approbatur*.

Moneta regale habentes quibus elogiis ornentur? ibid.nu.*93*.

Hoc regali abutentes eo priuantur, 1.cap.6. num.*39*. & 2.cap.7 num.*95*.

In Imperio multi eo abuſi ſunt, qui tamen eo priuati non ſunt, licet interminationes crebræ diuerſis Imperij conſtitutionibus factæ ſint, ibid.nu.*96*.

Monetæ cudendæ ius in nonnullis regnis & locis omnino nulli conceditur, ibid. *95*.

Monetæ materia, pondus & æſtimatio etiam certa in Imperio præfinita eſt, ibid. nu. *98*.

Monetæ ius habentes non debent inde ſuum commodum captare, ſed eo ad Imperij ſalutem ac dignitatem vti, ibid.num. *99*.

Huius regalis abuſus & monetarum deprauatio ex officinarum multitudine prouenit, ibid.nu.*100*. *& aliis etiam cauſis*.nu. *96*.

Monetæ regale habentes illud nec alienare, nec etiam locare, vel de lucro inde percipiendo paciſci debent, ibid. nu.*105*.

In hoc regali Electorum & quorundam aliorum prærogatiua, ibid.nu.*106*.

De Moneta aurea & argentea & infecto argento quæ Electores ad Rhenum, item Saxonicus & Brandenburgicus inquirere debeant, ibid.nu.*108*.

Moneta regale non habens punitur, licet probam cudat, ibid.nu.*109*. *vel etiam reſcriptum Imperatorium de ea cudenda obtinuerit*, nu.*110*. *eaque pœna arbitraria eſt*, nu.*111*.

Ex Monetali etiam edicto de anno 1559. priuilegia de moneta cudēda ante vel poſt illud conceſſa iuxta hoc ipſum reſtringenda, & ſi illi aduerſantur caſſantur, n.*109*.

Monetam falſam cudentes παραχαράκται *vocantur, Deum, homines &*

Principem offendunt, ibid.nu.*112.* & *113.* *ius gentium lædunt*, nu.*114.* *& qua pœna plectantur*, nu.*115.*

Moneta falſæ criminis conſcij etiam puniuntur, & domus ignorantis, in qua commiſſum eſt, fiſco vindicatur, niſi dominus, quamprimum hoc ſcelus reſciuit, magiſtratui prodiderit, ibid.nu.*116.*

Monetam falſam cudentes ſine iuſſu iudicis capi poſſunt, leuiaque etiam indicia contra eos ad torturam ſufficiunt, ibid.nu.*117.* *conuicti non appellant*, nu.*26.* & *118.* *ſociusque in teſtem contra eos admittitur*, nu.*119.*

In Moneta falſum committentes an ignis pœna afficiantur, ſi ſit ſuperiorem recognoſcentium? ibid.nu.*120.*

In Moneta falſa crimine publicatio bonorum eſt abrogata per Nov.*134.* §.fin. *&* Auth. C.de bon. damnat. *vnde tamen per edictum monetale de anno 1559. & alias conſtit. Imperij in nonnullis caſibus receſſum eſt* ibid.nu.*121.*

Monetam non auream, ſed ſolam argenteam adulterantes an ignis pœna afficiantur, 2.c.7.nu.*122.123.*& *126.*

Monetam quidem cudentes ſed reprobatam, arbitrarie puniuntur, ibid.*127.* *Idem in eo, qui falſam monetam cudere conatus eſt, ſed pœnitentia ductus deſiit, locum habet*, nu.*128.*

Monetam radentes, tondentes vel tingentes iure communi, ſed liberi ſint, ad beſtias damnantur, ſi ſerui, vltimo ſupplicio afficiuntur, ſiue aurea, ſiue argentea ſit, ibid.n.*129.* *hodie arbitrio iudicis puniuntur*, nu.*130.*

Monetam alterius conflantes & in aliam conuertentes arbitrio iudicis puniuntur, ibid.numer.*131.*

In Moneta crimen committi ſcientes, ſi non indicarint, quomodo puniantur & bona poſt delationem publicata quibus debeantur? ibid.nu.*132.*

Monetam probam ſi contrahentes recipere recuſent, puniuntur, ibid.nu.*133.* *& qua pœna*, nu.*134.*

Monetam falſam expendentes qua pœna afficiantur, ibid.nu.*135.* *& quid de eo, qui per errorem peccauit, dicendum ſit?* nu.*136.*

Monetam falſam ex cauſa permutationis vel ſimili conquirentes & cum detrimento aliorum expendentes ex criminali conſtitutione Carolina comburuntur, ibid.n.*137.* *niſi dolo careant, ideoque impuberes excuſantur: & generaliter de ignorantia an & quando excuſet remiſſiue, item dolum & culpam non præſumi, quod limitatur in delictis & rebus illicitis* ibid.nu.*138.*

Monetam probam, non debito tamen valore expendentes omnibus nummis, quibus contractum eſt, priuantur, & ij magiſtratui eius loci applicantur, ibid.nu.*139.*

Monetam ob vetuſtatem à Principe reprobatam expendentes pœna extraordinaria & mitiori puniuntur, ibid.nu.*139.*

Moneta regale amittunt, qui id alienant vel etiam locant, ibid.num.*142.* *vel quorum conſenſu vel ſcientia alterius moneta ab aliquo conflatur, & in aliam vertitur*, nu.*143.*

Moneta regale habentes ſi in Imperio non comprobatam cudant, vel expendant, qua pœna afficiantur, ibid.nu.*144.*

De Monetalium magiſtrorum pœna peculiari ex Conſtitut. de anno 1570. §.der

Münz.

Digitized by Google

Müntzmeiſter aber, ibid.num.144.

Monetæ regale habentes, ſi ſingulis annis tempore probationis moneta in ſuis circulis non compareant, quas expenſas & quibus ſoluere teneantur, ibid. n.146. *vbi additur quam neceſſarij & vtiles ſint eiusmodi exploratorij de monetis quotannis habendi conuentus* ibid.nu.146.

In Moneta regale habentium pœnis notandum eſſe, quod inter eas in Conſtitut. *Imperij in ſpecie nulla corporalis reperiatur,* ibid.n.147. *vbi ſimul quoad illas perſonas quibus diuerſo reſpectu pœna præter corporalem applicantur omnium eiusmodi perſonarum ſit enumeratio,* ibid.num. 147.

De Monetis ratione auri & argenti librarum, marcarum & pondo vide ſupr. verſic. librarum & aliquot ſeqq. *& ratione aureorum auri & argenti vide* verſic. auri & aliquot ſeqq.

Mulctarum pœnarumque compendia ex c.vo. Quæ ſint regal. *ſunt de regalibus 2.f.8.* in princ.& nu.40.

Idque cum reliquo iure communi congruit, ibid.nu.40.

Mulctæ & pœna ob publicam vtilitatem, ne videlicet delicta maneant impunita, irrogantur, ibid. nu.1.

Mulctæ vocabulum origine latinum nõ eſt, ſed ab Oſcis mutuatum, ibid.nu.2.

Inter Mulctam & pœnam aliquot notabiles ſunt differentiæ, ibid.nu.3.

Mulcta differt à pœna, vt ſpecies à genere, ibid.nu.4.

Mulcta de ſola pœna pecuniaria dicitur, pœna vero etiam de capitali & quauis corporali in[...]dum vero hæc in illam & illa contra in [...]nc ob ſingularem cauſam & circumſtantiam mutatur, ibid. nu.5. & 6.

Mulcta olim in pecoribus conſiſtebat, 2.f.8.nu.7.

Mulcta non trahit ſecum infamiam, ibid.nu.8. *ſecus in pœna,* n. 9.

Mulcta eſt arbitraria, ibid.n.10. *fallit in nonnullis delictis, quibus certa mulcta legibus reperitur impoſita,* nu.11.& 14.

Mulctandi certus modus nonnullis magiſtratibus à legibus eſt præſcriptus, ibid. n.12. *vnde conſuetudine receſſum eſt,* n.13.

Mulcta ſicut regulariter non eſt certa, ſed arbitraria, ſic econtra pœna regulariter certa & à legibus definita eſſe ſolet, ibid.nu.15.

Mulcta non irrogatur, niſi in eo caſu, quo lege aliqua ſpecialis pœna non eſt præſcripta, ibid.nu.22.

Pœna vero irrogatur, quando ſpecialiter lege conſtituta eſt, & tamen arbitriũ iudicis in ea locum habet, quatenus ob circumſtantias arbitraria redditur, ib.nu.23.

Mulcta dicenda ius quibus magiſtratibus iure communi non competat? ibid. nu.24.

Mulctam incidenter ad iurisdictionis ſibi conceſſæ defenſionem dicere non prohibentur, quibus principaliter id facere prohibetur, ibid.nu.25.

Mulcta non ſolum ab Imperatoris delegato, ſed etiam eiusdem ſubdelegato imponi poteſt, ibid.nu.25.

A Mulcta ob veram contumaciam irrogata vel ſi in locum pœnæ legalis & corporalis ſucceſſerit non appellatur, ibid. n. 27. *licet alias ab ea appellari poſſit,* nu.28.

Mulcta nondum declarata anno præſcribitur, ibid.nu.37.

Digitized by Google

Mulctarum pœnarumque compendia vnus, & merum mixtumque Imperium alius eodem loco habere poteſt, ibid. nu. *45.*

Mulcta pœnaque multo grauiores reperiuntur in Codice, Nouellis, libris feudorum ac conſtitutionibus Imperij, quam in Pandectis, *2.c.8.*nu.*62.*

Mulctarum pœnarumque compendia etiam ſuperiorem recognoſcentibus ex cõceſſione, praſcriptione vel conſuetudine competere poſſunt, bid.nu.*72.*

Mulcta pœnaque ſimpliciter irrogata regulariter fiſco applicantur, ibid. n. *73. fallit ſi lex pro ea non accuſationem ſed actionem inducat*, nu.*81.*

Mulcta curſui & operi publico, excluſo fiſco, deputari poſſunt, ibid.nu.*74.*

Mulcta viſitatorum Camera Imperialis in eiusdem ſuſtentationem impenditur, ibid. nu.*76.*

Mulcta non fiſco praſtantur, ſed in alium vſum conuertuntur, ſi neceſſaria cauſa id vrgeat, ibid.nu.*77.*

Mulcta 50. librarum argenti, quas clerici ante ſententiam definitiuam fruſtratorie appellantes de iure ciuili ſoluere tenentur, non fiſco debetur, ſed pauperibus eroganda eſt, ib d.nu.*78.*

Mulcta à Camera Imperiali irrogata quanam in vſum pauperum litigatorum eroganda ſint, ibid.nu.*79.*

Mulcta Imperij reformatione politica contra blaſphemantes conſtituta, in pauperes vel dotem inopum virginum conferri debet, bid.nu.*80.*

Mulcta ſi monachus interfectus ſit, non fiſco ſed monaſterio debetur, ibid.nu.*81.*

In Mulctis pœnisque praferuntur creditores delinquentis, ibid.nu.*82. ſiue ſint hypothecarij, ſiue chirographarij*, nu.*83.* & *84.*

In Mulctis & pœnis ſi cum fiſco priuatus ob ſuam laſionem concurrat, cum eo admittitur ib d. nu. *85. etiam in priuilegijs, & mandatis pœnalibus*, nu. *86.*

Poteſt etiam prater ſuam portionem, quanti intereſt, petere nu.*87.*

Ex mulctis pœnisque vſura non debetur, ibid.num.*88. etiam Imperatori*, nu. *89.*

*Munera perſonalia qua dicantur? 2.c. 13.*nu.*21.*

A Muneribus patrimonialibus nullum priuilegium excuſat, ibid.nu.*23.*

A Muneribus patrimonialibus forenſes non ſunt immunes, ibid.nu.*22.*

*Munera extraordinaria qua ſint? 2. c. 4.*nu.*12.*

Munera extraordinaria pro neceſſitate publica indicta aquiparantur ordinarijs & realibus ad hoc, vt ab omnibus praſtentur ibid.nu.*14.*

N.

NAuſragiorum compendia paſſim regalia habentes ſibi vindicant, & in Sicilia, Anglia Italia & Gallia inter regalia referuntur, 2.c.3. nu.*91. quod iuri naturali & aquitati repugnat*, ibid. num. *92.*

Nauſragiorum compendia non tantum veteri Romano iure prohibentur, ſed etiam conſtitutione Friderici II. & criminali conſtitutione Caroli V. art. *218. ita damnantur, vt omnes contraria conſuetudines tanquam corruptela & irrationabiles, caſ-*

les, caſſentur, ibid.nu.93. idemque in d.c. 218. à Carol.V. ſtatuitur de conſuetudinibus quibus magiſtratus, ſibi in rebus furtiuis vel per rapinam ablatis ac apud furem repertis & in auriga equis & bonis eo caſu quo is currum ſubuertit & aliquis inde ex improuiſo perit dominium vendicat, ibid. nu.97.

Ex Naufragijs emolumentum quærentes, aut naufragium paſſos ſpoliantes ipſo facto ſunt excommunicati de iure canonico ibid.nu.94. & per mandata ſine clauſula contra eos procedi poteſt, nu.95.

In Naufragij cauſa tenetur iudex etiam ex officio & quidem ſummarie inquirere de omnibus, quæ à naufragio dependent, 2.c.3.nu.96.

Naufragio qui interfuerunt etiam parte non citata examinari poſſunt, ibid.nu. 97.

Nauicularij ſiue naucleri qui ſint? 2. c.6.nu.106.

Nauiculariorum certum olim erat corpus, ibid.nu.107.

Nauiculariis qui vectigal ab iis exigendo vel alia ratione negocium faceſſunt, decem libris auri mulctantur, ibid. nu.158.

Nauigationis magna emolumenta, 2. c.3.nu.37.

Nauigatio reipublicæ maxime neceſſaria eſt, ibid.nu.38.

Nauigia an & quatenus recte ex Friſingenſi inter regalia referantur, 2.cap.3. nu.19.

Neceſſitas legem non habet, & actum alias illicitum ſolet reddere licitum, 2.c.7. nu.62.& 63.

Neceſſitatis cauſa ſemper cenſetur excepta, ibid.nu.64.

Nepotes licet nonnunquam filiorum appellatione contineantur, 2.c.20.nu.77. tamen regulariter & proprie ſecus eſt, n. 78. maxime in odioſis, nu.79.

Ad Nepotes non eſſe porrigendum, quod in læſa maieſtatis crimine eſt conſtitutum de filiis, ibid.nu.80.

Nobilem creandi ius eſt de maioribus regalibus, 1.c.2.nu.36.

Nobilitatem an ſine creatione de iure communi conſequuntur in aula ſiue palatii Imperatorii Senatum aſſumpti, 2.c.15. nu.22.

Nobiles quinam habeantur præter eos, qui ex vtroque parente nobili nati ſunt, 1. c.4.nu.102.

Nobiles an & quatenus regalia habeant? 1.c.4. nu.92.93.97.98.& 99.

Nobiles Imperio immediate ſubiecti quanta prærogatiua præ aliis nobilibus gaudeant & an ſinguli vel etiam coniunctim conſiderati ſtatus Imperi dici poſſunt, ibid.nu.94.95.& 96.

Nomen regalis dignitatis vel aliud ex iuribus regalibus quis non ſortitur, licet ſecus ſit in feudis regalibus, 1.c.3.nu.12.

Nomen libertatis retinent barones, nec deſinũt appellari Freyen ac Freyherrn, etiam eo caſu, quo aliis ſubiiciuntur, & libertatem priorem ea in re amittunt, 1. c. 4.nu.71.

Nomine libertatis econtra priuantur liberi nobiles, ciuitates Imperii, quando alterius iuriſdictioni ſubiiciuntur, ibid. num.72.

Notarios creandi ius eſt de regalibus, 2.cap.15.nu.11. & quidem maioribus, nu. 14.& 1.c.2.nu.35.

Notarii dicuntur voluntariam habere

Digitized by Google

iuriſdictionem, 2.c.15 nu.12. appellanturque iudices chartularij, nu.13.

Notarij ab Imperatore vel Comite Palatino creati an vbique in Imperio & extra illud officium ſuum exercere poßint, ibid. nu.15.

De Notarios creandi abuſu, ibid. n.16. & 19 eorumque imperitia, nu. 17.

Notarius in dubio peritus & legalis eſſe præſumitur, ibid.nu.18.

Notariorum Cameræ Imperiali immatriculatorum & aliorum differentia, ibid.nu.20.

Notarij an & quãdo ad officium ſuum cogi & an huic pro arbitrio & ſine auctoritate ſummi principis renunciare poßint, ibid. nu.21.

Notariorum quam amplius ſit numerus in Rota Romana, & quot habeant ſinguli eius Rotæ auditores, d.nu.21.

Per Nouellam 134. quibus nouellis quoad publicationem bonorum non ſit derogatum? 2.c.11.nu.46.

Nouell. 134. §.fin. & inde deſumpta auth. Bona damnatorum. an locum habeat in criminibus, in quibus per veteres leges pœna publicationis bonorum expreſſe infligitur? 2.c.12.nu.32.

Nouellarum vetus Interpres aliquoties lapſus eſt, eiusque verſioni Holoandrina eſt præferenda, licet nec huic vbique ſit fidendum, ibid.nu.54.

Nouo iure vetus non cenſetur abrogatum, niſi huius, ſiue rei, de qua in eo aliquid cautum eſt, expreſſa fiat mentio, 2.c. 20.nu.96.

Nummus vnde dicatur? 2.c.7.nu.2.

Nummus aureus quãdo primum ſit percuſſus, ibid.nu.19.

Numi plumbei & ſtannei legibus Romanis omnino fuerunt reprobati, ibid.n. 11. idque etiam factum eſt in moneta aroſa, quæ videlicet plurimũ æris ad mixtum habet, nu.12.

Numos plumbeos & ſtanneos non ſolum reprobauit, ſed & omnem plumbi ac æris, item argenti & æris non autem auri & argenti mixturam prohibuit Tacitus Imperator, ibid.n .14.

Numiſmatum certa genera vt cudantur, nec alia ferire liceat, Imperij conſtitutionibus cautum eſt, 2.c.7. nu.97.

Numiſmata prohibita in Imperium importantes, vel in eo percuſſa exportantes qua pœna teneantur, ibid. nu.141.

Nundinas inſtituere eſt de regalibus, 1. c. 6. nu. 31. & quidem maioribus, 1. c. 2. nu.37. & de quibus nundinis hoc intelligendum ſit, item an eæ ſine Principis conſenſu alio transferri, & non citatis vicinis ciuitatibus concedi poßint, ib d.nu.31.

Nuptiæ inutiles quæ? 2.c.11.nu.4.

Nuptiarum prohibitionem ad ſponſalia non trahi, non eſt rarum, ibid. num. 43.

Ad Nuptias ſecundas ſi intra annum luctus tranſeat fœmina, punitur, non autem ſi tantum ſponſalia contrahat, ibid. nu.45.

In Nuptiarum pœnis in foro ſeculari ius ciuile attenditur, licet alias in cauſis matrimonialibus ius Canonicum huic præferatur, ib d.nu.52.

A Nuptiarum iure prohibitarum pœna excuſationem præbet ignorantia facti, ibid.num.65. non tantum in muliere ſed & in viro, nu.67.

De Nuptijs inceſtis vide Inceſtæ.

Ex Ob-

Digitized by Google

O.

Ex Obſeruantia ſecuta ambiguitas verborum vel actuum declarationem recipit,1.c.5.nu.108.etiamſi ſit multo breuioris temporis, quam in præſcriptione requiritur, nu.109.

Occupatione & apprehenſione opus eſt, vt in nullius bonis exiſtentia acquirantur, 2.c.21.nu.63.

Octauiarij qui dicantur in l. à legatis C.de vectigal.2.c.6.nu.64.

Octaua, quam vectigalis nomine Caius Caligula ex diurnis quæſtibus deberi voluit, leges non meminerunt, ibid. nu.75.

Odioſa & pœnalia reſtringenda ſunt, 2.c.21.nu.85.

Officialibus bona vacantia ante declarationem occupare volentibus etiam priuati, quorum intereſt, reſiſtere poſſunt, 2.c.9.nu.50.

Officinæ publicæ, in quibus arma olim fabricabantur, præcipuæ fuerunt nouendecim,2.c.1.nu.7.

Officinarum monetalium multitudo cauſa eſt abuſus & deprauationis monetarum,2.c.7.nu.100.

Officinæ monetales in ſingulis Imperij circulis quot & à quibus haberi poſſint, ibid.nu.101.& 102.

Onere vel præſtatione duplici vnius rei nomine nemo grauari debet, 2. cap. 14. nu.159.

Ad Onus & præſtationem duplicem quis obligatus eſſe cenſetur, ſi ex diuerſis cauſis aliquid præſtare teneatur, ibid. nu.162.

Operæ ſubditorum indeterminatæ (vnigemeſſene dienſte) debent ad arbitrium boni viri reduci, quia regna principatus & dominia non ad dominorum quam ſubditorum commoda inuenta ſunt, 2. cap.13. num.49.

In Operis exigendis dominorum abuſus notatur, ibid.nu.50.

Operæ inſolitæ præſumuntur metu extortæ, & ſic etiam noua conſuetudo contra antiquam de eiuſmodi operis præſumitur vi & de facto extorta, ibid. num.51. extorquens autem 50. libris auri mulctantur,nu.52.

Operis inſolitis vel indebitis ſi grauantur ſubditi, ſuperioris officium ad huiuſmodi oppreſſionem & ſæuitiam reprimendam implorare poſſunt, ibid. nu. 54. Iudexque ſine imploratione etiam, ne indebite & plus æquo onerentur, prouidere debet & tertius etiam eos etiamſi quieſcant aduerſus magiſtratum in ipſorum gratiam iuuare & ei reſiſtere poteſt, nu. 55. & quatenus hi aduerſus tale grauamen mandata ſine clauſula impetrare poſſint, nu.58.59.& 60.

Operis & ſeruitiis indebitis extra iudicialiter grauati an appellare ad ſuperiorem poſſint, ibid.nu.62.& 65.

Operas debitas præſtare recuſantes à dominis puniri & per pignorationes & arreſta ad debitam obedientiam reduci poſſunt,ibid.nu.64. fallit tamen,nu.66.

Operas extra territorium & locum habitationis ſubditi edere non tenentur, ibid.nu.68.

Operæ ruſticorum, quarum ius meminit, ab angariis & parangariis ſeparantur,2.c.13.nu.41.& 46.

Extra Operas ſolitas an & quando ſubditi caſtrum domini cuſtodire teneantur, ibid.nu.69.

Digitized by Google

Operas eaſdem, quas ad caſtrum deſtructum edere ſubditi tenebantur, ad nouum etiam alibi inſtauratum præſtare tenentur, ibid.nu.*74*.

Operas à ſubditis ſibi debitas domini non poſſunt pro libitu in pecuniariam præſtationem conuertere, ibid.nu.*75*.

Fallit ſi inter eos conuentum ſit, vel neceſſitas vrgeat & boni viri æſtimatio interueniat, nu.*76*.

Ad operas pertinentia plura vide ſupr. in verb. Angariæ & aliquot ſeqq. & *inſr.* verſ. parangaria & aliquot ſeqq.

Opiniones inter diuerſas illa præfertur, quæ vltimo loco ponitur, *2.* cap. *16.* num *64*.

P.

P*Acem à bello recedendo cum hoſte inire eſt de regalibus & quidem maioribus*, *1.*c.*2.*nu.*11.* & *2.*c.*1.*nu.*29*.

Pacis quæ commoda & eius gratia quales Conſtitutiones in Imperio promulgatæ ſint, ibid.nu.*28*.

Paciſcentes de hereditate viuentis, ea priuantur & per fiſcum excluduntur, *2.* c.*10.*nu.*89*.

Palatia Imperatoris in ciuitatibus cõſtituta in c. vnic. Quæ ſint regal. *inter regalia referuntur, idque extenditur etiam ad bombardas & alia inſtrumenta ad eorum tuitionem pertinentia* *2.*cap.*17.*in princ.& nu.*4*.

Palatium in legibus ciuilibus pro ſede Imperatoria accipitur, ibid nu.*2*.

Palatiis Principis non debent cohærere vlla priuatorum ædificia, ib.d.nu.*3*.

Palatia habere & inhabitare poſſunt, quibus hoc Princeps permiſit, ibid. nu.*5*

Palatium ex permiſſu Principis inhabitans debet in eo manere, nec liberum ei eſt, vt priuatorum domos ad inhabitandum ſibi ſuo arbitrio deligat, ibid.nu.*6*.

Palatium quam variis appellationibus deſignetur & quanti Carolus Magnus *palatium ſuum fecerit quoad rem monetalem 2.*c.*17.*nu.*10*.

Vox Palatium *nonnunquam pro palatinis in Principum conſtitutionibus accipitur*, *2.*c.*17.*nu.*14*.

Palatia cumprimis Romæ & Conſtantinopoli Imperatores habuerunt, ibid. nu.*20*.

Palatia ſua Imperatores etiam in variis Germaniæ ciuitatibus habuerunt, ibid. nu.*21. de quibus exempla adducuntur*, nu.*22.*& nu.*24*.

Ad Palatij Imperatorij reſtaurationem quæ mulcta conferri debeat, *2.*c.*8.*nu.*75*.

Palatia de quibus Fridericus in c. vn. Quæ ſint regal. *loquitur, an & quanto tempore præſcribantur*, *2.* cap. *17.* num. *26*.

De Palatinorum & ipſius etiam palatij priuilegijs partim in ſpecie partim etiam remiſſiue, ibid.nu.*2*.

Palatinorum nomen generale eſt, ibid. nu.*13*.

Palatij ſacri Comes vnde dicatur, ibid. nu.*11*.

Palatinorum Comitum ad Rhenum quanta ſit dignitas & poteſtas, ibid. nu. *15.*& *16*.

De Palatinis Comitibus abuſiuis vide Comites Palatini.

Papalis coronationis ſolennitatem aliquot Imperatores ſuperuacaneam eſſe duxerunt,

uerunt, idq; etiam decreto Ludouuici Bauari ac Electorum aliorumq; Imperij ſtatuum ſancitum eſt, 1.c.4.n.14.

Parangaria vnde ſic dicantur, 2.c.13.n.5.& 6.

Parangariæ qualia munera? ibidem num. 34.

A Parangarijs ijdem, qui & ab angarijs vocationem habent, ib.n.35.

Parangariæ raro ab angarijs ſeparantur, ibid.n.36. *ſepiſſime vero coniunguntur*, ib.n.37.

Parangariarum in Pandectis nulla fit mentio, ib.n.38.

Parangarias non eſſe mixtis muneribus annumerandas, ibidem numer. 39.

De Parangarijs vide plura in verbo Angariæ.

Paraueredi qui ſint? 2.c.13.n.8.

Paraue edi paſſim ab angarijs & parãgarijs ſeparantur, d.n.8.

Parauerédos tanquam ad publicum vſum deputatos prouinciales iure communi recipere, ijsq; ſtabula ſuis ſumptibus præbere tenentur, d.n.8.

Pares curiæ electi poſſunt cogi vt iudicent, idque per iudicem etiam ordinarium aut ſuperiorem fieri poteſt, 1. cap. 8. numer. 49.

Pares curiæ an eiuſdem omnino conditionis & qualitatis eſſe debeant cum vaſallis litigantibus, ib.n.50.

De parte idem eſt iuris, quoad partem, quod eſt de toto, quoad totum, 1.cap.8.numer.20.

Fallit ſi aliud reperitur diſpoſitum in parte, aliud in toto, ib.n.21.

Patientia in dubio à ſciente præſtita fuiſſe præſumitur, 1. cap. 5. numer.159.

Patientiam fuiſſe præſtitam eo probatur, quod non probatur contradictio, ibid. nu.160.

Peculium filij profectitium pleno iure ad patrem pertinet, 2. cap. 12. numer.74.

De Peculio caſtrenſi filiusfamil libere diſponere poteſt, in eoq; patrisfamil. loco habetur, ib.n.55.

In peculio aduentitio pater habet vſumfructum, nec filius proprietatem alienare poteſt, ib.n.63.

Peculium filij profectitium, imo & aduentitium caſtrenſe & quaſi caſtrenſe in publicationis bonorum pœnam non venit, ſed patri debetur, 2.c.20.n.98.

Pecuniæ ſignatæ materia qualis hodie ſit, & olim fuerit, 2.c.7.n.5.

Pecunia vnde ſic appellata ſit? ibidem num. 6.

Pecunia, cuius depoſitio non eſt vetus, tantum abeſt, vt pro theſauro habeatur, vt furti actio eius nomine competere poſſit, 2. c.21.n.7. & 14.

Pecunia, cuius depoſitio vetus non eſt, qui ante dominus non fuit, dominus mãſit, & adhuc eſt, ib. n. 8. *habetq; eo nomine rei vindicationem*, n.9.

Perſonarum qualitas & in concedentibus, & quibus aliquid conceditur, in dubio attendenda & ſecundum eam merito conceſſio amplianda eſt, 1.cap.5.numer. 114.

Pertinentiarum appellatione non venire regalia, 1.cap.5.num.93. vſque ad num.98.

Ob peſtis vel latronum metum aliamve neceſſi-

neceſsitatem vrgentem ſi res tranſvehantur, nec vectigal ſoluatur, non cadunt in commiſſum, 2.c.6.n.177.

Petitorium, quo regalia & alia iura incorporalia vindicantur, etiam poſſeſſori competit, 1.c.7.n.35.

Petitorium ab eodem iudice, qui in poſſeſſorio pronunciauit, determinandum eſt, 1.c.8. n.34.

Piſcationum reditus tantum, & non ipſum piſcandi ius ex c. vn. Quæ ſint reg. l. eſt de regalibus, 2.cap.18. in princ.& num.32.

Piſcationum reditum tantum de regalibus eſſe, etiam cum reliquo iure communi congruit, ib.n.37.

Piſcationum reditum conſuetum tantum de regalibus eſſe quidam aſſerunt, ib. n.8. alij negant, nu.9. & horum ſententia verior eſt, n 10.

Piſcari cuilibet in flumine publico licet, ibid. n.12.

Piſcationem alicui prohibens iniuriarum iure communi tenetur, bidem numer.13.

Piſcationem prohibere alijs non poſſunt inferiores, ibid. nu.14. niſi ex conceſſione, conſuetudine vel præſcriptione ius piſcandi habeant, n.16.

Piſcationem in fluminib. publicis Princeps etiam ſupremus ſine iuſta cauſa prohibere non poteſt, ib.n.15.

Vt piſcandi ius per præſcriptionem acquiratur, quod tempus requiratur, ib.d. num.17.

Piſcari in diuerticulo fluminis quis alium prohibere poteſt, qui in eo ſolus longo tempore piſcatus eſt, 2. cap. 18. num.18.

Piſcari quibus caſibus quis alium prohibere poſſit? b. n.20.

Piſcari recte quis prohibetur in priuato alterius flumine, ſtagno aut lacu, ibidem num. 21.

Piſcationes, aucupia & venationes iure communi eiuſdem ſunt iuris & conditionis, ibid.n.22.

Piſcationis reditus, & aucupij venationiſque commoda ſeparata ſunt, ibid. num 34.

Piſcandi ius licet iure communi de regalibus non ſit, tamen conſuetudine receſſum eſt, b.33.

Piſcandi ius & piſces comprehenduntur infeudatione., ab eo facta qui ex præſcriptione vel conceſſione flumen habet, ib. num. 30.

Piſces ſunt pars fluminis, ſtagni & lacus, & inſtar fructuum pendentium, ibid. num.28.

Fallit in piſcibus cuſtodia cauſa impoſitis, nu. 29.

Pœnæ à legibus conſtitutæ poſſunt à iudice minuendo vel etiam augendo ex cauſa alterari, 2.c.8.n.16.

Pœnas alterandi cauſæ ſunt variæ, ibidem num.17. de quibus remiſsiue, numer. 18.

A pœna legibus præſcripta ſi iudex ſine iuſta cauſa augendo vel minuendo recedat, infamiam incurrit, ibidem numer.19.

Pœnam ſine cauſa augens eandem, quam alij irrogauit, ſubit, ibidem numer.20.

Pœnam in dubio ex iuſta cauſa à iudice mutatam eſſe præſumitur, ib.21.

Pœna

Pœna à quocunque poteſt infligi, cui in ſpecie delicti executio commiſſa eſt, ibid. num. *26*.

A pœna iure communi prouocari non poteſt, ib.n.*29*.

A pœna tamen rectè prouocatur, ſi ratione circumſtantiarum facta ſit arbitraria, ibid. n.*30*. *vel à declaratione pœnæ appelletur*, n.*31*.

A pœna etiam prouocare poteſt qui ſe innocentem eſſe, nec factum pro pœnali haberi poſſe dicit, ib.n.*32*. *fallit nonnullis caſibus*, n.*33*.

Pœnæ regulariter 20. annis præſcribuntur, ib.n.*38*.

Pœnæ quibus caſibus minori quam 20. annorum ſpacio præſcribantur, ibidem num.*39*.

Pœna violatæ pacis publicæ quæ? 2.c.8. num.*63*.

Pœnæ pecuniariæ priuilegijs Cæſareis adijciuntur nonnunquam grauiſſimæ & quidem grauiores quam in mandatis Imperatoris & Cameræ Imperialis, ibidem numer. 64. & 65. *& quanta his mandatis plerunque adijci ſoleat*, nu.*66*.

Pœnæ pecuniariæ priuatorum delictorum non fiſco ſed priuatis perſonis læſis debentur, ib.n.*93*.

Idque in popularibus etiam actionibus locum habet, ſi ipſi priuati ob læſionem ſuam agant, ib.n.*91*. *niſi forte criminalibus intententur*. n.*94*.

Pœnæ ſunt odioſæ, ideoq́ reſtringendæ, 2.c.10.n.3.

Pœna quæ heredi olim ob inultam necẽ defuncti irrogabatur, hodie de conſuetudine non ſeruatur, ib.n.*24*.

Pœna regulariter ſuos tantum authores tenet, 2.c.*20*.n.*92*

Pœnitentia non habet locum, ſi iuramentum accedat actui, à quo alias pœnitendo ac reuocando recedi poſſet, 1.cap.6. num.*12*.

Poetæ in Academijs creari non poſſunt, ſed ea creatio vel ab ipſo Imperatore, vel à Comitibus Palatinis fit, ſi ſpeciatim ijs de ea re facultas data eſt, 1. cap. 2. num.*31*.

Poetica laurea aliquem donare eſt de regalibus & quidem maioribus, ibidem num.30.

Pontifex Romanus inter perſonas eccleſiaſticas, quibus regalia competunt, primas tenet, 1.c.4.n.*116*.

Pontifex Romanus non ſolum Ducatus, aliosque inferiores Principatus cum regalibus, ſed & integra regna, ijſque annexa regalia in feudum confert, ibidem num.1*17*.

Pontifex Romanus in regalibus dignitatibus & iuribus regalibus conferendis nonnunquam cum ipſo Imperatore, alijſque ſuperiorem recognoſcentibus reſpectu eiuſdem vaſalli concurrit vel non, ibidem num.118.

Populus Romanus omne Imperium & poteſtatem lege regia in Principem contulit, 2.c.*20*.n.7.

Portus quid? 2.c.4.n.1. *an & quatenus* ex l 12.tab. *appellatione domus contineatur, item de Hoſtienſi portu, & peculiari Comite portus, eoq́ qui centenarius dictus eſt*, ibid.n.*2*.

Portus quare fluminibus proxime in cap.vn. Quæ ſint regal. *ſubijciantur?* ibid. nu.*3*.

Portus ſunt publici, ib. n. 4. *& alij naturales alij artificiales pertinentque vtriq; ad hoc regale* ib. n. 9. & 10.

Ad portus reparandos & conſeruandos etiam priuilegiati tenentur, ibidem numer. 5.

In portu non minus quam in flumine publico cuilibet piſcari licet, ibidem numer. 6.

Portus à Friderico I. inter regalia referuntur, ibid. nu. 8. *quod tamen non de portu ipſo, ſed vectigali ſeu portorio, quod inde percipitur, intelligendum eſt*, num. 10. & 11.

Portorium à portu nomen habet, ibid. num. *12*.

Portorium nonnunquam vocatur illud vectigal, quod pro tranſitu per pontem pẽditur, ib. n. *13*.

Portorium quod pro tranſitu per pontem ſoluitur à Gallis Pontenage vocatur, ibid. n. 14.

Portorij quidam generaliter etiam meminerunt, ib. n. *15*.

Portitores quidam à ſcriptoribus vocentur, ib. n. *16*.

Portitores vocantur & redemptores, ibid. n. 17.

Portitores publicanorum etiam communi appellatione comprehenduntur, ib. num. *18*.

Poſſeſſio in incorporalibus ſine ſcientia ac patientia aduerſarij non acquiritur, *1. c. 5. n. 146*.

Poſſeſſoria, vti poſſidetis & recuperandæ *domino feudi non ſolum contra tertium dantur, ſed & contra vaſallum, ſi hic ſeruitia aliaue, ad quæ tenetur, in totũ vel ex parte turbando vel ſpoliando denegat*, *1. c. 7, n. 56*.

In poſſeſſorio momentaneæ poſſeſſionis lata ſententia pro mera & pura interlocutoria habenda eſt, 1. cap. 8. nu. *24*. *& de eius poſſeſſorij varijs appellationibus*, numer. *25*.

In poſſeſſorio ordinario iuris ordine ſeruato proceditur plenaq; probationes deſiderari ſolent, ib. n. 28.

In poſſeſſorio ordinario lata ſententia eſt definitiua, num. *29*. *quod declaratur*, num. 37.

In poſſeſſorijs adipiſcendæ, retinendæ & recuperandæ de Regalibus & Iuriſdictionalibus requiritur vt cum poſſeſſione titulus etiam probetur, ib. c. 7. n. 37.

De poſſeſſione lata ſententia proprietati non præiudicat, nec in ea rei iudicatæ exceptionem parit, ibidem numer. *32*. & *33*.

Prælati omnes tanquam vnius Principis vicem ſuſtinentes vnum tantũ ſuffragium in Comitijs Imperij habent, 1. cap. 4. num. 136.

Prælatorum inter Status Imperij etiam meminiſſe debuit Gailius, dum eos Status omnes enumerare voluit, ibidem num. *145*.

Præſcriptionem immemorialem, an & quando mala fides impediat & quomodo probetur 1. c. 5. n. 165.

Præſcriptio immemorialis non cenſetur excluſa, licet per legem vel ſtatutum generaliſſimis verbis præſcriptio prohibita ſit, ib. n. *142*.

Præſcriptio etiam triginta annorum per legem vel ſtatutum generaliter præſcriptionem prohibens ex communi Dd. ſententia non cenſetur excluſa, ibidem num. 143.

Præſcri-

Digitized by Google

Præſcriptio an contra ſuperioritatem ipſam & ſupremam poteſtatem Principis, vt videlicet præſcribens nemini ſubſit, locum habeat? ib.n.145.

Præſcriptio nulla ſine poſſeſſione procedit, ib.n.147.

In præſcriptione immemoriali neceſſariam non eſſe ſcientiam ac patientiam eius contra quem præſcribitur, verius & receptius eſt contra multorum Dd. ſententiam, ibidem numer. 148.149. *150.* & *151.*

Præſcriptionis immemorialis quanta ſit vis & qui effectus ib.nu. *138.139.*140.150. *151.169.* & *170.*

Præſcriptum eſſe tantum cenſetur, quantum poſſeſſum, ibid.n.*172.*& *2.* cap. *18.*n.*57.*

Præſcriptio ſtricte accipienda eſt, adeo vt etiam ſtrictiſſimi iuris eſſe dicatur, ib. nu.*173.*

Præſcriptio cenſetur eſſe odioſa & ad ſuos terminos reſtringenda eſt, ib.n.174. & *175.*

Contra præſcriptionem in dubio pronunciandum, ib.n.*176.*

*Præſcribi niſi poſt prohibitionem à præſcribente factam nequeunt, quæ ſunt meræ facultatis,*2.c.3.*n.17.*

*In præſcriptione immemoriali iuſtum etiam titulum ab Imperatore impetratũ non requiri,2.c.6.*n.*59.*

Præſcriptione 30. *annorum hereditatis petitio tollitur, 2,*c.9.n.54.

Præſcriptio quadriennij contra fiſcum in bonis vacantibus nondum incorporatis ſufficit, ib.n.55. *curritq́, ex eo die, quo vacare cœperunt,*n.*56.*

Præſcriptio illa in bonis vacantibus incorporatis vel etiam fiſco nunciatis locum non habet, ib.n.57.

*Præſumptio ſpecialis derogat generali 1.*c.*6.*n.*65.*

Præſumptio ex lapſu temporis immemorialis reſultans fortiſſima eſt, adeo vt dicatur præſumptio iuris & de iure, ibid. num.*66.*

*Præſumptiones, quibus ſcientia probatur, vnde ſumantur, 1.*c.5.r.*163.*

*Præſumitur in dubio in meliorem partem,2.*c.*3.*n.*81.*

Præſumitur quis non nocendi animo ſed ob ſuum commodum aliquid facere, 2. c.*18.* n.*64.*

*Præſumitur nemo pecuniam depoſitam vltra hominum memoriam negligere, 2.*c. *21.*n.*10.*

*Prætorij appellatione in conſtitutionib. Imperatorum quid denotetur, 2.*c.17.n.*8. & quid apud veteres prætorium appellatum ſit,* n.*9.*

Prætoria ab inhabitantibus quare non debeant deſeri, ib.n.*7.*

Primogenitus, *licet res ſit indiuidua, non tamen ſolus in ea ſuccedit, cum pro indiuiſo à pluribus recte poßideatur, 1.* c.3. nu. *28.*

Primogenitus *in feudis regalibus iure feudali ſolus ſuccedit,* ib.n.*25.*

Principem Imperij *à iuriſdictione Cameræ Imperialis eximere eſt de maioribus regalibus,1.*c.*2.*n.*13.*

Principum *quidam ita* Principatum *habent, vt ob eum ſimpliciter* Principes *appellentur,1.*c.*4.*n.*25.nec Ducis vel aliud ſpeciale regalis dignitatis nomen habeant,* ibid.n.*26.*

Principũ ſpeciale regalis dignitatis nomen

men non habentium quanta nonnullis locus ſit dignitas, ibid. n. 27.

Principum Comitum & Baronum filij etiam Status Imperij tam viuo quam defuncto patre vocantur, & ſunt, *1.* cap. *3.* num. 18.

Principes etiam inferiores non autem Comites & Barones vti ſolent voce Nos Dei gratia d. n. 18.

Princeps inferior dignitatem aliquam regalem propria authoritate alicui dare non poteſt, ſed priuilegio peculiari ad eam rem opus habet, ibid. n. 66.

Inter Principes & Status Imperij non deſunt, qui licet regalia habeant, tamen iure regali habendi Iudæos vti eoſque in ſuis territorijs ferre nolunt, 1. cap. 5. num. *23*.

Principes in Italia ſunt, qui pleniorem aliquam poteſtatem ac ſuprema etiam regalia & reſeruata ſupremi Principis ſibi arrogant & vſurpant, ibidem numer. 129.

Princeps ſupremus ſolus, non autem inferior reuocare priuilegium absq́ue cauſa poteſt, *1.* c. *6.* n. *9*.

Princeps præſcriptionem an & quando prohibendo impedire ac tollere poſſit, ibid. n. *18.* & *19*.

Princeps inter titulos iuris etiam ciuilis quæſitum ſine cauſa auferre non poteſt, ibid. n. *20*.

Principes Imperij licet ex Ordinatione Cameræ priuilegio Auſtregarum vti poſſint, *1.* c. *8.* nu. *69. tamen permiſſum ijs etiam eſt loco illarum alios ſingulares primæ inſtantiæ iudices* (beſondere außträge) *inter ſe habere*, n. *70*.

Principes in regali vectigalium quam religioſe erga ſubditos ſe gerere, & quid cauere debeant, *2.* c. *5.* n. *46*.

Principes in regali moneta nihil aliud ſunt, quam miniſtri iuris gentium, *2.* c. 7. num. *29*.

Princeps licet ob cauſam res ſubditorum auferre poſſit, tamen iuſtum precium ſoluere tenetur, ibidem nu. *71.* & *2.* c. *13.* n. 78.

Principum exempla, qui ob crimen læſæ maieſtatis à patre commiſſum noluerũt filios puniri, *2.* c. *20.* n. *94*.

Quod Princeps *virginibus aut mulieribus abuti, vel eas inuitas aut inuitis parentibus alijs matrimonio iungere poſſit, de regalibus eſſe, male quoſdam exiſtimare*; *2.* c. *11.* n. *83*.

De Principibus laudatiſſimi Haſsiæ Principis Philippi *laudatiſſimum dictum*, *2.* c. *2.* nu. *34*.

Priuatos regalia vel regalem dignitatem, bonave, quibus ea annexa eſt, habere, indignum eſt, *1.* c. *4.* num. 100. *limitatur*, n. 101. & *102*.

Priuatis perſonis, quæ Comites Palatini vocantur, ex ſingulari conceſſione ſiue delegatione ſibi facta, donec viuunt, competit eiuſmodi ius, quod ad regalia & quidem maiora etiam pertinet, ib. nu. 103. *de quibus in ſpecie*, n. *104. habentq́ue nonnulli ex illis à Cæſare & Pontifice eandem poteſtatem*, n. *105*.

Priuilegium, quo conceduntur regalia, duplicis eſt generis, nimirum lege ipſa, vel ſine ea conceſſum, *1.* c. *5.* n. *7*.

Priuilegium aureæ Bullæ non appellando quando & à quibus Imperatoribus in Saxoniæ & Brandeburgico Electore fuerit confirmatum? ibid. n. *14*.

Priui-

Priuilegium de non appellando alijs etiam Ducibus Saxoniæ indultum fuit, ibid. num.15.

Priuilegium per modum contractus impetratum in contractum tranſit, & in eo idem quod de contractu ſtatui debet, ibid. n.64.

Priuilegium etiam eo caſu quo Princeps ſe illud ſeruare, nec quicquam contra id facere velle promittit, per contractum conceſſum cenſetur, icid. n.23.

Priuilegij cauſa finali ceſſante, ſimul deficit effectus, & amittuntur regalia eo conceſſa, 1.c.6.nu.1. *limitatur*, n.2. & 2.c.14.n.101.

Priuilegium renunciatione amittitur quæ tamen quoad eius fieri poteſt reſtringenda eſt nec vnquam in dubio præſumitur, ibid.n.29.

Priuilegium an reuocari poſſit, ſi pro impetratione eius pecunia data ſit? ibid. num.6.

Priuilegium quo regalia alicui conceſſa ſunt, non ſolum ipſe concedens, ſed & eius ſucceſſor abſque cauſa reuocare poteſt, ib. num.7.

Fallit in non ſubdito, n.8.

Priuilegium reuocari non poteſt, ſi ſit ab Imperatore, adhibito etiam Ordi*num* Imperij *conſilio, datum*, ibidem numer.10.

Priuilegium reuocari non poteſt, ſi iuramento ſit firmatum, ib d.n.11.

Priuilegium de regalibus per modum contractus conceſſum reuocari nequit, 1.c.6. nu.13.

Fallit ſi magnā Imperij diminutionē & præiudicium contineat, ibid.n.14.

Priuilegium de regalibus tacite per lapſum temporis immemorialis acquiſitum reuocari non poteſt, ib.d. numer.15.

Priuilegia per Auream Bullam aliaſque Imperij conſtitutiones de regalibus data irreuocabilia ſunt, ibidem numer.21.

Priuilegium de regalibus vel alijs rebus ob merita conceſſum, an ſine cauſa reuocari poſſit, ibidem numer.23.24.25.& 26.

Priuilegium de regalibus conceſſum ne ſucceſſori quidem ijs caſibus, quibus concedenti non permittitur, reuocare licet. ſiue per electionem, ſiue iure hereditario ſucceſſerit, ibid.num.27. *limitatur*, n.28.

Priuilegij tempore finito finitum ipſum priuilegium, & ſic etiam regalia per priuilegium conceſſa, ibid.n.41.

Priuilegium ad beneplacitum concedentis conceſſum vna cum regalibus in eo conceſſis morte concedentis expirat, ibid.nu.44.

Priuilegia perdunt priuilegiati vectigal à priuilegatis exigentes, 2.cap.6. num.156.

De priuilegijs quibus regalia vel alia conceſſa ſunt, in Camera frequentiſſime ita agitur, vt pœna ijs adiecta, petatur, & citatio ad videndum ſe in eam incidiſſe impetretur, 1.c.8.n.6.

Ad priuilegij pœnam vt quis in Camera agere poſſit, quæ requirantur, ibid.nu.5.7.8.9.& 10.

Priuilegium perſonale perſonam non egreditur, 2.c.6.n.138.

Priuilegia omnia ceſſant, cum vrget neceſſitas, 2.c.13.n.32.

Priuilegio non indiget is, cui aliquid iure communi competit 2. cap. 14. num. 39.

Prohibitio generalis tantam vim habet, quoad omnes ſub illa generalitate comprehenſos, quantam ſpecialis quoad eos, quibus ſpecialis prohibitio facta eſt, 2. c.3.n.*63*.

Ex prohibitione adminiſtrationis non poteſt inferri ad amiſſionem dominij, 2.c. *20*.n.*40*.

In prohibitione alienationis idem eſt, ibid.n.4*1*.

Proſcriptorum appellatione qui comprehendantur,2.c.*12*.n.*3*.

Protectionis ius nullam iuriſdictionem tribuit, 2.c.*14*.n.*105*.

Per protectionis ius Imperator etiam tantum non conſequitur vt ordinaria alterius iuriſdictioni derogetur, ibid. numer.106.

Protectores vi & armis in clientelam receptos defendere poſſunt & tenentur, ib.n.104.

Publica tantum illa iure Romano dicuntur, quæ ſunt populi Romani, *1*.cap.4. num.89.

Publicano abſente ſi deponatur pecunia eo loco, vbi ſoluenda eſt, non habet pæna commiſſi locum, *2*. cap. *6*. num.*178*.

Publicanus ſi poſt commiſſum receperit vectigal, vel profeſſionem admiſerit, ceſſat pæna commiſſi, ibidem numer. *180*.

Si publicanus vectigal ſoluere volentem deceperit res in commiſſum non cadit, ib. num.*181*.

Q

Qualitas perſonarum & in concedentibus & in ijs, quibus aliquid conceditur, in dubio attendenda & ſecundum eam conceſſio amplianda eſt, *1*.cap.*5*. num.*114*.

Quarta vxori inopi vel indotatæ iure communi debita in locum dotis ſuccedit, & ijſdem priuilegijs gaudet, 2. cap. 20. num.*109*.

Quartam hanc vxor bonis mariti confiſcatis retinet, 2.c.*12*.n.*15*.

Querela inofficioſi teſtamenti tanquam præparatoria & petitio hereditatis cumulari poſſunt, 2.c.*21*.n.*19*.

Querelam inofficioſi teſtamenti inſtituens, & in hac ad ſententiam vſque perſeuerans in eo priuatur, 2. cap.*10*. nu. *35*. & *36*.

Quilibet iuri ſuo renunciare poteſt, *2*. c.7.n.78.

Quilibet rerum ſuarum moderator & arbiter eſt,2.c.*3*.n.*46*.& c.18.n.6*0*.*& in ijs quicquid libuerit facere poteſt, etiamſi alteri noceat*,d.c.*18*.nu.*61*. *declaratur*,ib. n.*62*.*limitatur* n.*63*.

Quinquennium ſi labatur priuſquam pæna commiſſi ob non ſolutum vectigal petatur, non poteſt poſtea ea pæna peti, *2*. cap.6.num.*186*.

R

Regalium materia vt auguſtiſſima & intricata, ſic & neceſſaria ac frequens eſt,in proœm.n.1.

Regalia

Regalia olim in Italia longo tempore fuerunt Imperatori denegata, ibid. nu. *6.* *& poſtea Principum & Iuriſconſultorum concordi ſententia Friderico I. adiudicata*, nu. *9.*

De Regalibus nulla lex vel conſtitutio illuſtrior, pluraque ex ijs complectens extat, quam Friderici I. in cap. vnic. Quæ ſint regal. ibid. nu. *5. licet non omnia ibi recenſeantur*, nu. *17.*

Regalia vt ſint, quæ olim non fuerunt, vſu introduci poteſt, ibid. nu. *18 & nonnulla ita introducta Cæſareis inueſtituris ſæpe adduntur*, nu. *19.*

Regalia nimis multa à nonnullis congeruntur, inter quæ ſunt, quæ pro regalibus non ſunt habenda, ibid. nu. *20.*

Inter Regalia & reſeruata Imperatoris non omnia, quæ ipſe poteſt ſunt referenda, ibid. nu. *21.*

De Regalibus admodum frequentes in Camera eſſe lites, ibid. nu. *26.*

Regalium appellatio à voce Regis deſcendit, *1. c. 1.* in princ. *nec in toto iure ciuili, quod feudale anteceſſit, reperitur*, ibid. nu. *5.*

Regalia ab eodem, à quo feuda regalia, nomen habent, ibid. nu. *6. licet hæc etiam ab ipſa dignitate regali, quam annexam habent, ſic nominentur*, num. *7.* & *1.* cap. *3.* nu. *8.*

Regalium definitio, *1.* c. *1.* nu. *14. & eius explicatio*, nu. *15. 20.* & *23.*

Regalia & ius ſuperioritatis hodie ſæpe confunduntur, reuera tamen & proprie differunt, atque illa abſque hoc ex conceſſione, præſcriptione vel conſuetudine habere quis poteſt, ibid. nu. *18.*

Inter Regalia & patrimonium Principis quanta ſit differentia, ibid. nu. *28. 29.* & *30.*

Regalia quam variis appellationibus deſignentur, ibid. nu. *33.*

Regalia quo ſenſu Principi deberi & propria eius eſſe dicantur, ibid. nu. *38.*

Regalia poſt mortem Imperatoris penes Imperium manent, & regulariter alienando in alium transferri non poſſunt, exceptis duobus caſibus, ibid. nu. *35.*

Regalia alia ſunt maiora alia minora, *1. c. 2.* in princ.

Regalia maiora, quid ſint, ibid. nu. *2.*

Regalia maiora quam variis aliis appellationibus à Dd. deſignentur, ibid. nu. *3. 4. 5.*

Ex Regalibus maioribus quamplurima in ſpecie enumerantur, ibid. nu. *7.* vſque ad nu. *43.*

Regalia minora quid ſint, ibid. nu. *45. & quibus aliis nominibus à Dd. appellentur*, nu. *46.*

Regalia in c. vnic. Quæ ſint regal. *enumerata non omnia ſunt minora*, ibid. nu. *47.*

Regale vnum idemque nonnunquam diuerſo reſpectu & maius & minus dici poteſt, ibid. nu. *52.*

Regalia quædam in iure noſtro expreſſe ſic nominantur, quædam non, & inter hæc ſunt multo plura, quæ maiora dici poſſunt, quam inter illa, item horum magis ſparſim in iure mentio fit, quam illorum, ibid. nu. *53.*

Regale etiam apud Gallos appellatur illud ius, quo Rex vacante ſede beneficiorum eccleſiaſticorum fructus percipit, & ea conferendi poteſtatem habet, ibid. num. *54.*

Regale idem Regi Angliæ in eccleſiis Cathedralibus regni ſui competit, nu.55.

Regale illud librorum feudalium authores non agnoſcunt, nu.58.

Inter Regalia & bona regalem dignitatem annexam habentia quanta ſit affinitas, 1.c.3.nu.1. *& quales etiam differentiæ,* ibid.nu.2.& ſeqq.

De Regalibus in libris feudorum tantum agitur ſub titulo. Quæ ſint regal. ibid. nu. 4. *de bonis regalem dignitatem annexam habentibus ſub aliis & pluribus,* nu. 3. *licet hæc multo pauciora ſint quam illa,* nu.5.

Regalia ſiue allodialia ſint, ſiue in feudum collata, ſimpliciter & nulla voce addita ſic appellantur, ibid.nu.6.

Ex Regalibus quis ſiue vnum ſiue plura habeat, regalis dignitatis vel aliud peculiare nomen non ſortitur, ibid.nu.12. *Secus in bonis regalem dignitatem annexam habentibus,* ibid.nu.13.

Regalia quare quis habeat? 1.c.1. n.26. 27.& 2.c.2.nu.39.

Regalia acquiruntur conceſſione, conſuetudine, vel præſcriptione, 1. .5.nu.1.

Regalia ab Imperatore concedi poſſe negantem, crimen læſæ maieſtatis incurrere ſecundum Ripam, ibid.nu.2.

Regalia conceduntur per priuilegium vel inueſtituram, ibid. nu. 6. *& per illud quidem ſiue lege, ſiue ſine ea datũ ſit,* n. 7.

Regalia antea per priuilegium obtenta non raro inueſtitura Cæſarea etiam inſeruntur & ſic in feudum recognoſcuntur, 1.c.5.nu.30.

Regalia etiamſi alius poſtea per veram inueſtituram à Principe nactus fuerit, tamen huic antea de illis abuſiue inueſtitus præfertur, ibid.nu.36.

In Regalium conceſſione cauſa iuſta interuenire debet, ibid.nu.38.

Regalium conceſſio per priuilegium vel inueſtituram facta clauſulam Ex certa ſcientia vel Motu proprio, requirit, 1.c.3. nu.21. & c.5. nu.39. *& alterutram ex iis adiectam eſſe ſufficit,* ibid. nu.40. *habetque vtraque eam vim vt ſub & obreptionem tollat,* ibid.nu.41. *& quid præterea hæc clauſula operetur vel non,* ibid.

In Regalium inueſtitura, quæ ea non ſeorſim, ſed vna cum regali feudo, conceduntur, huiuſmodi clauſulæ non ſunt neceſſaria, d.c.3. nu.22.d.c.5.nu.39. in fin.

Regalium conceſſio non præſumitur ex certa ſcientia facta, 1.c.5.nu.47.

Fallit ſi geminata ſit, ibid.nu.48.

Regalium conceſſio nõ præſumitur motu proprio, ſed potius ad partis poſtulationem facta, ibid.n.49. *etiamſi expreſſe adiecta ſit clauſula motus proprij, præcedente tamen partis poſtulatione,* nu.50.

Regalium conceſſio præſumitur motu proprio facta, ſi ſit geminata, ibid.nu.51. *vel ob benemerita facta,* n. 52. *vbi additur de coniungenda clauſula* plenitudinis poteſtatis *eiusque vi & quando Princeps ea vti non poſſit,* ibid.nu.52.

Regalium conceſſio cumulative facta cenſetur, ibid. nu.53. *limitatur ſi per inueſtituram fiat,* ibid.nu.57.

Regalium conceſſio ſi inueſtitura interueniat, priuatiue potius quam cumulative facta cenſetur, ibid.nu.56.

Regalium cõceſſio per priuilegium cenſetur facta priuatiue in iis, quorum vſus per concedentis vſum omnino impediretur, ibid.nu.58.

Regalium

Regalium conceſſio pro priuatiue facta habetur ſi per modum contractus facta ſit,ibid.nu.*60.*

Regalia conceduntur ſpecialiter vel generaliter,1.c.5.nu.*62.*

Regalia quomodo ſpecialiter concedi ſoleant,ibid.nu.*63.*

Regalium conceſſio ſtricte accipienda eſt,1.c.5. nu.*64.*

Regalium conceſſio ab vna ſpecie ad aliam non eſt extendenda, ibid.nu.*91.*

Regalia ſunt iura ſpecialia & à iure communi exorbitantia, ideoque eo magis reſtringenda,ibid.nu.*65.*

Regalium conceſſio ſpecialis ita fieri poteſt, vt vna ſpecies diuerſimode acquiratur, ibid. nu.*67. idque exemplis illuſtratur*,nu.*68.69.70.*& *71.*

Regalium conceſſio ſpecialiter recte ita etiam fit, vt ſimul generalis ſit, & in vno eodemque territorio ad vnum ſpecies aliqua, ad alterum vero generaliter regalia pertineant,ibid.nu.*72.*

Regalium conceſſione ſuperior poteſtas non cenſetur comprehenſa, ſed potius reſeruata,1.c.5.nu.*3.nec Princeps eam concedere & ſibi parem vel talẽ, qui impune rebellare queat conſtituere poteſt*, ib.n.*4.*

Regalium conceſſio ſic fieri non poteſt, nec in dubio interpretanda eſt, vt in graue praeiudicium ac laeſionem Imperij vergat, ibid.nu.*5.*

Regalium generali conceſſione ſi nullũ in ſpecie excipiatur, an & quaenam regalia contineantur, 1.c.5.n.*74.75.* & 2.c.*18.* nu.*54.*

Sine Regalium vlla mentione ſi generaliter facta ſit conceſſio, puta ſi generaliter caſtrum cum territorio conceſſum ſit, ea non comprehenduntur, 1.c.5.nu.*76.* & 2.c.*18.*nu.*50.*

Regalia conceſſione etiam generaliſſima non continentur,1.c.5.nu.*80.*

Regalia generali conceſſione non comprehenduntur ſi caſtrum ſit conceſſum, additis his vniuerſalibus verbis, cum omni iure, quod Princeps ibi habet niſi probetur eum regalia ibi habere,ibid.nu.*81.*

Regalia generali conceſſione continentur, ſi concedens in loco conceſſo nihil niſi regalia habeat, ibid.nu.*82. quod reſtringitur ad ſola minora & communia*, *84.*

Regalia cum caſtro, territorio, aliave re concedi ſolita generali conceſſione comprehenſa cenſeri & quantum temporis ad hoc, vt quid dicatur concedi ſolitum requiratur,ibid.nu.*86.*

Regalia etiam non nominata cenſentur tranſlata, ſi nonnullis in conceſſione enumeratis ſubijciatur clauſula generalis: De quibuſcunque vel omnibus alijs iuribus, ibid.nu.*88.*

Non tamen eo caſu veniunt expreſſis maiora, ſed tantum ſimilia vel minora, ibid.nu.*89.*

Regalia pertinentiarum appellatione non comprehenduntur,1.c.5.nu.*94.*

Regalium conceſſione, etiam generali, pertinentiae non continentur,ibid.nu.*92. 93.* & *97.*

Regalia conceſſione generali non comprehenduntur, etiamſi concedens vſus ſit his vniuerſalibus verbis: Cum omnimoda iuriſdictione, vel cum omnibus iuribus & pertinentis, ibid.nu.*95.*

Regalia an comprehendantur conceſſione generali ſi iuramentum accedat,1.c.5.nu.*101.*

Regalia

Regalia conceſſione generali, qua tale onus, quod ſine iis expediri nequit, imponitur, tranſlata cenſentur, ibid. nu.*98. ſi minora & communia ſint*, nu.*100*.

Regalia an & quatenus veniant conceſſione generali, in qua mentio plenitudinis poteſtatis *facta eſt*, ibid.*103*.

Regalia conceſſione generali an contineantur, ſi fiat verbis valde prægnantibus & geminatis, ibid.nu.*104*.

Regalia an etiam conceſſione generali contineantur ſi adiecta ſint verba: **Mit het tilgſeiten** ibid. nu.*105*.

Regalia conceſſione generali cenſentur conceſſa, quando is, cui ea conceſſio facta eſt, diu vſus eſt regalibus ſciente & patiente concedente, ibid.nu.*106*.

Regalia conceſſione generali in maxima dignitate conſtituto facta tranſlata cenſentur, *1.c.5.* nu.*1.1. limitatur*, nu.*112*.

Regalia cenſentur tranſlata conceſſione generali à Rege facta filio, nepoti, fratrive ſuo, ib.nu.*113. quod ad communia & facile concedi ſolita reſtringitur*, nu.*115*.

Regalia omnia ei, qui Rex ab Imperatore creatus eſt, conceſſa eſſe cenſentur, etiamſi nulla ſpecialis eorum fiat expreſſio, ibid. nu.*116. idque etiam ad Pontificem concedentem extenditur*, nu.*117*.

Regalia conceſſione generali an comprehendantur in eo, qui Dux vel alius Princeps creatus, aut Ducatu, vel alio Principatu, aut etiam Comitatu inueſtitus eſt, *1.c.5.*nu.*118.119.*& *120*.

In Regalibus contra ſupremum Principem acquirendis opus eſt conſuetudine immemoriali, ibid.nu.*136*.

Regalia etiam acquiri poſſint præſcriptione immemoriali, ibid.nu.*137*.

In Regalibus non ſolum minoribus ſed & maioribus præſcriptio immemorialis locum habet, *1.c.5.*nu.*144*.

In Regalium præſcriptione immemoriali non opus eſt ſcientia & patientia aduerſarij, ibid.nu.*149.150.*& *152*.

Regalia quanto tempore contra ſuperiorem recognoſcentes præſcribantur, ib. nu.*157*.

In Regalium præſcriptione contra ſuperiorem recognoſcentes ſcientia & patientia requiritur, ibid. nu.*158*.

Regalia in quorum poſſeſſione quis ſolus fuit, priuatiue per præſcriptionem acquirit, ibid.nu.*166*.

Regalia an præſcriptione tantum eo caſu priuatiue acquirantur, quo præſcribens alium vti volentem prohibuit, ibid. nu.*167*.

Regalium vna ſpecies ſi per præſcriptionem eſt acquiſita, extenſio ad aliam fieri non debet, ibid.nu.*171*.

Regalia per ſolum priuilegium conceſſa amittuntur, ſi Princeps illud reuocet, *1.* c.*6.*nu.*3. etiam ſine cauſa*, nu.*4. declaratur*, nu.*5*.

Regalia per priuilegium conceſſa amittuntur per renunciationem priuilegiati, ibid.nu.*29*.

Regalia per priuilegium conceſſa amittuntur per non vſum, ibid.num.*30*. (*niſi occaſio vtendi ſe non obtulerit*, num.*32. quantumuis mille anni effluxerint*, num. *33*.) *vel per abuſum illorum*, nu.*34. & ob magnam negligentiam ea habentis*, num. *40*.

Regalia per priuilegium conceſſa amittuntur ob enormia delicta contra Principem concedentem commiſſa, ibid. nu.*38*.

inter

Digitized by Google

inter qua cumprimis eſt crimen læſa maieſtatis, nu.*39*.

Regalia ciuitati conceſſa amittuntur, ſi ciues omnes relicta vrbe auſugiant, 1. c. *6*.nu.*53*.

Fallit ſi non diſperguntur, vt vagabundi, ſed coniunctim manent, atque ita nouam ſibi ſedem, quam inhabitent, figunt, ibid.nu.*54*.

Regalia & alia iura ciuitate deſtructa, & ſolo æquata amitti, 1.c.*6*. num.*45*. *extenditur*, nu.*47*.

Regalia aliaque iura à ciuitate reædificata an & quando recuperentur, ibid. nu.*48*.*& 49*.

Regalia aliaque iura ciuitas ſine delicto deuaſtata non amittit, ibid.nu.*50*.

Regalia non amittit ciuitas ſi chaſmate, incendio, terræ motu vel inundatione pereat, ibid.nu.*52*.

Regalia priuilegio conceſſa amittunt ſeculares Principes & alij Status Imperij in pœnam banni declarati, 1.c.*6*.nu.*55*.*etiam ob ſolam contumaciam*, nu.*56*.

Regalia amittuntur, ſi ad requiſitionem concedentis denegetur editio tituli eorum, ibid.nu.*63*.

Fallit in denegante pro ſe conſuetudinem vel præſcriptionem temporis immemorialis habente, nu.*64*.

Regalia per infeudationem conceſſa ex iiſdem cauſis & modis amittuntur, quibus feuda, 1. c.*6*. nu.*67*.*ſiue principaliter & ſeorſim, ſiue acceſſorie vel per conſequentiam vna cum regali vel alio feudo conferantur*, ibid.nu.*68*.

Regalia per inueſtituram conceſſa amittuntur ex quibusdam etiam cauſis, ex quibus amittuntur regalia per priuilegium, conceſſa, & quæ ſint illæ. ibid.n.*71*.

Regalia ex quibus cauſis ſingularibus cum priuilegio non communibus amittantur? remiſſive, ibid.nu.*72*.

Regalia per conſuetudinem vel præſcriptionem acquiſita difficilius amittuntur, quam priuilegio aut inueſtitura conceſſa, ibid.nu.*73*.

Regalia ex conſuetudine vel præſcriptione temporis immemorialis acquiſita, quibus modis amittantur, ibid. nu.*74*.

Regale vnum vel plura per priuilegium nactus recte condictionem ex priuilegio intentat, 1.c.*7*.num.*1*. *maxime ſi ex certa lege vel conſtitutione priuilegium habeat*, nu.*2*.

De Regalibus condictio ex moribus competit illis, qui ea per conſuetudinem acquiſiuerunt, ibid.nu.*3*.

De Regalibus ob ſtipulationem de inueſtiendo factam actio ex ſtipulatu competit, ibid.nu.*4*.

De Regalibus condictio ex moribus ei, cui de inueſtiendo ſine ſtipulatione promiſſio facta eſt, datur, ibid.nu.*5*. *& quidem ad ſolum intereſſe*, nu.*6*.

De Regalibus in feudum conceſſis etiam domino dari condictionem ex moribus, ibid.nu.*47*. *& ſtipulatione interueniente, actionem ex ſtipulatu*, nu.*48*. *licet feudum amiſſum vel finitum ſit*, nu.*49*. *& quænam aliæ actiones eidem competant*, nu.*50*.

In Regalibus vt petitoria, ſic & poſſeſſoria remedia vtilia locum habent, ibid. nu.*25*.*ſiue ſint allodialia*, nu.*26*. *27*. *28*. *30*.*32*.*ſiue feudalia*, nu.*38*.& ſeqq.

In Regalibus cum poſſeſſorio Retinendæ cumulari poteſt petitorium, ibid. nu.*33*.

In Regalibus petitio pœna priuilegio, quo conceſſa ſunt, adiecta cum poſſeſſorio Retinenda cumulari poteſt, bid.nu.*37*.

In Regalibus an & quando hereditatis petitio locum habeat, *1*.c.*7*.nu.*23*.& *24*.

Regalium aliorumque iurium, & corporalium rerum poſſeſſio cenſetur eſſe vna & eadem res in ſubſtantia, variatque tantum rebus poſſeſſis, ibid.nu.*29*.

De Regalibus & aliis iuribus, non autem de bonis regalem dignitatem annexam habentibus confeſſoria & negatoria competunt, *1*.c.*3*. n.*36*. *ſiue ea regalia per priuilegium, ſiue alio legitimo modo acquiſita ſint*, *1*.c.*7*.nu.*15*.& *17*.

Idq; Camera quotidiana teſtatur praxis, ibid.nu.*16*.

De Regalibus & aliis iuribus etiam domino, qui ea in feudum conceſſit, confeſſoriam & negatoriam competere, ibid.nu. *51*. *& an ac quatenus directa vel vtiles actiones ſint, item quid de poſſeſſoriis*, n.*57*.

Regalium & aliorum iurium nomine competens confeſſoria & negatoria, an ac quatenus directa vel vtiles actiones ſint, & quid de poſſeſſoriis remediis? ibid.n.*57*.

In Regalibus remedia extraordinaria & ſummaria mandatorum locum habere, & in ſpecie quatenus mandata executiua ſine clauſula de iis decerni poſſint? *1*. c.*7*.nu.*58*.

De Regalium iudice vide in verb. Iudex.

Regalium incapax ſiue priuatus ad editionem tituli fiſco petenti tenetur ſiue inueſtitura ſiue priuilegij titulum allegat, *1*.c.*5*.nu.*37*.

Regna & ſic etiam regalia iis annexa, ſunt de iure gentium, *1*. .*4*.nu.*20*.

Regula nulla tam firma, quin aliquam reſtrictionem patiatur, *2*.c.*6*.num.*98*. *etiamſi vniuerſalis ſit*, nu.*99*.

Regula in dubio ſtandum, *2*.c.*10*. n.*97*.

Relegatorum bona ita demum, ſi per ſententiam eis ſpecialiter adempta ſint, fiſco vindicantur, *2*.c.*12*.n. .*6*.

Repræſalias concedendi ius regale armandiarum affine eſt, *2*.c.*1*.nu.*30*.

Repræſalia inſtar belli ſunt, & aduerſus eos admittuntur, quibus bellum licite inferri poteſt, d.nu.*30*.

Repræſalias concedendi ius ſuperiorem non recognoſcentibus competit, & ad maiora regalia pertinet, *1*.c.*2*. nu.*11*. & *2*.c.*1*. nu.*31*.

Repræſalia ab Imperatoribus non facile admittuntur, ſed potius contra eas non grauate priuilegia etiam ſine cauſa cognitione concedi ſolent, ibid.nu.*32*. *& in Camera mandata ſine clauſula decernuntur*, nu.*35*.

Repræſalias ſub & obreptitie impetrans pœnam quadrupli incurrit, & ad damna læſo reſarcienda tenetur, cauſaque cadat & ſi læſus ſtudioſus eſt, dignitate priuatur ac infamia notatur, bid.nu.*33*.

Ob Repræſalias etiam is, qui ipſe non impetrauit, ſed tantum cauſam ii dedit, ad præſtationem damnatorum tenetur, ibid.nu.*34*.

Differentia inter Repræſalias & pignorationes remiſſiue, ibid.nu.*35*.

De Repræſaliarum & belli magno abuſu, ibid.nu.*36*.

Res tranſit cum ſuo onere, *2*.cap.*14*. nu.*116*.

Res variis modis, huiuſmodi ſunt chaſma, incendium, terra motus, inundatio, in-

tio, interire poteſt, 1. cap. *6.* numer. *61.*

*Rei extenſio & augmentum cenſentur eiuſdem eſſe naturæ & iuris, cuius eſt res principalis, 2.c.14.*nu.*35.*

*Reipublicæ intereſt, ne quis re ſua male vtatur, & in quibus id potiſſimum procedat, 1.c.6.*nu.*35.*

*Rei vindicatio de rebus corporalibus poſſidenti non datur, ſed aduerſus alium poſſidentem,1.c.3.*nu.*39.*

*Rei vindicatio vna cum actione ad exhibendum in eodem libello ita cumulari poteſt, vt primum in hac, & poſtea in illa procedatur, 2.c.21.*nu.*18.*

Rei vindicatio cuilibet domino datur, ibid.nu.*69.*

*Reſcripta aut priuilegia impetrare volens nihil ſubticere debet, quo expreſſo vel omnino non, vel non facile impetrari potuiſſent, 2.c.6.*nu.*54.*

Reſtitutionem in integrum contra pœnam commiſſi petere poſſunt, minores vectigal non ſoluentes & dolo carentes, 2. c. *6.*nu.*185.*

*Rex monarcha in ſuo regno eſſe dicitur, 1.c.4.*nu.*16.*

*Rex quatenus à nonnullis dicatur plus poſſe in ſuo regno quam Imperator in Imperio,*ibid.nu.*17.*

Rex Æthiopum Negus *pro vectigalibus ſpecies accipere conſueuit, 2.* cap. *6.* num.*83.*

Rex Romanorum coronatione Papali nec dum facta in omnibus ſe tanquam Imperatorem gerere poteſt, omniaque per conceſſionem regalium & priuilegiorum vel alia ratione ab eo geſta valent, 1. c. *4.* nu.*10.11.12.*& *13.*

*Regi Romanorum non minus quam Imperatori maieſtatis iura ac regalia competunt,*ibid.nu.*9.*

Regibus etiam aliis regalia competunt, ibid. nu.*15. etiamſi ſint ſubditi,*nu.*18. & à Chriſtiana religione alieni,* nu.*19.*

*Rex Bohemiæ quid præ aliis Regibus præcipuum habeat,1.c.6.*nu.*20.*

Reges Arragonum ante creationem iurant ſe ius monetæ ab anteceſſoribus ſuis acceptæ non eſſe violaturos, 2. cap. *7.* nu. *49.*

*Reges Perſarum ante Darium nihil vectigalium nomine exegerunt, ſed tantum vltro data ceperunt,2.c.6.*nu.*84.*

*Ripa quid,2.c.5.*in princ.

*Riparum proprietas non eſt publica, ſed priuata eorum, quorum prædiis hærent,*ibid.nu.*2.*

*Riparum proprietas licet ſit priuatorum, tamen vſus publicus eſt,*ibid.nu.*5.*

*In Ripis ſi inuito eo, cuius prædiis hærent, ædificatur, ædificium non ſit ædificantis,*ibid.nu.*6. & propria authoritate deſtrui poteſt,*nu.*7.*

Ripatica, non ripæ ſunt de regalibus, ibid.in princ.& n. *8.*

Per Ripatica prouentus intelliguntur, qui tanquam vectigal quoddam occaſione riparum percipiuntur, fuitque olim ripaticorum peculiaris Comes,ibid.nu.*9.*

*Ripatica à quibusdam etiam portorium, à quibusdam vero gabella appellantur,*ibid.nu.*10.*

Vox Ripaticum *longe ante Friderici tempora fuit nota,*ibid.nu.*15.*

*Ripatica præſtantur ſi de ripa in ripam flumen tranſeatur,2.c.5.*nu.*11.*

Ad Ripaticorum ſolutionem euitandam an ſic flumen quis tranſire poſſit, vt

nec ponte nec nauigio vtatur, ibid.num. 16.& 17.

Ripatica contra ius commune per abuſum Principes habere, minus rectè ſentiūt Iſern.& Afflict. ibid.nu.13.& 14.

S.

Sacra & religioſa loca an hodie etiam in nullius bonis, an vero in dominio eccleſiæ ſint, 2.c.21.nu.39.

Salinarum reditus ſunt de regalibus, 2.c.19.in princ.

Salinas in priuato loco repertas ad priuatos pertinere & quomodo aliud ſit coctile aliud foſſile, ibid.nu.1.

Salinarum in priuato fundo repertarum reditus Principis eſt, & in cap. vnic. Quæ ſint regal. *refertur inter regalia*, ibid.nu.2.

Idque cum reliquo iure communi congruit, ibid.nu.3.

Ex Salinis reditus apud Romanos etiā ante Imperium fuit conſtitutus, ib.nu.4.

De Salinarum vectigali à Lyſimacho conſtituto memorabile exemplum, ibid. nu.5.

Salinarum vectigal, quando & qua reſtrictione in Gallia primum à Rege Philippo inſtitutum ſit, 2.c.19. nu.6.

Salinarum, de quo in c. ſuper quibuſdam. §. præterea. de verb. ſignif. *mentio ſit, quid ſit?* ibid.nu.8.

Salinarum & fodinarum ſimul variis locis in iure ſit mentio & idem ius de iis conſtituitur, idque ſit etiam in aurea Bulla Caroli Quarti, ibid.nu.9.

Salinarum etiam in inueſtituris Cæſareis inter regalia fieri ſolet mentio, ibid. nu.10.

Inter Salinas & fodinas quid ſit diſcrimen, ibid.num.11.

Salinæ non minus quam fodinæ in publico loco repertæ totæ Principis ſunt, & ad regalia pertinent, ibid.nu.12.& 13.

In Salinis quale priuilegium Electoribus Imperij per auream Bullam Caroli IV. conceſſum ſit, ibid.nu.15.

Salinarum ius Electoribus Imperij ex aurea Bulla competens hodie etiam nonnulli alij Principes & Ordines Imperij ex conceſſione vel præſcriptione habent, ibid. nu.46.

Salinarum ius quibuſdam ante aureā Bullam etiam ab Imperatore conceſſum fuit, ex iiſque ſunt Salinæ Hallenſes in Saxonia de quibus additur quales & quam præſtantes ac vtiles ſint, ibid.nu.17.

In Salinis nō minus quam fodinis conſuetudo attendi debet, 2.c.19.nu.18.

Salinarum pœna in iure noſtro eſt, vt & metalli, quæ ob crimen commiſſum infligitur, bid.nu.19.

Salinarum pœna proprie eſt ſolarum fœminarum, ibid.nu.20.

Saluus conductus ſiue ſecuritatis præſtatio eſt de regalibus, 2.c.2.nu.40.

Salui conductus conceſſio ad ſupremum Principem pertinet, bid.nu.42.

Saluum conductum etiam à ſuperiorem recognoſcentibus iure communi concedi poſſe, ſi habeant poteſtatem ardua explicandi, ibid.nu.43.

Salui conductus ius competit omnibus iis, qui ex conceſſione vel præſcriptione conſuetudineve illud acquiſiuerunt, ibid. nu.44.

Salui conductus iure quis in alieno etiam territorio vti poteſt, modo regale viæ publicæ in eo habeat, ibid.nu.45.

Salui

Salui conductus ius Principi tantum in via publica competere, & ſic hanc tantum reſpectu ſolius eius iuris inter regalia numerandum eſſe, Alciati opinio eſt, eaq; refutatur, ibid.n.*46*.

Saluus conductus ſi denegetur & ſpoliatio ſequatur, mandatum ſine clauſula in Camera *decernitur, 2.c.2.* n.*32*.

Saluum conductum habentes offendentium quæ pœna remiſſiue ib: n.*46*.& 47. *an nō ſolum ipſum impetrantē ſed & eius vxorem neceſſariamq; familiam offendentes puniantur,* ibid.n.*48*.

Schola ſiue corpora vndecim olim erāt, eorum, qui officio aliquo ad Principis *miniſt erium pertinente fungebātur, 2.c.1.*n.*9*.

In Scholis illis militantes dicebantur ſcholares, bid.n.*10*.

Hi ſcholares omnes erant ſub magiſtro officiorum, b'd.n.*11*.

*A. Scholaſticis ſtudiorum cauſa peregrinantibus cum vectigal exigitur, ſi quid illicite rebus ſuis adiecerint, illicita tantū in commiſſum cadere æquius quidem & humanius, contrarium tamen de iure verius eſt,2.c.6.*n.*122*.

*Fallit ſi res licita ſit alicuius doloſe non agentis, ſed eam cum illicitis coniunctam eſſe ignorantis,*ibid.n.*123*.

*De ſchola inſtituenda, in qua iuuentus numos explorare & ab adulterinis probos diſcernere doceretur, Marius Gratidianus Romæ legem rogauit, 2.c.7.*n.*42*.

*Scientia & patientia in incorporalibus, cuiuſmodi ſunt etiam regalia, pro vera traditione à ſciente & patiente facta habetur,1.c.5.*n.*110*.

Scientia ab allegante probari debet, ibid.n.*161*.

Scientiam ſolis præſumptionibus probare ſufficit, ibid.n.*162*.

*Scientia iuris potius quam ignorantia præſumitur, ſi clam matrimonium fuerit contractum,2.*c.11.n.8*2*.

*Semibacijs alijſve minoribus numis qui debita viginti quinque florenis maiora ſoluere conantur, eorum confiſcatione puniuntur,*2.c.7.n.145.

*Sententia declaratoria ex receptiſſima Dd. ſententia requiritur ad auferendam à vaſallo poſſeſſionem, etiam eo caſu, quo ipſo iure feudo priuatur,1.c.7.*n.55.

Sententia declaratoria ad auocandam poſſeſſionem etiam in crimine notoriæ rebellionis opus eſt, idq; Cameræ ordinatione part.2.t.9 §.2.*confirmatur, 2.*cap.*20*. num.*44*.

*A ſeparatis ob diuerſitatis rationem nō recte infertur, 2.c.16.*n.63.

Sequela ſeu Volge/*qua ſubditi Principem ſi bellum moueat, vel aliquis contra eum moliatur, ſequi tenentur, ad regalia pertinet, 1* c.8.n.28.

*In ſimilibus & affinitatem habentibus ab vno ad aliud argui non poteſt, ſi diuerſitatis ratio appareat,*2.c 18.n.36.

*Solidorum appellatione ſimpliciter vſurpata, non raro etiam argentea moneta comprehenditur,2.*c.7.n.*125*.

*Sortis iudicium eſſe periculoſum nec ad conſequentias trahendum,2.*c.1*6*. nu.*69*

Per *ſortem controuerſiam non eſſe dirimendam, niſi in caſibus ſpecialibus & iure expreſſis,*d.n.69.

Sortis iudicium cumprimis eo caſu, quo de tertij præiudicio agitur, non habet locum, ibid.n.70.

In ſpeciebus diuerſis ab vna ad alte-

nam non infertur, 1. cap. 5. num. 66.

Speciali nota digna ſunt, quæ ſunt magni momenti, ibid. n. 78.

Speciali nota digna ſi non ſint expreſſa, pro omiſſis ac neglectis habentur, ib. n. 79.

Statio quid? 2. c. 4. n. 2.

Status Imperij omnes enumerare volens Gailius Prælatorum etiam mentionem inter eos facere debuit, 1. c. 4. n. 145.

Statutum inferioris, vt forenſes teneantur ad collectas, an valeat, 2. c. 14. n. 36.

Statuta & decreta, quib. forẽſes collectis grauantur, ambitioſa videri, ibid. n. 41.

Subditi ſi in poſſeſſione vel quaſi iniuſte à domino moleſtentur, interdicto, vt poſſidetis, 2. c. 13. n. 13.

Subditi coram quo iudice à dominis conueniri debeant, ibid n. 67.

Subijcere ſe alij, quoad quædam, quilibet poteſt, ita vt in reliquis liber maneat, 1. c. 4. n. 85.

Succeſſio affinibus nulla unquam defertur, 2. c. 9. n. 6. *adeo vt etiam ſocero fiſcus præferatur*, ibid. n. 7.

In ſucceſſione pupilli tutorem extraneum fiſco præferri quidam tradunt, ſed contraria ſententia verior eſt & communis, ibid. n. 13.

Succeſſio nutritoribus pupilli non debetur, etiamſi alij deficiant, ibid. n. 14.

In ſucceſſionum materia extenſio de ſimilibus ad ſimilia non facile eſt admittenda, ibid. n. 18.

A ſucceſſione ab inteſtato vel ex teſtamẽto non poteſt inferri ad actũ inter viuos, vt liberi excludantur, 2. c. 20. n. 90.

Superexactio quid ſit, 2. c. 14. n. 9.

Superficies ſolo cedit, 2. c. 3. n. 26. *fallit in flumine publico, vt & in fundi dotali & pluribus alijs caſibus*, ibid. n. 27. & 28.

Superindictum, ſuperindictio, & ſuperindictitij tituli quid ſint? 2. c. 14. n. 7.

Superior cum inferiore cenſetur habere poteſtatem concurrentem, 1. c. 5. n. 54.

Surrogatum ſapit & ſequitur naturam ſui ſurrogati, 2. c. 13. num. 72. & c. 20. nu. 110. *etiamſi in aliquo caſu ab eo diſcrepet*, d. c. 13. nu. 73.

Sylua dominus ex ea ligna cadere poteſt moderate & ita, ne iuri venandi officiat, 2. c. 18. n. 68.

Sylua arborib. cadendis moderate vti poteſt etiam vſufructuarius & alij proprietatem non habentes, ibid. n. 69.

T.

Tacitum licet regulariter eandem vim habeat, quam expreſſum, 1. cap. 6. num. 16. *tamen interdum plus operatur*, num. 17.

Ob tempeſtatem ſi onus exponatur, ideoq́ vectigal non ſoluatur, res in commiſſum non cadit, 2. c. 6. n. 176.

Tempus longum & diuturnum decem annis concluditur, 1. c. 5. n. 135.

Tempus immemoriale obtinet vim ſpecialis conceſſionis Imperatoriæ, ib. nu. 138. *quantumuis cum cauſa factæ*, n. 139. *item legis* n. 140.

Tempus immemoriale habet vim priuilegij ex certa ſcientia conceſſi, ibid. n. 151.

Per tempus immemoriale firmius ac potentius ius acquiritur quam per priuilegium Principis, ibid. n. 141.

Ad tempus immemoriale probandum teſtes non ſolum 70. 80. vel plurium, ſed & 54. annorum admittendi ſunt, ibidem num. 153.

Tempus immemoriale vt probetur, quomodo teſtes deponere debeant, ib. n. 155.

De

De tempore immemoriali teſtes etiam de eo, quod in pupillari ætate viderunt, atteſtari poſſunt, ibid.n.154.

Tempus immemoriale vt probetur per teſtes, conſtituendus eſt peculiaris articulus de cõmuni opinione ac fama, ib.n.156.

Tempus alicui rei præfixum de forma eius eſſe cenſetur, 1.c.6.n.42.

Temporis immemorialis quanta ſit vis, 2.c.14.n.43.& c.16.n.89.

Teſtamentũ vt inofficioſum impugnãtis cauſa durior eſt, quam falſum eſſe dicentis, 1.c.10.n.37 & 38.

Teſtamentum dicens inofficioſum non amittit id, quod extra cauſam eiuſdem teſtamenti capit, ib.n.39. *eoq; pertinent donata cauſa mortis ex teſtamnnto non dependentia*, n.40. *& relicta in codicillis*, n.41. *niſi hi ſint acceſſorij ad teſtamentum & inde dependeant*, n.42.

Teſtamentum ſi celet legatarius vel fideicommiſſarius, quod relictum eſt, non conſequitur, ſed ſcriptus heres retinet, ib. num.106.

Theſaurus an & quatenus ſit de regalibus, 2.c.21.in princ.& n.19. verſ. Cæterum.cum aliquot n.ſeqq.

De theſauris an ab eo, quod iure cõmuni conſtitutum eſt, conſuetudine & quidem generali receſſum ſit? ibid.n.1.

De theſauris quid iure Saxonico conſtitutum & quomodo illud conſtitutione Saxoniæ Electoris Auguſti declaratum ſit? ibid.n.2.

Theſaurus quid? ibid.n.3.

Theſaurus non magicis artibus, nec data opera inuentus vocatur donũ fortunæ, ib. n.4. *item beneficium Dei*, n.6.

Pro theſauro vt pecunia, cuius depoſitio non eſt vetus, habeatur, tantum abeſt, vt furti actio eius pecuniæ nomine competat, ib.n.7.& 14.

Theſaurum aliquam pecuniæ depoſitionem eſſe aſſerenti onus probandi incumbit, ibid.n.11.

Theſaurum non eſſe quomodo per ipſam rei euidentiam doceri poſſit? 2.c.21.nu.12.

Theſaurus ex quorundam ſententia dici poteſt, etiamſi multo minus, quam immemoriale tempus elapſum ſit, modo dominus ignoretur, quod improbatur, ibid. num.13.

Theſaurus in proprio fundo inuentus totus eſt inuentoris, ib. n.20.

Theſaurus à ſeruo cõmuni in fundo domini vnius proprio inuentus totus eſt eius domini, cuius eſt fundus, ibid.n.21.

Theſaurus in fundo alieno inuentus pro dimidia tantum parte ad inuentorem pertinet, ibid.n.22.

Theſaurus à mercenario repertus ꝓ dimidia parte eſt mercenarij, ibid.n.23.

Theſauri in alieno fundo ſcrutandi facultatem an quis habere poſſit, ſi Princeps requiſitus talem licentiam ei conceſſerit? ibid.n.24.

Theſauro in alieno fundo reperto, dominus fundi olim ex conſtitutione Gratiani, Valentiniani & Theodoſij tantum ad quartam eius partem admittebatur, 2.c.21.n.25.

Theſauri in alieno fundo fortuito inuenti pars dimidia eſt inuentoris, ſiue cum domini voluntate, ſiue ſine ea inuentus ſit, ibid.n.26.

Theſaurus inuito domino inuentus totus eſt domini fundi & inuentor non ſolum nihil inde conſequitur, ſed & punitur ibid.n.27.

Theſau-

Theſaurus in alieno fundo data opera inuentus totus eſt domini fundi ſiue ſine eius voluntate ſiue cum ea id factum fuerit, ibid.nu.28.

Theſaurus in loco Cæſaris priuato data opera inuentus totus fortuito inuentus pro dimidia parte eius eſt, altera inuentoris, ibid. n.29. *idem in fiſcalibus locis obtinet*, num.31.

De theſauro in loco religioſo reperto, ibid.n.32.38.& 41.

Theſaurus magicis artibus inuentus an totus fiſco applicetur, ibid.n.33.

Idq; in quocunq; loco ita ſe habeat, numer.34.

Theſaurum magicis artibus inueniens punitur pœna capitis, bid.n.35.

Theſaurum inueniens ſi partem fiſco debitam ſupprimat, totus fiſco applicatur & inueniens ſimul alterum tantum ſoluere cogitur, ibid.n.36,

Theſaurus quatenus inter regalia refertur, etiam alijs ſuperiorem recognoſcentibus, qui ex conceßione aut præſcriptione vel conſuetudine regalia habent, debetur, ibid.n.37.

Theſauri in ciuitatis loco reperti pars eſt ipſius ciuitatis tanquam domini, altera vero inuentoris, ibid.n.40.

Theſaurus in ciuitatis loco data opera inuentus totus eſt ciuitatis, ibid.n.41.

Theſaurus in re empta inuentus ad emptorem pertinet, ibid.n.43.

Ob theſaurum in re empta repertum, ſi læſio dimidium iuſti pretij excedat, an venditor remedium l.2.Cod.de reſcind. vendit. *intentare poßit*, ibid.n.44.

Theſaurus naturalis vel induſtrialis fructus vel pars fundi nō eſt, ib.n.45.&46.

Theſauri necdum inuenti nulla etiam eſt poſſeßio, ibid.n.47.

De theſauro in re feudali vel emphyteutica inuento quid iuris ſit, ibid.n.48.

Theſaurum in re dotali ſi maritus inueniat, pars dimidia debet reſtitui vxori, altera apud maritum manere, 2.c.21.n.49.

Theſaurum ſi inueniat vſufructuarius, dimidia pars ei tanquam inuentori, altera proprietario debetur, ibid.n.50.

Ad theſaurum non poteſt fieri illatio ab vſufructu, ibid.n.51.

Theſaurus in fundo vſufructuario inuentus an ad vſufructuarium, quamdiu viuit ſpectet? ibid.n.52.

Theſauri à creditore in fundo pignorato inuenti vna pars non aliter ei, quam inuentori, altera vero ſoli debitori acquiritur, ibid.n.53.

Theſauri partem, quæ debitori debetur, creditor ſecundum aliquos iure pignoris retinere poteſt, ibid.nu.55. *quorum ſententia refellitur*, n.56.

Theſaurum videntes nec apprehendentes dominium eius non acquirunt, ibid.n.60.& 64.

Theſaurus necdum inuentus in nullius bonis eſt, ibid.n.62.

Theſauri totius vel partis dominium ab ijs ſine apprehenſione acquiritur, qui ipſi eum non inuenerunt, modo ijs alijs totus vel pars debeatur, ibid.n.67.

Cui Theſaurus totus vel pro parte debetur, is contra poßidentem rei vindicationem habet, ibid.n.68.

De theſauro toto vel parte rei vindicatio ijs etiam competit, qui poſt inuentionem ab alio factam ipſi eum non apprehenderunt, modo ijs totus vel pars eius debeatur,

debeatur, ibidem numer.70.

Theſauri nomine an condictio ex lege competere poſſit, ib d.n.71.

Transeundi licentia ſi alicui data eſt, nõ incurrit in pœnam commiſſi ob vectigal nõ ſolutum, 2.c.6.n.174. *modo intra ſeptem dies ea licentia vſus ſit*, n.175.

Tutela eſt munus publicum, 2.c.9, nu. 15. *& inuito hoc onus imponitur*, ib. dem num.16.

Tutorem filio ſi non petat mater, ab hereditate eius excluditur, 2.c.19, n.119.

Tutor teſtamentarius ſi onus tutelæ detrectet, ſibi relictis priuatur, idq́; non in fiſcum ſed filium transfertur, ib.n.102. *etiamſi in parte bonorum tantum ſe exeuſauerit*, n.103.

V.

Valore monetæ mutato an & quibus caſibus contractus vel ſolutionis tempus ſpectandum ſit, 2.c.7.nu.148. vſque ad nu.156.

Vaſallus tam in regalibus quam alijs rebus feudalibus hanc prærogatiuam habet, vt domino præferatur, ſi ambo in actionibus realibus concurrant, 1.c.7.n.20.

Vaſallo tamen præfertur dominus ſi ratione dominij directi tantum de iure ſuo & non vt poſſeſſionem conſequatur, agat, ibid. nu.21.

De vaſalli etiam iure ipſo ſciente & nõ contradicente recte agit, ibid. n.22.

Vaſallus ratione feudi non fit ſubditus, 2.c.20. n.35.

Vaſallus ſi id faciat, quo in ſubdito crimen leſæ maieſtatis committitur, feudo priuatur, ibid.n.37.

Vaſallus vel alius ob leſæ maieſtatis crimen ipſo iure dominium non amittit, 2.c. 20.n.39. *fallit in crimine notoriæ rebellionis permanentis*, n.43.

Vectigalia ſunt de regalibus, 2.c.2. in princ. & n.9.

In vectigalibus nouis inſtituendis vel inſtitutis augendis Electorum etiam conſenſus hodie requiritur, 1.c.2.n.43. *& tamen ad ius de Imperatoris reſeruatis eſſe non deſinit*, n.44.

Vectigalia vnde dicantur, & quid ſint? 2.c.6.n.1.

Vectigalia alia ἐξαγωγικὰ, *alia* εἰσαγωγικὰ *ſunt*, bid.n.2.

Vectigalia latiori ſignificatione accepta quid denotent? ib d.n.3.

Vectigalia in l. Omnium rerum C. De vectigal. *appellantur publicæ functiones*, ibid.n.4.

Vectigalia publica frequentius præciſe vocantur vectigalia, ibid.n.5. *& quare?* n. 6. *atq́; ita etiam in iure Pontificio & Saxonico vocantur*, n.10.

Vectigalium conductores cur dicantur publicani? ibid.n.7.

Vectigalia Dd vocant gabellas, appellationeq́; vectigalium ac gabellarum promiſcue vtuntur, bid.n.11.

Ad vectigalia etiam referuntur Pedagia ac Guidagia, 2.c.6.n.13.

Vectigalia à Dd. dicuntur eſſe de ſummo Imperio, ibid.n.14.

Vectigalium ius ante Fridericum I. etiam Imperatori competijt, ibid.n.15.

Contra vectigalia noua inſtituentes vel vetera augentes inquiſitio à quib. & quomodo inſtituenda ſit, bid.n.17.

De vectigalium & aliorum onerum magno abuſu, ibid.n.18. & 19.

Vectigalia noua cur non inſtituenda nec

vetera augenda ſint, rationes variæ conſtitutione Imperij de anno 1570 *adducuntur & quænam ſint*, ib.n.20.

Vectigalia noua propria authoritate inſtituentes pœna ambitus puniuntur, ib.n. 21. *& contra eos vt & contra agentes vetera in Camera mandata ſine clauſula decernuntur*, ib.n.23.

Vectigalia ſi augeantur, noua inſtitui cenſentur, ib.n 24.

Vectigalia ſicut augeri, ita etiam diminui propria authoritate non poſſunt, 2.c. 6.nu.31.

Vectigalia noua præſumuntur per vim extorta, ib.n.32.

Vectigalia tollendi eorumq́ immunitatem largiendi facultas, etiam ad regalia pertinet, ibid.n.33.& 40.

De vectigalibus non ſoluendis reſcriptū Imperatoris ab aliquo impetratum non valet, ib.n.34.

Vectigalia ob publicam vtilitatem inſtituuntur, & non immerito nerui reipub. dicuntur, ib.n.35.

Vectigalia an & quando cenſeantur odioſa? ib.n.36.*vel fauorabilia*, n.38.

Vectigalia noua tantum inter regalia referenda eſſe, quidam ſentiunt, ib.nu.39. *quorum ſententia refellitur*, ibid.nu.40. & 41.

Vectigalia noua inſtituere & vetera augere ad maiora, antea inſtituta habere ad minora pertinet regalia, 1.c.2.n.52.& 2.c. 6 num.42.

Vectigalia noua inſtitui, & vetera augeri poſſunt, ſi ob publicam vtilitatem vel neceſſitatem aliquam iuſta cauſa ſubſit, d. c.6 n.43.

Sine ea ne quidem à ſummo Principe id fieri poteſt, ib.n.44.

Vectigalia licite inſtituuntur ad inſtructionem viarum vel pontium, ibid.n.47 *vel ad auertendum periculum in vijs publicis contra prædones, aut in aquis contra piratas*, num. 48. *vel ad defendendam patriam contra hoſtes*, nu.49. *vel pro defenſione fidei, vel ad compenſanda diſpendia quæ ex publicis neceſſitatibus tollerantur, vel ob iuſtam laboris mercedem*, n.50. *Quibus cauſis remiſſiue adducuntur aliæ*, num.52.

Vectigal exigendi ius per Imperatorem vel alium ſuperiorem non recognoſcentem recte datur, ſi tenuitas patriæ, cui conceditur, vrgeat, ib.n.51.

Vectigalium ius vt ab Imperatore impetretur narrari debet locum, in quo nouum vectigal inſtituendum eſt, non fuiſſe alijs vectigalibus vel pedagijs grauatum, ibid n.53.

Vectigalia præſcriptione tēporis immemorialis acquiruntur, 2.c.6.n.56.

Vectigalia quanto tempore per præſcriptionem contra ſuperiorem agnoſcentē acquirantur, ib.n.60.& 61. *& an mala fides non ſolū longi vel longiſſimi, ſed & immemorialis temporis præſcriptioni obſtet.*

Vectigalium immunitas quanto temporis ſpacio præſcribatur, ibidem nu.62. *& an præter tempus immemoriale tituli probatione vel allegatione opus ſit*, ibid. num.59.

Vectigalis nomine quod penditur, eſt octaua pars rei pro qua vectigal ſoluitur, ibid.nu.63.

Vectigal quod olim pro venalibus māciþijs pendebatur, non viceſimaquinta ſed quinquageſima fuit, ib.n. 65.

Vectigal iudiciarium fuit eius ſumma, de qua

Digitized by Google

de qua litigabatur, quadrageſima, ibid. num. *66*.

Vectigal iudiciarium à Caio Caligula *primum eſt inſtitutum*, ib. n. *67*

Vectigalis genus præclariſſimum & obſeruatu digniſſimum quodnam ſit? 2.c.6. num. 69.

Vectigal viceſimæ eorum, qui manumittebatur, antiquiſſimum & anno vrbis Romæ conditæ 397. *inſtitutum eſt*, ibidem nu. 71.

Vectigalia etiam tempore Ciceronis fuerunt inſtituta, eorumq; tria erant genera, ib. n 73.

Vectigalia à Caio Caligula *primum introducta eſſe aſſerentium ſententia refellitur*, ib. n. *74*.

In vectigalibus omnibus conſuetudo ſpectari ſolet, ibid. n. *76*.

A vectigali octauæ, fere paſſim per cōſuetudinem vel ſaltem conceſſionem Imperatoriam receſſum eſt, ita tamen vt plerunq; minus ſoluatur, ibid. n. *77*.

In vectigalibus conſuetudo, quæ octaua exceditur, barbarica à nonnullis Dd. vocatur, ibid. n. 78.

Vectigalis nomine quod ſoluitur, in pecunia conſiſtit, neq; vt ex rebus ipſis præſtetur, neceſſe eſt, ib. n. *80*. & *82*.

Vectigalium ius regale habentes alienare ea non poſſunt, ib. n. *86*.

Vectigalia poſſunt locari, 2.c.6. nu. *87*. *& ſublocari & quanta hac in re ſit differentia inter vectigalia & monetas vt quarum ius nō poteſt locari multo minus ſublocari* nu. *88. non minori vero ſpacio quam triennij, vectigalia locantur*, n. *89*.

Vectigalium conductor ſingulis annis penſionem non ſoluens cadit ſuo iure, etiamſi tempus conductionis nondum ſit completum, b. n. 90.

Vectigalia an & quando fiſcalibus debitoribus locari poſſint? ib. n. *91*.

Ad vectigalium conductionem nemo ab ijs, quibus hoc regale competit, cogi poteſt, ibid. n. *92*.

Fallit, ſi ea quis antea ex conductione habuerit, & multum inde lucratus fuerit, nec alij conductores reperiantur, ibid. nu. 93. *niſi forte bellum vel peſtis ſuperuenerit*, nu. *94*.

Vectigalia regulariter quilibet ſoluere tenetur, ibid. num. *95*. *limitatur in fiſco*, nu. *102*.

Vectigalia locans ſi alius ſit quā fiſcus, non eſt immunis, ſed conductori ſoluere vectigal tenetur, ib. n. *103*.

Vectigalium immunitates diuerſimode concedi ſolent, & quomodo? ibidem num. *104*.

A vectigalium ſolutione an & quatenus nauicularij ſint immunes, ibid. num. *105*. 108. 109. 110.

A vectigalium ſolutione Præſides *Prouinciarum immunes eſſe dicuntur*, b. nu. 111. *item Principum Cameræ & Parlamētorum conſiliarij, Aſſeſſores, Fiſcales, Secretarij & ſimiles*, n. *112*.

Vectigal legati an & quatenus ſoluere teneantur, ib. n. *113*.

A vectigalibus immunitatem habens hoſpitalia, ibid. nu. *114*. *item Eccleſiæ, perſonæque Eccleſiaſticæ in ijs rebus proprijs, in quibus nulla exercetur negotiatio*, numero. *115*.

Vectigal non tenentur ſoluere Academiarum Profeſſores, aliaque earum membra pro libris alijsque rebus proprijs, quas

 ſtudio-

ſtudiorum cauſa habent, pertinentque ad ea membra etiam vxores, famuli typographi vel alij, 2.c.6.nu.*116.119.* & *134.*

De Vectigalibus ſoluendis priuilegium ſcholaribus conceſſum ob auaritiam publicanorum non ſatis ſeruatur, ibid.nu.*120.*

Vectigal ſi ex conſuetudine à ſcholaribus exigatur, ea de iure non ſubſiſtit, ibid. nu.*121.*

Vectigal earum rerum non præſtatur, pro quibus non eſt conſuetum præſtari, ibid.nu.*124.*

Vectigal rerum exercitui paratarum non ſoluitur, ibid.nu.*125.*

*Vectigal pro iis rebus, quæ ruris exercendi cauſa vehuntur, non penditur, 2.c. 6.*nu.*127.*

Vectigal pro iis rebus non ſolui, quæ ad proprium vſum vehuntur, adeo verum eſt, vt conſuetudo contrarium inducens non valeat, ibid.nu.*128.* & *129.*

Vectigal etiam pro rebus in vſum familiæ ſuæ comparatis non ſoluitur ex communi Dd. ſententia, ibid.nu.*130.*

Vectigalis ſolutio ne locum habeat, quæ res vſus ſui gratia comparata cenſeantur, ibid.nu.*131.*

Vectigal non ſoluitur pro annulis, quibus quis in digitis vtitur, nec pro veſtibus precioſis, quas dorſo portat, ibid. nu.*132.*

Vectigal etiam penditur pro eo, quod quis domus ſuæ ædificandæ vel reficiendæ cauſa vehi curat, ibid.nu.*133.*

A Vectigalibus immunes quarum rerũ nomine priuilegiati non ſint? ibid.nu.*135.*

Vectigal etiam cum priuilegiatis contrahentes ſoluunt, ibid. nu.*136. etiamſi res eccleſiæ ematur*, nu.*137.*

Vectigal ſoluit is, cuius gratia contractus celebratus eſt, vel qui inde commodum percipit, ideoq́ emptor tantum ſoluit vectigal, non etiam venditor, ib.n.139.

De vectigali ſi pactum inter emptorem & venditorem ineatur, ne emptor id ſoluat, vel vt venditor rem venditam vltra locum, quo vectigal ſoluitur, tradat, non valet, ib d.n.*140.*

Vectigal debetur, etiamſi mutuo conſenſu à contractu recedatur, ibid.nu.*141.*

De vectigalibus ſoluendis priuilegium ſingulare ſumma neceſſitate vrgente contra priuilegiatos interdum concedi ſolet, ibid. n.*142.*

Contra vectigal in dubio pro immunitate pronunciatio & interpretatio fieri debet, ibid.n.143.

Vectigalis noui ac inſoliti exactores tenentur pœna legis iuliæ de vi publica, ibid. nu. *145.*

Vectigalia noua vel inſolita inſtituentes pœnæ legis iul. de ambitu, exercentes vero pœna legis iul. de vi publica tenentur, ibid. n.*149.*

*Vectigalium nomine plus debito exigens iis, à quibus exactum eſt, tenetur in duplum, 1.c.6.*nu.*50. in quo tamen etiam eſt rei perſecutio*, n.*151.*

Vectigal nouum vel inſolitum vi extortum cum pœna tripli reſtitui debet, ibid. nu.*152.*

Contra vectigal exigentes à priuilegiatis, pœna capitalis conſtituta eſt, ibid.nu. *153. idq́ in ſpecie ſe ita etiam in ſcholaribus habet*, n.*154.*

Vectigal à ſcholarib. exigentes incurrũt etiam alias pœnas, ibid.n.*155.* & *157.*

Aduerſus vectigalia indebita antea legib. conſtituta pœna per auream Bullam

Caroli.

Caroli IV. confirmantdr, ibid.num.*159.*

Vectigal illicitum exigentes iure Canonico pœna excommunicationis ſubiacent,ibid.nu.*160.*

Vectigal qui praſtare tenetur,nec praſtat, coram Deo & in foro conſcientia delinquit,ibid.n.*161. & res ipſa in commiſſum cadit*,nu.*162.*

Vectigal etiamſi quis poſt omiſſam profeſſionem ſoluere paratus ſit, tamen res in commiſſum cadit,ibid.nu.*163.idem eſt in vtente via inuſitata vel prohibita*, n. *164. etiamſi vel auriga in dominum mercium, vel hic in illum culpam conferat*, nu. *165.*

In Vectigalibus pœna commiſſi tranſit etiam in heredes, ibid.nu.*166.modo viuo delinquente quaſtio mota ſit*, nu. *167. & competit perſecutio eius pœna aduerſus quemlibet poſſeſſorem*,nu.*168.*

Vectigalis fraudati qua pœna ſit de iure Saxonico, & quid de conſuetudine ſeruetur,ibid.nu.*169.*

Ob Vectigal fraudatum ſi res in commiſſum cadat, ſtatim fraudantis eſſe deſinit, & dominium ipſo iure amittitur, ibid.nu.*170.*

*Poſſeſſio tamen eius rei ſine facto hominis non amittitur,2.*c.*6.*nu.*171.ſententiaque declaratoria de ea opus eſt*, num.*172. generali vero conſuetudine aliud obtinet*, nu.*173.*

Ob Vectigal non ſolutum commiſſi pœna quibus caſibus non incurratur, ibid.nu. *174.*& ſeqq.*vſque ad* nu.*195.incluſive.*

A Vectigalibus immunitas perſonas immunes non excuſat à profeſſione rerum, ibid.nu.*196.*

A Vectigalibus non immunes, etiamſi res profiteantur, tamen ſi non ſoluant, puniuntur, non quidem pœna commiſſi, ſed dupli vectigalis, ibid.nu.*197.*

De remediis & actionibus ratione vectigalium partim ſpecialiter partim generaliter & remiſſiue,nu.*198.*

Venandi gratia alienum fundum inuito domino iure cummuni ingredi non licet,*2.*c.*16.*nu.*41.* & c.*18.*nu.*23.*

Venari prohibitus tamen ſuum facit, quod in alieno fundo capit, d.c.*18.*nu.*24. niſi iudicis auctoritate prohibitio facta ſit*, nu.*25.*

Venatio ex iuſtis cauſis omnino prohiberi poteſt, ibid.nu.*42.*

Venandi ius iure communi non eſt de regalibus, ibid. nu.*31.* & *44. Secus hodie eſt de conſuetudine*,nu.*45.*& *46.*

Venationis etiam inter regalia in inueſtituris, quibus ea conceduntur, mentio fieri ſolet,ibid.nu.*47.*

Venatio generaliter in inueſtituris cõceſſa, non tantum inferiorem ſed & ſuperiorem venationem complectitur, ibid. nu.*48.*

Venatio generali conceſſione non comprehenditur,ibid.nu.*49.*

Fallit ſi ea conceſſio de regalibus generaliter ſit facta,ibid.nu.*50.*

Venatio non cenſetur comprehendi meri & mixti Imperij conceſſione, nec ab ea ad venationem recte infertur multoque minus eiusmodi eleuatio ſit ad ius foreſti vt ius potentius & maius iure venandi, ibid.nu.*51.*

Venationem germanicam eſſe iurisdictioni nobilium debitam & ſeruitutem iurisdictionalem minus recte Zoannettus aſſeruit,ibid.nu.*52.*

Venatio quanti temporis praſcriptione acqui-

ne acquiri poſſit, ibid. numer. *55.*

Venatio præſcriptione ita acquiri poteſt, vt duobus Principibus vel nobilibus in vna ſylua vno vel diuerſis modis ac formis competat, ibid. nu. *56.*

Venandi ius habenti dominus ſyluæ incidentis arboribus nocere non poteſt, 2. c. 18. nu. *59.* & *68. mandatumque ſine clauſula contra hunc vaſtantem eam impetrari poteſt,* nu. *65.*

Venandi ius habens à domino ſyluæ impedrri non poteſt, quo minus eam cingat, ibid. nu. *66.*

Venandi ius habens ſi cingere alienam ſyluam velit, ſuis lignis id facere debet, & furtum committere dicitur, qui muro vel ſepimento incluſas feras aufert, ibid. nu. *67.*

Ad Venandi ius habentem non pertinet glandis legendæ ius ſed ad dominum ſyluæ, & qua ratione ligna cedendo modus excedatur, qualuque exciſio vt venationi nociua prohiberi poſſit ex arbitrio iudicis pendere, ibid. nu. *70. plerunque tamen debentur, eo inutiles & viles fructus ſylueſtres,* nu. *71.*

Venandi ius habentes cauere debent, ne dominis fundorum immodice noceant, ibid. nu. *74.*

Venandi ius habentes feudo priuari poſſunt, ſi per venationem ſubditi male tractentur & nimis onerentur, ibid. nu. *75.*

Per Venationem meſſibus ac ſegetibus damnum inferentes reſarcire illud tenentur, ibid. nu. *76.*

Venandi ius non habentibus permiſſum eſt, animalia nociua & periculoſa venando capere, ibid. nu. *77. quod tamen hodie non obſeruatur, nec deſunt quilibet maiorum ferarum venatio conceſſa ſit, a primam ea conceſſione contineri negant,* nu. *78.*

Venatio maiorum ferarum quam periculoſa ſit.

Vendito fundo ripa etiam vendita cenſentur, 2. c. 5. nu. *3.*

Vendens rem quam ſcit alienam emptori, etiam alienam ſcienti, precio priuatur à fiſco tanquam indignus, 2. c. 10. n. *91.*

Veniam criminis vel damnationis capitalis alicui dare eſt de regalibus maioribus, 1. c. 2. nu. *17.*

Verba qualibet in dubio ita accipienda ſunt, vt aliquid operentur, 1. c. 3. nu. *15.*

Verba indiſtincte prolata ſimpliciter & ſine diſtinctione accipienda ſunt, 2. c. 16. nu. *21.*

Verba in dubio ſunt accipienda pleniori & vberiori ſenſu, 2. cap. *16.* num. *85.* & *86.*

Verba potius impropriè ſunt accipienda, quam vt ſuperfluitas quædam inducatur, ibid. nu. *87.*

Veredi qui ſint? 2. c. 13. nu. *8.*

Veredorum & parauered orum rariſſime in legibus coniunctim creberrime vero & plerunque ſeparatim fit mentio, ibid. nu. *9.*

Veredi paſſim ſeparantur ab angariis, & parangariis, d. nu. *8.*

Veredos tanquam ad publicum vſum deputatos prouinciales iure communi recipere, ſtabulaque ſuis ſumptibus iis præbere tenentur, ibid. nu. *8.*

Via publica eſt de regalibus, 2. c. 2. in princ.

Viarum quædam publica ſunt, quædam priuata.

priuata, quadam vicinales, ibid. num.*1.*

Via priuata agrariæ à quibuſdam dicuntur, ibid.nu.*2. & ſunt duplicis generis*, nu.*3.*

Viæ vicinales quæ? ibid.nu.*4.*

Via publica quæ? ibid.nu.*5.*

Viarum publicarum latitudo quanta eſſe debeat? ibid. nu.*6.*

Viæ publicæ appellantur etiam Pratoriæ & conſulares, ibid. nu. *7. militares*, nu.*8. Baſilicæ & regales*, nu.*10.*

Viæ publicæ à Germanis quomodo vocentur, ibid.nu.*9.*

Viarum publicarum tanta ratio habita fuit, vt Imperatores certos curatores earum conſtituerint, ibid.nu.*12. & ante eos ea cenſorum fuerit functio*, nu.*13.*

Viarum peculiaris Regius magiſtratus in Gallia eſt, qui curam earum habet, & Maiſtre de ports paſſages & chemins vocatur, ibid.nu.*14.*

Via publica ad quas ciuitates pertineat? ibid.nu.*15.*

Via publica vel etiam iuriſdictio in ea non competit iis, qui ſolam iuriſdictionem ab vtraque eius parte habent, *2.c.2.*nu.*16.*

Extra viam publicam ſi caput occiſi reperiatur, cui cognitio competat, ib.nu.*17.*

Viam publicam eſſe aſſerens quid probare debeat, ibid.nu.*18.19. 21.*& *22.*

Via publica vſus iure gentium communis eſt, ibid. nu.*20. adeo vt contra prohibentem hunc vſum mandata ſine clauſula in Camera decernantur*, nu.*30.*

In Via publica vt aliquid fiat, vnde damnum priuati patiantur, & quod vſum eius impediat, Imperator ipſe non ſolet permittere, ibid.nu*23.*

In Via publica vt vſus priuati impediri non poteſt, ſic multo minus id fieri poteſt contra habentem eam tanquam regale, ibid.nu.*25.*& *27.*

Viæ publicæ vſus ne quidem ab Imperatore vel alio, qui hoc regale ex conceſſione aut præſcriptione acquiſiuit, prohiberi poteſt, ibid.nu.*28.*

Limitatur in prohibente ex iuſta cauſa, ibid. nu.*31.*

Viæ publicæ ſecuritatis cura ad eos, qui hoc regale habent, pertinet, ibid. nu. *32. idque vſu in Imperio receptum eſt*, nu.*33.*

Viam publicam habentes damnum in ea depradatis illatum reſarcire tenentur, maxime ſi ab iter facientibus aliqua penſitatio reſpectu iſtius ſecuritatis accipiatur, ibid. nu.*35. nec eos excuſat & liberat culpa & negligentia officialium*, ibid.nu.*39.*

Fallit ſi quis à ſolita via deflectat, ibid. num.*40. idque ſublimitatur*, ibid.num.*40.*

In viis publicis ſine metu commeari Imperatoris intereſt, & publica vtilitas flagitat, ibid.nu.*38.*

De viarum ſecuritatis & ſalui conductus ſumma cura laus Imperat. Rudolphi I. ibid.nu.*29.*

De viarum ſecuritate & ſaluo conductu vide plura in verb. ſaluus conductus.

Viſitatorum Cameræ Imperialis mulcta non fiſco infertur, ſed in eiuſdem Cameræ ſuſtẽtationem erogatur, *2.c.8.n.76.*

Voluntas non ſolum verbis ſed & factis declaratur, *1.c.5.*nu.*107.*

Voluntati defuncti non parens priuatur eo, quod relictum eſt, *2.*c.*10.*nu.*115.*

Vſus-

Vſuſfructus quoad fructuum perceptionem ab vſufructuario recte alienatur, 2. c.12.nu.71.

Vſufructuarius tenetur ad præſtationem collectarum tanquam oneris fructuum, 2.c.14.nu.79.

Vſufructuarius metalla in fundo inuenta, tanquam fructus acquirit, 2. c.16. nu.36.

Vxor & fiſcus quoad ius tacitæ hypothecæ paribus paßibus ambulant, & prior tempore potior eſt iure, 2.c.20.nu.104.

Vxor in dubio, ſi videlicet de temporis prioritate non conſtat, fiſco tanquam magis priuilegiata præfertur, ibid.nu.105.

Vxor maritum, vel maritus illam occidens priuatur eo, quod ſibi relictum eſt, 2. c.10.nu.110.

Vxori confiſcatis mariti bonis quæ debeantur, 2.c.12.nu.15.16.18.19.& c.20.nu. 99.106.107.108.& 109.

Z.

Zygoſtatæ temporibus Imperatorum fuerunt ponderatores, qui explorandis numis adhibebantur, 2.c.7.nu.43.

FINIS.

Digitized by Google

Digitized by Google